Eiusmodi porrò fuit Alexandri Magni excelsus animus, atque etiam Cononis, qui ad Cnidum nauali praelio vicit Lacedæmonios, Peiraum muris cinxit, & centum mactatis pecudibus, cum veram Hecatomben, non ementitam, sacrificallèr, vniuersis Atheniensibus epulum dedit. Sic Alcibiades primus, secundus, quartus in olympicis ludis curru victor, (victorias illas suis versibus Euripides celebravit,) factis olympio Ioui peractis, vniuersæ hominum multitudini, qui ludos spectauerant, conuiuium exhibuit. Id ipsum fecit & Leophron in iisdem spectaculis, cuius victoriam cecinit Ceus Simonides. Empedocles verò Acragantinus, equis in eodem certamine victor, cum esset Pythagoricus, animatissq; cibis abstineret, è myrrha, thure, preciosissq; aliis odoribus fictum bouem illis distribuit, qui in eo totius Græciæ conuentu occurrebant. Ion autem Chius Athenis in agenda tragœdia victoriam adeptus Atheniensium cuique viritum fictile Chium largitus est. Nam quod scribit Antiphanes,

Cuius rei causa, rogo te per deos,

Pecuniam ac diuitias quisquam expetat,

Suos amicos iuuare quam vt queat?

Gratiæq; dearum suauissima fructum serere?

Voluptatem enim potioris atque cibi

Omnes ex æquo percipimus: at splendidis

Quidem canis non sedatur fames.

Eadem munificentia Telesias Acragantinus summa cum beneuolentia cunctis hospitibus ædium suarum valuas aperiens, quingentorum equitum qui è Gela hyemis tempore ad ipsum diuerterant, singulos veste donauit, ac tunica. Clearchus sophista, quem ἄγχι ἐδ' ἐμῶν vocarunt, Charmum Syracusium tradit, versiculos & adagia cœnarum quibusuis ferculis lepidè accommodasse: piscibus quidem: Relictis Aegæi maris salso profundo huc adueni. Conchis quas ἰχθυόεντες nominant: Saluete ἰχθυόεντες, Ionis muntij. flexuosus lactibus: Tortilis samsq; nihil: atramento suo perfusa loligini, Sapis tu quidem, Sapis inquam: Epsetis salsamento quod ἀγῆον vocant, admixtis, Hanc à me turban non disijcies? Anguilla excoctate: Simiosa, non oblecta. Multos dieteris eiusmodi festuos homines Laurentij cœnæ interfuisse Athenæus scribit, qui in stratis lectis accumbentes hæc iocorum bellaria tanquam pro se symbolas conferrent. Idem ait, Charmum, quod ad apposita singula sales in promptu haberet aptos, vt antea diximus, facetum doctumq; à Messeniis existimatum fuisse. Eodem ingenio Calliphanes, cognomine κερραβεύων, poematum multorum initia descripta, ad tres vsque vel quatuor versus continenter recitabat, multiplicis doctrinæ laudem affectans. At ex conuiuiis alij multum in ore habebant, commendabantq; Siculas murænas, flutas anguillas, thynnorum ad Pachynum captorum sumina, hædos ex Melo, mugiles è Simætho: ex vilibus conchis Peloridas, Mænidæ ex Lipara, Thebana rapa, ex Ascra betas: Cleanthes Tarentinus, Clearcho teste, inter conuiuandum eloquebatur omnia versibus, vt & Pamphilus Siculo, qualia hæc sunt,

Da quod bibam: Perdiciis crus: Matulam aliquis mi porrigat:

Placentam mihi aliquis dato. Aristophanes esse nonnullos ait in degunda vita constantes ac frugales, abdomini ventriq; minime seruietes, plebiscitorum quisquillas & vinacea gestantes. At Syracusius siue Gelous Archestratus in ope-

p. Trimaerie promontorium. q. Insula maris Ionij, sulphuris & aluminis sacunda. r. Sicilia fluuius, à quo Simæthij dicitur. s. Callius cap. 7. 28. Quidam legunt, nobiles conchas è Peloro. t. è Mantinea. Cælius. v. Iambicorum Græcorum hæc sunt recitamenta. Erasmi adagio, Perdiciis crura, exponit breuibus, distorsit, eailibus cruribus ministrum, qualia sunt perdiciis. x. ἄγχι ἐδ' ἐμῶν. y. ἄγχι ἐδ' ἐμῶν. Sic proprie dicitur oparari qui manuum labore viciant: ego viciis & gula mancipia veri. z. Athosiensis optimates factiosos inuuit, qui sui decretum vempublicè turbarent.

d. Qui diuites sunt, æque magnificos ac liberales quam fuit Lauentius, esse debent. e. E melle, et farina. Laert. in eius vita. e. Verum multo magis ea delectatione quam offert conuictus ac colloquii amicorum. Iunius adagio, Splendida cœna sument non sedat. Idè adagio, Gratia non ducitur penitentia.

f. Curricanum, huc illic curstantem, opiparas vœcenas captaret.

g. E tragœdia verus hic sumptus est.

h. Plinius buccina vocat, quod illi sumis tanquam è bucina edatur. Vox xipuz præconem significat. Hinc iociter venustus quæstus.

i. Hemistichium Homericum.

k. Verba sunt Andromachæ apud Euripidem in sui nominis tragœdia, de moribus Spartanorum. Erasmi adagio, Nihil sanè.

l. Plutarchus libro, Quod secundum Epicuram viuere in eundè non licet, hemistichium illud resurpat de libris quos Epicurus scripsit de cultu deorum.

m. Versiculus è tragœdia, Effuso succo quem alio continent, loligo est sepia piscatorum manus euadunt, hoc astu sapientes. Marton lib. 4. Septimam solam inquit, nigrum est albu nocere. Erasmi pronunt.

n. Albus an ater.

o. Epseti, pisciculi relictis in fesse, cum post exundationem in aluenum fluuij redierint.

p. Ex pulpa thynni, caudæ propiove, minus idè lausa quod sit macilentior, id paratur.

q. Versiculus è tragœdia, vt arbitror, de passis mulieris criminibus.

r. Vorax, pronuntiandu illi versibus stridulus est obstroperus. Erasmi adag. Calliphanes.

s. Callius cap. 7. 28.

t. Cælius.

v. Iambicorum Græcorum hæc sunt recitamenta.

x. ἄγχι ἐδ' ἐμῶν.

y. ἄγχι ἐδ' ἐμῶν.

z. Athosiensis optimates factiosos inuuit, qui sui decretum vempublicè turbarent.

Ventris leges. De voluptate. Convitium enarratio. Obsoniorum apparatus.

Erasm. proverb. Septem convivium, novem convivium. Sic legit Vhilander cap. 1. lib. 6. apud Vetricium. Tentorium.

quod plures voraciores essent, quam ne privata spiritus alerentur. Vide proverbia. Musica: Musae improbitas. Theocritus.

De Parodia libri. 14. & 15. agitur. Sic olim poetas vocabant qui ad aliorum imitationem versus conderent. Vel quod lentis esset animus, vel quod lenticulis esset notata facies. In catalogo poetarum Cytherinis fuisse dicitur.

Erasm. proverbio Nil bulbos profuerit, vide posthac lib. 1.

Archestratus sumino genere est factus.

Gesperus lib. de piscibus hunc locum diligenter explicat. p. Vide proverbia. Hecata caena, Hecata Menides & Trigle, nempe multi sacrificabantur. Aethiopi locus fuit Trigle, & in eo Triglanina Hecates simulacrum, q. Philoxenus illas faciat.

re cuius titulus est, vt censet Chryssippus, Gastronomia, vt Lynceus & Callimachus, Hedypathia, vt Clearchus, Deipnologia, vt alij Opsopoea, (heroicis, hexametrisq; versibus poema illud compositum est, cuius hoc initium,

Helladi ego historiae specimen nunc prebeo toti, ad verbum) ait:

Omnes laeta una mensa cenare iubeto:

Accumbant vero tantummodo quattuor, aut tres,

Ad summum quique, & non plures: nam fuerit iam

Militis hac nummo conducti scena rapacis. ignarus in contiuio Platonis fuit

se octo & viginti,

Quidam cenas cinium

Respectant, & dextra celeritate aduolant

Adillas non vocati,

inquit Antiphanes: deinde subiungit:

Nutrire populum e publico hos oportuit,

Et quod facere muscus aiunt Olympijs,

Bonem illos non accitos pertundere vndiq;

Gignit hyems quedam, sed quedam gignit & aestus, inquit Poeta b Syracusius.

Itaque simul omnia comparari non possunt, quamuis memorare facile sit. Cenas quidem alij multi descripserunt, & ex iis, versibus Timachidas Rhodius, libris vndecim, vel etiam pluribus: rum etiam Numenius Heracleotes, Diceuchis medici discipulus, Metreas Pitaneus Parodus, Hegemon Thasius, quem lenticulam cognominarunt, & quem inter veteris comediae scriptores quidam recensent. Cena Philoxeni Leucadij comicus Plato meminit:

A. Hac ipsa in solitudine

Deliberatum est hunc librum percurrere.

B. Quisnam liber sodes? A. Philoxeni noua

Ars delicata preparandi obsonia.

B. Ostende qualis sit. A. Quis audi tu potius.

Ordior a bulbis, in magnos finio thymnos.

B. Quid? finit in thymnos? quod est longe optimum,

Male vltimum isto collocatur ordine.

A. Bulbos sub cinere edomitos, suauiq; rigatos

Post condimento, multos ede: corpora firmant.

Hactenus hac. Posthac pelagi tradentur alumni.

Non patinam damno, tamen anteferenda videtur

Sartago;

& mox:

Ne varias Orphos, Synodontas, Carchariasve

Concidas, Nemeffis ne te indignatio perdat.

Integros assos apponito: suauius hoc est.

At polypus sinuosa, suo si tempore capta,

Atque ingens membris, elixa est suauior assa.

Si vero parua hac fuerit, tu longum elixa valet.

Iam nullus nullo vult sese fume ligari,

Compressus odit, caste sacer ipse Diana.

Scorpius in ventrem delapsus te satiato.

Ab hoc Philoxeno placentis quibusdam nomen indiderunt. De hoc ita scribit Chryssippus: Domi Iurconem habeo tam insanum, vt quo minus cibos attingant vicini, palam in balneis manum in feruidæ solium demersam ea tractare quæ calent assuefaciat, & calida os colluat, ne fauces calidis offendantur. Aiunt & ipsum cum coquis & obsonatoribus pacifici vt omnia calidissima mensis inferant. Sic enim solum cuncta vorare, cæteris, ne vran-tur, illum non assequentibus. Hoc idem proditum est de Cytherio Philoxeno, Archyta, & aliis multis, e quibus vnus quispiam apud Crobylum comicus sic loquitur,

Ad ista que calent summopere,

Dextri sunt habilesq; mei digiti.

Mihi volupe est guttur salsamentorum pulpis accendere,

Gaminus

Carminis sum, non homo.

Clearchus scribit Philoxenum, vbi lauisset, aliorum domos circumire solitum, pueris comitantibus; qui acetum, oleum, vinum, & alia condimenta gestarent: ipsumq; alienas ædes ingressum, posteaquam cibos aliis coctos iniectis quæ opus forent condidisset, reuerti consueuille vt cum illis epularetur. Idem cum aliquando nauigasset Ephesum, reperissetq; vacuum obsonio forum, causam percontatus, vbi ad nuptias omnia coempta fuisse cognouit, lotus ad sponsi domum perrexit, non inuitatus, ac post cenam. carmen nuptiale cecinit, cuius principium est. Nuptie earum splendidissima: quo cantu mirifice sunt omnes exhilarati: fuit enim dithyrambicis poeta. Rogante vero sponso num postridie illic quoque cenaturus esset, Sic sane, inquit, obsonium si nullus vendat. Philoxenum Eryxidis filium imitari non debemus, inquit Theophilus. Is enim acensans naturam, vt diutius ac magis frueretur cibi ac potionis voluptate, collum sibi gruis optabat, cum tamen prorsus multo magis petendum esset, vt vel bos fieret, vel camelus, vel elephas, quoniam harum bestiarum maior vehementiorq; est voluptas & appetentia, quandoquidem pro viribus corporis amplius cibis illæ fruuntur. Melanthio vortam id Clearchus adscripsit his verbis: Tithono quidem Melanthius sapientior fuisse videtur. Nam ob senectutem omni voluptate priuatus ille, quia fieri se immortalem cupuerat, in geniali thoro pendens iacet, Melanthius vero voluptatis desiderio captus aus cuiuspiam longam ceruicem dari sibi postulabat, vt quam diutissime in voluptatis sensu moraretur. Idem narrat, Pithyllum, Catillonem cognomine, non tantum linguæ operculum ac thecæ e membrana circumuoluisse, verum etiam tanquam e vagina linguam exeruisse cibi voluptatem vt perciperet, & deniq; piscis affricu illam repurgasse. Solus is ex voluptariis istis ganeonibus manicas & digitalia indutus cibo vescēbatur, vt in os miserimus popino quam calidissima ingereret, linguæq; obiceret. Alij Philoxenum piscibus apprime delectatum fuisse aiunt: Aristoteles simplicius inquit, cenarum nimis studiosum illum fuisse. Idem & alicubi scripsit, eos qui ad populum concionantur diem totum absumere in orbis miraculis, dum cum iis fabulantur qui e Borysthenē vel Phasi reduces appulerunt, ipsi vero nihil eorum quæ literis prodita sunt legunt, aut discunt, nisi forte Philoxeni cenam, atque illam non totam. Phantias scribit Philoxenum Cytherium poetam obsoniorum cupediis deditissimum, cum cenaret apud Dionysium, vt mullum ingentem ei vidit appositum, sibi vero paruum, auri suum manu sumptum adiuuile, & interrogante Dionysio cur id faceret, respondisse, Galateam se scribere, ac cupere non nihil eorum quæ apud Nereum geruntur ex illo pisciculo referre: ipsum tamen, quod iunior esset captus, ad ea quæ percontabatur, quidquam fari non posse, ac ideo quod sperabat se non assecutum: illum autem grandiozem & seniozem qui corā ipso stabat, omnia quæ indicari vellet, optime nouisse: risisse ad ea tum Dionysium, ad Philoxenumq; misisse adlatum sibi mullum. Dionysius certe libenter cum eo potabat aliquandiu, verum vt vitiatam ab eo comperit Galateam amicam, coniecit in latomias, vbi fabulam Cyclozem composuit, suarum miseriarum argumentum, in qua Cyclopes persona Dionysius inuebatur, Galateæ tibiçina, Vlyssis poeta ipse. Tiberij sæculo vixit Apicius, vir ditissimus, luxu solutus, a quo complura placentarum genera Apicia nominant. Multas nummorum cum ille myriadas profudisset ventris & gulæ causa, Minturnis, quæ ciuitas est Campaniæ, vt plurimum degens locustis vescēbatur magno emptis, quæ illic nascentes, & maximas Smyrnæas, & Astacos Alexandrinos amplitudine vincebant. Cum in Aphrica vastæ inusitataq; magnitudinis audisset reperiri, continuo, ne expectato quidem vnico die, illò nauiprofectus, multaq; incommoda nauigationis percellus, vt propius ad oram eius regionis accessit, priusquam nauis exiliret, (aduenturum enim rumor in ea prouincia increbuerat,) piscatores ad eius nauem cõtenderunt, & quam maximas obtulerunt locustas, quibus conspectis, num maiores haberent percontatus, cum negassent illis grandiores quas aduexissent vsquam in cõ mari gigni, Minturnensium recordatus gubernatorem iussit eadem via Italianam repetere, priusquam in terram appulisset. Aristoxenus Cyrenaicus, patriam gentilemq; philosophiam verè professus, quam-

qua cibi plus ingurgitaret.

Aurora marito, Memnonis patre, de quo Florat. Longa Tithonam minuit senectus. Inuit adagio, Melanthio delectator, Posthac lib. 1. circa finem.

Grui, cygni.

Summi viri, maxime apud populi autoritatis. Audiendus, & adactarum oratione cognoscendus. Ignari, qua in mundo sunt mirabilia breuiter tempore, & facillime lectura: cognosci quam auditione.

Pariphasicus Erefius, Lærtius, in vita Aristippi. Fabulam de Galateâ, marina dea, Nerei & Doridos filia. Virg. Nerina Galateâ thymo nihi dulcor Hybla. Amicus: adagio, Philoxeni codicillus: & adagio, Seruus non est qui morrem negligit, tradit in latomias, ad carcerem mirandū in altitudinem depressum, saxo multorum opera penitus exciso, ideo detrusum fuisse, quod inepta Dionysij poemata fistidiret, andre nollet, calamo transfuso irregulari. Turnebus legendū censet Latumias Aduers. lib. 22. c. 16.

De illo rursus memorata quedam vide lib. 3. Vide Cælium lib. 3. cap. 10. & Bud. sub fin. lib. 3. de asse. d. Sclator Aristippi Cyrenæici, eius philosophiæ principum ac conditorum. Vide Lærtium in vita Aristippi.

ob rem πωλύ, id est, ventrosus appellatur, quamvis Aristoxenus proprium nomen esset, luxu perditissimus, natus in horto suo lactucas vesperi multo rigabat, postridieque diluculo excisas placentas esse virides dicebat, quas sibi terra suppeditasset. Traiano imperatori cum apud Parthos esset, procul a mari dierum permultorum itinere, Apicius recentia misit ostrea, sua diligentia sapientiaque servata, non, ut Nicomedi Bithyniae regi, procul etiam a mari disito, halecem desideranti, coquus aliquis pisciculum imitatus, quod finxerat pro halece apposuit, Itaque Euphron comicus sic loquentem coquum inducit;

Suidas. f. αὐτὸ ἀποβῶν... Moderatē & cō... Erasim. prouerb. Myconius cōm... Myconiorū m... Myconius vicinus. Erasim. prouerb. Boni ad bonorum cōmuniā. Positae libr. 4. circa mediū. Horat. Chium matris exors: cō... Nomina scilicet cōposita: φιλοκ... qui posside... Ad panem. Nō... Imperat. extru... Ad hanc dicit primam: vel se... In hōr... amissa stylus... Graeci vocant. Umbra... Suidas... Decem... ad... Erasim. prouerbia Decem... di... que Beroaldus in Columellam admo... Matutina... ras indicant, v... bre longissime, b... uones autem meri... de posthac lib. 6. Idem sive cita... ee Menandro in Ceryphale, lib. 6. Erasim. prouerb. Deipnum quodcumq...

A. Olim Soteridis fui discipulus, Qui Nicomedi a mari duodecim Dierum via sciuncto primus aliquando Halecem requirenti, media hyeme Apposuit, ut pra gaudio omnes exclamarent. B. Hoc qui fieri potest? A. rapum seminam Sumpsit ille, & minimum admodum Concidit, halecisq, efficit a figura Feruens oleum affudit, salem scitit Addidit, superq, insparsit papaueris Nigri duodecim numero semina. Ita regis, dum esset in Scythia, expleta est cupiditas: Ac Nicomedes rapum cum manderet, Halecis pra sentibus amicis laudes commemorauit. A poeta nihil sane differt coquus: Est enim utriusq, ars mentis solertia.

Archilochus Parius poeta scribit. Periclem non inuitatum, Myconiorum more aliorum conuiuus interuenisse. Myconij certe ob inopiam, & quia insulam sterilem habitarent, propter auaritiam & sordides male audierunt. Itaque praeparum Ischomachum, & lareonem Myconium Gratinus appellat.

A. Quo pacto tu Ischomacho Myconio genitus Munificus esse potes? B. bonus ego ad bonos viros Epulatum veni. Amicorum omnia communia. A. Multum quidem, & mari dilutum ad ebrietatem usq, Bibis, nec aliquid rependis pretij. Archilochus vero inquit, Haud tu quo modo amicus solet, Vltro huc venisti, non vocatus: Verum ad impudentiam venter mentem animumq, tuum adigit. Eubulus poro Comicus alicubi scripsit,

Conuiuiarum quos acciui, duo sunt In caena prorsus inuicti; Philocrates, & Philoctetes: Vnus quidem ille est, ai pro duobus supputo, Imo vero potius pro magnis tribus. Sic enim aiunt Ab amico quodam ad caenam accersitum Cum monuisset amicus, ut adesset quando Indicis viginti pedum metienti umbra foret, Accessisse diluculo ipsum, statim ubi sol Metiri concessit, cum esset etiamnum bipede longior Umbra pedibus viginti, Dixissetq, deinde, se paulo tardius Propter occupationes aduenisse, exortus ut est dies. Ad gratuitam qui lente cunctanterq, caenam pergit, Eum puta suum in bello facile deserturum ordinem. At Chrysippus inquit, Comportationem que nulla tibi pecunia conitat, ne recusa. Eiusmodi copotatio non solum amplectenda, sed etiam ambienda. Antiphan. vero, Diuina vita est, si sine rationibus

Alicna

Alicna quisquam sapius carnauerit. ac rursus, Reata vita; in qua me nouam semper viam Excogitare oportet, ut quod maxillis mandam suppetat. Hac arte domi instructus veni ad conuiuium, Id praemeditatus ut hospiti mercede non per soluta euadam: Nos enim poetae sene fumo sacrum semper facimus. Vox quidem μονοφαγῆν antiquis in vsu fuit. Antiphanes, Iam μονοφαγῆς, mibiq, molestus es. Ameiphas, Abi in malam crucem, effraetarie, μονοφαγε, id est, qui solus manducas.

Apud Homerum insignis est heroum vita. Nam cum frugalitatem in iuuenibus virtutem esse primariam, conuenientissimamq; perspiceret, & quae maxime illam aetatem deceat, eandem praeterea quae honesta & bona sunt omnia suppeditare, huius amorem illorum animis volens inferere, & principio statim, & rursus deinceps, ut omni conatu & studio ad res praecelaras contenderent, & sua communicantes mutuis se beneficiis iuuarent, victum omnibus paucis contentum & paratu facilem fuisse monstrat, nimirum hoc reputans, voluptatum ac cupiditatum vim maximam circa potum & cibum versari: qui vero a frugalitate nunquam discedunt, eos in moderatos, & in reliquis officiis vitae continentes futuros. Itaque victum omnibus simpliciter tribuit, eundemq; regibus pariter ac priuatis, iuuenibus, senibus, nempe carnes assas, easq; ut plurimum bubulas, & diebus festis, & in nuptiis, & alio quouis heroum conuiuio, non autem Candylen, Thria, Ametas, & quae melle parantur dulciaria regibus separatim exhibet, sed ea promiscue quorum vsu valerent & corpore & animo. Aiacem igitur post certamen cum Hectoris susceptum bouum tergoribus Agamemnon, honorario scilicet praemio, donat: idem Nestori iam aetate prouecto, ac Phoenici, carnem assam dat: Alcinoium, quamuis delicatiori vita & voluptatibus adiectum, bubula quoque vesci poeta narrat, absterrens: nos videlicet ab effreni cupiditate. Quin & Menelaus, dum filiorum suorum nuptias celebrat, Telemacho bouis terga iussit apponi: Assa, quae honoris causa ministri attulere. Nestor etiam ob suauissimos & charissimos liberos in maris littore Neptuno boues immolat, cum rex esset, & multos haberet qui suis iussis obtemperarent. Sanctissimum enim diisq; gratissimum sacrificium est, quod pro domesticis viris, & erga nos beneuolis peragitur. Quin & procos, petulantes, voluptateq; dissolutos, nec vesci piscibus, nec aribus, nec mellitis poeta memorat, cum linarum cupedias pro viribus tanquam refecans, & quod ait Menander, titillantis venereq; irritantia cibaria, ac quod multi, ut Chrysippus ait, Lastaurocabama vocant, cuius apparatus operosior est. Priamus quoq; apud poetam filios obiurgat, ac probrosam esse inquit, quod inconsumpta & vetita legibus absumerent: Hados in patria, teneros rapuistis & agnos. Philochorus scribit, cum Athenis defecisset aliquando soboles pecoris, prohibitum fuisse ne quis intonsum impexumve agnum comesset. Homerus tamen piscosum Hellepontum nominarit, Phaeacas nauigare frequentissime ac peritissime tradiderit, Ithacae portus esse multos, & propinquas adnexasq; insulas non paucas cognouerit, in quibus voluerum syluestrium & piscium esset magna copia, & in parte quadam felicitatis eorum populorum atq; locorum recensuerit quod pisces mare praebet, nusquam tamen prodidit mens inferri piscem, atque adeo ne fructus quidem, quamuis illic abundarent, eorumq; libentissime faciat mentionem, sempiternumq; ac immortalem eorum prouentum illic esse affirmet: Nam, ut ait, succedunt pyr pyriss, & quae post sequuntur. Quin nec vllum coronatum, aut vnguentis delibutum, aut ad suffitus odores accendentem inducit, sed ab his omnibus delitiis in libertatem ac vitam paucis contentam, praecipue reges, vindicat. Diis quidem ipsis victum simplicem idem quoq; assignat, nempe Nestar & Ambrosiam. Apud eundem sublatis myrrha, thare, coronis, & huiusmodi luxu, mortales tenui frugalique victu deos colunt, ne illo quidem fruentis immoderatus, tanquam insatiabiles, sed, quod a medicis praestantissimis fieri solet, detracta

a 4 nimia

p Erasim. prouerb. Sacrum sine fumo. q Cibum solum ca pere. Alij non ad significat dicitur in hac referri, sed ad rem ipsam, nempe solitas veteres absque conuiuio domi comesse: idq; probari verbis Antiphanis & Ameiphas citata. r Hieron temporebus elixa carne vesci non solitas Seruini adnotat in r. an. t Candyse fiebat lacte & melle. Thron ex adipis iullo & haidio, lacte & somidales pitalis ouorum: o mibus his obuoluntissimis, unde nomen. u Ametas placet lacte conuicta. v Allad m. w Odiss. a Paulo post Vlysses socii pisces ex aues in Sicilia venantur, Libr. 3. alia ratio consili Homericide hae re traditur. Plutarch. Quall. 8. lib. 8. Sympos. b Odiss. r.

produxit. Etenim mortalium primum illud genus, cum humanior cibus haud ita dudum repertus non afflueret, confertim & auidè in alimentum irruerat, & iis qui haberent vi eripiebat, qua insolentia & immodestia cædes fiebant: indeq; probabile est, τὴν ἀτραπὴν h vocatam fuisse, quod γὰρ τὰς βαλίας, id est conuiuia ac festiuitatibus scelus id primum homines patrauerunt. Ut autem Cereris beneficio largior annona fuit, cibum ex aequo singulis exhibuerunt, quæ res ad modestiam cœnas reuocauit, hominesq; impulit ut æquabiliter panem ac bellaria partirentur, & ἄλευρα ¹ pocula bibituris paris magnitudinis fierent. Est igitur δαΐς appellatus cibus, ἀδὲ τῶ δαΐσιν, quod diuideretur ac distribueretur æquis partibus, & qui carnes assat coquus, δαυπρός ², quoniam æquam portionem cuique frustulatum dissecat. In hominum tantum victu non autem ferarum δάρας, id est conuiuia, Homerus intellexit. Huius autem dictionis vim Zenodotus non perspiciens, in editione sua hos versus Homeri sic descripsit,

Αὐτὸς δ' ἐλάσσει τὸν χεῖρ ἰόντων,
οἰωνοῖσι ³ γὰρ δάρας:

Ἴψος obicit canibus lamianos,
ἀτὰρ epulas auibus,

Vulturum & reliquarum auium cibum sic appellans, cum in solum hominem consilio & delectu liberæ voluntatis cadat æquabilitas. Quamobrem huius tantum alimentum, τὴν δάρα, nimirum portionem vnicuique attributam nominare debemus. Apud Homerum saturi conuiuæ cibi reliquias abeuntes non asportant, sed eas relinquunt apud conuiuatores, quas ancilla penuria siue proma reconditas asseruer, ut si quis nouus hospes adueniat, ad manum sit quod dare possit. Apud Homerum auibus piscibusq; ^m vescuntur. Vlyssis itaq; socij venantur in Sicilia,

Captantes ⁴ hamis volucres piscesq; recuruis,

quos in Sicilia quidem fabricati non erant, sed nauibus aduexerant secum, ut inde piscandi studiosos fuisse, artificesq; peritos, appareat. Præterea quos abripere Scylla Vlyssis socios poeta confert cum piscibus longa virga captis, & foras eiectis, ut inde constet artem piscandi exactius Homerum caluisse, quam qui Halicænticos ^o libros composuerunt, Numenium, inquam, Haracleorem, Cæclum Argium, Pancratium Arcadem, Posidonium Corinthium, & qui paulo ante nos vixit, Oppianum Cilicem: quibus adnumeramus Seleucum Tarfensem, & Leonidem Byzantinum. Tot enim poetarum qui heroicis versibus argumentum id tractarunt nauci libros nos sumus. At eiusmodi cibariorum in cœnis heroum Homerus nusquam meminit, quod illis cum grauitate & dignitate accumbentibus eiusmodi ferula congruere non censeret, quemadmodum nec vnquam tenellos animantium pullos mactant. Nec verò piscibus tantum, sed etiam ostris vtentur, quamuis nec admodum salubribus, nec suauibus gustu. In profundis gurgitibus illa sanè iacent, nec alia ratione, artificioso capiuntur, quam si quispiam in altum subeat, vrineturq;

Cernuus & salis promptè demergitur undis,

& quem ait multos satiasse
Terbea ⁵ quarentem. Singulis conuiujs apud Homerum apponitur canistrum, mensa, poculum, ut bibant,

Si quando incessat vini potusq; cupido:

coronanturq; ⁶ vino pateræ, dum labra vinu exuperat, ut superflare corona videatur, id quod fiebat bonæ scæuræ gratia.

Omnibus, à pateris pubes tum diuidit orsa,

in quo versu omnes conuiuas, non autem pateras exponimus. Alcinoi igitur Pontonoum sic alloquitur:

Fac ut sint temulenti in nostris adibus omnes,

& deinceps subdit, Sunt autem in conuiujs sui præstâtissimis viris honores. Diomedes & carnibus & pluribus poculis honoratur: Aiaci honoris causa longa terga bouum afferuntur, similiter & regibus:

Isdem terga bouis, que ipsi dudum apposuere,

Ipsi nempe Menealo, qui & pluribus datis poculis Agamemnoni honorem suum defert. Pateris quoq; multis, sedili, & carnibus Sarpedonem regem suum honorificè decorant. Lycij: Salutabant & olim se mutuo, propinantes.

^h Hæc vox significat improbitatem, impietatem, scelus, nefas, flagitium.

ⁱ Sic dicta, ut quidam volunt, tanquam ἄλευρα, quod alia non essent alijs capaciora.

^k δαυπρός nunc structores, & ut ait Petronius, scissores vocant: qui diuitum & principum mensis appropria ferula scissimæ celeriter dissecant.

^l Vera lectio est, οἰωνοῖσι τε πῶσι δῖος δ' ἐπελέητο βαλῆ. Et ceteris auibus: sic Iupiter ipse volebat.

^m Pag. tamen 7, nec proci nec Phæaces pisces aut volucres edunt.

ⁿ Odyss. μ. Ἀρπύριος in Apologia prima visio memorie de Menelai socijs & Phæon insula hæc tradidit. Cæserum, inquit, eodem piscium argumento etiam Menelai socios putabis magos fuisse, quos ait poeta præcipuus sicca hamulis apud Phæon insulam famè propulisse.

^o De marinis piscibus, & eorum capitura.

^p Τὰ χίτλια: callos marinos interpretantur. De hæc vide Ronsdetium & Gouernum.

^q Odyss. v.

Itaq;

Itaque ^r dij vicissim

Excipiunt sese pateris fulgentibus auro: id est δειξιῶνται, porrectis dextris inuitant, & saluere iubent. Achillem etiam quidam δέδεικτο, accepit, id est ἐδειξίοντο, nempe ipsi propinans, poculum dextra obtulit. De sua portione quisque largiebatur quibus esset libitum. Sic Vlysses de tergo quod appositum sibi fuerat rescissam partem Demodoco dat. Adhibebantur & in conuiujs citharedi, ac saltatores, ut apud procos: & apud Menelaum,

Diuiusq; poeta canebat.

duo verò ^s Cybisteres μολπή, cationem inchoarunt, & in vertiginis modum sese rotantes proiecerunt. Hoc scilicet loco μολπήμ ποῦτα τὴν ποσὶν ἰσθμῶν eum, saltationemq; vocat. Fuit autem eo sæculo modestum cantorum genus, & philosophica prorsus morum integritate. Quamobrem vxori Clytemnestræ cantorem Agamemnon relinquit monitorem & custodem: qui primum sanè laudes scæminarum ^t proferebatur, exemploq; illarum honesti ac boni desiderium excitaret, deinde suæ consuetudinis ac præsentia iucunditate ab improbis cogitationibus mentem auerteret. Itaque non prius Clytemnestram Ægisthus stuprauit quam in insula deserta quadam cantorem ^u occidisset. Eiusmodi fuit & qui apud procos inuitus coactusq; necessitate canens, insidiantes illos castitati Penelopes execrabatur. Cantores hercle poeta venerandos hominibus, ac publica reuerentia colendos existimat. Quapropter illos sic alloquitur,

Vos etenim Musa docuere,

Quis charum genus est cantorum. Apud Phæacas Demodocus Martis & Veneris concubitus canit, non quod id vitium probaret, sed ut ab iniustis & inconcessis cupiditatibus dehortaretur, cum illos sciret vita luxuriosa delicataq; educatos fuisse, ac ideo moribus ipsorum simillima recitaret, eorum insolentiam reprehensurus. Apud procos Phemius quod volebant, & mandauerant, Achiuorum reditum cantat: Vlyssi verò Sirenes quæ maximè oblectarent, & quæ digna multarum rerum qua excelleret cognitione, animiq; magnitudine forent.

Cognita sunt, aiunt, & nobis plurima, tellus

Et quæcumq; sinu secundo procreat alma. Enimvero saltationes apud Homerum sunt aliæ Cybisterum, aliæ cum pila, cuius inuentionem Agallis ^v Corcyræa grammatica, Nausicaæ ^o, cui nimirum suæ, gratificari cupiens, adscribit, Diæarchus verò Sicyonijs, Hippasus Lacedæmonijs, omnium primis, ut & corporis exercitationes. Solam quidem ex heroidibus Nausicaam pila ludentem Homerus inducit. Eo ludo celebris fuit Demoteles, Theognidis Sophistæ Chij frater, & Chærephanes quidam, qui petulantem iuuenem affectans, nec vlllo verbo compellens, sua tantum præsentia ne quid peccaret, impediēbat: cumq; iuuenis affatus polliceretur si desineret sequi, omnia quæ posceret se facturum, Egōne, inquit, tecum ut loquar: cur ergo, ait, mihi sic adhæres? quia te, inquit, aspicere mihi volupe est, odi verò mores tuos. Quod in ludo pilæ nunc Harpastum ^z vocant, appellabant olim Phæninda, mihi quidem gratissimum, ob laborem & contentionem certaminis circa pilam ^a, & quia ceruicè maximè is ludus roborat: quem sic Antiphanes depingit,

Sumptam pilam

Huic letus dat, aliumq; simul fugit,

Alium extrudit, alium rursum lapsum erigit

Clangore magno vocum. Phæninda porro vocabant ἀπὸ τῆ ἀφίσεως ^b, à proicctu, quod qui luderent procul iacerent. Iubas Maurus inuentorem eius ludi fuisse autumat Phænestium exercitationum ^c ludimagistrum. Antiphanes.

Phæninda lusus ad Phænestium ibas.

In eo certè lusu decorus & concinnus motus corporis ut esset curabant. Quamobrem Demoxenus ait,

Iuuenis quispiam

Ludebat pila, armorum forte septemdecim:

Cous: videtur ferre deos hæc insula:

Qui quoties assidentes nos conspiciatur

Pilam vel sumens, vel dans, continuo

^r Iliad. δ.

^s Budeus petauri stas reddidit, vocatæ quæ obscura Græce lingua ἰγνῶν. Sic appellantur saltatores qui corpore in spiram contorta in caput prouoluuntur.

^t Fortassis quod ea corpora voluntatione se iactantibus accinerentur iocularia quadam, aut voce, aut citharæ, ut sit hodie.

^u Odyss. γ. Adagium tamen vetus est, Multa cantores mentiri.

^x Lib. 3. Epigrammat. Antipater in Ibycum: ἔδῃ γδὲ περπατῶντος κλειῶν Ἀβυδῶν ἀσίδων, ὅμῃ μελαμῆται ἴσαν ἐκφυγῶν ἀμῖδων.

^y Suidæ Anagallæ.

^o Alcinoi Phæacum regis filia, & Arotes.

^z Vulgo, la balla, Itali, à calzj: δὸν Ἐγνῶντι, à rapiendo, quod qui collusoribus pilam præcipit fugiens aut ferre contendat. De hoc lusu Galenus libellum scripsit. Pilam stasiam Perironius vocat. In ea luditur raptim, expulsum, datatim.

^a Arripiendam, retinendam, proficiendam pugno, pede. Erasmi. prouerb. Spharam inter se reddere.

^b Erasmi. δὸν Ἐγνῶντι, quod emisit pila conspiciatur, c. Pedosibam.

Acclama

*Acclamabamus omnes: tanta erat concinnitas,
Tantus ingenij lepos, tam venustus gestus,
Sive quid loqueretur, sive quid etiam faceret.
Tam absolutam pulchritudinem ego antea
Non videram: tantum gratie non audieram.
Mali quidpiam certe amplius euenisset, dicturus
Illic si substitit istern, mentis ne nunc quidem set compos
Vt arbitror sum.*

Pila non ineleganter ludebat Ctesibius philosophus Chal-
cidenfis, cum quo vt luderent, ex Antigoni familiaribus vestem multi exuebant.
De ludo pilæ Timocrates Lacedæmonius librum scripsit. Apud Homerum Phæa-
ces^d absque pilæ lusu saltabant: idq; vicissim. Nam quod ait poëta,

d Odyss. 9.

Ταράς ἀμειβόμενοι, significat, vices permutatim crebro, aliosq; successisse,
aliis adstantibus, & indicibus digitis applaudentibus, quod λιχάζειν vocat. Agnoscit
etiam poëta cum saltatione cantum. Ergo cantante Demodoco adolescentens tum
primùm pubescentes saltant. In oplopecæ^e, nimirum bellica saltatione, puer citha-
ram pulsat, alij tanquam insani tripudiantes cantioni saltationem accommodant.
Illis poëta scilicet verbis gesticatoria^f cum cantu saltationis modus innuitur, qui
ætate Xenodemi atq; Pindari florebat. Est autem huiusmodi saltatio earum rerum
imitatio quas dictio cantionis enunciat. Eam venustus Xenophon in Cyri expedi-
tione^g apud Scythen Thracem in conuiuio adhibitam sic repræsentat: Postea-
quam diis, inquit, libatum^h est, Pæanaq;ⁱ cecinerunt, surrexerunt primi Thraces, &
ad tibiam armati^k saltare, leuiter in altum subsilientes, ac vibrantes quatientesq;
gladios: Tandem alterum ferit alter, vt hominem percussum omnes crederent. Ille
verò artificiosa simulatione cecidit, cunctis exclamantibus. Mox qui fauciasse vide-
batur iacentem armis spoliatus, & Sitalcæ^l laudes canens egreditur. At reliqui Thra-
ces humi stratum, vt mortuum, efferunt, quamuis nullo esset malo affectus. Magnesi-
sij postea & Ænianses prodierunt, quam καρακάριον, id est, Sementem vocant, salta-
turi cum armis. Saltationis hic modus est: Armis appositis quidam iugatos boues
agit, seritq; frugem, tanquam metu identidem se obuertens. Accedit prædo: quo
prospecto raptis armis ante iugum arator pugnat tibiam modis corporis motum ada-
ptans. Ad extremum verò prædo victum aratorem cum iugo abducit, & nonnun-
quam prædonem iugarius. Quidam, inquit Xenophon, & Persicam saltaturus ex-
surrexit, cetrarum^m quas collidebat, fragore obstrepens & obtundens, eaq; omnia
faciens ad tibiam numeros concinnè. Arcades verò arma illi detracturi assurgunt, in-
quit, & ad numeros, quosⁿ bellicos appellant, conuenienter incedentes, tibia can-
nunt & saltant. In vñ fuerunt Heroibus & tibiam, & fistulæ. Agamemnon^o fistula-
rum tibiaramq; fonos audit: ad conuiuia tamen illas poëta non inducit, in bellica
saltatione cum celebrarentur nuptiæ, tibiaram tantum mentione habita, quas Bar-
baris tribuit. Apud Troianos igitur sonitus fistularum tibiaramq; multus funditur.
Post cœnam, cum iam cœtus dissolueretur, libabant antiqui Mercurio, non, vt po-
steritas, Ioui Teleo^p, quoniam Mercurius somno præest. Libabant & eidem à cœ-
na^q discessuri ob linguæ commercium. Mercurio namq; sacræ linguæ^r sunt ob elo-
quentiam & orationis perspicuitatem. Nota fuit & Homero varietas ciborum, vt qui
nunc dicar,

Omnigenas epulas: nunc, obsonia reges

Qualia manducant Iouis omnipotentis alumni. Nostri quoque sæculi magnifi-
centia & sumptus illi cognitus fuit, qui Menelai domum splendidissimam fuisse tra-
dat. Polybius ædes structura & ornamentorum splendore tales depingit regis cuius-
dam Hispani, quem æmulatum fuisse Phæacum etiam luxum affirmat, nisi quod in
atrij medio aurea argenteaq; pocula stabant, vino plena ex ordeo cōfecto^s. Home-
rus Calypsus domicilium cum particulatim depingit, obstupefcit^t Mercurius. Apud
eundem voluptati dedita est Phæacum^v vita.

Incunda cithare, chorea, & conuiuia semper: ac quæ sequuntur^x. Hos ver-
sus sic legendos cenfer Eratosthenes,

a Πηλεὺς, Callima-
chus vocat in hy-
mno Iouis: alij Pyr-
rhichis, cuius memi-
nit autor libr. 14.
Erasim. adagio, Pyr-
rhichen oculis præ-
se ferre.
b Lib. 6. c. 7.
c Alij, ictho Sada-
re.
d Deorum laudes
hymno recitant.
e Saltatio illa Pyr-
rhiche dicebatur.
lib. 14.
f Thraciæ regis.
g Scuti breuioris
genus sic appellant
ymbone carens, fi-
gura lunæ semiple-
na, Græcorum Reli-
giam.
h Euseb. hist.
o Iliados 9.
i Adulto. Euse-
bius τολοπέριον
& ἀλάληρον expo-
nit, persiflorum ex
integrum. Vide Gy-
raldum.
k Theophr. lib. De
Characteribus, ca.
10. c. 7. μικρολο-
γίας, scribit Diana
quoque libationes
ferri solitas.
l Erasim. adagio,
lingua scorum in ci-
datur. Aristophanis
interpres in Plut.
Didymus in Odyss.
9.
m Zytho.
n Odyss. 14. c. 2.
o ἀδύνατος πρὸς
τοὺς θεοὺς. Οὐκ ἔστι
ἰδὸν, c. 1.
p Odyss. 9. Iunius
adagio Phæacum
vita.
q Sequitur proxi-
mus versus. ἱμερο-
τα^r ἔφημοισιν
λατρεῖτε θεοῖς, ἃ
ἀναμύματα νε-
stes, lecti, calίδαῖς
λαγναί.

οὐ γὰρ ἔγω γέ φημι τέλει^a χαλεπέσθην εἶναι,
ἢ δὲ γὰρ εὐφροσύνη μὲν ἔχει κακότητι^b ἀπείρους:
Δαυτυμόνες δ' αὐτὸ δάματ' ἀκατάσταντ' αἰαδῶ.
In vita quidquam non credo gratius esse,
Quam cum letamur, nec adest noxa improbitatis^c:
Aedibus & medijs audit conuiuia carent em. & ἀποστυν κακότητι^d, absentē impro-

id est:

bitatem, exponit ἀφροσύνη, imprudentiam, & amentiam, haud rectè, quia non pos-
sunt esse non prudentes, bonæq; mentis Phæaces, quos imprimis diis charos esse
Nausicrates ait. Apud Homerum^e proci latronculorum lusu,

Ante fores animum recreant: non à Diodoro Megalopolitano, aut Theo-
xeno, eam ludendi rationem edocti, nec à Leone, ortu quidem Mitylenæo, sed
Athenis oriundo, qui, vt scribit Phanius, in eo ludo fuit plane insuperabilis. Appion
Alexandrinus se ab Ithaceni Ctesone audiuisse memorat, qualis esset apud procos
ille latronculorum ludus. Centum enim ac octo fuisse procos, qui totidem, quot es-
sent ipsi, calculos inter se contrarios, numero pares statuerint, vt ex vtraque parte
quingenta quatuor essent, intermedio quodam relicto spacio quod vacuum esset.
In ea quæ acies & ordines discernebat area, calculum vnum collocasse, quem Pene-
lophen nominabant. Pro signo ac scopo is erat, si quis altero calculo ferire posset.
Cui iaciendi fors obuenerat, in illum collimans dirigebat calcem, & si forte attigisset
Penelopen, antrorsumq; è sua sede propulisset, calculus eius qui miserat, in eiectione
ac protusi locum deponeretur: & cum denuo Penelopen in eam sedem, quam ob-
tinebat prius, restituisset, secundo alterum calculum rursum mittebat, ac, si percuf-
sisset, nullo ex cæteris^f calculis ictho, vincebat, optimamq; spem concipiebat de Pe-
nelopes coniugio. Hoc lusu pluries Eurymachus victoriam adeptus Penelopes nu-
ptias sibi magna spe pollicebatur. Sic autem præ delitiis molles fuerunt procorum
manus, vt nec arcum possent tendere: egregie verò culti ac sumptuosè illorum mi-
nistri. Apud Homerum notatur^g & in vnguentis eximia odoris suauitas,

*Commotis quibus aratas sursum ad Ionis ades,
Peruadit tamen & fumus, cælumq; solumq;.*

Eleganter quoque structos cubi-
culares lectos Homerum non ignorauit, quales Vlyssi sterni mandat Arete, & apud
Telemachus se multos possidere Nestor gloriatur. Ex aliis verò poëtis quidam æta-
tis suæ profusiones & ignauas voluptates quasi Troianis temporibus iam vsurpatas,
scriptis prodiderunt. Sic Æschylus inèpte ac indecorè Græcos tam ebrios inducit,
vt matulas illis mutuis plagis perfringant. Eius verba sunt:

*Hic ipse est, qui tela nonnunquam mihi
Ridicula multum, fatidam nempe matulam
Impegit, haud frustra: meum namq; ad caput
Disiit in testas refracta paruuulas,
Diuersum ab vnguentis olens graue quidpiam.*

Sophocles in Achiuorum fre-
quenti cœna:

*Ira fremens, grauius olentem ille matulam
Iccit: nec errauit: meum namq; ad caput
Vas rumpitur fragrantis vnguenti nihil
Spirans. odoris fœditate inhorru.* Eupolis eum qui primus pro ἀγάλη, matu-
la, ἀμάλα vocabulum nouauit, & inuexit, perstringit his verbis,

*A. Odi laconismum. τὰ γυνίλειον^a quantius emero.
Βεβωῆδης^b, id est subagitatas fuisse multas arbitror.
Qui verò primus inuenit ἐπωρωπεῖον^c,
Laconum scito multam se inuenisse λακωνισμῶν^d.
B. Εἴ τοι sanè. Quis omnino primus inter pocula^e dixit ἀμύδα?
A. Palamedis^f hoc inuentum est, & sapiens quidem.*

Apud Homerum in
& Achilles contentiosè discerant, Agamemnone tacite & in animo gaudente, ve-
rum vtili quodam gloriæ studio, quærentes nimirum prælio an astu capiendum esset
b Ilium.

g Τῆς κακότητος
quidam λυβύλιον,
ὁ δὲ αὐτὸν interpre-
tantur, dolorem ac
molestiam. Quam
cum letamur, ra-
cui sumus atq; do-
lore. Odyss. 11.
χ Odyss. 11.

a Qui pone & ex
aduerso conside-
bant.

b Iliad. 2.

c Iunius vocis r-
sum qua in sarta-
gine fringere signifi-
cat:
d Ridet rsum vo-
cis βεβωῆδης pro οὐ-
κὲν ἔστιν:
e Adhibere, pro
πῶς bibere.
f Merde Laconica
lacum, id est puti-
das & insulas no-
menclaturas.
g Pro ἀγάλη. Iu-
nius adagio, Pala-
medis inuentum.
lib. 14.

i Odyss. Vide Leopoldum cap. 9. lib. 10. Emend. et Junii adagio, Pro pede xenium. Huius rei mentio rursus fit paulo post hoc libr.

k Elizia non vides fuisse autor supra scripsit.

l Eris ignavus. Erasmi adagio, In beatam.

m Ingeniosa res est turpis. Subiecte ignavae mulieri spogia dam compressa ac colitur, et subfidant, erissantia femina lascivum motum imitantur, quod ad venerem magis accendit virum.

n Plinius lib. 26. cap. 10. Theophr. cap. 10. 9. hist.

o Alij Sandrocotum.

p Opiidov animm. p Iliad. 7. Alij illi- nie vnguento facie Veneris, atq; repurgat.

q Lydia rex, non Crassi filius, sed Mania. Herodotus lib. 1.

r Talorum, tessera- rum, pila, et alia multa, praeter quae calculorum. Herod.

s Tōv ivxiov: alij legunt ivxiov, ha- stam initium. Ad- dux militum clamor manus confere- tium. Junius adag.

t Proamion et exa- dion. Votorum pra- tium in clamor di- citur, quod festi- votis, veluti pralu- tio quodam pugna- rent.

lium. Quin nec Homerus cum temulentos procos fingit, adeo insolentes fuisse memorat, quam Achivos Sophocles & Aeschylus narrant, sed de ipsorum petulantia hoc unum scribit, eos bubulo pede Vlysem impetuisse. Sedebant in cenis heroës, non accumbebant: qui mos, ut inquit Duris, etiam interdum servabatur apud Alexandrum regem. Is enim aliquando quadringentos duces in sellis aureis & argenteis veste purpurea stratis sedentes ac reclinatos conuiuio excepit. Hegesander scribit apud Macedonas nemine in cena accumbere solitum qui aprum extra retia non interemisset, verum in sedilibus cenasse quoad feram occidissent: ideoq; Casandrum iam natum annos trigintaquinque, sedentem cum patre cenavisse, quod nondum eo defungi certamine potuisset, quamvis & validus, & peritus venator. Præterea Homerus, quod decorum est spectans, solis carnibus quas sibi preparassent vesci fingit. Nec enim vel pudendum, vel ridendum fuit, quod opsonium elixantes vel condientes aspicerentur. Sibi namq; id ministerium obibant, & quod ait Chrysippus, sua in ea re ipsis admodum placebat dexteritas. Vlysem igitur congerendis ad focum lignis, & artem culinariam, habilem, quantum alium quemvis, Poëta fuisse scribit. In supplicationibus publicis Patroclus & Achilles, bene ut omnia sint, curant. Nuptias celebrante Menelao sponfus Megapenthes à poculis est. Nunc verò tantum ab ea frugalitate nos excidimus, ut accumbamus in conuiuio. Nuper quidē balnea in vltim venerunt, quæ principio intra vrbs pomeria ædificari non sinebant.

Quantum ea lædant, sic Antiphanes declarat,

In rem malam aufer balnea: horum incendia

Sic elixarunt corporis mei cutem,

Ut unquam quivis possit abraderi:

Adeo violenta res est aqua feruida.

Virum inebriari per Iouem non oportet.

Probum, nec calida lauare, quod tamen facis.

Aucta verò posterioribus saculis eorum qui obsonia parant, & vnguentariorum diligentia, ut, si vel in vnguenti folio quis natet, contentus non sit, inquit Alexis. In pretio quoque sunt artificia bellariorum, & in feminarum congressu opera adeo superuacua, spongas ut subicere quidam excogitarint, quod ad frequentiorē initum stimulare putant. Theophrastus autor est, quibusdam medicamentis venerem adeo irritari, ut ad septuagesimum coitum viri sufficiant, ac sanguis tandem erumpat. Phylarchus scribit, Sandropycton Indiarum regem ad Antiochum medicamenta quædam adstringentia misisse, quæ subdita pedibus coeuntium, aliis venrem excitarent passerculorum modo, in aliis cohiberent. Inreuit etiam nunc musices peruersus vsus, vestium quoq; & calcamentorum sumptus inualuit. Homerus non ignarus vnguenti quamnam esset vis, & gratia, heroum nullum inducit vnguentatum, excepto Paride, qui

Vnguento Veneris splendet,

Vnguento Veneris faciem limat, atq; repurgat:

atque adeo nec vllum quidem coronatum: quamuis translatione simili quid esset corona sibi compertum fuisse ostendat cum ait:

Insula quam circum immensi maris vnda coronat.

Ac quaquaersum belli est dispersa corona.

Est & animaduertendum Vlysem ante partum lauare manus, in Iliade verò nullum inueniri qui id faciat, quoniam in Odyssæa otiosorum hominū vita designatur, & ob pacem luxu diffluentium, quamobrem & qui in ea nominantur, balneis, lotionibusq; indulgent corpori, & ob eandem rationem in eo vitæ statu, & tanquam republica, saltant, talisq; & pila ludunt, quod Herodotum arguit scribentem cum regnaret Atys, ad fallendam famem re- pertos ludos fuisse. Sunt enim antiquiora heroum tempora. Qui autem in Iliensi republica degunt, propemodum vociferantur:

Audi, & ades, Alala, bella filia, votis præuia.

Aristonicum Carystium Alexandri comitem, cuius officium erat coram rege pila ludere, ob eius artis peritiam Athenienses ciuitate donarunt, ac insuper statua. Postiores enim Græci artes manuaras & plebeias multo pluris æstimarunt, quam partam eruditione rerum intel- ligentiam.

ligentiam. Histiaz quidem & Oritæ Theodori calculorū sculpsoris in theatro statuam æneam dicarunt, quæ manu calculum teneret: similiter & Milesij Archelai citharistæ. Thebis nulla est imago Pindari, vbi visitur cantoris Cleonis simulachrum, adscriptis his versibus:

Iste Cleon Thebanus erat, Pythæa patre natus:

Et cætor: cuius crebra corona caput

Præcæxi: summum nunc gloria tangit Olympum.

Saluè Cleon, Thebas nobilitas patriam.

Sub eius imagine cum Alexander Thebas dirueret, quendam Polemon ait aufigiturum, aurum quod habebat, in pallij cauo abdidiisse, & annis post triginta, cum instauraretur ciuitas, reuer- sum, offendisse vbi occuluerat. Herodotus Logomimus, ut Hegesander refert & Archelaus saltator, ex illius amicis apud Antiochum regem in summo pretio fuerunt. Soltrati verò tibicinis filij apud Antiochum eius patrem satellites fuerunt, & custodes corporis. Matream Planum Alexandrinum Græci pariter & Romani admirati sunt. Bestiam alere se is dicebat, quæ seipsam comest, ut etiamnum quamnam Matreæ fera sit inquiratur. Quæstiones idem ad instar dubitationum Aristotelis & scripsit, & recitavit publicè, huiusmodi: Quare sol, dum occidit, subeat oceanum, non in eo vrinetur ac natet? Quare spongiæ compotent, non autem simul ad ebrietatem vsque bibentes lasciuant? Quare denarius commutetur, non autem irascatur? Pothino Neurospasto vti scena permiserunt Athenienses, in qua furore diuino percitus Euripides tragedias suas agebat, tanta indignatione Euriclidis, & Aeschylis, ut stomacho abundi exfurrexerint, & abierint. In admiratione fuit & Xenophon præstigiator, cuius discipulus fuit Cratisthenes Phliasius. Emicantem sponte ignem hic eliciebat, & aliis id genus multis spectris, quæ ingeniosè machinabatur, hominum obstupentium iudicia perfringebat, ac ludificabatur. Talis fuit & Nymphodorus miraculis suis famosus, qui, ut scripsit Duris, Rheginis succendens ignauitiam cum risu primus illis exprobat. Eudicus ridiculus scurra clarus fuit, quod, ut Aristoxenus refert, pugiles, ac luctatores, Straton verò Tarentinus, quod dithyrambicos versus imitaretur: ut & Italus Oenonæ, quod citharæ modos ac sonos exprimeret. Hic, ut idem scribit, Cyclopem induxit stridula voce cantillantem, & naufragum Vlysem cum Nausicaa barbarè ac ineptè colloquentem. Diopithes Lorcensis, ut autor est Phanodemus, Thebas profectus, vesicas lacte vinoque plenas succinctus, compressis illis ex ore manare simulabat. Illustres fuerunt eiusmodi miraculorum præstigiis & apud Alexandrum Scymnus Tarentinus, Philistides Syracusius, Heraclitus Mitylenæus. Plani fuerunt magni quoque nominis Cephisodorus, & Pantaleon. Philippidis ridiculi scurræ Xenophon meminit. Gentem Romanam mundi esse populum verè dixit Athenæus, ut à scopis non procul sit iaculaturus & aberraturus, qui vrbs Romam esse totius orbis compendium asseruerit, ciuitates nimis in vniuersum omnes, extructas intra se, complexam, & particulatim multas, quas licet cuius agnoscere, ut auream Alexandriam, Antiochiam pulchram, Nicomediam speciosissimam, & splendidissimas omnium quibus illucet Iuppiter, Athenas inquam. Recensere me conantem quot oppida vrbs cælestis ambitus contineat, ob eorum multitudinem non vnica diēs tantum defecerit, sed quotquot annum consuevit: quandoquidem in ea vrbe gentes etiam totæ habitant, ut Cappadoces, Scythæ, Ponti nationes, & alæ complures, quarum concursus habitabilis totius terræ populus est. Nostra memoria philosophum quendam, inquit Athenæus, saltatorem egregium Memphin appellarunt, eo nomine quod est oppidi primarij & plane regij, hominis principatum in staticis ac corporis motu declarantes. De Memphi sic Bacchylides,

Tranquillam Memphin, frondosum & arundine Nilum.

Enimvero hic aperte demonstrat quanta Pythagoricæ philosophiæ vis sit, ut qui tacens omnia nobis manifestus indicaret, quam qui artem dicendi se docere profiterentur. Saltationis tragicæ, quæ inoleuit Athenæi sæculo, is primū autorem fuisse tradit Bathyllum Alexandrinum, quem rectè saltasse affirmat Seleucus Aristonicus, & Pylades, qui de sal-

tatione

f Lego: Estiei quidem, & Oritæ, & c. Estiatidis Bæotia meminit Plin. cap. 2. 31. in qua Melas est, sine suis, sine fluminis. Oritæ, gæ India: Oritæ, Hispania: Oritæ, à quo Oritanite, oppidum Eubææ. Plinius. De Estico- side Thestalia Strabo lib. 9. Pausanias lib. 7. Amphiclio aduena homo, ab Estia Eubææ, post Oenopionem & filios Chiorum rex fuit.

g Junius adagio, celo tenus altum, & Orationis cuius- que per risum imitator. y Impossura iocula ri homines fallenti. De planis & eorū festiuis dolis agitur lib. 14. Junius adagio, Matreæ belluæ alie.

z De inuido quidam id exponunt: alij de polyto: alij de homine, cuius ingenitus calor sponsum, id est materiam qua sponsetur, excelsi, & abstinit. a Καταδάσκη. Ea vox significat præter alia multa, animi perturbatione quadam moneri, & tanquam alium fieri.

b Sic eos vocabant, qui sedibus ac tendiculis animantium motum in statu & imaginibus repræsentabant.

c Hanc extremam orationis partem Næalis in exemplari suo legit.

d Ad verbum attonitos præ stupore homines dementabat.

e Οωμφορνοϊός. στλατονοϊός. g Tumidos, inflatos, siltos in honorem Bacchi cantari, dithyribus περπαδόνος, id est, ex vocabulis multis constantibus, contextos.

h Τερεϊ, Γερα. i Βολυκί, Γερα. Junius adagio, Solæni.

k Erasmi proverb. Scopum attingere. l Αχελύγοτρος, inimicè tempestatis obnoxiam: ab hyme tutam.

in Lascia & in-
honestia.
n Graui, & na-
merosa.
o Proterva, agre-
sti. De his lib. 14.
Pollux addit τρι-
βιβλιον, quam &
τριβιβλιον, & πο-
δον, & οβ-
ωδον, & τριβιβλιον
vocabant. Erasmi
adag. Pyrrhichen.
De illa paulo su-
pra.
p E Thracia poeta
ille fuit, quem in
canendi certamine
superatus musæ &
lyra priuarunt, &
oculis.

q Alia fabula de
Nausicaa Phœaciū
regis Kleinoti filia.
r τριβιβλιον.
* Οβωδον, οβω-
δον.

s Ex Enstatio in
Odyssæ legendam
h. 17. 15. d. ἀρετῶν
715.

t Erasmi prover-
b. Vultu virum facit,
v Εὐνοῖα μὴ δι-
εσθῆρας ἀνεπιτηδῶ-
ς Ad verbum, ad
disciplinarum per-
uigilantiam.
y Αἰσθητικὸς, cor-
poris ornam qui
non deceat.
z Alij: & idea
tributu nullus exi-
gat à nobis:

a Tragicorum ve-
stimentorum. Ho-
rat. De arte poet.
Lucian. περὶ τῆς
χόρας: Plutarch.
in Sympof. Quæst.
159.

tatione librum edidit, Italicam saltationem ab hoc Bathyllo scribunt cōstatam fuisse
è Comica^m, quam Cordaca nominabant, Tragicaⁿ, quam Emmelian, & Satyrica^o,
quam Sicinnin, à qua Satyrarum, scriptores Sicinnistas appellarunt. Huius repertor
fuit barbarus quidam Sicinnus. Cretensem fuisse nonnulli aiunt. Fuit autem Pyla-
dis saltatio fastuosa, operosa, mouendis affectibus idonea, Bathylli verò hilarior, vt
quæ saltationi rite gestulationem corporis accommodaret. Sophocles formosus
iple, ætate florenti, cum à Lampro & musicam adhuc puer didicisset, & artem sal-
tandi, post nauale ad Salaminam prælium circa trophæum cum lyra saltauit, nudus,
& vnctus, vel, vt quidam aiunt, vestitus. Idem cum Thamyris^p fabulam doceret, ci-
thara modos accinuit, & cum ageretur Nausicaa^q, summa corporis agilitate cum
pila saltauit. Grata fuit & sapienti Socrati Memphisita saltatio, cui operam nauan-
tem amici familiarisque sepiusculè cum deprehenderent, vt inquit Xenophon, sal-
tationem esse ille dicebat, omnis musices exercitationem. Verbum quidem ἀρχαῖος,
id est saltare, pro ἀρχαῖος, ἀρχαῖος, id est, moueri, & irritari, antiqui vsurparunt.
Anacreon,

*Pulehrys comis venusta
Grate Iouis celeriter
Stanim^g, saltare.*
Ion.
Insuperata re animo magis depresso, id est, commotus est, ac irritatus. Her-
mippus scribit Theophrastum ad horam conditam in Peripaton scholam suam ire
solicum, corporis nitido & exacto cultu, illicq; sedentem cum verba faceret, oratio-
nem sic institure, vt nullum gestum prætermitteret, nullam figuram corporis argu-
mento conuenientem. Itaque helluonem & gulosum cum aliquando imitaretur,
exerta lingua labra circumlinxisset. Curæ fuit & veteribus, vt vestem decenter col-
ligerent, ac eos irrideret quibus hoc negligeretur. Plato in Theæreto, illos putat
qui omnia promptè ac scienter ministrare quidem possunt, nesciunt tamen inge-
nuè apteq; vestem induere, & verborum concentum ignorare, & deorum fortuna-
torumq; hominum vitam rectè nunquam celebraturos. Andromedam Sappho ita
deridet:

*Moribus^s quedam male docta, prorsus
Rusticis, mentem fouet, atq; mulcet,
Quæ talos nescit sinuosam ad imos
Ponere vestem.*
Philetærus, siue Amphis,
*Ne pallium infra pectus demittas miser,
Ne supra genu aduoluas, rusticorum modo.*
Hermippus scribit à Theocrito
Chio, vt illiberalem, Anaximenis^t vestitum reprehensum fuisse. Callistratus Aristo-
phaneus in opere suo maledictis incessit Aristarchum, quod eruditioni, qua præditus
erat, vestis non congrueret^v, tanquam ad doctrinam comparandam^x id non nihil
conferat. Quamobrem Alexis inquit:
*Illiberale censeo nimirum ego
Per publicas vias ineptè^y progredi;
Cum aptè liceat: & nullo^z id dispendio
Constet nobis, nec aliunde vllus sumptus fiet.
Contra verò pariat id rectè utentibus
Animi magnitudinem cum dignitate, voluptatem spectantibus:
Vita, ornamentum: quis, quæso, tantum decus
Sibi non acquirat, si mentem habere se putat integram?*

Æschylus non tan-
tùm palliarum^a & abollarum decorum ac grauitatem excogitauit, quam æmulati
sacerdotes, & qui faces in sacris gestant ministri, iis induuntur, sed etiam multos sal-
tatorios gestus à se inuentos chori personis tradidit. Chamæleon igitur scribit ab
eo fuisse primùm formatos chori abiq; saltationum doctoribus, eumq; gestus cho-
ri præscripsisse, vt totam prorsus tragediæ dispositionem ac dispensationem in se
transulerit. Agebat enim qualis in scena personæ & fabulas, vt decet. Itaque Ari-
stophanes, (comico enim de tragicis sententiæ ac testimonio fides est habenda,
da,)

da,) Æschylus sic loquentem inducit:
Cestus choris instituebam ego suos.
*Troianos speculatus vidi
Cum venerunt huc mortuum^b filium
Priamo^c surrepturi, cum multis nunc bis, nunc illis gestibus.*
Telestis, siue Te-
lestes quidam, saltandi magister, multas quoque gestulandi species reperit, mani-
bus tam argutis, vt quæ pronuntiaret omnia manifestissimè declararent. Aristocles
scribit Telestem Æschyli saltatorem illam sic artem calluisse, vt cum saltaret Duces
septem Thebas^d obsidentes, res ab illis gestas saltationis gestibus euidenter oculis
subiecerit. Veteres poetas Thespian, Pratinam, Cratinum, Phrynichum, Saltato-
rios olim vocarunt, non ideo tantùm quia suas fabulas chori saltationibus accom-
modarent, sed etiam quòd præter suorum poematum actus saltandi rudes, si qui vel-
lent, eam docerent artem. Vinofus Æschylus, vt ait Chamæleon, tragedias suas
scribebat, quapropter ei Sophocles obiecit, etiam si ea traderet scriptis quæ oportet,
id tamen inscientem^e facere. Gentium peculiare sunt quædam saltationes, vt
Laconicæ, Træzonicæ, Epizephyriæ^f, Cretensès, Ionicæ, Mantiniacæ, quas ob ma-
nnum gestus Aristoxenus præfert omnibus. Saltandi certè peritiam rem præclaram
& sapiente viro dignam existimarunt, vt Apollinem Pindarus Saltatorem nominet:
Saltator, splendoris ac venustatis rex Apollo, instructe lata pharetra.
Homerus, siue Homeridarum^g quispiam in hymnis,

*Apollo,
Qui tractas manibus citharam, nunc dulce ferito,
Altius incedens, & pulchrius.*
Eumelus siue Arctinus Corinthius Iouem
saltantem inducit his verbis:
Saltat & in medijs hominum pater atq; decorum.
Theophrastus inquit, An-
dronem Catanensem tibicinem primum, cum tibia luderet, corporis motus aptos
& concinnos addidisse, indeq; veteres ἀρχαῖος^h, saltare dixisse, post eum Cleophan-
tum Thebanum. Illustres saltatores fuerunt Bulbus apud Cratinum, & Callian, Ze-
no Cretensis Artaxerxi charissimus apud Ctesian. Alexander in epistola sua ad Phi-
loxenum meminit Theodori, & Chryssippi. Timon Phliasus Sillographusⁱ Mu-
sæum^k, caueam esse dixit, irridens philosophos qui ibi alebantur, & tanquam aues
maximi pretij, incluse reti faginabantur.
*Permulti pascentur in Aegypto populosa
Pugnantes libris, ac semper digladiantes
Musarum in cauea,* vt de verbis rixari nunquam^l cessent. Hi profectò
oratores^m mensarij præ loquacitatisⁿ vitio oblitì mihi videntur oraculi Pythici,
quod adscripsit Chamæleon:

*Figinti ante canem, ac totidem post ipse diebus
Aedibus umbrosis tectus, medico utere Baccho.*
Mnesitheus Atheniensis scri-
bit, Atheniensibus responso Pythiæ iussu fuisse, vt Bacchum medicum veneraren-
tur. Alcæus Mitylenæus inquit,
*Pulmo rigatus nunc mædeat meo:
Exorta cælum senu Canicula
Peragrat: æstus est molestus:
Omnia nunc sitiunt, & arent.
Potemus, orta est sicca canicula.*
Eupollis scribit à Protagora^o Callian coactum
fuisse bibere, vt ante canis exortum vuidus esset pulmo. Nobis autem non tantum
exaruit pulmo, verum etiam propemodum cor ipsum, quamuis hæc loquatur
Antiphanes,
*A. Heus tu, quæso, viuere quidnam est?
Ad torrentium fluent a vides quotquot
Arbores noctu semper ac interdum
Irrigantur, qua magnitudine sint ac pulchritudine:
Quæ verò contrarijs locis tanquam sitiunt,*

b He. Iam.
c In Priami gra-
tiam.

d Æschyli trage-
diam que adhuc
extat.
e Quòd vino ex-
temulentia obru-
tus nesciret quid a-
geret.

f Sic diste à La-
criis Epizephyrijs,
portionem magna
Græciæ in Italia su-
pra Zephyrii pro-
montorium inco-
lentibus.

g Poetarum, quæ
Homero versibus co-
nati sunt imitari.
Homeridas Chios
Strabo lib. 14. me-
morat, ab Homero
genus repetentes,
componenda versibus
exercitatos, vel teste Prudant:
ὄδον αἰσῶν & ἀνεργί-
διον ἐκπλάον, ἰστίαν
τὰ παρὰ ἀσπίδι.
Vnde Homeridae
rhapsodiarum ve
plurimum cætores.

h Erasmi pro-
uerbio, Siculifare.
i Distertio sal-
forum ex mordaci-
um poëta, male-
dicus, qualis apud
Latinos Laborius.
εἰς τὸν ἀδελφὸν
σάινα.

k Musæum in Ale-
xandria regia do-
mus atque mensæ
fuit, in qua vt A-
thenis in Prytanæo,
sumptu regis victus
quotidianus præbe-
batur viri doctrina
na excellentibus, eū
honore amplissimo.
Iunius adagio, Bi-
bliotheca animata.
vide posthac lib. 15.
l Τῆς λογιστικῆς
verborum pugna.
m Τετραλογίται-
ετ.

n Τῆς γλαυκω-
ρίας.
o Plutarchus Qua-
stione 2. lib. 7. Sym-
posicon. Citatur
et hic locus lib. 10.
Plutarch. lib. 7.
ὀνομαστικῶν ποι-
ῶν. Aristotel. lib.
3. De part. animal.
Eusebius lib. 5. Pra-
parat. euang. Ma-
crobius ca. 15. 7. Sa-
turn.

Κυνοδογίας. Sic latini vni- dum est: Horat. ode 5. 4. Longae d' vnam, dux bone, serias Praestes He- speria, dicimus in- tegro Sicci mane die, dicimus vni di Cum sol occaso subest. Mendium, aut vinum, aut Ionem. Mendai vini me- minit Hermol. cap. 8. in Diofco. Mē- da Plinio Macedo- nia oppidum.

Victorius capit. 11. lib. 7. Var. Iunius adagio, Mens in pb- pina. Erasim. pro- uerb. Animus in co- rru. Posthac libr. 4.

Uliad. d. Ad verbum, Ci- bi desiderium amo- uerunt.

Aut exsiccantur, perire stirpitus. Hac locutis de aestuosa canicula quod bi- berent datum est. βρεχων, id est rigare veteres bibere dixerunt. Antiphanes: Qui abunde comederunt, βρεχων, id est bibere, oportet. Eubulus,

Stolidus ego, βρεχυμι, id est appotus venio. De temulentus: potauit hic: bibi ego per Ionem Mendium. Iam verbum α- ναπτειν, id est decidere, proprie ad animi statum refertur, nimirum animo cadere, consternato animo ignauium iacere, & contemnere. Thucydides libro primo: Victi pauxillulum αναπτειν, id est animum despondent. Cratinus hac dictione vitur in remigum conatu. Obnitere valide, & αναπτειν, id est, adducto remo te resupina.

Xenophon in Oeconomico, Cur remiges minimè sunt inuicem molesti: an quòd sedent ordine? ordine remis incumbunt? ordine αναπτειν, in humeros sese attol- lunt, & reclinant? ceterum αναπτειν, id est decidere, pro κατακειν, id est accum- bere, dixit Euripides in Cyclope:

Αναπτειν, id est, Accubuit grauem animam exhalans faucibus. Alexis, Illam deinde prope me inbebam αναπτειν, id est, accumbere. Ανακειν, de sta- tuis collocatis ac positis dicitur; quamobrem illos qui hac dictione significarent mensae accumbere, notabant & irridebant. Diphilus:

A. Ego aliquandiu ανακειν, id est, mensae accumbebam: respondet sodalis of- fensus illo verbo,

B. ανακειν: id est, statua suas. Philippides, A. Apud illum cenabat semper ανακειν, id est, accumbens: mox subdit, B. Itane statuas conuiuas habuit? κατακειν accumbere, & κατακειν accli- nari, conuiuiorum propria sunt, vt liquet ex Platone ac Xenophonte in suis Conui- uiis, Alexis:

Quam calamitosum est ante cenam κατακειν, id est, accumbere: Nunquam cuiquam tum somnus obrepserit: Nec, si quid dicatur, id quale sit intellexerit. Est namq, mens tum tota mense proxima. Aliquando in hoc significatu re- perias & verbum ανακειν, sed admodum raro. Satyrus apud Sophoclem illa dictione sic vsus est:

Ignis me si exurat, in mediam cernicem vel ανακειν, id est, accumbentis Hercules insiliam. Aristoteles in legibus Hetruscorum, Cenant, inquit, Hetrusci cum vxoribus, sub iisdem aulaeis ανακειν, id est accumbentes. Theopompus:

Postea nos composit animus, Mollissime ανακειν, id est, accumbentes in triclinio Telamonis, flebilibus gementes vicissim modis. Philonides, Quod diu est, vt videre licet, ανακειν, id est, accumbo iam horis decem.

Dixerunt & veteres κατακειν, το απογευμα, id est, degustare. Apud Homerum sic Achillem Phoenix affatur:

Nilq, domi cum quoquam alio κατακειν, id est, gustare volebas. & alibi: Viscera quando illi, κατακειν, id est, gustarunt. Etenim viscera, quae pauca sunt, adstantium numerosa turba tantum degustat. Priamus etiam Achillem sic alloquitur:

At nunc ipse cibum gustauit. Fuit enim consentaneum in aduersa fortuna Priamo cibum tantum gustari, quia luctus satietatem non permitteret. Quamobrem idem nullo profus gustato cibo iacet αειν, & αειν, id est, ieiunus, ac impastus. Si quando verò poeta expletum cibo hominem indicet, verbo κατακειν numquam uti- tur, sed alijs quae satietatem innuant, qualia haec sunt,

At postquam oblectati epulis: Placauerunt famem. Posteriores autem iunioresq; de pleniore cibo κατακειν dixerunt. Callimachus:

Colloquio, & verbis, κατακειν, id est, pascat incundius ipse. Eratosthenes: E prunis raptae carnis tum frustra, κατακειν, id est, vorarunt. Assae: venandi fuerat quae capta labore. Iam verò vt, quod ait Lyricus poeta Thebanus,

Thebanus, lignum agglutinem ligno, Selencus apud Homerum inquit, δ' αειν δ' αειν, id est, conuiuium opiparum & lactum, transpositis literis esse δ' αειν, id est vi- ctum, ac pastum. Est tamen probabilius & το αειν, id est à dispartiendo δ' αειν vocatam fuisse. Apud Homerum non viri tantum, sed etiam foeminae pila ludunt: disco verò & iaculis viri, concinnò quodam motu corporis. Oblectant sese tum di- sco, missilibusq;. Ea namque voluptate leuatur malorum quae patiebantur sensus, Porro ad venationem ferarum omnigenarum, tanquam ad meditationem periculo- rum quae in bellis adeuntur, iuuenes procedunt, indeq; facti robustiores ac saniores turrium modo aduersus hostes se comparant, illosq; obiectis corporibus, ac collato pede telis incessunt. Illis etiam compertum fuit lassitudini omnifariam balnea me- deri, vt qui maris aqua neruis quidem vitilissima defatigatis membris auxiliuntur, de- inde musculos labore distentos in folijs humore dulci perfundant, mox vngant pin- guedine, salis vt aquis antea perfusa, corpora minus obdurentur. Itaque reuersi exploratores,

Sudorem multum detergunt aquoris vnda E femorum coxis, suris, ac vertice summo. & ita refrigerati, In nitidum solium descendunt, atq, lauantur, Membra dein pingui lotis vnguntur oliuo: Ad cenamq, sedent. Est & alia curandae lassitudinis ratio, quae fit capitis irrigatione:

In caput atq, humeros fundit gratum ipsa liquorem. Solium enim aqua spi- raculis cutis vndique circumfusa obsepiat sudoris excretionem, veluti si cribrum in aqua proicias. Nam ex cribro nihil effluet, nisi attollatur, vt apertis foraminibus hu- mori foras exituro via pateat, quae Aristotelis sententia fuit in Quaestionibus natu- ralibus, vbi causam inuestigat, Cur qui sudant siue calida siue frigida lauent, sudare desinunt, nec iterum sudant priusquam è folio discesserint. In heroum cenis appo- nebantur & olera, quorum vsum illis cognitum fuisse apparet ex his:

Illic postremus porri fuit ordo comati. Quin & cepis vescabantur, quamuis pessimi fucci: Composituris iam cepa elixa coquatur. Colendarum quoque arborum, & fru- ctuum colligendorum studium non defuisse illis poeta testatur: Illic vicinèq, pyri, ficusq, senescunt. Arborum autem frugiferas pul- chras poeta vocat:

Pulchra vbi nascitur arbor Et pyrus, & malus, ramosaq, punica: illas verò quae ad lignationem & ma- teriam caeduntur, longas seu proceras idem appellat, vocibus his appositis illas distinguens: Longa vbi nascitur arbor Populus, atq, alnus, caelumq, cacumine tangens Recta abies. Arborum quidem fructus edules in vsu fuerunt vel ante Tro- iana tempora: ideoq; Tantalus ne mortuus quidem cessat fructum apperere, si, vt aiunt, deus ille cui poenas luit, propius accedens, veluti qui baculis animantia bruta regunt, ab illis quibus frui cupit, tum aspellit, & abigit, cum arripiendi proxima spes & maxima est. Laerti patri Vlysses in memoriam reuocat sibi puero quae dedisset,

Dena mihi genitor pyra quondam ac terna dedisti. & quae sequuntur deinceps. Pisces illos esitasse palam est ex Sarpedonis verbis, qui Troiam in potestatem reda- ctā Panagri retis inquit capturae similem esse. Eubulus comico sale lepidè per iocū ait,

Pisces vbinam comedisse Homerus dixit Quendam è Graecis carnes assabant illi tantummodo: Etenim nullum elixasse ex ipsis refert. Quin nec scortum in castris vllum fuit: Itaq, per annos Achini mastuprati sunt decem, Acerba proflux militia, qui oppido Vno potitè, latiore multo podice

α Pindarus, Comp- petet adagii, quo- ties similibus ad- duntur similia. E- rasim. adag. lino li- num necis. Cita- tur & rursum hoc proverbium libro sexto. Interiectus po- tius litera est, quam interpositio.

Uliad. 12.

Odyss. 11.

Aristoteles se- ctione secunda, qua- stione item secunda, hoc sic proponit, cur membra, etiam si ante calida sint, aqua calide im- mersa non sudant? causam reddidit, corporis vitiosum excrementum esse sudorem: prohibe- ri verò ab aqua ca- lida eius liquatio- nem, quia calorem autorem liquatio- nis educit aqua te- por.

Odyss. 11. Que fructum esculentū vngunt, d Odyss. 11. Odyss. 11.

Gens ea bellicosissima hostem nunquam vicit auspicis suis, sed cum alijs supplicis firmiter.

Erasm. adagio, Capra Scyria.

Hi vestis et vestitus et suppleti coniectura. cotzabisi ludis et Latagum asphicatur lib. 15.

De Omopione supra pag. proxima.

Junius adag. Phenicium mendacium, per quod de Elia legi. Eufrasius ad Elia: animi solatia. De Phenicium moribus Erasm. adag. Phenicium comitamentum, et adag. Phenicium pacta.

Victis barbaris, ducis Miltiade.

Erasm. adag. Nati silphium.

Straabo lib. 15. Plin. cap. 17. 4.

Inde vini Maronem Cratinus appellat. Alij a Marene Evanthis filio Maroneum vinum dictum volunt, nepe Thracium illud generosum, de quo supra.

Dixi de nota.

Erasm. adagio, sine Cerere.

Junius adagio, Nectar spirat.

Psythium et Melampsythium Plinia. Pasi generosum saporum non vini refertur.

Deurique barbaros.

Deurique barbaros.

E Peperetho insula ante montem Atho sita.

geto Lacedaemoniam canem, perniciosissimum animal comparari vult aduersus feras: ad mulctram capras Scyrias lacte plurimo abundare: Argiuam armaturam esse praestantissimam: currus ex fecundissimo Thebanorum agro: rhedam ingeniose fabricatam quaerendam e Sicilia. Critias:

Cottabus e Sicilia terra pulcherrimum opus: quod Pro signo latagum tactibus obijciunt.

Hinc currus Siculus, Drepanensis tinctaq; lana, Qua vestis norunt texere delitias.

Thessalica est, qua sessa quiescunt corpora sedes, Milesius lectos conficit egregios,

Ac Chios vicina mari, vrbs quondam Oenopionis: Ex auro sculptas Thuscia dat phialas:

Magnificasq; domos ex are ornantia vasa: Phenicium inuentum littera nempe loquax.

Currules fellas Thebani sunt fabricati: Portandis Cares mercibus apta suis

Nauigia, et lembos, domini maris: at rota, terra Fornacisq; simul splendida progenies

Fictile, permagnum quod nostris adibus usum Exhibet, inuentum est Cecropij populi:

Erexit qui praclaras ad Marathonam trophaea.

quibus postremis verbis commendantur, & meritò quidem, ex Attica fictilia. Eubulus verò laudat e Cnido siglina vasa, e Sicilia lances, e Megaris doliola. Antiphanes excellere putat Sinapi Cyprium, ac Scammoniae succum: Nasturtium Milesium: Cepam Samothraciam: Silphium siue Maspetum e Carthagine: Thymum Hymettium: Origanum Tenedium. Perfarum reges vinum Chalybonium tantum bibebant. Posidonius in Damasco Syriae gigni tradit, illicq; fatas a Persis vites. In Adriatici maris insula Iffa, scribit Agatharchides vinum nasci, quod cum alijs collatum antecellere bonitate comperit est. Chij Thasijq; vini meminit sic Epilycus:

Saccatum Chium, Thasiumq; vinum. Vinum Lesbium, mea sententia, id est, quod Maron expressit: Clearchus:

Lesbio vino potu suauius aliud nullum est. Thasio Lesbioq; vino reliqua diei parte madet, ac lautè se curat.

A. Propitius istic Bacchus est, cum Lesbium vilissimo paretur. B. Ad nos aduehunt.

Vel Cyathum in aliud oppidum si quis ferat, Mox deprehenso bona sacra publica.

A. Miki Pramnium e Lesbo admodum vinum placet. B. Permulta sane hic gutta Lesbia bibitur.

Opsonij appetentiam valde excitant Vnguenti odor, corona, vinumq; Thasium.

Adest Venus, ubi magna rerum copia: Contra illa miseros odit ac fugit viros,

Thasium nactus, aut Chium, Aut vnde nectar stillat e Lesbo vetus.

Postquam ille bibit Psythium lenè, ac merum, Pectus mihi sitibundo aceto percutit.

Diluti Psythy congium. Aristophanis fabulam, cuius titulus est secundae cerialia celebrantes, Demetrius Troezenius inscribendam putat, secundae quae cerialia celebrarunt. In ea fabula comicus meminit Peperethij.

Vt Pramnium vinum bibas nunquam suam, Neq; Thasium, aut Chium, neq; Peperethium:

Aut aliud ullum experrigat quod mentulam. Est ad manum Leucadium, est e Messenium

Alexis: Idem:

Ephippus: Antiphanes,

Eubulus:

Meminit & is poeta vini Psythij:

Anaxandrides:

Eubulus:

Non

Non potui ingratum villum.

Pocula cum Seruatoris Iouis hauseris ipse, Excellens bibito, canum, vetus, & generosum Vinum, cuiq; comam niueus flos contegit vdam, In Lesbo natum, qua falsis cingitur vndis.

Byblina vina probo Phoenice qua sacra gignit: Lesbia non tamen his conferris censeo iustum.

Nam nihil assuetus subito si Byblina gustes, Illis Lesbia tu minus esse putabis odora,

Tempore pralongo nimium fragrantia quod sint: Inferiora tamen gustu sunt. Lesbia namq;

Quam vino, Ambrosia sanè propiora videntur. At verò si quis nugax, leuis, atq; superbus

Phoenices clamet vinum omnibus anteferendum, Stultitiam fatui vesaniam negligit prudens.

Est porro Thasium generosum, ac suave bibenti, Quod multis annis molluit tarda senectus.

Vrbibus ex alijs posim laudare racemos, Monstrare e proprio cuias sit nomine palmes,

Vno sed verbo nihil hac ad Lesbia vina. At quidam gaudent, obnixè cum sua laudant.

Nuces, pumica, & alias e Phoenicia cupedias, exiguas palmei vini amphoras. Idem: Palmei vini cadus subtus quidam apertus est.

Mendacium at ille si videt forte vsquam Aetate pubescens sequitur, & tandem ait,

Eheu mihi, quam lenè, & album, tres feret. inducit plura vini genera recensentem:

Mendacium vinum celestia numina me iunt: Mollibus in stratis, & qua Magnesia gignit

Lenia: tum Thasium, quod mali spirat odorem: Arbitror hoc equidem cunctis praeclere viniis,

Inculpatum si demas ac nobile Chium. Est e vinum aliud, Sapprian plebs nomine dicit,

Quod reclusa cadi summi dum labra patefunt, Purpureas violas redolet, suaves Hyacinthos,

Atq; rosas diuinus odor, diffusus in ades Nectaris afflatus dispergitur, Ambrosiaq;

Nectar ego prorsus vinum hoc existimo purum. Coniue prae potandum hoc, si sit amicus:

Ast inimicus si fuerit, vinum e Peperetho.

Phanias Ereffius scribit, Mendacium pendentes in vineis uas elaterio rigare, ideoq; aluum mollire vinum quod ex illis fit. Themistocles a Perfarum rege Lampfacum dono accepit, e qua sibi vinum haberet: Magnesium, e qua panem: Myunta, e qua obsonium: Palaecephin, & Percopen, e quibus vestes ac stragula. Imperauit & rex stolam vt barbaricam indueret, antea haec omnia largitus Demaratho, cui permisit & generis suis peculiarem vestitum, vt omnino a Graeco post abstineret. Cyrus etiam, magnus ille, Pytharcho Cyziceno quem diligebat, oppida septem donauit, vt autor est Babylonius Agathocles, Pedasum, Olympium, Camantium, Scepta, Artyphon, Tortvren, quibus opibus insolescens & ad insaniam vsque elatus, patriae tyrannidem affectauit, coactis aduersus eam copiis. Verum Cyziceni in eum irruentes seipos tutati sunt, coertim, impetuq; precipiti cum inuaderet, periculum tubeentes. Lampfaceni Priapum venerantur, qui cum Baccho idem est: nempe illius epitheton & adiectiuum nomen haud fecus quam Thriambus, & Dithyrambus. Mitylenaei vinum suum dulce Prodromon

Archestratus Deipnologus:

o Οινολογία, p. Ceterum ens, rator.

q Prims potio, meraca, quilibet tantum, ubi ubi benedicta, sunt apud doli, μόνος, boni Genij: deinde cum arbitrio suo quisq; diluisset, nomen Iouis Seruatoris praefabatur. Erasm. adagis, Seruatori tertius: Philotesius crater: Bone firmus.

r Καρποφορτία, aquae patronissimum.

s Byblos, oppidum Caelisria, ad Libanum.

t Αλαζονοικωμοφλόρα.

v Φοινικία, uνα-λιουσία. Αλιφάλας e palma laucias.

w Βίξ.

x Οίσι, hic e u-φερωνος έστ, eκ λώπης, letantis est, non dolentis.

y Sub aqua paries, vide prouerbis, aut tria, aut quatuor, que, at nō quatuor.

a Thessalia pars vicina Pelio.

b Adeo vetus, ut praesentio putre, rictidum, e uquam cariosum videtur.

c Iunius adagio, Nectar spirat. Erasm. prouerb. Nectaris flos.

d Ereffus Lesbi oppidum.

e Macedoniae populum.

f Succo cucumero aggressis.

g Vitem extimā ad talis vsque demissam.

h Aristonij filio, Lacedaemonum regis, qui a Cleome-ne regno pulsus, ita quam spuris, ad Darium transiit.

i Quam aduerfus Craciam concitauit. Herodotus lib. 6.

k Quod primus triumphauerit de Indu.

l Vt e diphis, e diphis, quod bis natus sit. Vide Gyraldum.

Palmei vini Ephippus meminit:

Palmei quoque vini Xenophon meminit in expeditione Cyri: Mendacium verò Cratinus:

Hermippus alicubi Bacchum

mon vocant: alij nunc Protropon^m, nunc Prodromon. Est & Icarij vini magna claritas. Amphis:

In Thurijs oliuim: in Gela lenticula:

Ex Icaro vinum: Carica Cimoliaⁿ.

Eparchides scribit in Icaro nasci Pramnium, vini genus, nec dulce, nec crassum, sed austerum, durum, & insigniter validum: quali Aristophanes scripsit non delectari Atheniensem populum. Atheniensibus, inquit, nec placent asperi & horridi poetæ, nec immite Pramnium vinum, quo & supercilium & alius corrugatur, sed quod maturum nectarea salua bene olet. Semus in Icaro scopulum esse prodidit Pramnium, & iuxta eum spatiosum montem, à quo vinum Pramnium appellatur. Quidam id ipsum Pharmaciten^o etiam vocant. Icaron hanc insulam Ἰκαροῦ νῆσον^p nuncuparunt à piscium copia, vt Echinadas ab echinorum multitudine, Lagusas à frequentia leporum, promontorium Sepiam à numerosis circa illum sepiis, & alias Phycusas^a ac Lepadufas simili ratione. Vitem, quæ Pramnium Icarium fert, Eparchides tradit ab externis lacra appellari, ab Oenoënsibus, Dionysiada^r. Est autem Oenoë eius insulae oppidum. Didymus autor est Pramnium vinum à vite quam sic appellant, nuncupari: alij peculiari nomine sic nigrum vocari putant: alij in vniuersum, quod in longum tempus durat, quasi παραμύθειον^s, permanens; alij quod ferociam^q mitigat. Mitscunt enim, ac mansueti fiunt quibus id bibitur: Vinum ex oppido Acantho laudat Alexis his verbis:

A. Dic, tuas es? B. Achambius. A. tu per deos

Vini optimi cuius, ferus & acerbus es?

Tu ciuitatis^t moribus nomen tue

Refers: tuorum ciuium ingenium deest.

Alexis Corinthij meminit, vt in sua-

nis, & asperi:

Vinum adfuit peregrinum. Corinthium

Tormenti cruciatus est.

Idem & Euboici:

Euboicum largius cum bibisset.

Archilochus cum nectare confert Naxium.

Alicubi idem ait:

Hasta^a maza subacta mihi est: vinumq; paratum

Ismaricum: hasta nos nitimur & bibimus.

Strattis laudat Sciathium:

Vinum viatorem quidem monet, vt bibat,

Nigrum, Sciathium, temperatum, par^r pari.

Achæus Biblium commendat:

Excepit is vini Biblii poculis.

Sic autem vocant à loci cuiusdam nomine.

Philinus:

A. Præbebo Lesbium tibi, ac Chium. B. Papa.

A. Mendacem, Biblium, crapule vt nil sentias.

Epicharmus à quibusdam

Bibliis montibus vocatum ait. Armenidas Bibliam Thraciæ partem esse tradit, quam Tisaram & Oesymam vocant. Thraciæ quidem ob vini quod fert præstantiam, ac vicinorum ipsi locorum magna fuit celebritas.

E Lemno appellant^r vino naues & onusta.

Hippias Rheginus, quam vitem

ἐλάση^s, id est, tortuosam, dicebant, Bibliam vocatam fuisse tradit, eamq; Argium Pollin, qui regnavit Syracusis, primum ex Italia Syracusas inuexisse. Quamobrem quod dulce vinum Siculi Pollium nuncupant, Biblium fuerit. Priscum oraculum fuit;

Turbida vina bibas, qui non Anthedone vinis:

Non Hyperia sacra, vbi defacata bibuntur.

Aristoteles libro de Træzeni-

rum republica scribit, illos Anthedonias^y vites & Hyperias vocasse ab Anthedone quodam, & Hypero, vt Alpheias ab Alpephio quodam, vno ex Alphæi posteris ac nepotibus. Alcman vinum Apyrum^r, & flores olens, memorat alicubi, è Colli- bus quinque^a, qui locus à Sparta septem stadiis distans est. Probat & idem, quod nascitur in prædiario castello quodam Denthiadum, nomine Denthin, Oenunte Oenuntiaden, Onoglis Onoglin, Stathmis Stathmiten, quæ Pittanæ loca vicina sunt, & præterea, Parystium, ac insuper Carystium, prope Arcadiam. ἄρωρον^s autem is vocat, quod decoctum non est. Nam sapa etiam ac defruto quondam vsu sunt. Poly-

m Πηγαστον, & ἀγιδέγον, Latini propriè vocant, Licium vinum, quod calcatis vitiis fuit, non torculo pressis. Tale fuit Lesbium, gustu aliqui dulce. Plinius exposuit vinum spate fluens antequam calcetur vna. n Cimolus insula Melo propinqua, vna ex Cycladibus. o Quod miscendum est componendum medicamentis sit vtile. p Piscosam. q Quod abundet alga, & conchis lepadibus. r Bacchicam. s ἄρωρον, à λένω, i. lenuendo. t Nam ἀρωρον, spina est, ἀρωρον spinosus, truenlens. * Tale fere scho- lion Hybris lib. 15. cuius initium, Pro magnis mihi sunt dimiis, &c. y Vnde lib. 10.

x Cuius hic sit verus non indicatur. Homerich esse putat.

y Anthedon in Peloponneso portus est ciuitas. Hyperie insula vna ex Cycladibus. Hyperia, in Thessalia fons. z Minime decoctum. a Πιτυρόριον Hermol. vocat.

lybius excellens vinum Capuz nasci scribit, ἀνέδωδ' ἐλγυ, id est arbutium^b nuncupant, quocum nullum sit comparandum. Alciphron Mæandrius circa Ephesum vicum montanum esse prodit, oim vocatum Latoida, nunc autem ab Amazonis Latoreas nomine Latoream, in quo vinum Pramnium gignitur. Timachidas Rhodius vini genus esse Rhodi scribit *ῥοδίου*, Passo oppidoquam simile. Cui defrutum adicitur, Glytrin^r vocant. Polyzelus Antitem^d vini Rhodij genus memorat: Plato comicus, Capnian^e, in Italiæ Beneuento præstantissimum. Amphin^f, improbum vinum Socrates appellat. Vbi sunt & anti qui potione quadam ex odoribus concinnata, quam Trimma, id est, intritam, vocauerunt. Theophrastus libris de Historia plantarum scribit in Herca^g, Arcadiæ oppido, vinum fieri, quod insaniam viris, sterilitatem mulieribus importat: aliud circa Caryniam^h Achaia: vitis genus esse, cuius vinum prægnantium feminarum partum abigit, aut si vnam edant grauidæ. Vinum qui Træzenium bibunt, generare negantur. Thafis duplex vinum sit, alterum soporiferum, alterum quo fugatur somnus. De Anthosmiaⁱ vini præparatione Phanas Ereusius ita scripsit, multi circiter quinquaginta congiis, vinum affundi marinæ aquæ, & ita fieri Anthosmian: ac rursum: Anthosmian valentiosem fieri ex nouellis vitibus, quam ex vetustis: ac deinceps: Conculcata cum aliis acerba vna, quod reconditur vinum Anthosmian fieri. Theophrastus scribit, quod apud Thafios in Prytanæi conuictu publico datur, esse mirificè iucundum, quia cõditum sit immixta farina melle subacta in fictile dolium, vt odorem ex se vinum iaciat, delecto vero ex immerfa farina trahatur. Subdit postea idem scriptor, in odoru si quis & durum misceat cum fragranti & molli, voluti cum Heracleotico Erythræum, iucundam fore ac salubrem mixturam eiusmodi, quod alterum lenitatem conferat, altero ventriculus roboretur. Apud Poseidippum Myriten, sive Myrinen^k legimus, vini genus:

Vile hoc facit sium: est celebris Myrines.

Apud Stratiden Hermes potionis

species est. Chæreas vinum esse Babylone tradit, quod Nectar indigenæ vocant.

Verum^a est quod iactatur, aqua iam non modò vina

Partes, sed quidquam laudis habere volunt.

Non enim, vt inquit Poëta^l

Ceus,

Est negligendus Bacchus, vt vinacea.

Vinum aliud giluum^m est, aliud nigrum,

aliud album, quod natura tenuissimum, ac calidum, vrinas mouet, concoctionem iuuat, sed quoniam superiora petit, igneo calore caput ferit: nigrum expers dulcedinis, adstringit, & alit plurimum: quod verò subdulce est, copiosius alimentum suppeditat, quam vllum ex albis, vel giluis. Nigrum certè quod dulce est, accessu transituq; suo lenit, & humores valde spissans caput minus infestat, quæ dulcium natura est, moratur circa præcordia, ac, quod scripserunt Diocles & Praxagoras, ideò spiritum educit. Nigrum vinum, inquit Mnesitheus Atheniensis, nutrit copiosissimè: album tenuissimum est, vrinasq; ciet valentissimè: giluum potenter siccat, & imprimis est vtile concoctioni. Quod maris aqua scitè ac diligenter conditum est, caput nulla crapula grauat, alium soluit, ventriculum mordet, & lancinat, flatus gignit, concoctionem cibi promouet. Myndium huiusmodi est, & Halicarnasium. Quapropter Menippus Cynicus Myndum ἐλαπόριονⁿ vocabat. Cum aqua marina quod satis est temperatur. Rhodium plus accipit. Cui largius admiscetur, inutile est. Insularia vina^o cum voluptate bibuntur, & ad quotidianum vsu incommoda nõ sunt. Ex iis Gnidium sanguinem procreat, abundè nutrit, alium sollicitat, sed largiore potu ventriculum exoluit. Lesbium minus adstringit, & lotium magis prouocat. Ante reliqua Chio gratia est, præsertim ei quod vocant Aruisium, differentia triplici: Quoddam enim austerum est: alterum subdulce: tertium inter illa sapore medium, ἀνέδωδ' ἐλγυ^p nuncupant. Austerum palato aridet, multum alimenti præbet, cum vrina magis expellitur. Quod subdulce est, largitus nutrit: plenitudinem corporis efficit: alium mollit. Autocraton vsu facultateq; medium est. At in commune, Chium ad concoctionem valet, copiosè nutrit, sanguinem optimum generat, blandissimè est, ob insignemq; vim suam plenioris corporis molem auget. Ex Italicis vinis sua-

b Ex arbutius maritatisq; vitis ex populis: nempe Falorium, Cæcium, Scinum, & id genus alia. c Tanquam fistulatum: Passi genus, qualia sunt Parachycon, & Diachyton Plinio: vel defruto, quod Græci μαγγύρα & ἰνῆρον & ἰσάγον appellant, condicunt, quidam legit Apochyton. r Fortassis, Glycyn, id est, dulce. d Hermolaius legit Autiten. e Infusatum vertit Hermol. sicut vinum sufficiatur vt coloris retulisset, vt præterea matura vitæ traheret sumi tenore. Columella. f Nimirum dubiè, & figax. g Apud Theophr. ca. 10. 9 Heraclea. Plin. cap. 18. 14. h Apud Theophr. Calytniam. Victorius cap. 11. 7. Variarum lect. i Florem & violam olentis, odoratum, odoriferum, mirè fragrans, interpretantur. k Quidam id esse volunt, quod ex Fabio Dortheo, & Plauto Murbinu vocat Plinius. Ab inuenio Græci nomen impostuerunt, vel quod aromatis sit condicium, vel quod in flax vnguenti suauem odorem exharet. l Non solum pro potione vt sint, vtent aquas, sed etiam laudem quandam sibi peculiarem vident, pro natali, gustus, odoris, coloris, & aliarum id genus rerum varietate. m Simonides, aut eius nepos Bacchylides. n Kippu. o Que ex insulis Cycladibus & Sporadibus aduehantur, Aegæi, Ionij, Græciæ maris. p Impermixtum, & syncerum. Aliud est ἀνέδωδ' ἐλγυς Pollici, tam exile vt diluendum non sit.

uissima & gratissima sunt Falernum, & Albanum. Horum quod diutinum inueterauit, quia medicatum sit, perquam celeriter capitis dolorem ac grauitatem excitat. Quod Adrianum vocant facile transpirat, & digeritur, omninoq; molestia caret. Premenda sunt illa vina ante statum aliquod tempus, deinde sub dio in aperto loco exponenda, nimia ut illorum uehementia distilletur. Iucundissimum uinum, ubi confenuit, Coreyraum. Zacynthium & Leucadium, quia gypsum doliis immittitur, caput offendunt. E Cilicia quod Abaten nominant, aluum tantum laxat. Coe, Myndio, Halicarnaseo, & cuius largiori maris aqua condito duriores aquae congruunt, ut fontana, & pluuia, si per tubulos colata defaecataq; sit, & ut subsident quae aliena sunt, asseruata diu in cisternis. Quamobrem Athenis, & Sicyone, ubi suppetit aqua ciuimodi, praestant haec uina. Ei uero cui parcius admixta est maris aqua, aut si quod potentiùs adstringit, ut Chio, ac Lesbio, conuenit aqua lenissima & blandissima.

q Erasmi adagio, iugens telum necessitas.

A. O lingua prudenter diu qua iam files, Negotium hoc subire quo modo potes? B. Necessitate nil quidem est onerosius.

r Marcellini Plinius uocat, Marii Strabo.

Arcana cogit quae retegere principum, inquit Sophocles. Maræoticum uinum, quod etiam Alexandrinum uocauerunt, à Marcia lacu vicino Alexandriae, & urbe lacu propinqua, quondam amplissima, nunc uero pago, nuncupatur, cui nomen indidit Maro vnus ex iis qui cum Baccho militauerunt. Frequens in eo tractu uinea est. Vna cum manditur, saporis iucundissimi. Uinum autem praestantissimum, album, suaue, tenue, suauiter olet, in uenas promptè distribuitur, uinas ciet, caput non attingit: & tamen hoc anteit bonitate quod appellant Tænioticum. Est autem Tænia oblongus quidam in illa plaga locus, ubi genitum uinum ex albo nonnihil pallescens, pingue quidpiam praese fert, quod aqua mixta paulatim diluitur, non aliter quam mel Atticum aqua addita liquefcit. Uinum hoc Tænioticum, praeterquam quod potu mirificè placet, & odore quodam eleganti, uelut aromatatum, delectat, leniter adstringit. Sunt etiam circa Nili decursus, & quacunq; fluuius labitur, uinae creberrimae. Harum uino sigillatim suus peculiaris gustus, ac color. Antepositur reliquis quod circa Antyllam oppidum, ab Alexandria procul id non abest, prouenit. Eius ciuitatis redditu ac uestigalia Persarum Aegyptiorumq; reges ad cinctuum impensas uxoribus dabant. Quod in Thebaide nascitur usque adeo tenue est, praesertim circa urbem Copton, tam facile digeritur, & cito coquitur, ut citra noxam agris in febre concedant.

r Praeoccupatio, lectori molestè ferre non uult, quod Aegyptius ipse, nepe Naucratis, Aegyptia ymalauder. r Arrogans sui ostentator. Erasmi prouerb. Te ipsum laudas. Suidas. r Idem apud Pausaniam legitur in Eliahi secundum, a Dioscoridi Zythum, & Curmi.

r Kad deus uoluntate, inquit Aeschylus. Erasmi prouerb. Ad uicium str. r Ad arcendam ebrietatem.

r r uicium Leo pardu cap. 35. libr. 9. Castigat.

Laudes tuas, ut Astrydamas, hic praedicat Vxor. Tragicus poeta fuit ille Astrydamas. Theopompus Chius memoriae tradidit, uitem ad Alpheum flumen in olympia repertam fuisse, & quodam loco ab Elea stadiis octo distante, per festos Bacchanalium dies incolas uacuos tres lebetes, coram aduenis obsignatos postridie cum aperuerint, uino plenos offendere. Hellanicus scribit in Plinthine oppido Aegypti primum inuentam fuisse uitem: quae de causa Dion Academicus uinosos ac bibaces Aegyptios esse inquit, ac quoniam ob egestatem uino multis carendum esset, excogitatum apud illos inopiae solatium, ut uinum ex ordeo confectum biberent, cuius potu adeo laxati sunt, ut canerent, saltarent, & quae solent ebrii, facerent omnia. Aristoteles scribit, eos qui uino remulenti sunt, in facie pronos uergere, qui uero zytho, in caput resupinari, quia ut nimio uino caput grauatur, sic zytho ueterinosum sit ac somnolentum. Vinolentos Aegyptios fuisse hoc ostendit, quod apud eos tantum in cenis statutum est, ante omnem cibum brassicam elixam comesse, & ad comotationes ita sese praeparare. Multi sane ut ab ebrietate uindicerentur, praesumunt brassicae semen. Quin & in qua uite brassica nascitur, inde uinum exilius: quamobrem Sibaritae, ut inquit Timaeus, antea quam potarent, brassicarum esu se muniebant. Alexis:

Heri bibisti plus satis: nunc graue caput, Sentis, medendum est huic malo ieiunio: Deinde brassicam tibi dabit quispiam Elixam.

Eubulus alicubi: Vxor

Vxor mihi rhabphanum si tu afferas, Hanc crapulam è uestigio discusseris Ne fallor omnem. Antiquos Rhabphanum brassicam uocasse monstrat Apollodorus Carystius:

b Erasmi prouerb. Crambe bi postea.

Rhabphanum scio uocare nos: at hospites Vos brassicam: quid interest esse hoc feminis Putas?

Anaxandrides:


Si lauabitis, Rhabphanumq; multam edetis, haec mox desinet Vexare vos capitis grauedo: frontibus Nubem insidentem tristibus dispergite. In crastinum Rhabhani loco nos balneum Quod crapulam sanet tuam parauimus, Nullum remedium est ebrijs parauimus, Quam se molesti quidpiam forte accidat Subito, etenim mirum in modum illud dissipat Eiusmodi nugas: Rhabphanus ut non magis Ad id ualeat. Brassicae hanc facultatem licetis mandauit Theophrastus, & hoc praeterea, uitem etiam, dum uiuit, odorem brassicae auersari.

Nicochares:

Amphis:

c Iunius adagio, Nubem summouere. Erasmi adagio, fontem exporrigere. Horat. Demo suo periclio nubem.

HACTENVS quae in exemplari Graeco uerbis constant, omnia, paucissimis exceptis, uerbis reddidimus: at quoniam oratio numeris adstricta obscurior est, atque laboriosior, nos quae sequuntur deinceps poetarum citata carmina, libera & soluta uertemus, nisi forte aliquando quaedam animi causa sic interpretari libeat.



EX ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBRO SECVNDO.



AGNAM dici partem somno me dare, quietiue indulgere, non permiserunt uarij quos hucusque sermones habuisti. oivov, Uinum Colophonius Nicander uocatum censet ab Oeneo.

Qui uinum pateras Oeneus diffudit in amplas, oivov, Vino, quod retinet nomen dedit. Melanippides Milesius: oivov, Vinum, here, ab Oeneo cognominatum. Hecataeus Milesius praefatus in Aetolia uitem primum inuentam fuisse, subdit, Orestea Deucalionis filium ad Aetoliae regem uenisse, illiq; caudicem peperisse canem suam: quem cum defodi iussisset, natam ex eo uitem uis onustam: ac ideo gnatum suum oivov, id est Satorem, appellasse, nepotemq; ex illo genitum Oenea, a uite scilicet, quam prisca illi Graeci oivov, nuncupabant: Aetolumq; ab Oeneo fuisse procreatum. Plato in Cratyllo uocis (oivov)

(ὄν) rationem & originem indagans, sic inquit notatam fuisse, quod animum nostrum impleat... Idem simili ratione cibarioria vocare solet...

a Varro in Satyris, Est modus in... b Victorius cap. 1. 8. Var. c Hippocritus. d Vinum vetus, ac nouum. e Quoniam ingenium cuiusque...

Menelaus dy fecerunt optima vina... Diphilus Comicus, Quae tristes hominum curas dispellere possint... Philoxenus, Ignauis, ut audeant: ut fortes sint, timidis.

Indomitum puerum, taurino aspectu toruum... Mnesitheus inquit, Iuuenem, non iuuenem mitissimum amorum grauitate fremantium...

Vinum deos Mortalibus monstrasse: recte utentibus... Eubulus Bacchum fingit, Tria ego pocula tantum misceo... hae loquentem:

f Erasim. adagio, seruatori tertium. g Dum vixantes ebrii oculos inuicem sibi percutiunt... h Qui in insuoret, post accepta vitro citroque vulnera. i Furor, infans, intemperies, buxio bacchatio. k Membra quae vinculis arctantur...

Illis qui sapiunt: unum bonae valetudinis... Epicharmus; E sacrificio epulum; ex epulo compotatio, quod festiui meo iudicio fuit: e compotatione petulans comessatio...

ptor Gratijs, Horis, Baccho primam tribuit potionem: secundam Veneriac de- nuo Baccho: Iniuria tertiam & Atæ. Nam, quod Euripides inquit, Plagas comessatio, iniuriamque, contumeliosam excitat. Quapropter Bacchum simul cum iniuria quidam natum fuisse dicunt. Alicubi haec Alexis:

Est natura homo vino simillimus... Quodam modo: nam vinum sicuti nouum... Necessesse deseruere est, sic prorsus e hominem.

Cyrenaeus, Est eadem vini ac ignis vis: corpora nostra... Cui subijt, fluctus commouet, in Libyco... Vi pelago notus, aut boreas: occulta reuelat.

Vino nihil est hominis natura similis: Senescens ille odiosus est. Vini autem vetustissimi maxima est gratia. Exhilarat nos vinum, offendit ac mordet senex.

Vinum optimum est munus deorum mortalibus, Ac luculentum: vino congruit quaeuis cantio: Saliatio quaeuis: amabilis omnis beneuolentia.

Timaeus Tauromenites domum quandam Agrigenti hac de causa vocatam fuisse Triremem narrat. Iuuenes quidam in ea temulentum vsque adeo demerati sunt, ebrietate ac vino aestuantes, vt in triremi nauigare se crederent, horrenda tempestate in mari iactata...

l dicitur, seportibus, in curia deo, qua rebus mortaliis turbas e nocas immittunt: Lita que illas sarcinunt. Erasim. adag. Ira omnium iudicissima senescit: adagio, Nephallium sacrum, Metaphora sumpta a vino, quod firmet, florem trahit, duriusculum est, aetate miscescit. o Moribus intrastabilem, aduersus bona consilia praefectum, p Callimachus.

Alibi contra Alexis:

Panyasis,

Idem rursus:

r Nondum ad se redierat, et fluctibus adhuc nauem percussit putabat. s in buxio. Sic Polluci vocatur nauis pars infima.

Erasmus adagio in vino veritas.

Erasmus adagio de tripode.

Erasmus adagio hoc rursum declaratur lib. 10. Hec vox significat ad ignem ascendentem.

Aquam lauantis ad corpori affundens.

Ignem non ex- perios.

Dentalionu filium, qui cum re- tu positor, duo- decim Gradie po- pulos cognovit in concilio publico. Erasmus adagio, Am- phictyonum consef- sus. Panfauias. Erasmus adagio, Seruatore ierunt et adagio, Perdidit vinum infusa a- qua.

Cypri iugum, vicam, cumulum contentiones.

Inanis adagio, Nectar spirat. Eras- mus adag. Necta- ris fos: et adag. Ambrosia alendus. f. Vide libr. 11.

ratem appellarunt. Theognis: *Igni cognoscunt aurum argentumq, periti: Ast hominis vino proditur ingenium.* In Bacchi certaminibus victoris primum est Tripus. Nam qui vera fantur, illos e Tripode loqui dicimus. Ceterum hic intelligendum Bacchi tripodem poculum fuisse. Etenim apud priscos Tri- podum genera duo fuisse, quae ambo nominantur aliquando etiam Leberas, alte- rum caldarium, Empyribates seu Lætrochoos quo ad ignem utebantur calfa- ciendis aquis: de quo Aeschylus: *Exceptit hunc domesticus lebes tripus, Perpetua cuius ad ignem statio est.*

Alterum Tripodis genus poculum fuit, de quo Homerus: *Septenos tripodas, et avygs, id est, quos non admonerat igni.* In his tripodibus vinum miscebatur. Est itaque tripus hic veritatis congruus index, Apollini ob certa oracula sua conueniens, Baccho vero, quia non mentiantur ebrii. Semus Delius: *Aeneus tripus est, non quidem Pythicus, sed quem nunc vocant Lebetem.* Avygs Tripodas olim nuncuparunt, in quibus vinum temperabatur: *λοτροχοός* vero, & *εμ- πυριβάτας*, in quibus aquam calfaciebant. Horum quidam auriti sunt. Tripodas autem in vniuersum appellarunt, quia ternis pedibus infima pars sustineatur. Ehippus: *Cogit loqui te multa vini copia: Non temere est, quod aiunt, ebrios vera dicere.*

Antiphanes: *Celare Pheidia Exceptis duobus, omnia possit quispiam: Nimirum vinum si quis adbibit, et amore si correptus est. Oculi quidem ambo illa prorsus indicant, Atq, etiam oratio: ut qui negant, Illis potissimum signis immotescent plurimis.* Philochorus scribit Amphictyo- nem regem Atheniensium cum a Baccho didicisset vini temperandi rationem, primum diluisse, ac idcirco, qui sic mixtum biberunt homines, rectos ambulasse, cum antea curui ob meri porum incederent: ob tantum beneficium aram eundem Recto Baccho edificasse in Horarum delubro, quoniam Horae vitis fructum edu- cant, & proximè illam Nymphis alteram extruxisse, documentum bibituris, vinum temperandum esse, quia Nymphas Bacchi nutrices fuisse tradant: praeterea legem promulgasse, vt statim cum cibus, degustandum solum meri non nihil afferretur, quod boni Genij quam magna potestas sit, declararet, deinde postea vt tempera- tum quisque biberet quantum esset libitum, sed cum praefatione nominis Iouis Ser- uatoris, pietatis ergo, potaturiq; vt meminissent, pro indubitato saluos se ac incoh- mes fore, si ad eum modum biberent. Plato libro secundo De legibus inquit, ad bo- nam valetudinem vsu vini conducere. Bacchum porro veteres pro ebriorum sta- tu ac moribus, quoniam ad violentiam temulentos vinum concitat, nunc cum tau- ro comparant, nunc cum panthera. Alcæus: *Nunc melle stano dulcior hic mihi: Spiritus acutus et tribulis magis Nunc sauciat: nemo queat iam Quis deus hic fiet explicare.* Sunt enim vinolenti quidam iracundi. Taurus eiusmodi est. Euripides: *Tauri proterui, suis irati petunt cornibus.* Quidam ob pugnam audaciam efferantur, quod Pantherarum naturae conuenit. Rectè igitur dixit Ariston Chius suauissimum potum esse qui & dulcedinis sit particeps, & tranquillitatis. Itaque circa Lydiae montem Olympum, quod Nectar vocant, a quibusdam preparari, vi- no, fauis, & floribus qui bene olent, in vnum commixtis. Non quidem me later Anaxandridi Nectar deorum cibum esse, non potum. *Nectar ego equidem dentibus attritum comedo, Bibo ambrosiam ministro Ioui. Ob id glorior, quod cum Iunone loquar sepius.*

Et

Et quod Veneri proximus assideam. Alcman inquit deos Nectar comesse: Sappho verò, *Mixti iam fuerant Ambrosiae scyphi. Surgit Mercurius, sedulus vt sua Cunctis calitibus pocula porrigat.* At Homerus deorum esse potum Nectar censuit. Ibycus scripsit Ambrosiam melle nouies esse dulciorem, & in melle nonam tantum partem eius voluptatis quae in Ambrosia sentitur, percipi. Alexis: *Improbis nemo est compotationibus deditus. Non enim gemina matre Bromius editus Gaudet malorum consuetudine, vitag, rustica.* Idem vinum inquit loquaces il- los reddere qui sese largius inuitant. Autor epigrammatis in Cratinum: *Vinum equus est lepido promptus veloxq, poeta, Si potantur aqua nil paris egregium. O Bacche ista Cratinus cum spirans ait, utrem Haud vnum, potius dolia tota oluit. Aedes illius decorabat multa corona. Vt tibi, fons hederæ frondeq, cincta fuit.* Polemon scribit Munichiae religiosè coli heroem Acratopoten: & Spartanorum nonnullos coquos in Pheiditiis Cer- donis ac Mattonis statuas collocasse. Achæos verò Deipnea, quem a cœnis ita vo- cant, veneratos fuisse.

Et diuinus cibus, à^q matre date mihi deliria, carica, ficus

Phrygiæ munus.

Phibalearum ficium meminere comici multi; Quin & Pherecrates in Crapatallis^r:

Fabricita, ò miser, nulla de re sollicitus:

Et nunc per astatem Phibaleas ficus comede:

Illisq; satur meridiator.

Deinde Sphacelum^s expectato, ardeto, vociferator.

Amphictyonibus: *Quam pulchra ficus: Phibaleas^t quidem sunt.* Myrtos etiam Phibaleas commendarunt. Antiphane in Cretenfibus:

Omnium verò primum,

Adesse mensa volo myrtos, quas

Si quid erit consultandum, ego mandam,

Et illas quidem Phibaleas, speciosas, coronarias.

Chelidoniarum ficium meminit Epigenes in Branchia^v:

Deinde paulo post aduenit Chelidonijs^w

^g Cucumerem.

^h Illius orationem fuisse que longa sequitur, vide ab hinc pag. 3. aut 4. i. n. ad pag. 3. alij: *κύναιον*, beata.

^k Cognominibus.

^l Que contra legem autoritatem clanculum asportabantur, in suam fidem, prauitatem, iniquitatem.

^m Lacedæmoniorum hostilem animu erga Athenienses poëta significat, ac eorum dominatus crudelitatem summum abolende popularis potestatis studium.

ⁿ vel, nisi plebi odiosa fuerit ea ficus, id est, dominandi ratio.

^o Citatur & hic locus pag. 42. prolixius.

^p Sic libr. 4. Cænem marinum.

^q Phibaleos minus quosdam sic vocant.

^r Sphacelus morbus notus medicis, cum inflammationis magnitudine membrum ad ossa usq; corruptus, & emoritur.

^s Phibaleos, Atticæ locis.

^t R. aucedinof. Plinio cap. 18. 15. nouissima hæc maturatur sub hys me.



Hucusque producta est Epitome. Athenæi sunt quæ deinceps sequentur.

RADICVLAS tres misit, Sicyos quatuor. Theophrastus^a scribit Sicyon esse tria genera: Laconicum, Scytalian^b, Æceotum: ex his Laconicum proficere cum rigatur, alia, cum aquam desiderant: ficum meliorem^c præbere Sicyon, cum semen saturi, mulso, aut lacte paulo antea macerauerint. In libris de Causis idem memorat: in historia^d verò, celerius exire, semine vel aqua vel lacte macerato, priusquam terræ credatur. Euthydemus libro de oleribus, Sicyorum^e genus tradit, quod Dracontiam nuncupant. Demetrius Ixion libro primo Etymologiarum scribit Sicyos dictos fuisse à verbo *σικυος*, quod concitari significat, & *κύων*, quod est, vel osculari, vel vtero gerere, quoniam eo ciba venus accenditur. Heraclides Tarentinus in Coniugio Sicyon *ἰδὲ γυαυῶν*^f vocat. Diphilus Carystius scribit, molestem esse

Ficibus

Ficubus onusta confertim quadra. Androtion, siue Philippus, siue Hegemon in Georgico hæc ficuum genera sic recenset. In planis & campestribus ferere Chelidonias ficus expedit, Caprificus, Leucerineas, Phibalca: at quouis loco Oporobasilidas. Horum enim generum cuique sua est utilitas, maxima verò Coluris, & Phoryniis. Fructuosæ sunt & imprimis viles, bifera, Laconica, Megarica, si rigentur. Rhodiorum meminit Lynceus in Epistolis, ea comparans quæ proueniunt Athenis præstantissima cum Rhodiis. Eius hæc est oratio: Atheniensium Erinea certare de bonitate sic videntur cum Laconicis Rhodiis, vt mora cum ficubus. Id ego, non cœnatus, vt Athenis sit, peruerso iam gustu ob satietatem, sed ante cœnã, cum appetentia intacta & nondum occupata est, comparatione facta perpexi. At quas in pulchra Roma Callistruthias vocant, si quemadmodum ego, Lynceus gustasset, bestia eiusdem nominis longè fuisset perspicacior in huius contentione iudicio, adeo ficus illæ antecellunt omnes quæ in vniuerso terrarum orbe generantur. In pretio sunt & alia ficuum genera Romæ nascentium, nempe Chiæ, Liuianæ, & quas Chalcidicas vocant, & Aphricanæ, vt testatur Herodotus Lycius in opere De ficubus. Parmeno Byzantius in Iambis, è Cauno, quod oppidum Aeolicum est, laudans, vt excellentes, ait,

*Per longa maris spatia ego accessi, nec tamen ficuum
Cauniarum fascem aduexi.* Caunias è Caria ficus celebrari peruulgatum est. Toxaliarum ficuum meminerunt Heracleon Ephesius, & Nicander Thyatirenus citatis versibus ex fabula Apollodori Carystij, cuius est titulus, Quæ gratis se stituit vestitaria, vel, vt alij, Mendicæ vestitaria.

Ceterum villum admodum fuit

Et acidum, & improbum, adeo vt me pueret:

Aliæ quidem regiones Toxalias ferunt

Ficus, mea vero etiam vites. In insula Paro eximie gignuntur ficus, Hæmonias incolæ nominant, congeneres Lydiis, quas ob rubrum colorem eodem quoque nomine vocant. Earum sic meminit Æschylus:

Paron missam facito, & ficus illas, & marinam

Vitam. Hæc certe ficus tantum à reliquis vulgaribus discrepant, quantum apri caro ab attilis porci & villatici pulpa. Leucerineos, ficus species est, illa fortassis cuius albus est fructus. Eius sic meminit Hermippus in Iambis:

Seorsim verò è Leucerineo caricæ, Elyci fici, id est agrestis, siue Caprifici, imeminit Euripides in Scirone:

Vel adficere Elyci, id est, caprifici ramos.

Epicharmus in Sphinge:

Elyci hæc nullo pacto similia sunt.

Sophocles in Nuptiis Helenes fructum arboris nomine, figuratè sic dixit:

Immaturus erinus, id est, immatura Caprificus cum sis, nec idonea

Cibo, alios oratione tua caprificas. πειροῦ εἶναι ille nimirum dixit, non autem πειροῦ εἶναι.

Alexis in Lebere:

Quid prætere nos dicere opus est? frequenter ficos

Qui vendunt in canistris, inferne quidem

Duros & vitiosos semper

Occulant, bonos autem & maturos supernè ostendunt;

Deinde qui mercatur, quasi tales emat,

Pretium numerat, eaq; fraude, pecunia in buccam abstrusa

Caprificum ille dat, iuravit se cum ficos vendere.

Agrestis fi-

cus arbor masculino genere εἶναι appellatur, eius verò fructus neutro, εἶναι. Strattis in Troilo:

Erinum quendam, id est, Caprificum, animaduerristi iuxta illum fuisse. Homer.

Huic adest Erinus procerus, folijs patulis, Amerias scribit grossos vocari εἶναι.

Hæmonias in Glossis Cretensibus genera ficuum enumerat, Amadea, & Nicylea. Philemon in Atticis vocabulis quasdam ficus Regias vocari tradit, & ab illis regias caricæ nominatas fuisse. Huic idem narrationi addidit matras ficus vocari Colytra

g Monpessulani hodie vocant Ficus regias.

z Syriacæ fici.

a Plinio loco citato, reliquis hæc parum sapore præstantiores, ficorum omnium sunt frigidissima.

b Forsythi, vel Liuii, vel Lydiæ. Ambarum meminit Plinius, & Aphricanarum.

c Plinio Duracina è duro corio: quarumdam trifido prouenit.

d Victor. cap. 6. 37. Var. Cicero libris De diuin. Plin. cap. 19. 15.

e Orogaribaiuli omnis. Fici olim seruabantur in capris, oreis, caduipunc in iuncis, & in fici.

f Tanquam inficæ sanguine: Sam quineas.

g Plinio Lydiæ purpuree sunt.

h Absidus nauigationes.

i Sic Plinius cap. 19. 15. Caprificum dixit pro Caprifici fructu. Lunus adagios, Grossus matras est inceptus, male verus Grossus. Est enim Grossus ficus fatina immaturus fructus. k εἶναι. De Caprificone vide Theophr. cap. 11. 3. Causs. Plin. cap. 19. 15. Conuenit hoc adagium temerarijs adolescentibus, qui se nec peritiores docere conantur.

l Sic solent, qui præ estimatione traditam pecuniam ore potius excipiunt quam marisupio.

m Ficus agrestis pomum, & εἶναι. n Odyss. 11.

Colytra. Seleucus in Glossis refert, Glycidem quandam vocari, figura perquam similem fico, à medicisq; obseruatum fuisse, in cibo sumptam rubra sceminarum profluua sistere, ac valere contra malum mentis, & infatuationes, id quod Plato comicus ait in Cleophonte. Pamphilus hybernas ficus vocari tradit ab Achiuis Cydonæa, idq; scriptum ab Aristophane in Glossis Laconicis. Hermippus in Militibus Coraceas fici, earum quandam speciem vocat his verbis:

Phibalæarum potissimum, aut Coraccarum.

Theophrastus secundo libro De historia plantarum scribit, ficus arboris tale quoddam genus esse, quale id est, quod Charitiam siue Arateam nuncupant. Idem libro tertio autor est, circa Idam Troiæ ficum prouenire, fruticofam, folio Tiliæ simili, fructu quem ficum appellant, rubro, magnitudine oliuæ, rotundiore, gustu mespili. De ficu quam in Creta Cypriam vocant, idem Theophrastus libro quarto de historia plantarum hæc prodit: Quam in Creta Cypriam ficum nominant, fructum parit è caudice, ac ramis crassissimis: Germen verò quoddam emittit, paruum, sine folijs, veluti radicis exilem fibram, in cuius extremo fructus est. Caudex magnus est, albæ populo similis, folium vltimo. Quatuor fructus, quot sunt & germinationes, arbor hæc perficit. Dulcedo quæ fici interiora caprifici pomo similia: magnitudo, pruni. De præcocius fici idem Theophrastus libro quinto de Causis plantarum ad hunc modum scribit: Fici humidus aer & clemens cum fuerit, elicitur germinatio, & ea de causa præcoces fici: Idem progressus inquit, quasdam fici, præcoces fructus gignere, vt Laconicam, & Leucomphalian, quasdam minimè. Seleucus in Glossis, ficus speciem quandam vocari πρωτεμνίη ait, id est, Primariam, quia præcocem fructum pariat ante cæteras. Ficus bifera meminit Aristophanes in Concionatricibus:

Vos, quasi sumpsertis ficus bifera folia.

Antiphanes in Scleris:

Iuxta bifera ficum, inferne est.

Theopompus libro quinquegimo historiarum scribit, Philippi regis principatu, circa Bisaltiam, Amphipolin, & Grestoniam Macedoniæ, medio verè ficus poma, vitem vuas, oleam, quando ipsam florere par est, oliuas edidisse, omniaq; tunc ex voto successisse Philippo. Theophrastus libro secundo de Plantis scribit caprificus quasdam esse biferas, & triferas quasdam, vt in Ceo: itemq; ficum satam iuxta scyllam celerius prouenire, nec viciari à vermibus, & quidquid iuxta scyllam nascitur ocyus augeri, ac lætius germinare. Idem rursus libro secundo Causarum tradit Indicam ficum, cuius vasta & admirabilis est amplitudo, pusillos & paucos fructus gignere, quia suum alimentum in germinationem absumat. Idem philosophus libro secundo historiæ scribit, in Helladè, Cilicia, & Cypro aliud ficus genus esse, quod Olynthum ferat, & eum quidem post exortum folium nasci, sicum tempestiuum sub folio, & vtrumq; non ex nouello ac recenti germine, sed ex annotino, contra quam fit in nostratibus fici, cumq; fructum omnium primum maturari, ac dulcescere, haud paulo vulgari fico maiorem, intervallo non longo succedentem germinationi. Non me fugit alijs quoque nomenclaturis ficorum species appellari, Regios ficos, Cirrhocæladios, Hyladios, Sarcelapheos, Lapyrios, Picridios, Dracontias, Leucophias, Melanophias, Crenæos, Mylaticos, Acalonios. Tryphon secundo libro historiæ plantarum, de ονυαίη, id est, ficuum appellatione differens, inquit, Dorionem in Georgico narrare, Sycean vnum ex Titanibus, Terræ filium, insequente Ioue exceptum à matre fuisse, illamq; gnato arborem emisisse, cuius fructu oblectaretur, & aleretur: prætere nominatam ab illo Titane Syceam fuisse Ciliciæ ciuitatem: at Pherenicus epicus poeta, Heracleotes genere, appellatam fuisse tradit à Syce Oxylis filia. Oxylum enim Oriæ filium concubitu Hamadryadis sororis genuisse Nucem, Iuglandem, Cornum Oxiam, Ægiron, Vltimum, Vitem, Ficum, quas Hamadryadas omnes vocarunt, illarumq; nomine multas arbores nuncupatas fuisse, ac ideo Hipponactem dixisse,

Nigram ficum vitis sororem.

Sofibius Lacedæmonius cum ficus inuentorem Bacchum fuisse ostendisset, subiunxit ea de causa Lacedæmonios Bacchum Syciten, id est Ficulneum, venerari. Quod Andricus & Agasthenes referunt. Naxiis Bacchus Meilichius appellatur, quod mortalibus Ficum dederit; ob eandemq; rationem

o Fortassis, quasi κολοφάκη, id est, leues: sunt enim matras fici immaturis ficijs leuiore.

p Veonia Glycidem esse, fici similem, vel siliquis, quæ semen continent, vel appendicibus glandis similibus, in radice semina. Emendatus locus ex Plinio, & Dioscoride.

q Tanquam Coruinas: ob nigredinem, puca.

r Nusquam apud Theophrastum hæc leguntur, & multi la esse videtur hæc oratio.

s Cap. 17.

t Cap. 1.

u Dioscorus arborem vltimum esse prodidit.

x Sorbi, Plinius.

y Cap. 1.

z In ονυαίη, duritia, rigor, austeritas, seueritas.

a Cap. 17. a. hist. & cap. 7. 5. Causs.

b Grossum Plinio cap. 26. 16. serotini pomum, vel raro, vel nunquam maturefcens.

c Sic Plin. cap. 16. 16.

d Plauos & tanquam excautos: siliques: carne cui ceruorum simili: amariiculos: obtortis draconum more, natura nigros, & albos, sin-tanos, mole instar rotundas: Afcalonis similes: ob suauitatem denudatos.

e Ιαονοίη: herofficator, hexameterorum carminum scriptor.

f Latinorum figum.

g Populum nigram.

h Erasim. adag.

Ficulnus: ex adagio: siliquis Morycho.

rationem apud Naxios dei Bacchi quem Dionysum vocant è ligno vitis facies est, illius verò quem Mellichium nuncupant, è ficu: ficus enim μελιχια Naxij vocant. Omnium certè fructuum quos φυλίως¹ appellant, vtilissimos esse ficos hominibus Herodotus Lycius in opere suo De ficibus planum facit multis verbis, ac ficuum succo recens natos puellulos optimè ali, vegetosq; fieri, si illis nutriantur, assermat. Pherecrates, qui Persas edidit, inquit:

Aspexit nostrum si quispiam aliquando ficum recentem, cum tempestiva est, Puellulis, ut niteant, obritam in cibum dat, tanquam medicamentum non vulgare ficus sit. Herodotus in primis admirandus, & mellifluis, libro primo historiarum, ingens bonum mortalitati ficus esse, ad hunc modum scribit: Aduersus illos homines, ô rex, exercitum comparas, qui anaxyride^k & reliquo vestitu coriaceo vtuntur, cibantur verò non iis quæ cupiunt, sed iis quæ suppetunt, regionem asperam incolunt, vinum, per Iouem, non bibunt, nec ficos, nec aliis lauris cibis vescuntur. Polybius Megalopolites libro duodecimo narrat, Philippum Persei patrem, cum incurfionibus Asiam vastaret, commectus inopia, quia frumentum decisset, in cibaria militum à Magnesiis ficos accepisse, ideoq; positum Myunte, pro datis ficos eum locum tribuisse Magnesiis. Ananius Iambicus:

In adibus auri multum si quis concluserit, Et paucas ficos, duos, vel tres homines, Quanto ficos auro sint præstantiores intelliget.

Tam prolixè Magnus de ficibus cum tractauisset, ad hunc modum locutus est Daphnus^l medicus: Philotimus libro tertio De alimentis recentium ficuum ait plures esse inuicem differèntias, nempe generis, temporis quo proueniunt, & facultatis: ceterum in vniuersum, humiditas & maturas ocyllimè dissolui^m ex omnibus, & quouis alio fructu celerius coqui, nec alius impedire cibi coctionem: humidarum facultatemⁿ glutinosam esse ac dulcem, subnitrosam^o tamen: deiectiones moliri largiores, liquidiores, promptiores, minimeq; molestas: succum salum & subacrem corpori suppeditare cum sale deuoratas: at quod præbent alimentum cito dissipari. Itaq; multis ficuum esu valdè auctam molem corporis, breui post tempore gracilescere ac extenuari supra modum, quod profectò non accideret, si perstaret alimentum è ficu perceptum, & statim non discuteretur. Reliquis porro fugacibus fructibus à ventriculo facilius superari hoc arguit, quòd non solum citra noxam copiosius aliis fructibus ingerimus, sed etiam quòd illis præsumptis, si consuetum & parem cibi modum nos addamus, id nihil incommodet, vnde manifestum est, vtrumq; cibum à ventriculo confici, & minore negotio ficus vinci quàm alios fructus, nec obstare quo minus alius cibis coquatur. Facultas quidem ea ficus est, quam propesiuimus. Glutinofam & salum, ex eo deprehendimus, quòd ob lentorem manibus inhærescit, & illas tamen absterget: dulcem linguæ & oris iudicio cognoscimus: quòd autem sine torminibus & perturbatione alui deiectionem moueat celeriore, copiosiore, molliore, vt probemus, verbis opus esse non arbitror. At verò in ventriculo ficus parum immutantur^p, non quia difficilis sit earum coctio, sed quia confestim deglutimus dentibus nondum extritas, & comminutas, qua de causa promptior est illarum excretio. Salsum quidem succum à ficos procreari, & in corpus diduci nos indicauimus, quoniam, vt est demonstratum, nitrosi sunt; verum salior ille vel acer euadit ob ea quæ interueniunt, quandoquidem falsugo addito sale augetur, acrimonia verò adiecto vel thymo, vel aceto^q. Heraclides Tarentinus in Conuiuio, dubitat, & percontatur, post esum ficuum an aqua gelida bibenda sit, an calida. Qui calidam malunt, illos inquit hoc suadere, quòd animaduertant sordidas manus aqua calida lotas confestim purgari, & hoc exemplo credibile putent in ventriculo ficus è vestigio dissolui, præsertim cum extra corpus nostrum aqua calida ficuum continentes partes distrahatur, & in tenues portuncululas liquatas diuidatur, frigida verò illas contrahat, & cogat. E diuerso, qui frigidam bibendam sentiunt, sic ratiocinantur, frigidæ potione, ob eius grauitatem, quæ insident ventriculo deorsum protrudunt: non admodum bellè ventriculum habere post esum ficuum, quia æstuosus & imbecillus reddatur, quamobrem quidam extemplo merum

ⁱ Lignos, quoniam vim è materia stirpium lignea oriuntur: alij fructus celesiales sunt, uti apud

^k καλύπτει: si morales, subligatum.

^l Vnus ex conuuiuiis.

^m Alimentum esse iis confectum dissolui.

ⁿ Talem esse recentium succum ex manus extractis, ex gustatu linguæ deprehendimus.

^o Ob lactis exiguam acrimoniam.

^p ἀνοίγει: ad verbum alteratur.

^q Hinc licet coligere veteres ficos astrasse cum sale, thymo, aceto.

merum bibunt: aquam porro frigidam in ventriculum acceptas illas depellere. Est autem post sumptas ficus largius & assatum bibendum, ne in ventriculo substent, sed ad inferiorem intestinorum partem delabantur. Quidam ficus aiunt edendas meridie non esse, quia tum morbosæ sint, id quod etiam in Crapatallis Pherecrates dixit. Aristophanes in Proagone:

Aegrotantem verò aliquando ipsum ætate cum vidisset, Vt aegrotaret etiam ipse, meridie ficos comedebat.

Eubulus in Sphingocariocis:

Per Iouem ita est: Et equum rectè non valebam, ô vir optime, Quæ qua nuper ficos edidisti meridie.

Nicophon in Sirenibus:

Receptus, postquam estans, obdormiscat, febris protinus Casu aduenit, non facienda in trocholo.

Quæ aggressa, quæritum bilis prouocat. Diphilus Siphnius inquit, recentes ficos & prauum & paucum alimentum præbere, egeri facile, innatare ventriculo, & citius in habitum corporis distribui, quàm siccas: Quæ verò sub hyemem gignuntur, vi maturecentes, esse deteriores, meliores autem quàm in sua tempestiuitatis articulo & vigore proueniunt, quia natura opera beneficioq; ad maturitatem perducantur. Quæ lacteo succo abundans, & raris in tribus, & maduere, ventriculo sunt conducibiliora, tametsi magis eum grauent. Trallianus ad portionem facultate pares esse Rhodiis: Chias, & alias omnes, peiorem quàm illas succum generare. Mnesitheus Atheniensis libro de edulis scribit, crudicum manduntur fructus cuiusmodi, quales sunt pyra, ficus, mala Delphica, & reliqua id genus, obseruandum esse commodum tempus, quo succus ipsorum nec crudus sit, nec putris, nec vaporoso cœli statum^r nimium exsiccat. Demetrius Scepsius libro decimo quinto Troiani apparatus scribit eos qui ficos abstinet, esse vocaliores, ideoq; Hegesiphanæ, ciuem Alexandrinum, qui historias composuit, cum initio pauper esset, eximium Tragediarum actorem & histionem euasisse, voceq; mirum in modum sonora, quia per annos octodecim ficum non gustasset. Nota mihi sunt quæ de ficos iactantur hæc prouerbia:

Post piscem ficus, post carnem legumina. *Auibis gratas ficos nolunt serere.* Mala. Mnesitheus Atheniensis libro de Edulis, mala Delphica nuncupat. Diphilus inquit, recentia & immatura mala prauum succum generare; offendere ventriculum, reliquis cibis innatare, procreare bilem, morbos inuicere, horrores efficere: ex iis quæ matura sunt succi laudabilioris esse dulcicia, excerniq; minore negotio, quia nihil adstringant: acida succi deterioris esse, aliumq; magis tardare: quorum autem remissior dulcedo est, illa sanè ori placere cum eduntur, & ob aliquantulum adstrictionem ventriculo prodesse: orbicaria (sic enim vocant) quibus adstrictio iucunda est cum dulcedine, ventriculo conferre: Setania, & Platania quæ nominant, succi bonitate commendari, & propterea quòd excernuntur facile, sed ventriculum nihil iniurare: quæ Mordiana vocant, & optima speciosissimaq; nascuntur Apolloniæ, quam Mordiam nominant, portione respondere orbicariis: Cydonia, quorum genus quoddam appellant Struthia, in vniuersum ex omnibus quidem malis ventriculo esse vtilissima, præsertim quæ maturuerunt: Glaucides tamen inquit omnium fructuum esse præstantissima mala Cydonia, Struthia, & Phaulia^s. Philotimus libro decimo tertio De alimentis scribit, verum mala pyris ægrius coqui, siue vtraq; nondum matura sunt, siue iam ad maturitatem peruenierint. Quod ad facultatem spectat, acidorum & immaturorum succum reliquis acerbiorem esse, & aliquantulum mordacem^t, illaq; succum præstare corpori, quæ radentem^u vocant: itaq; mala pyris in totum difficilius coqui, & si quis pauciora mala comedat, in illis conficiendis plus laborare: si plura idem pyra sumperit, minus. Radentem, qui ex ipsis gignitur, Praxagoras succum appellat. Quæ quidem à ventriculo tum pyra, tum mala percocta non fuerint, ea crassiores succum præbent. Est igitur à nobis demonstratum in vniuersum coqui difficilius mala quàm pyra: tum etiam quæ acerbata sunt solere crassiores succos gignere. Ex hybernis

^r Certaminis præiudicio.

^s arduo.

^t Sic reddidi cœli statum, ut esset, ut esset, ut esset, ut esset.

^u Quæ testa pro bellario apponi solent, ut esset, ut esset, ut esset, ut esset.

^v De Phaulis paulo post agatur.

^w Radentem, lancinantem, superficiem eorum partium quas attingit exulcerantem. Videtur hæc inordinatè inesse repeti ac inculcari.

a Quae ad hyemem usque recenduntur. *b* Valentius adstringentem. *c* Aut viri proprium nomen, aut vasis genus. *d* Sic viti cuius acini prograndes sunt, βύγγων νύμφησαν. *e* Phuricum Dioscoridi libr. 6. Vide Marcelli commentaria in Dioscoridem. *f* In calathio qui est in punico malo figura similitudo. *g* Alij contra Timam. *h* Cuius viti proprium nomen. *i* Plinij apud Delphos. *k* Ait descriptio nis oppidi, aut operis de Herculis rebus gestis. *l* Ego equidem sic existimo dictum, non quod viti ferent, nulliusve pretij, quandoquidem respondentur inter optima, sed quod essent frequentissima, & maxima popularia ac plebeas promiscuo nempe illorum vsu omnibus. *m* Iunius adagio. *n* Fimo abiecit. *o* Phaulis enim ac struthis id commune fuit, quod fructus a suo pediculo non discederet. *p* Quod earum vel fructus vel folium lanugine pubesceret. *q* Quidam esse voluit monstrum Curti pendula. *r* In cibum homini expetito. *s* Libro De glossis & nominibus. Sic citatur & lib. 14. hic locus. *t* Dioscoridi, & Galeno, Epimelis Mespilii genus est. *u* Confusa haec & mendosa, ut licet restituta sunt. *v* Aures nostrae quidam esse voluit, odoris suavisissimi, sed nondum in cibos recepta eius scribitur saeculo. Vide pag. proxima. *x* Haec nondum apud Theophr. offendi, & ut sentio, corrupta sunt. Ex cap. 1. 2. distor. 1. lib. 3. & 4. lib. 4. sic restitui. Manifestum quidem est maiorum omnium plantarum principum modis pluribus, veluti Nucis, Amygdali, & aliarum huiusmodi, item Punice, Mali, Pyri, excepta mala Persica. Haec enim pluribus modis minime gignitur. (Persicam malum scilicet intelligit Citrium, sive Medicam, quae semine tantum nascitur non autem Persicam nostratam, ut Atheniensis videtur existimasse.) *y* Originis initium, nempe seminis, radice, stolo, surculis, &c. cap. 1. lib. 1. dist. Plani.

hybetnis^a verò malis Cydonia succum acerbiorem^b generant, struthia pauciorum, minusque acerbum, & à ventriculo superantur facilius. Nicander Thyateirenus Cydonia mala struthia vocari tradit, sed ignoranter, Refragatur enim quod Glaucus memorat, dum ait esse praestantissima Cydonia mala, Phaulia, & Struthia. Cydoniorum malorum Stesichorus meminit:

Multi Cydonia tum mala iaciebant in fellam regi,
Multi etiam myrti folia, rosarumque, ac violarum elegantes coronas. Alcman:
Cydonia mala Cantharus^c asseruat, quae magnitudine sunt mammis^d paria.

Philemon in Rustico Cydonia mala struthia vocat. Phylarchus libro sexto historiae hebetari, Phariacumque^e venenum iniectum canistro^f adhuc olente cydonia mala in eo reposita, euanidum factum maleficam facultatem suam amisisse, itaque mixtum & in potu exhibitum quibus insidia struebantur, nihil attulisse noxae, causamque postea eius recognitam fuisse illius inquisitione & inuestigatione qui vendiderat. Coepit enim hoc accidisse propterea quod condita in eo calathio mala fuissent. Hermon in Glossis iudicialibus Codymala vocari tradit mala Cydonia. Polemon libro quinto sui operis ad^g Timaeum, horis genus esse Codymalon ait. Alcman verò cum inquit,

Struthium minus, vel Codymalum, Apollodorus & Sotibius cydonium malum interpretantur: A struthio differre cydonium malum Theophrastus historiae libro secundo palam facit: Excellentia quidem mala nascuntur in Sidunte agri Corinthij vico, ut autor est Euphorion, sive Archytas, in Grue, his verbis:

Elegans vi malum quod in argilloso ripis
Siduntis parva purpureum alitur. Horum quoque Nicander sic meminit in Transformatis^h

Statim ille è Sidunte, vel ex hortis Plinij,
Mala recentia cum secuisse, imaginem Cadmi tum in sculpsit. Siduntem agri Corinthij vicum esse libro primo Heracleus^k suae Arianus tradidit, itemque Apollodorus libro quinto Recensionis nauilum. Antigonus Carystius in Antipatro inquit,

Aduenit & pulchrior speciosis malis
Purpureis, quae ventosa Corinthibus educat. Phauliorum^l malorum Teleclides meminit sic in Amphictyonibus:

O partim elegantes^m ac festivi, partim viliores malis Phaulijs. Meminit & eorundem Theopompus in Theseo. Androtion verò in Georgico, Malos, inquit, Phaulias struthias etiam vocant; Non enimⁿ malum in struthiis decidit à pediculo: Vernae autem malos, Laonicas & Siduntias lanuginosas^o appellant. Ego verò, amici viri, omnium maximè sum admiratus mala Romae venalia nomine Martiana^p, quae aduehi ferunt è quodam pago, sito in Alpibus prope Aquileiam. Illis bonitate non multum cedunt quae in Gangris vrbe Paphlagoniae gignuntur. Mala Bacchum reperisse his verbis Theocritus Syracusius affirmat:

In sinu Bacchi quidem mala custodiens,
In capite gestans albam populum, sacrum ramum Herculis. Neoptolemus Parians in Dionysiae refert & à Baccho inuenta mala fuisse, & alios fructus^q omnes. Pamphilus^r Pyrorum quoddam genus Epimelidem^s vocari scribit, ac praeterea mala quaedam, Hesperidum^t nominari, sicut & Timachides libro quarto Coenae, restatus apud Lacedaemonios illa diis apponi: Pamphilus verò, suauiter olere tradit, sed in cibos non admitti, vocarique Hesperidum^u mala. Aristocrates libro quarto Laconicorum: Insper mala, & quas Hesperidas vocant. Persica. Theophrastus libro secundo historiae^v plantarum de iis tractans quorum fructus non est conspicuus, ita scribit: Manifestum quidem est maiorum omnium plantarum principium^w

vt

vt Amygdali, Nucis, & aliarum huiusmodi, itemque Punice mali, Pyri, Mali, excepto Persico, cuius obscurum est, ac minime tale. Dipphilus Siphnius libro de iis quae vescenda bene valentibus & agris dantur, ita scribit, Quae Persica mala vulgò nuncupantur, & à quibusdam Persica pruna, succi sunt mediocriter boni, & plus nutriunt quam mala. Philotimus libro decimoquarto De alimentis scribit, Persici mali nucleum pinguiorem esse, laxiorem, tufum olei multum reddere, raucedinem, stertoremque excitarè. Aristophanes Grammaticus in Glossis Laconicis scribit à Laconibus Pruna vocari Oxymala^a Persica, & à quibusdam Adria. Citrium. De hoc pomò Deipnosophistis oborta est magna quaestio, an eius mentionem veteres fecerint: Myrus enim nos id perscrutantes velut ad capras sylvestres^b relegans inquit, Hegesandrum Delphum in suis commentariis eius dictionis meminisse, sed locum in praesens memoria non tenere. Huic repugnans Plutarchus, At ego, inquit, assero, nusquam Hegesandrum ea voce usum fuisse, perlectis, vt inuenirem, totis eius commentariis, cum ex amicis quispiam alius ita se habere affirmaret, cuiusdam scriptoris non incelebris adnotationibus & scholiis adductus: quare iam tempus est, testem alium tibi, ò Myrile, perquirere. Tum Amelianus, Iubam dixit Mauritaniae regem, virum doctissimum, suis de Libya commentariis facta Citri mentione, scripsisse apud Libyas id vocari Hesperidum^c malum, inde Hercule in Graeciam translulisse, aureaque vocata fuisse eius arboris mala^d ob coloris speciem. Asclepiades libro sexagesimo Rerum Aegyptiarum memoriae prodidit in Iois & Iunonis nuptiis arborem illam à terra editam fuisse. Hos sic loquentes Democritus commodum inuit, Si quid horum, inquit, Iuba narrat, valeto cum libris suis Libycis, praeterea; Hannonis^e erroribus, ego verò pernego Citrii nomen extare apud veteres: at ipsa res descripta prorsus ab Eresio Theophrasto in plantarum historiis credere me cogit Citrium esse quod oratione sua ille significat. Scribit enim ad hunc modum philosophus libro quarto historiae: Regio verò Mediae, atque Persidis, plantas alias plures habet peculiaries, & quam^f Medicam aut Persicam malum nuncupant. Arboris folium Adrachnae [Lauri Nucis^g] folio simile est, & ferè par spinæ quales Pyro & Oxycantha, laeues, firmæ, peracuta. Fructus quidem non manditur, sed odorem apprime iucundum spirat, sicut & folium arboris: vestibis interpositus illasas^h seruat. Est etiam is vilis si quis letale venenum biberit, [quiaⁱ potus è vino, alium deturbat, & venenum exigit,] & halitum commendat: Nam si quis iuscule vel liquoribus aliis quibusdam incoctum pomi corticem^k in os exprimat, ac sorbeat, odoris gratia conciliatur. Extractum semen vè in sulcis scriitur, terra diligenter subacta, deinde quarto vel quinto quoque die rigatur, & cum adoleuerit, transferretur rursus vè, ac in solo molli, riguo, non valde tenui, plantatur^l. Nullo non anni tempore pomifera est, aliis cadentibus malis, decerpis aliis, aliis florentibus. E floribus^m qui prominent in medio veluti colum habentⁿ, secundi sunt, alij steriles. Idem libro primo eiusdem operis, & de colu extante, & de fecunditate florum tractauit. His impulsus, ò amici, & ea perpendens quae Theophrastus scripsit de odore, colore, & foliis, designatum ab eo fuisse reor malum quod Citrium vocamus. Vestrum autem neminem in admirationem trahat quod ille prodidit, pomum non mandi, quandoquidem ad usque memoriam aiorum nostrorum nullus comedit, sed cum vestibis in arcis reponebatur vt res quaedam ingentis pretij, & thesauro digna. Quod autem ex Asia superiore^o plaga in Graeciam reuera stirps ea descenderit, scriptum à comicis poetis inuenitur, qui de ipsius pomis cum aliquid dicunt, de Citrii malis videntur id tradere. Antiphanes in Boeotio:

A. De opsonio quidem stultum est quidquam apud vos dicere,
Tanquam insatiabiles: sed haec accipe.
O virgo, mala. B. pulchra sanè. A. Pulchra quidem, dii boni,
Nuper semen hoc peruenit
Athens, à magno Persarum rege.
B. Ab Hesperidibus credidi, sic mihi Lucifera^p propitia sit.

cap. 2. 1. n. Victorius cap. 5. 3. 2. Var. o. Media, Persia. p. φωφίρ@: Pausanias, epitheton Diana: Plinio cap. 4. 2. Veneris.

z Deuocata pituita è cerebro, exusse ratiq; amare suo fauulus. *a* Aetida poma. *b* Erastri, adag. in Capras sylvestres. De re obscura, inuentu porquam difficulti, & quae cum maximo labore inuestigetur, prouerbum hoc usurpat. Sylvestres enim caprae in asserimis & abditissimis rupibus degunt, in quibus aut nix, aut nunquam venantes illas reperiunt. *c* Filiarum Hesperis, sicutis Atlantiae, Aegles, Aethusa, & Hesperidum, & quatuor horum malis aut feris interfecto dracone cuncto de Hercules ad Erythraeum victricium vitulic. Medica è Persica mala haec Theophr. vocat: Medica Virgilius. d. Orpheus in Bacchi crepundij haec recepit: κίτριον, & μέλιτον, & καρύνη καρυτίζου μελίτα. *e* Hannonis καλό ποσ κατέδον λαγόφρον. Vide Victorium cap. 5. 3. 2. Var. *f* Carthaginensium dicitur iusti amatum Africa explorare Punice rebus florentissimis. Plin. e. 1. 5. Suae navigationis commentaria ille scripta reliquit. *g* Ad verbum, & quod Medicum aut Persicum malum vocant. *h* Apud Theophrastum haec non legitur. Plinius cum arbitro confert, cap. 3. 12. *i* A lineis non perforatis, vitiatas, e-rosas. Plin. cap. 1. 12. arceet animalium vocat. *k* In Theophr. haec non legitur. *l* In Greco, τὸ ζῶν: Plinius Graecia. Verum quia concitius gustu, non pulpe, aut seminis, habitus suauis est, ita vertendum putauit. *m* Tali namque gaudet. Theophr. *n* Vt diximus: Theophr. nimirum

q Non putari ver- sus precedentes esse hic vultum incul- candos, cum nihil proprius in illis di- versum sit, hoc vero excepto quod Eri- phus, pro vi tui φασφάγη, dixit vi tui φασφάγη.

Aurea haec mala tria esse inquit Tantummodo. B. Pancum est quod pulchrum, & ubinis In honore. Eriphus in Melibœa praepositis iambicis illis versibus, Antipha- nis stylo ac elegantia maxime propriis, subdit: In honore: pro his obolum, quod multum non est, Impersum numero: Rationes post ego supputabo. A. Haec verò mala Punica Quam generosa? B. In Cypro namq, Venerem Arborem hanc senisse fama est, unicam tantummodo, Magni faciundum premium: haec porro tria iam accipe Sola, & asportata: habere plura non potui.

His si quis reluctetur, & quod Ci- trium vocamus, locis à me citatis indicatum minime fuisse contendat, clariora testi- monia proferto, quibus sententiam suam tueatur. Phantias tamen Eresius iniicit no- bis suspicionem, Citrium à Cedro, tanquam Cedrium, nominatum fuisse. Cedrus enim, ut ille scribit, libro quinto de plantis, circa 4 folia spinas exerit: id autem in Citria malo videri nemo est qui ignoret. Sumptum verò Citrium ante quoduis ali- mentum, siccum pariter, & humidum, omnibus venenis resistere, ego fati novi, à meo ciue id edoctus, cui Ægypti mandata fuerat administratio. In maleficio depre- hensos quosdam ille ad serpentum morsus damnauerat, quos oportebat omnibus eiusmodi bestiis lacerandos obici. Productis illis, & ad theatrum euntibus destina- tum latronum supplicio, in via forte caupona quaedam misericordia commota, quod in manibus tum habebat, & rodebat, malum citrium dedit: acceptum verò illi co- mederunt, & paulo post ingentibus ac ferocissimis anguibz oblari, commorsiq; ab aspidibus, nihil læsi sunt; hæsitabundo & arronito iudice, qui tandem cum illorum custodem militem interrogasset, num quid bibissent, aut edissent, vt id comperit quod acciderat, nimirum absque dolo citrium illis traditum fuisse, postridie alteri rursum çari iussit, alteri minime percussus hic confestim periit, illæso altero qui ci- trium comederat; indeq; multis id expertis cognitum est citrium aduersari venenis omnibus. Quod si quis citrium, integrum, & quale natura est, cum semine, in At- tico melle coquat, donec liquatum tabescat, & eius liquoris matutino tres quatuor- ve digitos sumat, tutus erit à venenatis omnibus medicamentis. His fidem si quis non adhibeat, discat Theopompum Chium veritatis studiosum hominem, & qui historias exacta inquisitione, magno pecuniarum impendio, perstrutatus est, libro trigesimo octauo Historiæ suæ narrare, Clearchum 1 Heracleotarum, qui in Ponto sunt, tyrannum, per vim necauisse multos palam, ac quamplurimos potu cicuta per insidias è medio sustulisse: cum verò innotuisset omnibus propinandi huius ve- neni amoris specie fauus tyranni mos, priusquam ex ædibus progredierentur, esu ru- ræ 1 sibi cauisse; cuius præsidio nihil læduntur, vel qui Aconitum 1 biberint, quod idem autor sic appellari scribit, quia nascatur in Aconis. Locus sic quidam nomi- natur Heracleæ vicinus. Locuto hæc Democrito, admirati Citrii vim multi id man- debant, tanquam nihil antea vel edissent, vel bibissent. Pamphilus in Glossis, Citru 1 à Romanis vocari tradit. Post fercula quæ supra recensuimus seorsim illata sunt ostrea multa, & testacea, quorum maximam fere partem dignam putauit Epichar- mus in nuptiis Hebes quam celebraret, vt apud eum inuenio, his verbis:

Affer 1 omnigena conchyliâ, Lepadas, Aspedos, Strabelos, Cecibalos, Tethynactia, Glandes, Purpuras, Ostrea conclusa, Quæ vix sanè aperiuntur, sed vorantur facile, Musculos, Anaritas 2, Buccina, Sciphydria 3, Quæ quidem esu dulcia sunt, cruttis verò aculeatis, Et conchis oblongis tectos Solenas, nigramq, Concham, quæ & Conchothera 4 est, ter ac quater vendibilis. Alia præterea Concha Amathitides 5, clari nominis, ad conceptus & partus laudata, Quas Androphytidas 6 mortales omnes vocant Nos autem dij, Candidas. In eiusdem autoris Musis scribitur: Pro

Pro Concha nos Antellam vocamus, cuius caro suauissima est. Tellinam is sci- licet vocatâ inuit, quam Mitulum 1 Romani dicunt. Aristophanes grammaticus eius cum mentionem facit libro de Anxia Scytale, conchis, quas Tellinas appellant, similes esse Lepadas 1 asserit. Callias Mitylenæus libro de Alcei lepade, apud Alceum çarmen esse tradit cuius est hoc initium:

Scopuli esuscitentiq; maris filia. eiusq; sub sinem adscriptum esse, In lepadibus 2 animum recrees ô marina lepas. Aristophanes expuncta voce lepas pro ea substituit, χελύς, id est, testudo, aitq; Dicæarchum non rectè sclegisse dictionem λεπάς quam hic collocaret. Puellulos enim inditis ori lepadibus sonare, & lasciuire, quemadmodum & apud nos dicaculi & procaciores adolescentuli con- chis quas Tellinas vocant. Itaque Sopater Phylacographus 1 in fabula Eubulo- theombroto scripsit:

At resiste: nam è Tellina repente quidam Aureus iuauis peruenit qd meas sonus. Epicharmus allucibi in Pyrrha & Pro- mothico dixit:

Si quis autem Graecorum lepas quam a sit contempletur. Apud Sophronem 1 concha Mckenides 2 dicuntur:

Melenides enim mihi adnatant è paruo littore. Idem in libro cui titulus est Ha- lieuticon 1, siue Agriotes 2, Cheraba nominat. Meminit & Cherabis 3 Archilochus: Ibycus, Anaritis, quem & Anartan vocant, ostreum nimirum conchis simile, quod Lepadis more scopulis adhærescit. Herondas in Coadiutricibus:

Agglutinatus, vt marinis cauibz Anarites. Æschylus in Persis; Quis insulas vastauit Anaritarum abriges? Tetheorum mentionem fecit Homerus, Diocles Carystius in libris De tuenda valetudine scribit, ex conchyliis alua mouendo, ciendoq; lotio, excellere pectines, musculos, chamas, ostrea. Ar- chippus in Pificibus:

Lepadibus, echinis, escharis 4, acubus, pectinibus. Dioeles Conchyliorum firmissima 1 esse tradit Conchas, Purpuras, Buccina, De Buccinis Archippus ita dixit:

Buccinum 2 maris alumnus, purpura filius. Speusippus libro secundo Simi- lium, purpuris, buccinis, conchis, strabelis muruam intercedere similitudinem 1 af- firmat. Strabelorum 1 ita meminit Sophocles in Camicis:

Marine huius Strabola prolem, se quam inuenire possumus. Præterea rursus Speusippus deinceps priuatim recenset conchas, pectines, musculos, pinnas, solenas: & in alia libri parte, ostrea, lepadas, Araros 1 in Campylione;

Hæ profecto belle deliciae, Conche, atq; Solenes, curuæq; Locusta, exiliebant Delphinorum instar. Sophron in Mimis; Quenam hæ tandem sunt, ô charum mihi caput? Oblongæ Concha, Solenes, & carne inunda Conchylium, viduarum 1 mulierum cupedia. Pinnatum meminit Cratinus in Arilochis:

Ea quidem pinna & ostrea similia. Philylius, siue Phrynichus, siue Aristopha- nes, in Urbibus:

Polypodium, Sepiolam, Carabum, Astinum, Ostrea, Chamas, Lepadas, Solenas, Musculos, Pinnas, Pectines ex Methymna Deligite. Anthracides 2, Mullus, Sargus, Mungil, Perca, Coracinus. Agias & Dercylus in Argolicis Strabelos 1 Astrabelos 2 nominant, & ad edendum veluti tu- bz sonum aptos esse memorant. Apud clasicos scriptores nunc masculino genere

χόγξας, nunc feminino κόγξας reperire licet. Aristophanes in Babylonis; Eodem prorsus modo illorum quæ hiabat Quo teste in prunis concha. Concham diuidere 1, inquit. Concha quidem vno veluti iussu

1 Mytilum, in exē- plari Græco. Eter- molaus Mytilum: fGaKa veris Pa- cellas. Vide Ronde- let. 2 Gesnerum. Erasmi. adag. ostrei more adheresce- ra. 3 Locus ex ambi- guo lepadis signifi- catu: in patinis. 4 Ridiculorū di- cteriorum scriptor. lib. 1. q. 1. φλάσξας, δεικνύσκει. Quidā legunt φλασξάξας φ. 5 Mimographum. 6 A viro testis colore. 7 Piscium in mari captura. 8 Præterea tan- quam venationis pi- sicium dicitur. 9 Δειπνὸν ἔστιν ἰσθῆς ἢ γένος con- che dictū est, quod eo vidua delictum- anes: vt paulo post di- cetur de soleniibus, nisi idem sine con- chis & χελύβας. 10 Hæc vox Cru- stam significat. Vi- de Rondeletium. 11 Vel d. scilicet coqui, vel alimen- tum valitissimum præbere. 12 Κόγξας ἑσθλάσξας ἢ φουξὸς ἢ παγο- κόγξας. Acque nuptis mari buccinam ac purpura, Rondele- tius ita legit. 13 Vel eadem esse firma, vel alimen- tum simile genera- re. 14 Strabelos & Strabos censet eos- dem esse Rondele- tius, negat Bolo- nius. 15 Hic locus cita- tur libro supariore, & posthac in men- sione Caridis: ubi additur: ἰσθῆς, in- ras: ἰσθῆς ἑσθλά. Vide posthac. 16 Leopardus, cap. 22. lib. 10. Remedia- tionum. Demetrio Phalereo, allegoria valde fictiua. Solen simile pulchrum, si- gnificat, viduis mu- lieribus carum per- quam inuindam, ac summas delicias. 17 Pisculi super prunam assari soliti. 18 Staphidæ, elai- culatos. 19 Vt Staphidæ, Astaphidæ. 20 Resorare, ape- rire.

Adhauerunt nobis omnes, Singula carnem exerentes, Conchum masculino genere dixit Aeschylus in Glauco marino :

Conchi, musculi, ostrea. Aristonymus in Theseo : Conchus sunt alijs iunctoris similis. Eodem genere protulit & Phrynichus in Satyris. Icesius Erasistratus scribit, Chamatum vocari quasdam asperas, alias regias & asperas quidem prauum succum gignere, parum nutrire, facile excerni: & pro esca illis uti purpurarum piscatores: laeues autem, ut quaeque maior est, ita distare, & reliquis antecellere. Hegesander in Commentarijs scribit asperas conchas à Macedonibus Corycos appellari, ab Atheniensibus xpatos. Supra recitatis conchis Icesius lepidam scribit promptius excerni: ostrea verò minus quam haec nutrire, satiare magis, celerius egeri: pectines uberiori alere, sed improbiorem succum generare, & tardius per alium descendere. Musculorum autem, Ephesios, & qui sunt his similes, bonitate succi anteire Pectines, Chamis verò esse inferiores: ad vrinam tamen prouocandam commodiores, & ad soluendam aluum: sed ex his quosdam mordaci & ingrato sapore Scillam resipere, vitiosum succum procreare, gustui displicere: his autem minores, & foris hirtos, vrinam magis ciere, & succum meliorem suppeditare quam quibus Scillae gustus est, sed minus alere, tum quia magnitudine pares alijs non sunt, tum quia eiusmodi natura illorum est, ut parcius nutriant. Cervices autem buccinorum stomacho sunt viles, minus alunt quam musculi, chamae, pectines. Profunt iis quibus est imbecillus ventriculus, ac quibus non facile cibis ad interiora ex alijs digeritur, quoniam vix corruptuntur. Nam quae in confesso est facile coqui, è diuerso incommoda sunt eiusmodi ventriculi affectui, quia paruo negotio ideo corruptuntur quod tenera sint, ac statim dissoluantur. Quamobrem horum papaueri, quae stomacho valentiori non conueniunt, debiliori ventriculo congruunt. Alunt magis & deliciaiora sunt purpurarum quam horum papauera, sed acriore, insuauiore, & ad scillam magis accedente gustu, qualis est totius conchylij. Hoc autem peculiare forritae sunt purpurae atque Solenes, quod elixarum ius spillescit. Per se igitur elixae ceruices purpurarum, inualido stomacho & languenti conducunt. Horum sic meminit Posidippus in Locris:

ε αὐτῶν δὲς ἄλλων. Vide Gesnerum. d Cervice carent omnia testacea. Verum quidquidem Graeci οσφύλιος id est, ceruicem, vocant duram, nervosam, callosam partem, cui caro reliqua innidetur, ob quamdam cum verberis similitudinem, ego ob eandem rationem veniam praestitum, audeo ceruicem interpretari. Quia in imagine varum galathei cibos lepores excruis ac corruptis, idem pat. 69. f Ligentur, & in chylis naturam verentur, sed prauis, & improbi. g Excrementa in omnibus sine testaceis quae membrana continetur ad extremam parte sua nura reliquis partibus. h in hanc par e mpori, Aristoteli p p sic quidam graca loq. i Hoc loco ὀσφύλιος significat partem concha renus, nempe sphaerulium, quam ceruicem. k Vide Rondeletium. l Facultate & alimento, non forma, m Vacuone purpurae spacia: ut ego puto, sic Aristoteles vocat Πελαγίαν, cuius flos, ut inquit Plinius, buccini per se dammati nimiam nigritiam, & vitiosam, tanquam exhalat, aufero mitor. n Condituario libro, vel, de Conditimentis. o Cap. 15, s. hist.

Tempestiuum est anguillas ac locustas transigere, Conchas, echinos recentes, meconia, Pinnas, trachelos, musculos. E Balanis, maiores excernuntur facile, & oriplacem. Auricula, (gignuntur haec quidem in insula Pharo quae ante Alexandriam iacet, largius alunt quam omnia supradicta, sed aegre per aluum subeunt. Antigonus Carystius in opere suo De dictionibus, ostreum hoc ab Aeolibus vocari scribit Aurem Veneris. Pholades multum alunt, sed virus olent. Tethea supra memoratis similia sunt, abundantius tamen nutriunt. Sunt & quaedam ostrea quae syluestria nuncupant: Multum haec alunt, odoris sunt virosi, & vilis fastidiendiq; gustus. Aristoteles in opere De animalibus has testaceorum species recenset, ostreum, pinnam, musculum, pectinem, solenam, concham, lepadem, tethea, balanum. Huc illuc vaga progrediuntur buccinum, purpura, hedyorphyra, echinus, strabelus. Virgatus est ex his, & aspera testa operatus pecten: Tetheum concha laui testum, & nullis distincta virgis. Pinnarum tenuis est os, ostreis bialuis crassum. Lepadibus concha, & ea laeuis, unica est; Musculorum duplex testa vno loco tantum cohaeret. Solenis & balani vndique tota coalescit & coniungitur. Ambobus id commune generibus est, quod operiuntur testa. Quod iatra pinnam est Epænetus in Artytico vocari scribit Papauer. Aristoteles libro quarto Historiae animalium, Nascuntur, inquit, purpurae circa veris tempus, buccina verò hyeme deficiente. Prorsus, quae oua dicuntur manifestum est habere testacea vere, & autumnop, praeter echinos illos quibus vescimur. His enim temporibus semper illi valentissimi sunt, magisq; plenilunij, ac potissimum diebus æstiuosis, exceptis rufis in Euripo degentibus, qui pusilli, sunt per hyemem suauiores, & ouis pleni. Eodem tempore similiter concipere cochleas omnes apparet. Progressus verò philosophus subdit: Vere igitur purpurae

in eundem congregata locum, id faciunt quod Meliceram vocamus: id autem veluti fauus est, non adeo sanè politum, ac nitidum, verum perinde ac si ex alborum cicerum putaminibus strues congesta compactaq; sit: nullus tamen apertus in iis meatus est, nec purpurae quidem ex iis procreantur, sed quemadmodum reliqua testacea, è limo ac putredine. Id autem Purpurarum atque Buccinorum velut purgamentum est: Nam & edunt Buccina fauos & quae testacea fauos construunt, reliquis testaceis parem ortum habent, verum magis ibi nascuntur, ubi antea sui generis alia versata fuerint. Nam cum incipiunt fauos edificare, lentorem mucosum faciunt, ex quo illa concresecunt quae putaminibus esse similia diximus. Haec scilicet omnia diffusa, quod continent in terram dimittunt, nascentibus aliquanto post in eo ipso loco exiguis purpuris, quas maiores captae gestare deprehenduntur, nunc perfectas & absolutas, interdum verò nondum exacte distincta forma. Quod si prius quam pariant matres capiantur, aliquando fecrificant vbicunq; forte contigit, verum tamen in eundem coaceruat locum, non aliter quam in mari. Itaque propter angustiam loci, tanquam vuae sunt. Purpurarum autem complura sunt genera: quaedam magna, ut circa Lectum, & Sigæum: quaedam parua, ut in Euripo, & circa Cartam: in altis maris sinibus, asperae & magna, Plurimis harum flos niger est, quibusdam subruher. Ex illis magnis quaedam etiam librales sunt. Circa littus oramq; maris parua nascuntur, & rubente flore. In septentrionali plaga flos nigricat, in meridionali ut plurimum rubet. Apollodorus Atheniensis in suis de Sophrone commentarijs, dictum illud exponens, Purpuris voracior, adagium esse tradit, sumptum, ut quidam aiunt, à purpurae fumo, & tinctura, propterea quod ad sese illa trahat quidquid attigerit, & coloris splendorem transfundat in ea quae admouentur: alij verò ab eius animalis ingenio ductum putant. Capiantur purpurae, inquit Aristoteles, vere, editis iam fauis, sub cane verò nullae, quia tum vagae non pascuntur, sed abdite latent. Flos purpurarum inter papauer & ceruicem positus est. Sunt autem haec tria spisso quodam coalitu inter se connexa. Quod florem continet, & ab inferioribus eximitur, membranam candidam aspectu repraesentat. Expressus ille succus manum florido colore tingit. In longum protenditur, tanquam vena quaedam, floris inuolucrum. Quod intus est, flos scilicet esse videtur. Reliqua, quibus cum ceruice & papauere cohaeret, colore sunt aluminis. Purpuris, buccinis, & caeteris turbatis, omnibus in eadem testa parte ingentum est operculum, sub quo linguam distant exorunt, dum pascuntur. Purpurae digito lingua maior est, qua cibum capiat, & conchyliia conchyliorumq; testam perforat. Diu viuunt & purpurae, & buccina, Purpuris ad annos sex vita prorogatur. Quantum aucta sit aetas, quotannis apparet ex intervallis quae spectantur in tortili testae clauicula. Conchae, Chamae, Solenes, Pectines, in vadis sabulosis procreantur: Pinnae rectae nascuntur ex ipso fundo, in arenosis & lutosis. Custodem intra testam habent, quem ab hoc officio Pinnophylaca nominant, & eum alia Cancellum, alia paruum Squillam, quo destituta celeriter pereunt. Pamphilus Alexandrinus libro de Vocabulis affirmat cum pinnis eum pisciculum gigni: Chrysippus Solensis libro de honesto & voluptate, Pinna, inquit, ac Pinnae custos mutuas operas praestant, nec viuere seorsum queunt. Pinna quidem ostreum est, Pinna verò comes, & tutor, exiguus cancor. Pinna igitur distincta testa, otiosa & quieta expectat aduentantes pisciculos. Adstans verò custos si quis subierit, morsu significat. Velligata sic concha os comprimit, & eo quod intus est exceptum, ac inclusum, communi dape cum socio vescitur. Quidam autem cum pinnis eundem generari, velut ex eodem semine. Rursum Aristoteles scribit: Prorsus autem in limo sponte gignuntur omnia testacea, pro eius varietate diuersa: in caenoso quidem, ostrea: in arenoso, conchae, & alia quae memorauimus: in rimis & fissuris saxorum, tethea, glandes, & quae affiguntur extremae superficiei scopulorum, ut lepadis & neritae. Testaceorum quoque modo generantur & illa quae testa carent, velut Vrticæ & Spongiae in saxorum hiatibus. Sunt autem Vrticarum duo genera. Alia quidem in cauis abdite faxis nunquam ab illis separantur: alia in planis & aequalibus scopulis commorantes, huc illuc transmeant, τὰς νιδὰς, id est,

Admonitus ego matram calidam illic esse repositam, Calentem adhuc intravi, id est, è furno panem comedi. item Eschariten, cuius meminit Antidorus in Protochoro:

A. Sumptos feruentes escharitas. B. Quidni? A. Eosq. aduolutos intingere passo? Crobilus in Strangulato: Et peluim acceptam quandam Purorum escharitarum.

Lyncæus Samius sua ad Diagoram epistola, qua quæ Athenis ædulia nascuntur, confert cum iis quæ Rhodi proueniunt, inquit, Grauitate moleste seuera cum apud illos gloriarentur forenses panes, prima mediâque con-

na,

na, afferunt illis Rhodij nihilo inferiores: fatiatis verò & edendo lassis iucundissimam transigendo tempore exercitationem ac operam præbucere, nempe quem eschariten panem vocant, eximium, ita melle conditum, tantaque suauitate, & tanto dum manditur consensu cum passo, vt admirabili quadam vi ad appetentiam sui cogat, & quemadmodum multoties accipit vt remulentus sobrius non sit, eodem pacto contigit vt voluptatis illecebris inter comedendum esurirent. De Tabarite, hæc Sopater in Gnida:

Tabarites panis fuit quo buccas implenerat. Achæini meminit Semus octauo libro, cumque parari scribit per Thesmophoria sacra Cereris: fuisse magnum, ac μεγαλέγρια dictos fuisse illos festos dies, cantantibus qui gestabant hæc de Cerere:

Achæinen plenum adipe dea comedeat. Cribanites. Huius meminit Aristophanes in Senectute, quo loco panes vendentem feminam inducit, direptis suis panibus ab iis qui eius senectutem ludibrio habuerant, sic conquerentem,

Quidnam hoc fuit, calentes adhuc, fili, Cribanitas an despicias, valde candidos? ita ne fili? Encryphias. Huius mentionem facit Nicotratus in Hierophanta, atque etiam Opodædalus Archestratus, cuius testimonium cum tempestiuum erit proferam. Dipyros, Eubulus in Ganymede:

Calentesq. dipyros. Sunt autem ij, panes quidam laui, & delicati. Laganium. Læue hoc alimentum est, parumque nutrit, eo tamen minus quæ Apanthracis nominatur. Lagani Aristophanes meminit in Concionatricibus:

Lagana, inquit, coquuntur. Epanthracidis verò Diocles Carystius libro primo de tuenda valetudine, his verbis: Inter lagana cæteris delicatior & ad coquendum facilior est Epanthracis. Videtur quidem hoc panis genus à pruna coqui, quemadmodum Encryphias apud Athenienses, quem & Alexandrini Saturno dicatum in eius delubro edendum apponunt cuius eo vesci cupienti. Epicharmus in Hebes nuptiis, & Musis, (est autem hæc fabula prioris velut apparatus & dispositio,) panis genera hæc enumerat, Cribaniten, Homoron, Staititen, Encrida, Aleiphaiten, Hemiartion. Horum meminit & Sophron in Mimis muliebribus ad hunc modum:

Patrius suis in cenam emittit Cribanitas, homoros, hemiartion. Non equidem ignoro, amici viri, Atticos cum p litera κελβαρον efferre, & κελβαρῆς. Herodorus libro secundo historiæ dixit, Cribano pellucido: Sophron quoque ait,

Ecquis Staititis, aut Cribanitas, aut Hemiartia, coquit? Idem & Placitæ cuiusdam panis meminit in Mimis muliebribus, Sub noctem me querit cum pane Placitæ. Tyrantis panis mentionem idem fecit in fabula, cui titulus est Socrus, ad hunc modum:

Pane vt Tyrante recenti vescamur consulo puellulæ. Nicander Colophonius in Glossis panem azymum Daratum vocat. Plato comicus in Noctæ longa, magnos panes & sordidos, Cilicios vocat, his verbis:

Deinde panes venit empturus, mare puros quidem, sed magnos Cilicios. Idem in fabula cui titulus est Menelaus, Gregales quosdam panes vocat. Panis Autopyri meminit Alexis in Cyprio:

Autopyron panem cum nuper edisset, Phrynichus in Poastriis autopyrites illos panes sic appellat:

Autopyritis panibus, & pinguibus fratribus. Ornida panis meminit Sophocles in Triptolemo, nimirum qui conficitur vel ex oriza, vel ex semine Sefamo simili quod in Æthiopia gignitur. Collabum panem in Tagenistis Aristophanes memorat:

Collabum quisq. sumpsit: ac rursus: Aut porcellum, aut squatinam, aut mugilem afferte hoc, cum tepidis collabis. Fiunt panes hi ex nouello tritico, quod indicat Philyllius in Auge:

Adsum ipse, ferq. tritici prolem trimestris, lactes coloris feruentes collabos, conidis panis Alcman libro decimo quinto, sic meminit:

Leiti

s Potum cupiat & postulet. t Tabæ, Cilicia oppidum Plinio. v Sic Attici pronuntiant: alij Cribanites: d d d κελβαρον sive κελβαρον id est, rritu, vel te- flo, testuacena pa- ni, coctus sub te- stu æreo, streo, fi- sili: vulgo, tur- triere. x Submeritium, qui calido cinere o- perum coquitur. y Sacrorum anti- site. z Post nam aut alteram pag. a Recollus: vulgo bisucl. b Ventriculo mini- me onerosum. Laga- num placenta ex- aque & farina su- bacca, cocta in iure pingui, addito ca- ste, pipere, croco, cinnamomo. c Epanthracis pla- centa siper pruna cocta: Lugdunen- sibus, vne epioque, d Staitites sive imiti- ato adipe: Encris, ex farina, oleo, mel- le: Aleiphaites mel- le, coctus in iure tur, e Erasmodag. Anus cribanum, f greges, subigit, pin- sit. g Caseo conditi. h Breui, Natali. i Iunius adagio, Ci- licia insularia. k Gregatim vena- les, riles, plebeios. l Isipso est que an- tea Syncomiston vocauit: Plin. cap. vii. lib. 22. Fermen- tatam vocit, nec vocit: Cribarium Ci- cero vocat. m Sic feminas vo- carunt sata run- carites. n Id ego sepiusculd reperi cum. Zingi- bere. o Malegeta, colore nigro, gustu dulci. o Corruptissimus. hic locus est in co- dice Græco, omen- datus è pag. 72. p Collabos panes esse voluit similes collabis, id est cla- mullis cithara, qui bus fides intendun- tur, ac remittuntur. Quidâ minutos & velut mutilos ex- ponunt, κελβαρον- sibus.

q Laido colore tin-
ctis ornatus caustis.

r Cibum qui ex
lacte & melle pa-
ratur.

s Namibus onera-
rijs.

t Tabulis ferreis,
veruculorum vir-
gulis lineatim scal-
ptis: vulgo Gau-
fres, publies.

v Ob affusum a-
leum licotho, o-
learia trullatimq;
vitellus oui, & len-
ticula fesa, e qui-
bus omnibus sic pa-
nis vocari potuit.
x Compactum, so-
lidum, densum, du-
rum. Nastro quo-
que vocatus e mol-
les, vix passu, & a-
romatibus conse-
ctum. Vide pag. 86.

y Rafila.

z Vel colore ci-
neritius, vel sub ci-
nere coctus.

a Fermentatum:
Epanthrada spe-
ra nominavit.

b Ianus adagia,
Nive candidior,
Martial. Toto can-
didior puella cy-
gno, Argenteo, nive,
lilio, liquet. Post-
hac Matron: Lau-
ratis, xibos,
edon, d' auo loieny
pauis.

c Graeci nimirum
pani Aegyptia tunc
vraquos sunt, id
est panis centum
illustres.

d Nihil. Giga-
ton, nunc vinacei
gramm: nunc qd
didotox.

e uolunt panem
subcineritium, ro-
tundum, pastilla se-
gura similem Gra-
mastic exponunt,
non terebenti.

f x d' x kofny:
id est crastore tri-
nici farina.

g x d' x xodog.
h Supra pag. 82.

Lacti quidem septem, mense totidem, onusta pane
Maconide, lino, sesamo, liuidis^a pedibus. His scilicet verbis poeta Chryfocol-
lam innuit, edulium ex lino paratum ac melle. Panis quem Collyram vocant, me-
minit Aristophanes in Pace:

Et Collyram magnam & Candyron^r in ca coxi. Idem in Holcadibus^s:
Et Collyram mare traiecturus, ob erectum in Marathone trophaeum. Obelias pa-
nis ideo dicitur, vel quod obolo veniat, vt Alexandria, vel quod in veruculis^t tor-
reatur. Aristophanes in Agricolis:

Demde ex tostis panibus Obelian quidam sortitur. Pherecrates in Obliuiofo:
Obelian in cinere perdidit, quia panem hunc nihili faceret. Obeliophori porro
vocabantur qui super humeris panes illos in pompa gestarent. Socrates libro sexto

Appellationum & Cognominum, a Baccho inuentum, cum exercitum duceret, pa-
nem hunc tradit. Eunites panis is est quem & Lecythiten^v appellant, vt inquit Eu-
crates. Quod Graecis ἀγρ, est gentibus alijs Panis. Plenitudinem corporis Paniam
Mestapij vocant, & quidquid corpus implet, Panion. Blesus in Mesotriba, Archilo-
chus in Telepho, Rinthon in Amphitryone. Ἀγραϋ Romani panem vocant. Nastro^x
Panem fermentatum nominant, & cum magnum, vt inquit Polemarchus, & Ar-
temidorus: Heracleon vero placentæ genus esse vult. Nicostratus in Lecto:

Nastro albus ea magnitudine fuit here,
Crastitudo vero illius, vt super canistrum emineret.
Operculo detracto sursum odor euolabat, ac vapor
Melli quidam admixtus subibat nares:
Adhuc enim tum calidus fuit. Panis xwsos^y qualis fuerit apud Ionas, declarat

Artemidorus Ephesius in Ionicis commentariis. Est & Thronos nomen panis. Ne-
anthes Cyzicenus libro secundo Rerum Graecarum ita scriptum reliquit: Codrus
autem, panis quem Thronon vocant, acceptum frustum cum carne, maximo natu
tribuit. Bacchylus apud Elæos ceneritius^z panis vocatur, vt Nicander in Glossis li-
bro secundo autor est. Eius meminit sic Diphilus in Aberrante femina:

Panes Spoditas, id est, cineritios, Chrysetretas circumfert,
Nempe Bacchylos. Est & panis species quem Apopyrian vocant. Torretur
is super pruna. Quidam hunc etiam Zymiten^a nuncupant. Cratinus in Mollibus:
Primum Apopyrian habeo, Zymiten, ingentem, plenum ac sarctum, fuscum. Ar-
chestratus in sua Gastronomia de panibus, polenta, & farina ita disserit, & præcipit:

Principio munus eloquar Cereris
Pulchra coma ornata, amice Mosche, hæc vero tu mente repose,
Omnium præstantissimam ac optimam
Habere licet polentiam, ex ordeo secundo paratam,
Puriter subactam, Lesbii, in fertilibus Eresi glebis,
Acthærea^b niue candidiorem, qua dii vescuntur:
Mercurius scilicet eò proficiscitur, vt empiam illinc auferat.
Thebis^c etiam, quæ portis septem patens, probam.
Et in Thaso, & in quibusdam alijs oppidis nansiferis,
Verum hæc cum illa comparata giganta^d videbuntur,
Hoc scito, & pro comperto habeto.

In rotunditatem vero teretem circumactus, & manu diligenter subactus
Collis^e Thessalicus in promptu tibi sit:
Illum Crimnatiæ^f vel Thessali, Chondribon^g panem alij vocant.
Post hos ego laudo Semidalidis filium qui Tegeis paratur.
Encryphian^h panem, quem, vt in foro vendant, conficiunt,
Optimum celebres hominibus Athene præbent.
Qui Erythris quarum fertilibus, clibano educitur,
Albus, speciosa pulchritudine vitens, cœnantem te obletabit,

Hos versus qui
scripsit helluo catilloq; Archestratus, nos præterea hortatur pistorem vt habeamus
e Lydia, vel Phœnicia, necius præstantissimos esse laudatissimosq; panificio Cappa-
docas.

docas. Poeta hæc est oratio:

Esto tibi domi Phœnix quidam, aut Lydus

Qui tui palatiⁱ guarus quotidie

Vt infferis, omnifarias panis species conficiat.

Attici panis, vt excellentis, me-
minit sic Antiphanes in Omphale:

Quo vero pacto nobili stirpe natus quispiam

Aliquando poterit ex hoc recto efferre pedem,

Panes cum cernit hos corpore candidos,

Furnum circumdantes^k inferne, densis tanquam agminum ordinibus?

Cum præterea videt formam eos in clibano mutasse

Ad Attica manus imitamentum, id quod posteris

Thearion ostendit.

Fuit autem Thearion clarus pistor, cuius in Gorgia Pla-
to meminit, ei Mithæcum^l adnumerans, his verbis: A. Qui sunt aut fuerunt cor-
poris boni curatores? B. Attentè studioseq; dixisti: nempe Thearion pistor, & Mi-
thæcus, qui Siculum apparatus obsoniorum conscripsit, & Sarambus cognomine
Locusta, caupo tabernarius. Hi namque corpus admirabili diligentia curarunt: Thea-
rion quidem, quod eximium panem conficeret. Mithæcus, quia condiret obsonium,
Sarambus, quod excellens vinum suppeditaret. Thearionis Aristophanes in Gery-
tade & Acolosicyone meminit his verbis:

Adsum Thearion relicta pistoria taberna,

Vbi multus cibus est in cribano paratus.

Cyprij panis, vt egregij, meminit sic

Eubulus in Orthanne: Grane quidem est, vel equiti, conspecto pane Cyprio præteruehi:

Efurcantes enim veluti magnes lapis is trahit.

Collicij panis, qui cum Colla-
bo idem est, Ephippus sic meminit in Diana:

Apud Alexandrum in Thessalia Collicias edit

Ac Cribanitas panes.

Oh salve, Collicophage^m, homuncule Bæotie.

Hæc disceptata cum sic fuissent,
è præsentibus grammaticis quidam Arrianus nomine, Hi cibi, ô amici, Saturnijⁿ
sunt, inquit: nos enim nec polenta gaudemus, (est enim panis plena ciuitas), nec pa-
num horum enumeratione. Ego quidem certè quoniam in Tyane^o Chryssipi aliud
opus incidi, cui titulus est Artopoicon^o, & apud multos ex amicis meis panes illic
nominatos vsu experimentoq; agnouit, de panibus quidpiam diciturus quoq; accedo.
Artopoicus^p panis à Furnaceo & Cribanite differt. Is cum duro^q fermento suba-
ctus nitidus est, esuq; gratus si solus & ficcus manditur: si cum remissiore, leuis
quidem erit, sed minimè nitebit. Cribanites & furnaceus mollius fermentum po-
tunc. Apud Græcos panis quidam mollis^r vocatur, conditurq; lacte pauco, oleo,
& sale quantum satis est. Huius materiam^s esse remissiore oportet. Panem hunc
& Cappadocium vocant, propterea quod vt plurimum in Cappadocia panis mollis
paratur. Syri panem huiusmodi Lachman nominant, in ea regione ideo saluberrim-
um, quod calidissimum edatur, alioqui farina: flori similis. Quem Boletinum pa-
nem appellant, forma boleti fingitur. Panem hunc antequam pinsant, oleo mastra
inungitur, deinde subtus aspergitur papaueris semen, post superiniicitur materia,
quæ dum fermentatur nusquam adhærescit mastræ: panem vero farno immisuri
alica furnariam^t palam conspergunt, ac tum demum panem imponunt: sic conci-
liatur elegans color, qualis scilicet est casei fumo durati. Streptitij farina pauco lacte
colligitur, adiecto cum pipere oleo pauco, sin minus, adipe. In panem quem Arto-
laganum vocant, conicitur vini paululum, piper, lac, & oleum paucum, vel adeps.
Panibus Capryris^v conficiendis, quos Tractas^x vocant, miscentur eadem quæ & in
Artolaganis. Hæc Aristarchia^y placita cum Romanorum primarius Sophista ex-
plicasset, Cynulcus exclamat, Quanta, ô diua Ceres, hominis ista sapientia est. Non
frustra sanè discipulos innumeros arenæ^z modo habet admirandus^a Blesias, aut
diuitias sibi parauit tantas ex hac præclara sapientia, vt opibus Gorgiam ac Prota-
goram superet. Itaque dictu per sacras deas^b haud facile est, an cæcus ille sit, an po-
tius qui discipulos ei tradunt, coelites vno tantum oculo videant, atque adeo tan-
tam

i Ad verbum, tue
mentis, tui iudicij.

k Extrahos fur-
no, & humi circa
furnum agmina-
tim dispositos.
l Ianus adagia,
Mithæcus cum sit,
Agamemnonem si-
mulat. Eius posthac
mentio sit aliquot
locis, lib. 7. & 12.

m Collicis belluo,
& vorator.
n Erasmi adagia,
Antiquiora dipthe-
ra: Saturnia lema:
Saturnia tempora:
Antiquiora quam
Chaos.

o De pane confi-
ciendo.

p Quisico à cine-
ribus mandato sub
testa coquitur, con-
gestis carbonibus.

q Acrior, & va-
lentior. Sic muria
dura dicitur.

r xwsos, latus,
delicatus.

s Vel firmam a-
qua subactam li-
quidiorem: vel le-
uissimum immi-
scendo.

t Tor paxos, Re-
mum, fortassis Athe-
nei seculo ita Ro-
manus pistor instru-
mentum furnarium
illud vocabat, qui-
dam pupas legunt.

v Aride spidiabi-
bus, hiuleis.

x Tracta, & Tra-
ctæ, & xatraspa-
ra, & xatraspa-
ra, & ab ho-
rum similitudine
in panificio farina
aqua & oleo sub-
acta veluti ducta
sua.

y Aristarcha di-
gna, nobilissima
grammatico.

z Erasmi adag.
Arenam metiris.

a Arriani magi-
ster, qui sermonem
illud habuerat: vel,
vt alijs placet, Epi-
cureus philosophus,
eam sectam profes-
sus Rome publicè.

b Ceres, & Pro-
serpinam.

e Prae oculorum vicio. d Maxazus, iocus ex paronomasia. Maxa, vita & factio sunt. e Erasmi, prouerb. Dolariis vita: & album panem pinso tibi: & illotis manibus. f Piperi & ventri dediti hominis indicium hoc est. g Vellit hic colaphum postu intel ligere. h Testras quibus asidit ludis i Hermolaus in adnot. k Supra pag. 84. l Quidam, Erno phoris, nemp O schophoris, id est, facis, quibus ramae onustas suo fru itu Athenis fere bant adolefcentes. m Thessalie gen tem. n Ex farina leguminum se forum pulmenta rium: vtriusq; panis qui ex ea farina fit: vel legum fesu m, praecipue len ticula, sed nondum in farinam protitu m. o Xorododus. p In crinulo ex culso. q Aegyptium a stralogi insigne m, Suidas, Plinius. r Alij, Inueni. A. Dij te perdant. Sed quot affert? s Apud Hefychiu, Edia: Gallu paim bria. t Hora. Et mihi diuiduo fndetur mu nere quadra. Mar tial. Sedla plurima quadra de placen ta. Idem: Vnguentum fitor bonum dediti: Cuius be re, sed nihil scidisti. Hefiodus. Agroy dei pthous, vtriusq; vov, adia Edia. Brouos, buccia. pa nis fragmentum. v Mazam nunc interpretantur pul mentarium ex polenta, aqua, & oleo: nunc edulium paratum e tritico & lacte: nunc libum, aut placen tam. x A lactuca distit. y A vino. z A melle. a A Lily figura. b Sanitate. c Placuntulas lates & venus, sacrificijs aptas.

tam multitudinem cernere vix possint. Ipsos ergo felices, imo verò potius beatos esse iudico, quos interpretationibus eiusmodi doctores erudiant. Ad hunc Magnus, factus & urbanus homo, laudato summo opere grammatice ob copiosam & prolixam illam suam panis explanationem; dixit, Heus vos Cynici, pedibus illotis, humi cubantes, sub dio habitantes, vt inquit Eubulus comicus, impuri, gulosi, alienarum facultatum aduenturij cenatores, nonne vestrae disciplinae primus author & tanquam pater, cum audius in cena placentam voraret, interroganti quidnam comesset, respondit panem se mandere scite confectum, Vos autem, o patinarum strangulatores, quod ait idem Eubulus, albis aqualiculis, alios loqui non finitis, nec vnquam estis quieti, donec vobis, vt catellis, panem vel ossa quidam impingat. Vnde vobis cognitum est, cubos, non eos quos semper manibus tractatis, quadratos esse panes, anetho conditos, oleo, & caseo, vt scribit Heraclides in Opfartyico, quod tacuit Blepsias, quemadmodum & Thargelon eum panem esse quem & Thalyrium quidam appellant. Crates libro secundo Atticae dialecti scribit Thargelon & Sami ren panem dici, qui post messem è nouellis frugibus primus conficitur: at ille scitit eum vocari Nalton, qui in Arnephoris paratur. Est & Pyramus panis cum sesamo pistus, idem fortassis cum sesamite. Omnium horum meminit Tryphon libro primo de plantis, sicut & eorum quos Theiagonas appellant. Panes quidem sic vocantur, in honorem deorum apud Aetolos confecti: apud Athamantes huiusmodi panes Dramices & Araxes nominantur. Varias quoque panis appellationes glossarum scriptores enumerant: Seleucus Dramin, à Macedonibus & Thessalis sic vocatum: Eriten panem esse Lecyithen idem ait, vocarique etiam Ericiten illum, qui fit è tritico tuiso in crassiore farina, ac minime cribrato, Amerias Xeropyriten vocat panem autopryon. Similiter & Timachidas. Nicander Theiagonas ab Aetolis vocari tradit panes diis sacros. Aegyptij subacidum panem Cyllastin vocant. Eius meminit Aristophanes in Danaidibus:

Et Cyllastin loquere, & Petostrin. Eius meminere Hecataeus, Herodotus, Phanodemus libro septimo Atthis, Nicander verò Thyateirenus ordeaceum panem ab Aegyptiis Cyllastin vocari tradit. Sordidos panes Fuscos Alexis vocat in Cyprio, ad hunc modum:

A. *Deinde tandem venisti.* B. *vix quidem affos Inueni profusus.* A. *Sed quot affert?* B. *Sedecim huc afferam: candidos octo: fuscus totidem.* Seleucus panem diligentissime obrutum & calentem *βλιννα* vocari tradit. Philemon libro primo de omnigenis oraculis, Pynnon vocari tradit panem confectum è tritico solido, & cuius minimè furfur secretum sit, quidquid in grano fuit continentem. Idem Blomilios panes dici scribit, incisuris diuisos, quos Quadratos appellant Romani: Brotinien verò furfuraceum panem, quem Eucnon seu Teuconon Amerias & Timachidas nominant. Philetas in Atactis Spolea vocari panem tradit quo soli cognati vescuntur. Mazas descriptas apud Tryphonem & alios complures inuenimus. Athenienses Physten vocant non valde subactam; praeterea Cardamalen, Beraca, Tolypas, Achilleam, fortassis eam quae fit ex ordeo Achilleo, Thridacinas, Oenuttam, Melittutam, & quam Crinon vocant, tametsi apud Apollonem in Dalnide, Crinon gestus ac staculus sit cuiusdam saltationis chori. Alcmanis Thridacinae cum Atheniensium Thridacinis eadem sunt. Haec porro Alcmanis verba sunt:

Thridacinas & Cribanitas panes. Sosibius libro tertio de Alcmane, Cribana ab eo dici tradit, placentas quasdam mammae figura similes. Hygeam Mazam vocauerunt, quae in sacris dabatur degustanda, Hefiodus Mazam quandam Amolgæam vocat:

Et Amolga maça, & lac pereuntium capellarum, pastoralem innuens, & tempestiuè sub meridiem è lacte confectam. Est enim *αμολγός*, mulgendi pecora opportunitum maximè tempus, Meridies. Prouinciam suscipere ego profecto reclus, cum non ita mihi felix sit memoria, ea recitandi quae exposuit & bellaria & popana Athenien

Atheniensis Aristomenes libro tertio de iis quae ad peragenda sacra requiruntur. Nobis iunioribus homo cognitus fuit, comediae veteris histrio, Adriani imperatoris moderatissimi & humanissimi ἀπαιλόθεος, id est, libertus, ab eoque vocatus, Attica perduxit. Hic Vlpianus, ἀπαιλόθεος, apud quem legitur: inquit. Dicente verò quodam eo titulo fabulam editam fuisse, subdidit ille rursum, *Quaeso te, ecquid differunt ἀπαιλόθεος & ἐφέλοθεος*: Ea quaestio vt in aliud tempus reiceretur tum visum est. At Galenus, eum panes esse iam in manum sumpturi, Non antea cenabimus, inquit, quam auscultaueritis, de panibus, bellariis, & polenta, quae memoriae tradiderint Aesclepiadarum filij. Diphilus Siphnius libro de iis quae offerantur agris ac bene valentibus, Panis, inquit, triticeus magis alit quam ordeaceus, administrationi naturae facilius obtemperat, & in totum praestantior est. In hoc genere antecellunt Semidalitae: sequuntur Aleuritae: tertium locum obtinent Syncomistae, ex farina subacti incerniculo excussa, quoniam hos minus alere putant. Philistion Locrus inter panes ex alica subactos ad augendum robur corporis, Semidalitas asserit praecipue conferre: deinde secundas Chondritas tribuit, tertium locum Aleuritae. Qui autem ex polline sunt, succum vitiosum creant, magis alunt, status gignunt, nec facile digeruntur: adhuc calentes succum meliorem generant: refrigerati plenitudinem efficiunt, à natura vix superantur, ac distribuuntur: at omnino inueterati perfrigeratque parcius nutriunt, aluum cohibent, succum vitiosum procreant. Encryphas panis ventriculum grauat, aegre vincitur ac digeritur, quoniam aqua biliter non coquitur. Eius quem Furnaceum siue Caminiten appellant operosa coctio est. Escharites, & qui in sartagine frigitur ob admixtum oleum promptius excernitur: at quoniam vterque nidrosus est, ventriculum offendit. Verum Cribanites omnibus dotibus reliquos anteit, quandoquidem laudabilem succum suppeditat, ventriculo gratus est, facile coquitur, ad distributionem commodissimus, quia nec moratur aluum, nec soluit. Andreas medicus scribit in Syria ex moris panem confici, cuius esu capilli defluunt. Mnesitheus panem quam mazam facilius coqui tradit: minimoque negotio ex Tiph paratur: ac illum quidem nutrire quod satis est, propterea quod celeriter coquatur, & citra magnum laborem: at ex Zea confectum si largius sumatur, ventriculo molestum esse, & aegre coqui, ideoque minus valere qui eo vescuntur. Hoc autem sciendum, fruges vel non tostas, vel probe non extritas inflare, ventriculo graues esse, torminibus vexare, capitis dolorem inuehere. Post tam prolixas disputationes conuiae sibi iam cenandum esse putauerunt. Tum allato salsamento quod Oræon vocant, Leonides inquit, Euthydemus Atheniensis, o amici viri, libro De salsamentis, Hefiodum refert de omnibus quae sale inueterantur, haec dixisse:

Lenticulam primum ac ordeum in conuinium appositam Maxillis pannosi piscatores diffrigerunt, Quibus adire Bosphorum placuit, salsamentorum mercatum: ij ventri obsequentes Quadrata cybia dissectis piscibus fabricant, Nemp oxyrincho: quod piscis genus mortalibus insuauè non est: Eum scilicet & integrum, & concisum piscatores auerere, Adulorum Thymorum parens est Byzantium: Scombrorum in profundo latentium, Raraque bene paste. Parianorum autem oppidulum Caliarum nutritrix incluta, Ionios verò fluctus fugiens è Gadibus adducet Brutius quispiam, vel Campanus, vel ex opulento Tarento, triangula Orcyni praecisa: qua verò in Orcis recondunt Salsamenta, hilares vicissim hominum cenas comitantur. Hos profecto versus alicuius esse coqui potius reor, quam Hefiodi elegantissimi poetae. Etenim vnde cognoscere is potuit Parianorum urbem, aut Byzantium, aut Tarentum, aut Brutios ac Campanos multis annis & atatibus illis antiquior? Illud ergo poema Euthydemum esse puto. Hic tum Dionysiodes, Vestrum est, inquit, o bone Leonida, qui Grammatici estis probatissimi, diiudicare cuius sint poemata: verum quoniam de

d Quod dum ager vel fabulas, non minus esse succundas spectatoribus, quam per dicit caro. e Hefiodus, Pol luci, idem qui & ἀπαιλόθεος, Liber tui: Hefychia verò, ἀπαιλόθεος, manumissus, & ἀπαιλόθεος autem, libertus, siue liberti filius. f Vellit hic colaphum postu intel ligere. g Vellit hic colaphum postu intel ligere. h Testras quibus asidit ludis i Hermolaus in adnot. k Supra pag. 84. l Quidam, Erno phoris, nemp O schophoris, id est, facis, quibus ramae onustas suo fru itu Athenis fere bant adolefcentes. m Thessalie gen tem. n Ex farina leguminum se forum pulmenta rium: vtriusq; panis qui ex ea farina fit: vel legum fesu m, praecipue len ticula, sed nondum in farinam protitu m. o Xorododus. p In crinulo ex culso. q Aegyptium a stralogi insigne m, Suidas, Plinius. r Alij, Inueni. A. Dij te perdant. Sed quot affert? s Apud Hefychiu, Edia: Gallu paim bria. t Hora. Et mihi diuiduo fndetur mu nere quadra. Mar tial. Sedla plurima quadra de placen ta. Idem: Vnguentum fitor bonum dediti: Cuius be re, sed nihil scidisti. Hefiodus. Agroy dei pthous, vtriusq; vov, adia Edia. Brouos, buccia. pa nis fragmentum. v Mazam nunc interpretantur pul mentarium ex polenta, aqua, & oleo: nunc edulium paratum e tritico & lacte: nunc libum, aut placen tam. x A lactuca distit. y A vino. z A melle. a A Lily figura. b Sanitate. c Placuntulas lates & venus, sacrificijs aptas.

falsamentis agitur, de quibus scio iactatum esse proverbium hoc memoratu dignum à Clearcho Solensi, Putre falsamentum^a organum amat, accedo quoque pro artis meae disciplina & instructo aliquid de iis dicitur. Diocles Carystius libris quos inscripsit de tuenda valerudine, falsamentorum quae pingui carent esse præstantissima tradit ore^a: ex pinguibus verò *καὶ ἀχρῆνα*, id est, ceruici, faucibus, claviculis propinqua. Icesius refert neque melandryas,^b nec orea falsamenta facile alio reddi: auchenia recentiora portione respondere Cybiis^c: magnam Cybiorum differentiam esse ab omnibus quae oraea vocant, sed præcipuam, ut asserit, Byzantinorum oraeorum cum iis quae aliunde petuntur, nec Thynnorum solum, sed aliorum omnium piscium qui Byzantij capiuntur. His addidit Daphnus Ephesius: Archestratus ille qui orbem terrarum habitatum navigio circumiit, & ventris causa, & eorum quae ventri^d subsunt, inquit:

*Et Siculi Thynni frustum vrnis reponunt
Excetum, multoq; sale asseruandum falsamentum,
Saperdam multum valere iubeo Ponticum obsonium,
Et illam qui laudant: hominum namq; pauci
Vile ac ignobile ipsam esse norunt edulium.
At triduanum habe soombrum, priusquam in falsam aquam
Abcat, intra ampboram, recentem, ex dimidio falsum.
Byzantij tamen illustris in urbem si quando te conferas mundam,
Oraei rursus tu frustum mapde: est enim lautum
Ac tenerum.*

Helluo verò Archestratus dum hæc falsamenta enumerat, prætermisit memoratum à Cratete comico in Samiis Elephantinum^e falsamentum, de quo is poeta dixit:

*In vire coriaceo Elephantinum falsamentum auxit
Marina testudo, ex piceis & atris^a fluctibus,
Tum etiam Cancræ pedibus celeres^b, ac distentis pinnis lupi:
Aequè pro coriaceo vtre ac pro caelo pugnant
Homines: heus tu puer falsamentum illud arripe,
Illud reime^c. In Ceo quisquam dies^d.*

Celebre quoque fuisse Cratetis elephantinum falsamentum Aristophanes testatur in Thesmophoriazusi, his verbis:

*Magnificiundus hercle cibus est Tragici poeta musica,
Quam Crates elephantinum falsamentum esse luculentum
Quodpiam existimabat nullo labore appositum: alia huiusmodi
Sexcenta varia per risum effutens, Omotarichon^e falsamenti genus vocavit
Alexis in Apeglaucomeno. Idem poeta in Improba, vel Ærumnosa, coquum inducit
de præparatione falsamentorum hæc loquentem.*

*A. Rationem tamen subducere ipse mecum volo,
Simulq; ordinem præscribere, quid primum inferendum mensæ sit:
Et quo sint modo singula mihi condienda.
Primum quidem oraeum adest hoc falsamentum:
Obolo tantum illud constat: diligenter id eluendum est:
Deinde in lancem scitamentis subius aspersis
Frustum cum imposuero, albumq; vinum affudero,
Et oleum instillauero, elixabo tandem postea,
Cocturamq; mollitum ubi ab igne remouero Silphia corroborabo.*

Apud eundem in Apeglaucomeno quidam rationem pecuniæ pro symbolis datæ reposcens ait:

*A. A me verò nisi rationem sigillatim reddas omnium,
Ne denarioli^a quidem partem duodecimam abstuleris.
B. Aequum postulas: tabulam sume, & calculos.
Constat omotarichus denariolis decem. A. Perge ad alia.
B. Marina^b testudo denariolis septem. A. Nihil dum impius es:
Dic præterea. B. pro echinis obolus. A. adhuc sceleris nihil.
B. Nonne post hæc fuit & raphanus^c? A. nempe quam esse*

^a Erasmi adigin, Putre falsamentum etc. Reperitur post hæc pag. 90.

^b Cauda proxima. Ita sunt e Tritone Pelagide.

^c Quadrato frustis que sunt e medio corpore Pelamydum, & Apolestorum sapor gratia & incanditate esse similia: vetustiora recentiora.

^d Eadem sero citantur pag. 91. ex Diphilo Siphonio. ^e Libidinis: referendorum.

^f Fortassis præratum ex Elephantino pisco, id est, Astaco.

^a Profundi maris alumna.

^b modè veloces: ventorum instar excurrentes pedibus. ^c *ἀγροῦ*, manu compressum detime. ^d *ἀγροῦ*.

^e Erasmi in hoc adagio, quod etiam conuenit obsonia multa coemebantibus in epuli apparatus. Iunius in hoc adagio, & proverbio, Tibi ipse calendas educio.

^f Velut crudum falsamentum. Quidam legunt Ootariachon: id est, oua sale asseruata, vulgò Bouargues.

^g *πυλῶν*. Chalcos octo drachmas continet.

^h *Μῦς*. Alij Musculos intelligunt, numeri enallage.

ⁱ Vel brassica, vel radícula.

Optimam

Optimam vociferabaris, nibili tamen fuit. B. pro ea dedi obolos duos.

A. Quorsum nos exclamabamus Cybium triobolo Emptum, cum tanti, quod deterius est, isto mercatus sit? B. Nescis, ô fortunare, quod rerum sit in foro pretium, nescis Ab erucis corrosa fuisse, vastatâq; olera.

A. Id scilicet est, cur emptum duplo falsamentum indices, B. In foro est falsamentarius: ipsum adi, & interroga.

Conger decem obolis. A. non magni, dic cetera. B. Assum piscem emi drachma. A. Papa.

Febris more aucta impensa est. B. ad vltimum Adde vinum, quod vobis iam ebrijs accepti:

Congios nempe tres: congium verò decem obolis.

Hicesius libro secundo de alimentorum materia, Cybia^a ex magnis Pelamydibus fieri tradit. Cybiorum meminit Posideippus in Translato. Euthydemus libro De falsamentis ait, Delcanum piscem vocatum à Delcone fluuio in quo capitur, sale inueteratum gratissimum esse ventriculo. Dorion, libro De piscibus, Leptinum Lebianum vocat, & quorundam sententia eundem esse ait cum Delcano, Coracinumq; à multis Saperdam nominari, ac præstantissimum esse ex omnibus piscibus quos falsos mittit palus Mæotis: admirabilem esse bonitatem mugilum, quos circa Abdera piscantur, & illorum deinde quos circa Sinopen, vtrosq; sale conditos ventriculo placere: Quos autem Myllos vocant, à quibusdam Gnotidia, ab alijs Platistacos nominari, cum iidem^b sint: euenireq; hoc ipsum in appellationibus Chellaræ, quem & Oniscon^c nuncupant, & Bacchum, & Chellaren, piscem videlicet vnum, sed adeptum multa nomina. Huius ergo generis maiores Platistaci dicuntur: ætatis mediæ, Mylli: parui autem, ac corporis mole pusilli, Gnotidia. Myllorum Aristophanes in Holcadibus meminit:

Soombri, Colie, Lebij, Mylli, Saperda, Thymides.

Hic conticescente Dionysiole, Vder grammaticus, Quinetiam Antiphanes, inquit, horum falsamentorum in Deucalione meminit:

*Antaceum^a falsamentum si quis optat,
Vel ex Gadibus, aut Byzantie Thymidibus
Odore gaudet.*

Idem in Parasito:

Antaceum falsamentum in medio positum fuit, pingue, prorsus candidum, calens.

Nicostratus siue Philæterus in Antyllo:

*Byzantium falsamentum hic debacchator^a,
Gaditanum abdomen huc accedito.*

& progressus:

*Sed mercatus sum à viro, ô dij & terra,
Falsamentario, valde probo, bonoq;
Tilison^b maximum, æstimandum drachma, obolis*

*duobus, quem ne triduo quidem consumpserimus,
Vel si conuiuia adsint duodecim qui edant: nam*

Prægrandis est. Locuto hæc grammatico Vpianus coniectis in Plutarchum

oetilis, Heus tu, inquit, inter hos pisces, apud vos Alexandrinos Mendescios nonne aliquis recensuit, quos nolit vel insanus canis gustare, nonne elegantes Heminiros, aut Siluros falsos? Tum Plutarchus, cequid differat à supra memoratis falsamentis Heminiros, inquit, festiuus Archestratus vester declarauit: Paphius tamen Sopater Heminiros sic in Mystici Thetio^c nominat:

*Antaceum is accepit quem magnus alit
Ister Scythias, ac Heminiros voluptatem.*

Idem etiam Mendescium sic ad-

numerat:

*Mendescium oraeum^a in summo conspersum^b benè,
Et flauis ignis radijs assatus Cephalus.*

Hæc profectò cibaria esse illis multo suauiora quæ apud te^c in maximo pretio habentur, nimirum Cortis^d, & Lepidiis, experto cuius notum est. Dic igitur & tu quoque nobis, an genere masculino *τῶν χοιῶν* Atreji vsurpent? Epicharmum sic quidem protulisse non me fugit. Plutarchum id

h 3 disquiren

^a Id est quod scribit Plin. lib. 9, cap. 15. Pelamydes, Apolectiq; particulatim confecta in genera Cybiorum distantur. Pelamydes magna sunt, vel Tritones, vel Apolesti, sue Synodoutides: minores, Sarda.

^b Nempe Coracini omnes; sed, vt paulo post auctor declarat, hæc differentia, quod maiores Velæ, Platistaci, Saperda, Coracini, dicantur: medijs, Mylli: minores, Gnotidia. Vide lib. 7.

^c Sturionem nostrum Rondeletius esse vult.

^d Antacei vase magnitudinis pisces in Mæotide & Borysthenes, è quibus falsamenta sunt. ^e Cum plausu, & leiorum conuiuatum strepitu, tanquam Bacchi pompa hæc afferatur.

^f Tilones Herodoto lib. 5. Prasadin paludin pisces. Indofortassis Tilison falsamentum.

^g Myllaci serualo morenario. ^h Vel, firmosum & vegetum, vel casum è partibus cauda vicini. Hic subaudio *τῶν χοιῶν*.

ⁱ Apti condimentorum scitamentis. ^k Apud tuos populares.

^l *τῶν χοιῶν*: millij panicula, & *κοιῶν*, & *κοιῶν* anteriora capitum synciput, caput.

disquirentem Myrtilus occupat, & ait: Cratinus in Dionysalexandro:
Ponticum Tarichium in sportis adueham. Plato in Ioue malè affecto:
Quo igitur habeo hoc fact. Tarelyos ego perdam. Aristophanes in Epulonibus:
A. Non pudebiti hanc tarichum
Abluere omnibus. B. Quot sibi malorum conscius est. Crates in Feris:
Brassica elixanda est: assandi pisces: à taricho verò nos manum abstinere oportet.

Obscuro huic loco nos per paraphrasin lucem attulimus.

Hic tamen masculino genere non magis enuntiatum quis contendat, quam neutro: Verum apud Hermippum in Artopolidibus, priuatim masculini generis formata est hæc dictio,
Et tarichon pinguem; tum etiam,
Receus tarichus, aspectu Aegyptius, Tarelyos diminutive significatu dixit Aristophanes in Pace:

Mercator quod rus ferat, probum aliquod tarichion. Cephisodorus in Sue:
Caruncula miscella quadam, aut tarichion. Pherecrates in Transfugis:
Olearium gutturum expectat uxor,
Quæ nostrum singulis elixat lenticulam,
Et paululum assat nigri tarichij. Epicharmus genere masculino dixit τῶν τῶν:

Erasmus virgo adagio, y Citatur ex Clearcho, supra pag. 88.

itemq; sic Herodotus libro nono. Tarichi super igne positi saliebant, & palpitabant. Masculino quoq; genere prouerbis ea vox inferitur: Assus tarichus, statim ac ignem viderit. ac rursum; Origanum amat tarichus putris. Ea tarichus nunquam patietur quibus dignus est: Neutro genere sic Attici dicunt, vt τῶν τῶν genitius casus sit. Chionides in Mendicis:

Tarelyos non Tarelyos.

Qui boni, tarelyos aut mandetur quidpiam? datius autem τῶν, vt ἴσθαι: quo casu hoc dictum est: ἐπὶ τῶν τῶν, id est, ob salsamentum igitur hoc plangendum pectus. Menander in Vertentibus:

ἐπὶ τῶν τῶν, id est, in salsamentum salem iniice, cum occasio sese offeret. At cum ea vox masculini generis est, secundus inflexionis casus non habet. Tantum verò Atheniensium in salsamentis cõquirendis & commendandis studium fuit, vt, quod Alexis inquit in Epidauro, Chærephili salsamentarii filios ciuitate donauerint, Poëtæ verba sunt:

Chærephili gnatos, Athenienses ideo cines,
Quod salsamentum pater aduexisset; illos Timocles
Conspicatus, scombrus esse duos,
Vel Satyros dixit. Meminit & ipsorum Hyperides orator. Euthyni verò salsamentarii Antiphanes in Nouacula, his verbis:

Ob summam græi deformitatem, & curam exilitatem. Qui salsamentorum frusta & pulpamentis vendit.

Cum ad Temachopolam veneris, expecta me:
Eum aio, à quo salsamentum auferre soleo: quod si forte
Nondum adsit Euthynus, illic confabulator
Quod ex usu tibi sit quidpiam, & dum hominem operieris
Nihil proficendi inbeo. Phidippi, qui & salsamentarius fuit, meminit Alexis in Hippilco, & in Soracis.

Nihil tibi salsamenti diuidi. Equuleo, & ceteris, vas quo recõditur histricionum supellex.

Phidippus alius quispiam, externus homo, salsamentum aduexit. Nos itaque salsamento cum vesceremur, & multi potionem appetent, manibus protensis Daphnus inquit, Heraclides Tarentinus, ò amici viri, in libro cuius titulus est Conuiuium, antea quàm bibamus mediocrem cibum sumendum esse inquit, ac præcipue illum tum apponendum, qui familiaris sit & consuetus: Etenim quibus rarius & ex interuallis utimur edulia, ab ea vini portione quæ stomacho infidet, corrumpi, eaq; de causa morderi ventriculum. Arbitrantur verò quidam ea ipsa ventriculo nocere, oleum inquam & salsamentorum genera, mordaci quadam facultate prædita: prodesse verò cibaria glutinosa & adstringentia, nescij plæraq; egestionis irritantia ventriculo conducere, cuiusmodi est quod Sifaron vocant, memoratum ab Epicharmo in Agroftino, & in Terra ac mari. Eiusmodi cibos Diocles recenset libro primo De tuenda valetudine, asparagum, candidam betam, (nam nigra excretionem cohibet,) conchas, solenas, musculos marinos, chamas, pectines, salsamenta adulta,

Aut ventriculo, aut eius ori.

Qua aluum pellunt.

Ante vini potum: quæ aluum morantur.

adultæ, minimè virosa, & boni succi pisces. Salubre verò est ante potionem sumere Phyllida, betam, atque etiam salsamentum, nec, cum vrget ciborum appetentia, iis affatim sese, quæ multum nutriunt, explere. Principio sane vitari debet largior potus. Humorem enim qui copiosior est, natura vix tolerat. Macedones, vt inquit Ehippus Olynthius libro de exequiis Hephæstionis & Alexandri, modestè bibere non didicerunt, sed statim vel in ipsis propinationibus vini plurimum hauriunt: quamobrem nondum remoris primis mensis iam ebrii nullam percipere voluptatem ex cibis possunt. Diphilus Siphnius inquit, salsamenta, siue marinis è piscibus fiant, siue è fluuiatilibus, siue è palustribus, parum nutrire, exiguum succum præbere, ætuosa esse, ventriculum iurare, aluum ducere, appetentiam irritare. Ex salsamentis quæ pingui carent, optima sunt Cybia, Oræa, & reliqua his similia genera: ex pinguibus verò Auchenia, & Clidia. Verusta meliora sunt, & acriora, præsertim è Byzantio. Auchenion fit ex maiore Pelamyde, ac recentius, Cybio gustu non abfimile est. Oræon fit ex eodem piscis genere: Sarda magnitudine Coliæ par est. Scomber leuiter cecititerq; à ventriculo secedit: Colias glutinosior, acriori quodam Scyllæ gustu, mordacior, peiore succum gignit, multum alit. Præstantior Amyclanus, ac ex Hispania, quem Sexitanum vocant, vt cui tenuior & dulcior caro sit. Strabo libro tertio Geographicorum scribit ad Herculis insulas, prope Carthaginam, nouam urbem esse Sexitapiam, à qua salsamenta cognominantur, aliamq; Scombrariam à Scombris dictam quos illi capiunt, è quibus Garum fit excellentissimum. Salsamentorum, quæ Melandryas vocant, Epicharmus in Vlyssæ transfuga sic meminit:

Ex herbarum filijs concisis & collis ferculam: motum.

Eadè fermè aducuntur ex lecto pag. 88.

Que sunt ex partibus ceruici & clauiculis vicini.

Tritone, vel Apollonio, quem & Synodontidem nominant.

Pelamys oblonga, sed in eo genere minima.

Colias, inquit Plinius, siue Varius, siue Sexitanus, lacertorū amulus.

Ex hoc & concisa Pelamyde Mæstis Cybius fit, Pelamys hoc nomen habet cum è mari in vitum reuertitur.

Cordyla verò pusilla Pelamys est, cum post x. dies è Poto in mare exit.

Sic emend indus ille locus. Thynni è mari subeuntes in Ponto pariunt. Fætus primus Cordyla est: post annum Pelamys: qua iam oblongiuscula, Sarda dicitur: maior Triton: maxima, Apolelus, siue Synodontis. Post illam etatem, veri Thynni sunt. Hi grandiores, Orcyni dicuntur: vasi verò, Ceti, communi appellatione ingentium piscium.

Orcynus, vel Cetacen.

Nam quæ à ventriculo coquantur, secantur, & minutatim diuiduntur, ac franguntur. Nota est medicis illorum opinio, qui cibos atritum coqui censebant.

Verum id esse vti cogitatum. Maria namque citius salsuginem aluit quàm aqua dulcis.

Plinius, Necrosis principis inuentum est, decoquere aquam, vitroq; damissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitis niuis: omnes vitæ decoctam vitiorè esse conuenit, item calidè magis refrigerari, subtilissimo inuenio, &c.

Aduectitium frustum salsamenti fuit, Melandryi vicumq; simile. Melandryas salsamenti genus est, ex maximis Thynnibus paratum, vt Pamphilus docet libro De nominibus. Eius frusta pinguiora sunt. Omotarichon, ait Diphilus, quidam uyrma, id est, Cetaceum nominant, ventriculo graue, concoctu difficile, viscidum. Coracinus fluuiatilis, quem quidam, vt accolæ Nili, Pelten vocant, Alexandrini verò peculiari vocabulo Heminiron nuncupant, subpinguis est, ac succi minime prani, carnosus, multum alit, facile coquitur, & digeritur, omnibus numeris Myllo præstantior. Piscium quidem aliorum, & eorum qui sale asseruantur, oua omnia ægrè coquantur, & corrumpuntur, magis tamen pinguiorum, & ingentium, quoniam duriora permanent, & indiuisa. Sunt autem illa quidem ori suauiora, cum sale reposita, deinde assata. Salsamentum quoduis abluendum, quoad inodora & dulcis aqua effluat. Aqua marina salsamentum elixum dulcius redditur, suauis est salsamentum dum igne calet. Mæstheus Atheniensis libro De eduliis, succos eorum quæ comedimus, dulces & salios omnes aluum subducere tradit, acidos & acres vrinam ciere, amaros lotium magis elicere, quosdam tamen. aluum mouere: acerbos verò excretiones sistere. Xenophon venustissimus, in opere cuius titulus est Hieron, siue Tyrannicus, hæc cibaria vituperans, inquit, Cur, Hieron, multa hæc artificia excogitasti, quæ tyrannis apponuntur, acida, acria, acerba, & his cognata. Valde quidem, quod ait Simonides, valde, inquam, contra naturam hominum hæc esse mihi videntur. Cæterum, quid putas, è Hieron, inquit, hæc esse cibaria, an potius mollis luxuq; languentis animi cupiditates: quandoquidem, vt probè nosti, qui libenter cibo vescuntur, his fraudibus ac offuciis nihil egent. Hoc habito sermone Cynulcus Decoctam petiit bibendam, oportereq; dixit salsas disceptationes lymphæ dulci eluere. Aduersus eum indignatus Vlpianus, ceruical manu feriens, Quousque tandem, inquit, barbarè loqui non cessabis: aut quando relicto conuiuium hinc facessam, eiusmodi locutionum impatiens: At ille, Quandoquidem Romæ, quæ omnium vrbium princeps ac regina est, vitam dego, in præsens, ò probissime vir, vocabulo pro consuetudine vernaculo vsus sum. Nam apud veteres poëtis atque scriptores tersam Græci sermonis puritatem secutos, inueniuntur Persicæ dictiones ob consuetudinem vsurpatæ, quales sunt Parafangæ, Astari, Schœni, masculini foemininive generis, mensuræ viarum nomina, ad nostram vsque memoriam à multis sic appellata.

Erasm. adag. Marinam audicionem stiuiali sermone abluit. Immutato paululum eo vocabulo Persæ nos vocant Parafang.

Verficuli ex Aristophani Equitibus.

Sophocles, Tauri fons, aqua de Tauro fluio Traezenio. Taurus nunc animal, nunc mons Ciliciae, nunc locus Achiorum, nunc Perineos.

Suis fortunis ita spolios, ut cum etiam detrahatur.

Erasm. adag. Boni pastoris est condere pecus, non deglubere: et proverbio, lucri bonus est odor et re qualibet.

Erasm. adagio, Lingua iuravit. Hic locus citatur ex Hippolyto coromato.

Erasm. adagio, Plures solem orientem adorant: et adag. Saturnia leme.

Apud Pausaniam libr. 2. Concedentibus per montes Hermonon de Traezeno, fons se ostendit. Hylci amnis, cui nomen Tauris principio fuit: Sed hac corrupta, ex hoc Athenaei loco restituitur.

Horatius oda 19. Quis aquam temperet ignibus: quamvis de balneo quidam interpretatur. Planus in Militie. Neque ille calidam hic ebibit in prandio. Vide Pollucem lib. 9. Plin. cap. 4. 18. Mercuriale cap. 8. 1. Var. d. A miscendo vino, dum aqua dilui per. Vreolos ministratorios Martialis vocat.

Erasm. adagio, Non inest remedium adversus Sycophtam morsum. Alii legunt, aegri facit. Philo. mei dicitur. Medicus adest optimus mihi dignus: nempe vomitioni provocanda, qua leuantur torminibus affecti.

Pa nem.

pellata. Atticos etiam plerosque noui, quia cum Macedonibus versati sunt, ac permixti, à Macedonicis vocibus, & loquendi proprietate non abhorre. Satius verò mihi fuerit Tauri sanguinè bibere, & illo mortis genere perire, quo Themistocles è medio sublatus est, optabilius, quam in te aliquando incidere. Ego equidem hic Taurinam aquam bibere non dicam. Ea quæ, & qualis sit, tu ignoras. An nescis apud nobilissimos poetas & scriptores esse quæ malè ac ineptè dixerint? Cephisodorus Isocratis oratoris discipulus libro tertio sui operis aduersus Aristotelè, inquit, reperiri posse vnum vel alterum dictum, quæ à summis poetis, atque sophistis, parum rectè sint pronuntiata, veluti apud Archilochum,

Omnes homines esse deglubendos.

Apud Theodorum:

Laudandum quod equum est, verum cuius, iubendum, ut plus equo habere studeat.

Apud Euripidem, cum dixit:

Lingua iurata est.

Apud Sophoclem in Æthiopicibus:

Ad gratiam tibi ista dico, nec te volo cogere,

Verum, quod facere solent viri sapientes,

Iusta laudato, sectator verò lucrum.

Idem alibi dixit,

Mali nihil esse quod cum lucro iunctum sit.

Apud Homerum: insidiatam fuisse Iunonem Ioui: Martem stupratorem & adulterum fuisse: quæ crimina illis omnes exprobrant. Ego igitur, si quid peccaui, ò bellissimorum nominum & verborum aucupator, ne stomacheris. Nam, quod ait Timotheus Milesius poeta,

Prisca non cano: præstantiora quidem noua.

Iuppiter qui iuuenis est, regnat: olim Saturnus imperabat.

Valeant itaq; & fa-

cessant vetera. Antiphanes in Alcestide:

Quæ noua sunt

Boni consulit, ut cui sit cognitum

Nouum quoddam inceptum, quamuis audacius

Antiquis nimio multis esse utilius.

Veteribus ignotam non fuisse quam sic

vocamus aquam, ne iterum succenseas decoctam si rursus dixerò, monstrabo. Quod enim Pherocrates ait in Falso Hercule:

Ex illustribus quisquam viris si quid dixerit,

Et ego contradicam, ideo ne sis anxius,

Verum, tibi si videatur, aduerte mentem, rem omnem aperte edisseram.

At ne

mihi, quæso, inuideas, Vlpianus inquit; aquæ Taurinæ explicationem, ut qualis ea sit intelligam. Has enim voces ego sitio. Tum Cynulcus, Tibi amoris & benevolentia nomine præbibo, inquit: quandoquidem cepit sermonum te fisis, & ex Alexidis Pythagorizusa sumpisti,

Aqua decocta cyathum, quam si bibisses

Crudam, grauis fuit & laboriosa futura.

Taurinam aquam Sophocles dixit

in * à Tauro fluio prope Traezena labete, iuxta quam fons Hyoëstla dictus manat. Porro aquæ perquam frigida vsum in propinationibus veteres non ignorarunt: verum ea de re tacere constitui, nisi me docueris in epulis an veteres calidam aquam biberint. Nam si crateres ex eo quod facere solent casu vocati sunt, & ij vino commixto plenè adstabant, feruentem potum illi conuiuis non exhibuerunt, lebetum more igni subiecto ebullientem. In vsu fuisse calidam aquam præcis, liquet ex Eupolide in Populis:

Athenum calfacere nobis aliquem, & aquam

Tube decoquere, visceribus ut auxiliemur.

Antiphanes in Omphale:

Aquam in olla mihi qui coquat neminem aspiciere sustinebo:

Non enim malè valeo, & dii faxint ne valeam: verum

Si tormina circa ventrem & umbilicum cruciantur,

Adest à Phertato mihi drachma emptus annulus.

Idem in Aliptria, hoc enim

titulo & eius poetæ & Alexidis fabula circumfertur:

Celebris officina vobis si faciunda est,

Gratam primum Cerecem dispertite, deinde maximam

Arytenam

Arytenam in medio vestrum statuite, demersam in aquæ feruentis lebetem.

Ego, adepol, quæ libera sum, aquam frigidam nunquam biberim.

Plato libro

primo De Republica, Cupiditatem in animo veluti quandam sitim esse tradit. Ac sitim quidem potionis vel calidæ, vel frigida, esse appetentiam, & vel multi, vel pauci cuiusvis potus. Itaque adiuncta siti caliditas si fuerit, frigidi potus desiderium inuehit: si frigiditas, calidi. Si quis verò ob præsentis humoris copiam multam sitit, potionem largiorem is cupiet: si paucus humor adest, exiguam poscet. Sitis autem profus est appetitus natura insitus potionis, ut fames cibi. Semus Deilius libro secundo Nestadis, scribit in Cimolo insula, per ætatem frigidarias specus effodi, in quibus aquæ tepentis æstu plena dolia reponant, illam post inde haurientes niue ipsa non minus frigidam. Tepentem aquam μετάνεσας Athenienses vocant, ut Sophilus in Androcle. Alexis in Loeris:

Ancille affundebant,

Alteram quidem calidam aquam, alteram μετάνεσας,

Philemon in Corinthia:

Amphis in Balneo:

Alta voce iussit

Aquam sibi calidam afferri: alius μετάνεσας.

His quædam accumulaturò Cynico, Pontianus inquit, Veteribus, amicissimi viri, non ignotus fuit aquæ valde frigida potus. Alexis itaque in Parafiso ait,

Etenim volo

Aquam te gustare: cum puteo mihi res est

Qui frigidiorum introrsum penitus abstruxit.

Hermippus in Cercopibus

putealem aquam sic nominat.

Alexis in Mandragorizomene illos bibisse niuem sic ait:

An non supra modum hominum stirps curiosa est?

Vix plurimis utatur rebus diuersissimis?

Alienos diligimus, gentiles & cognatos negligimus.

Cum nulle facultates sunt, diuites nos esse credimus: vicinis

Si munificam gratiam conferimus, præparè & malignè id fit.

Quod ad cibum spectat quotidianum, eam rursus

Malam optamus quæ candida fuit,

Et eo ipso die nigrum ius machinamur:

Speciosum colorem indelebili nos alio tingimus,

Bibendam niuem nos preparamus:

Aqua verò nisi calida sit, seruos obiurgamus.

Vinum subacescens ne pitissimus quidem,

Abyrtacarum tamen studio & voluptate insanimus:

Quamobrem, à multis quod dictum est viris sapientibus,

Non nasci quidem semper optimum est,

Natis verò, abire vitæ quàm citissimè.

Dexicrates in fabula cuius titulus est,

A seipsis errantes, inquit:

Quid si ebrius sum, & niuem bibo,

Ac præstantissimum unguentum quo facies limatur mihi

Aegyptus conficit.

Euthycles in Prodigis, seu Epistola:

Primum is rescivit venalis an esset nix,

Primum illum comesse sanuum necessum est.

Eleganti quoque Xenophonti nota

fuit in suis Commentariis niuis potio. Chares Mitylenæus in suis de Alexandro historiis qua industria nix conseruari debeat, exposuit, quo loco Petræ vrbis Indorum obsidionem enarrat. Scribit enim Alexandri iussu fossas triginta, parum inter se distantes, excavatas fuisse, easq; niue impletas superiniectis quercus ramis, ac niuem longo sic tempore perdurasse. Vinum autem ut gelidius biberent veteres olim refrigerasse, Strattis docet in Ppsychastis:

Vinum bibere

Calidum nunquam is volet: sed multo magis contra

Instrumentum coqui narium, quo ex abno hauritur calens aqua.

De insula: Vide prolixè de tota hac re tractantem Mercurialem cap. 8. 1. Var.

Veluti calido & frigido temperata. Desunt huius poeta versus.

Vasis & veteratoribus. Iunius adagio, Cercopi. Desunt & hinc poeta versus.

Erasm. adagio, Grata nouitas. V. de Adnotationes.

Abyrtace condimentum barbaricum è porro, nasturtio, acinis punici mali, & id genus alijs. Placet in Abyrtace subactis sapor, quem in vino profus auesamus.

Refrigerantibus.

En

Lyfippus in Bacchis:

In puteo refrigeratum, aut dilatum niue.
A. Hermon, quidnam istud est? quo modo habemus?
B. Quid aliud quam quod se pater in puteum superne
Vt estate vinum, videtur deturbasse?

Diphilus in Mnematio P:

p Exiguu monu- mento.

q Euphrate, vel Nilo. r Hydrys. Erasm. adagio, Hydria pro fribus.

s uduer? λακ- ναις: λάκκα, ci- sternasiffa qua cae lesia aqua colligi- tur: lama: vulgo Maro. t Muliere animo deficta.

u Vel, Muliebris exorcita, vel, Mu- liebris ductu, exim- perio. Erasm. adag. Mulier imperator, mulier miles.

x Quod iusculo delectaretur, e sal- famensis parato. Quid legunt? u- mota? xos.

y Alij, uicodai- xos: gulosus: catillo: liguritor: qui mado- rem culinae lingit. Inuenatli, Te py- tar ille sine capium midore culinae. Ian, adag. Sartaginum pernicies. z Baccie.

a Obsonioru hol- luo.

b Catillo.

c Liguritionem, ex catillationem: cupediariam vora- citatem.

d Trulla.

Protagorides libro secundo Co- micarum historiarum, quo loco regis Antiochi navigationem secundo flumine describit, nonnihil attigit aquae refrigerandae artificium his verbis: Interdiu aquam in solantes, & sub noctem quod crassissimum erat colo secerentes, reliquum vrnis f

Aqua e cisterna: habere tu a me hanc potes. & rursum: E cisterna fortassis aqua perijt. id est, aquae e cisterna, vt lo- qui nos solemus, Apollodorus quoque Gelous sic meminit y' a' πολυωσση f:

Atimo suspensio ac conturbato situle qua in cisterna fuit, Et eius que in puteo, funes exolutos Vt accommodati essent, perferi. Haec Myrtilus dum audit, Quoniam ego sum, o amici, φιλῶτατοι, id est, saluamentorum audis, quod Simonides ait, niuem bibere cupio. Tum Vlpianus, φιλῶτατοι, inquit, apud Antiphanem extat in Om- phale, his verbis:

Nequaquam Philotrichos sum, o virgo. Alexi in Gynaecofratia y, Zomo- tarichon in his quendam appellauit:

Cilicicus hic Hippocles, Zomotarichos x histrio. Quod vero dudum citasti e Si- monide, id quid sit nescio. Quia tibi curae historia non est, o ventrose, Myrtilus in- quit: Cnifolæchos y enim quispiam es, vel, vt inquit Afius Samius poeta, priscus ille Cnifolæchos. Callistratus libro septimo Miscellaneorum scribit Simonidem poë- tam, quo tempore vehemens æstus est, apud quendam epulantem iis qui a poculis erant niuem cæteris, dum biberent, miscentibus, sibi vero minime, hoc epigramma ex impræmeditato recitasse:

Hæc olympi latera niue circumtexit Celer e Thracia irruens Boreas: Qui hyemali penula minime vestitorum animum percellit: verum missa est

In Pieriam salua regionem z manibus compressa: Quandam eius portionem mihi affundito quispiam: non enim par est Amico homini calidum porrigere quod initio bibat. Cynulcus igitur cum bibisset, percontatus est rursum Vlpianus, apud quem extet vox Cnifolæchos, & quanam forent de Cnifolæcho Afij carmina. Afij versus, inquit Myrtilus, hi sunt:

Clandus, notis compunctus ac inustus, vetulus, mendico par. Accessit Cnifolæchos, cum Melen uxorem duxit. Imvocatus iusculum sorpsit, ac in adstantium medio Tanquam heros constitit, tuto emergens. Cnifolæchos apud Sophillum in Phylarcho sic legitur:

Opsophagus a es, e Cnifolæchos b. Idem in fabula, cui titulus est Concur- rentes, Cnifolæchiam f sic dixit, Leno quidem præ Cnifolæchia Botellum sanguine factum ipsi parare Hunc me iussit. Cnifolæchi meminit etiam Antiphanes in Bombyllo. Quod vero inter epulas vinum dulce olim biberint, palam est ex Alexide in Dropide:

Ingressum est scortum dulce vinum ferens In argenteo quodam drachmarum quinque poculo, Conspectu elegantissimo, quod nec tryblum d fuit, Nec phiala, sed utriusq; forma ac modi particeps. Allata est post hæc pla- centa,

centa, ex lacte, sesamo, ac melle subacta, quam Romani libum nominant. Tum Cy- nulcus ait: Saria nunc te, Vlpiane, Chebrodlapso patrio tuo, quod, per Cererem, nomen, apud nullum ex antiquis scriptum est, nisi forte apud eos qui Phœnicia: res memoria commendarunt, Souniathonem inquam, & Moschum ciues tuos. At Vlpianus, Mihi quidem, o canina musca f, mellitarum fati placentiarum est, alicam ve- ro comesse volupe mihi fuerit, cui Ostracidum siue Coccalorum f abunde sit admi- xtum. Vos igitur afferre, mihiq; dare mystilenum, id est cochlear: μύσση enim di- cere mihi religio est, quia nostrorum maiorum nullus voce vsus illa fuerit. Obliuio- sus, admirande vir, profecto es, inquit Æmilianus. Nicandrum Colophonium he- xametrorum versusum poëtam nonne semper es cum admiratione veneratus, vt stu- diosum antiquitatis, multaq; doctriq; Ab eo Peperium b dictum fuisse nonne mo- do referbas: atqui libro primo Georgicorum alicæ vsum declarans mystron nomi- nat his verbis:

At cum vel hado recenter ingulato, vel agno, Vel etiam gallina, tibi cibus instruitur, Chondrum tritum in vase cauo sternito, Admixtoq; oleo fragrante pinlito, Addito iusculo quod feruens ac fremens hauseris: tum operculo Imposito exhalare ne permittit: sic crimmon Ne transpiret excoctum i: vehementer intumescit.

Sensim vero tepidum mystris tu canis in cibo sumito. His videlicet, o in primis admirande, Nicander vsum alicæ ordeiq; decorticati proponit, ac describit, hædi, agnive, aut gallinæ iusculum affundi iubens. Alicam ergo, inquit, tunde in morta- rio, oleoq; mixto, subige quam diu coquitur: efferuescens iusculum sic præparata crebrius cochleari k commisceto, nihil præterea super affundens, sed ipsius subla- ram partem quandam hauriens, & agitans, ne quod pinguius est feruore ollam su- peret, ac foras effluit. Quapropter ait: cohibe quod immodicè feruet, operculo ad- moto: sic enim crimmon coërcitum, ac tanquam suffocatum intumescit: tandem vero leuiter id tepidum cauis mystris in osingere. Quinetiam Hippolochus Mace- do in sua ad Lynceum epistola, qua cœnam Macedonicam quandam exponit, sum- ptu qualis alias omnes vbiuis apparatus superantem, memorat conuiuii singulis da- ta fuisse aurea mystra. Quandoquidem verò id affectas, vt antiquitatem esse tibi gratam omnes putent, o amicissime, & ipse nihil ais te loqui, quod dictione Articum non sit, quidnam illud est quod Nicophon priscæ comœdiæ poëta dixit y' χερσὶν ἄ- σορσι l. Hunc enim comperio z μύσση meminisse, cum ait,

Membradum venditoribus, vini meri, caricarum, coriorum, polenta, mystrorum, vin- quentorum, librorum, cribrorum, sagenarum, seminum. Alii quælo μύσση πάλαι esse possunt, quam qui μύσση vendunt, id est cochlearia. Ex his igitur, o belle Syratice m, mystri vsum edoctus, alicæ te ingurgita, ne te dicas ἀκινυ μ εἶναι, id est, im- becillum esse, & ἀλυοδραυῶν, id est, languentem spiritum vix trahere. Miror autem te non interrogasse vnde alicæ hæc sit, an Megarica, an Thessalica, quæ Myrtilo pa- tria est. Tum Vlpianus, Comesse, inquit, desinam, si me docueris, apud quem lega- tur hæc vox Chondros. Tum Æmilianus, Hoc tibi non inuidebo, ait. Cum enim cernam splendidissimum cœnæ apparatus, te Chondro satiatum volo instar galli ferocientem irritari, ac nos docere cibariorum, quibus nobis posthac vescèdum est, vim ac facultatē. Indignatus ad hæc Vlpianus, vndenam hæc alicæ sit, iam à te peto, inquit: non enim facere possum quin semper ab his sophistis tardius eruditus quæ- ram aliquid. Atqui de hac re ego rationem tibi reddam, inquit Æmilianus, agamq; prius de chondro, citatis his Antiphanis verbis ex Antea:

A. In sportis quidnam est o lepidissimum o caput? B. In tribus quidem, Chondros Megaricus bonus: Nam probum esse Thessalicum negant. E phœnicia semidalis est, iam diu Expetita. Eadem fabula nomine Alexidis publicata est, ab illa valde pa- rum

e Libr. 4. Nicom- morerix Cyno- mya vocatur. Era- smus adag. Muscæ: e adag. Improbri- tas muscæ. Vide su- pra pag. 4. f Nucis pinæ nu- cleorū. Natalis vel ἀσπιδος οὐα ex- posit, vel præter- eu legit. e z uay, e cuorum. g Pro Peperi, Pi- per.

h Πύσσα: ad ver- bum suffoca. i Quædam ad ver- bum assum, tostum. Crimmon, quæ cras- sor farina est triti- ci, αlyæ, z ee, pro chondro, id est ali- cæ, poëta dixit. k z ij Cypriolus. Culinarium id est instrumentum, ne- pe cochlear, instar cribri peritium, quo iusculi ssuma exi- mitur: vulgo, vne Escumoire.

l Manuarius opi- scibus.

m Εἰρωνικῶς. Sy- re natione: Attice Ἰνδύσι, e elucutio- ne.

n Homericæ vo- cabula. Alicæ ve- creari confirmariq; viues corporis, a- pud medicos indu- bitatum est.

o Ad verbum, o amicissime.

rum distans. Idem Alexis in Improbis: Chondrus adest Theffalicus multus. Aristophanes in Epulonibus, sic chondrum dixit, non Alicam, sed Sorbitionem ex ea paratam:

Vel chondro decocto

Muscum iniectam sorbendam dedit postea.

p Vel homine perditio, id est de patione vel a morbo conualesce, et recreato, id est de patione scriptura nominis diuersa. Ex hac comedia versus luminis citat adagio, ταλις γαρ λωσος. q Aequilibrium.

v Ad id enarrandum nos accingamus.


Quamuis testimonium eius memoria non teneo, meminit & Semidalidis Strattis in Anthroporrhaisicis, & Alexis in Ilostasio: Casum vero genituum, [Semidalidis,] Strattis in eadem fabula sic dixit:

Geminorum autem nepotum Semidalidis. Ed'εραται, id est, cibaria, sic Antiphanes dixit in Geminis:


Ed'εραται, id est, cibarijs multis ac lautis contigit frui:

Ter fortassis, aut quater, alijs propinantibus, bibi:

Cibo vorato, quantum tres edant vel quatuor elephant, lasciuicbam. Finiendus hic iam liber. Catastrophe ac vltima pars est de cibarijs sermo. Sequentem enim deinceps cœnæ descriptionem ab illis auspicabimur, non prius tamen, Athenæ, quàm nobis Hippolochi Macedonicum conuiuium exponas. Enimvero tibi, si hoc gratum est, ô Timocrates, inquit Athenæus, iam aggrediamur.



ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBER QVARTVS.



a Ad verbum, si milia mōtū et propinatio Lyncei, An recte, videant perspicaces.

b Eius mentio supra fit pag. 76. Argutum illius iudicium contra Bochoridis sententiam vide apud Plutarchum in vita Demetrii.

c Vestes Veneris dies.

d ελασθη, ελασθη, aurum capitis ornamentum, aurea lamina ductilis, qua mulierū caput redimitur.

HIPPOLOCHVS Macedo, Eresij Theophrasti discipulus, ô amice Timocrates, qui Samiorum Lyncei & Duridis arte vixit, vt licet ex epistolis eius cognoscere, cum Lynceo pactus est, si quando sumptuosæ cœnæ interesset, apparatus eius ipsi se declaraturum, idemq; vicissim Lynceus facturum se promisit. Vtriusque etiamnum seruatur conuiales epistolæ, Lynceo quidem cœnam Lamix Atheniensis b tibicinæ, quæ exceptus est Demetrius rex, cognomine Poliorcetes, enarrante, (fuit autem eius amica Lamix) Hippolochi vero nuptiæ Carani Macedonis epulum describente. Alias quoque Lyncei nos epistolas ad eundem Hippolochum datas nacti sumus, quibus Antigoni regis Athenis celebrantis Aphrodisia c cœna explicatur, & Ptolemæi regis item alia. Epistolas ad te propediem has mitteremus. Verum quia Hippolochi rarò inuenitur epistola, quæ illa complectitur, traducendi temporis, oblectandiq; animi gratia, tibi percurrant. Apud Macedonas, inquit, vt tibi iam significauī, nuptiale conuiuium Caranus cum exhiberet, conuocati ad id viginti fuere, quibus statim vt accubuerūt, dono datæ sunt argenteæ phialæ, singulis vna: Antea quoque aurea corolla d priusquam ædes introiret, æstimata quinque aureis, vnusquisque coronatus fuerat. Phialas simul ac ebiberunt, in æneo disco æris Corinthij panem æqualiter latum singulis præbuerunt, gallinas, anates, columbasq; præterea, anseres, & aceruatum dapsilem eiusmodi ferculorum copiam. Ea sumpta cum ipso disco, omnibus qui à tergo

pone

pone stabant, vnusquisque dabat. Circumferebantur & alia multa variâq; cibaria. Post hæc allatus est alter discus argenteus, & super eo magnus panis, anser, lepus, hædus, aliq; panes artificio pistorio elaborati, columbæ, turtures, perdices, & quotquot alia sunt volucrum genera. Illa quoque seruis nos, inquit, tradidimus, expletiq; cibo manus lauimus. Tum coronæ ex omnifariis floribus allatæ sunt multæ, additis vnicique aureis lemniscis, qui tantum penderent, quantum corolla prior. Hic Hippolochus cum interfuerisset Proteam nepotem Proteæ Lacinnæ filij, quæ vt plurimum regem Alexandrum nutrierat, bibacem fuisse, pariterq; auum suum Proteam, Alexandri familiarem, quoniam cunctis præbiberet, continenter hæc scribit: Cum autem iam nos voluptate perfusi minus temperantes essemus, ecce repente intro mittuntur cantores, tibicinæ, & quæ sambucam pulsabant Rhodiæ quædam mulieres, vt arbitror, & tum mihi visum est, nudæ: aiebant tamen quidam tunicis indutas fuisse. Cantus illæ e ac modos exorsæ confestim abierunt: moxq; successerunt aliæ, vnguentaria vascula gestantes, vnaquæque duo, aurea fascia colligata, aureum alterum, alterum argenteum, quæ cotylam caperent. Conuiliuarum singulis ea data sunt: Allata deinde est cœnæ loco opulentiæ, argenteus discus, non parum crassius, circumauratus f, tam amplus vt suam assum g valde magnum contineret, in eo recubantem supino corpore, aluum sursum conuersam ostendentem, & eam lautitiis omnibus refertam. Assi namq; simul inerant turdi, vuluæ, innumeræ ficedulæ, vitelli ouorum affusi, ostrea, peccines: Datus ille porcus est adhuc igne calens conuiliuarum singulis, vna cum ipso disco. Post hæc cum bibissemus, hædum quisque accepit alteri rursus eiusmodi disco impostum, feruenti iure tinctum, cum aureis cochlearibus. Tum Caranus mensuram inter fercula contemplatus angustias, mandat nobis dari corbes ac panaria canistra, eburneis loris atq; ramentis b contexta. Nos eo munere valde læti sponsum cum applausu laudauimus, iis quæ data nobis fuerant exonerati. Rursus nobis allata est tum corona, iterumq; vnguentarium vasculum duplex, aureum, & argenteum, æqualis ponderis cum prioribus. Hic silentibus ac quietis omnibus irrumpunt Chytrorum i Athenis ministri, deinde Ithyphalli k, post Scleropectæ l, ac mulieres quædam præstigiatrices, in caput se prouolentes per erectos pugionum mucrones, & ignem efflantes ore. His spectaculis vt recreati fuimus, inessit denuo meracione ac feruidior compotatio, vino Thasio nobis, Mendæo, Lesbio affuso, & ingenti aurea patera cuique porrecta. Post comotationem vitreus discus diametro m bicubitalis, in repositorio statutus argenteo, assis piscibus omnegenus congestis plenus, appositus est. omnibusq; distributa panaria cista, Cappadocis panis. Horum quædam nos manducauimus: reliqua famulis tradita: lotis deinde manibus rursus aduectæ coronæ cum aureis lemniscis duplo n quam antea pluribus, & alia rursus vnguenti duplex arcula. Hic facta pausa, lecto Proteas exilit, scyphumq; aureum poscit, ac impletum vino Thasio, inspersum aqua pauca ebibit, hoc deinde profatus, Qui plurimum biber maxima voluptate is afficietur. Tum Caranus, quandoquidem primus, inquit, bibisti, munus scyphum primus habe: aliis quicumque bibent, id præmium est etiam futurum. Locuto hæc Carano, extemplo nouem assurrexerunt omnes, poculaq; arripere, alius alium præuertens. Interea misellus quidam cum bibere non posset, flebat sedens, quod scyphum pari cum aliis condicione ac sorte non obtineret. Vacuum ei Caranus poculum largitus est. Post hæc centum hominum cœtus ac chorus ingressus est concinnis modis carmen nuptiale canentium. Secutæ sunt eos saltatrices, aliæ Nereidum, aliæ Nympharum cultu, & ornatu. Procedeat compotatio, & iam inclinante die aduersperascebat o: patefacta est domus quædam, circumcincta candidis velis distincta, quibus replicatis faces clanculum machinis surrectæ apparuerunt, ac laxatis p septis, Cupidines, Dianæ, Pânes, Mercurij, & huiusmodi aliæ imagines, lampadibus argenteis, tanquam facibus prælucentes. Nobis artificium mirantibus apri re vera Erymanthei q cuique circumferebantur in quadratis lancibus auro præcinctis, argenteis iaculis r transfixi. Admirabile profecto id fuit nos temulentia exolutos, tentatosq; grauitate capi

e Quasi tantum cibarius excelsus aut illa spectanda que sequebantur. f Neque quæ aureo circum ambitu. g Erasmi adag. Porcus Troianus. Macrobius libr. 1. Saturni.

h Tanquam vimini quibusdam virgulis.

i Chytri celebre fistula Athenis, à Deucalione instituta, quo Baccho & Mercurio Chthonijs legumina omne genus in ollis cocta offerrebat: pro mortui.

k Ithyphalli vestis veretrum in summo thyro præfixis gestabant. Quis esset illorum ornatus vide lib. 14.

l Scleropectæ, qui tæ xixmæo machinatur, nempe in theatrorū spectaculis tabulata per se surgentia, & in sublimo sacris crescentia, de quibus Martialis: Et crescent media pugnata celsa via. Rogmatu imposti gladiatores, statim ac venerant in conspectu, pugnabant. In istam accendebatur ignes orbis & rotarum effigie, tanquæ theatri tabulas, turres, trabes accensuri, & crematuri, innocuè tamvis vagi, & errantes, vt ait Claudianus, per quoru flammæ illesi hinc illinc Petrusilla corpora emitteret. m Dimetiente per medium linea. Erasmi, adagio, Est diametro.

n Vel duplo quàm aliarum patens: vel duplo maioribus.

o Sublustris nox erat: nocturne tenebra inuibratâ, ad verbum.

p Reductis, deductis, demissis velis, tabulatis: Videtur veris etiam potest, impulsis.

q Erymanthus Arcadia mons, in quo vastam agrorum Herculis viuin cepit, & huiusmodi ad Erymanthem pertulit.

* εγγυαζεις σιβαβιους. σιβαβι, alijs Romanum pilum, alijs Persicum iaculum.

tis, quoties ea spectanda forent quæ adducebantur, sobrios omnes fuisse, rectosq; ut prouerbio iactatur, assurrexille. In beatas pueri sportas omnia congeserunt, quoad tandem extremæ cœnæ tuba signum editum est, ut mos est. Macedonum enim tu consuetudinem non nescis in frequentibus epulis obseruatam. Tum Caranus poculis minoribus comperationem auspicatus, pueros iuber in orbem circumire, ac omnibus miscere. Perquam libenter omnes bibimus, tanquam eo remedio sanantes contractam ex superiore meri potu molestiam. Interea Mandrogenes ridiculus scurra ingressus est, ut fama percrebuit, Strattonis illius Attici nepos. Multum effusimq; risum ille nobis postea quàm excussit, cum muliere saltauit annos iam nata plusquam octoginta. Aduecta tandem sunt postremæ cœnæ mensæ, bellariq; omnibus data in canistris ebore textis, ac omne genus placentæ, Creticæ, vernaculæ tuæ, ò Lyncei, Samiæ, & Atticæ, cum propriis eorum tragematum loculis. Post hæc consurreximus omnes, ac discessimus, ædepol sobrii, & attentis, earum diuitiarum metu, quas asportabamus. Tu verò Athenis, ubi tantum manes, felicem vitam agis, ut qui Theophrasti audias placita, thymum, erucam, in tortos panes comedas, Lenæorum & Chytroorum celebrem pompam & ludos spectes. Nos quidem in Carani cœna sic epulati sumus, ut pro ferculorum portionibus, diuitiis ille nos auxerit. Itaque nunc quærimus, alius venales ædes, alius prædia, alius mancipia. Hæc, amice Timocrates, si expendas, cui cœnarum Græciæ conuiuium hoc propositum æquiparare possis? cum Antiphanes comicus in Oenomaos, seu Pelope, iocans scribat,

^s Erasmi prouerbi, Erasmi.

^r iudicium regis, m. 4.

^y Ciliu vitæ, arido, ut fixia cicadibus, cicadis, et alijs id genus minimi præij.

^x Erasmi prouerbi, Soidos, & ciliano boues.

^y Alludit ad Phœnicem, & obscure Cleonymi notat, ut impostorem.

^x Syderis quod sub noctem conficitur.

^a Pociolorum generatæ, pateram; calycem.

^b Iphicrates maræ Lacedæmoniorum interceptæ, omnesq; copias eorū fugauit: Epaminonda contra Lacedæmonios impetū reuertit.

Et quid verò agant Græci, in mensa præparati.
Assueti rodere, ubi quatuor carnis exigua frustra emeris obolo.
Apud nostros maiores solidus bos assabatur, agnus, ceruus.
Deniq; magno regi, quod monstruosum prorsus est,
Coquus assavit apposuitq; camelum integrum. Aristophanes etiam ipse Barbarorum magnificentiam declarans in Acharnensibus ait:
A. Deinde hospitio nos excepit, & apposuit integros
E ciliano boues. B. Quis unquam vidit
Cilianitas boues? ò mendacem & vaniloquum nebulonem.
A. Atqui, per Ionem, maiorem triplo Cleonymo
Volucrem ille nobis apposuit, cui nomen erat Phœnax. Anaxandrides in Protesilaio irridens conuiuium nuptiarum Iphicratis, cum regis Thraciæ Cotyis filiam in vxorem duxit, ait:
A. Hic mihi iam narra, quàm splendida
Cæna vos accepit. B. nihil in ea simile fuit
Iphicratis cæna quam in Thracia exhibuit. A. Rumor
Quidem est, laute, eleganter, ac munde celebratam illic fuisse,
Forum stratum purpureis tapetibus, Vrba adusq; exortum.
Cænasse viros bubulcos aiunt,
Squallida coma, infinitos numero;
Lebetes aeneos fuisse, cisternis maiores, in quibus lecti possent locari duodecim.
Cotyn ipsum accinctum iusculum tulisse in aureo congio,
Calicesq; prægustantem, ante compotores inebriatum fuisse.
Ipsis Antigenidam tibias inflasse: Argan cecinisse: citharam pulsasse
Acharnensem Cephisodotum: carmina Spartam agri spatiosi
Dominam cantasse: septem portis patentes Thebas
Tunc eo migrasse: dotem verò accepisse duos
Flauorum equorum greges, clypeum aureum,
Phialam lepastam, mihi bibenda gutturum,
Ollam milly, bulborum torquem cubitorum duodecim:
Polypodum becatomben: hæc quidem ita fecisse aiunt
In Thracia Cotyn, Iphicratis nuptijs: his autem maiori
Cum dignitate, ac magnificentia futurum est apud heros meos
Epulum: nulla enim nostra domus indiget omnifarjs bonis,

Myrrha.

Myrrha, Syriacis odoribus, thuris suffitu, maza coloris
Aspectu elegantis, pane, amylo, polypodibus, lactibus,
Thymo, omasis, iusculis, cicercula, eruilia, dolicho, faba:
Beta, thrio, pisco, allio, aphya, scombro, enthyrmatide,
Ordeo decorticato, pulse, melle, casco, chorijs, iritico,
Nucibus, halica. Suppetunt nobis asse Locusta, Loligines,
Thymides: elixa verò Sepia, Murena, Mugiles, Gobij,
Phycides, Rana marina, Perca, Synodontes, Aselli, Raia,
Passeres, Camicula, Cuculli, Clupea, Torpedines, Squatina,
Salsamentorum frusta, Vna, Fauti, Fici, Placentæ, Mala,
Corna, Punica, Serpyllum, Pyra, Cnecus, Olina integra
Ac tusa, Ametes, Porrum, Gerhyum, Cepa, Physte,
Bulbi, Caules, Laser, Acetum, Feniculum, Lenticula,
Tosta Cicada, Nasturtium, Sesamum, Buccina,
Sal, Pinna, Lepades, Mituli, Ostrea, Peccines,
Orcyni, prætereaq; auicularum inenarrabilis copia:
Anates, Columba, Anseres, Passeres, Turdi, Alauda,
Pica, Cygni, Pelecanes, Cincli, Grus frontem
Distendens, hiante podice, discisis lateribus;
Vinum tibi vernum, album, dulce, lene, sumo inueteratum,

^e Siliqua, leguminis generis.
^d Edulium id parabatur ex semidalide, lacte, adipis, sillis, quod antea notauimus.
^f Placentæ generis.

^f vel intestini: vel cibo è lacte ac melle confecto.

^g Fortassis, Crocus. Cnecus enim edendo non est.

^h Placentæ generis. Plinio Pallacina.

^k Maza ex polenta & vino parata, diuturna in scapha, paulatim vino rigata.

^l Auicule tenues, & ex carnes: quibusdam Motacilla.

Lynceus Samius

Atticis cœnis illudens in Centauro ait:
A. Heus tu coque, qui sacrum facit, nobis in cæna conuiuator,
Rhodijs est, ego verò conuina Perimthijs;
Neuter nostrum cœnis Atticis
Obletatur. Peregrinis, ita me dij ament, odiosa est
Attica mensa: ea lancem magnam statim apponit,
Habentem discos quinque paruulos,
Quorum vnus allium continet, alter echinos duos,
Alius thryrmatida dulcem, alius conchas decem,
Alius antacxi paululum: interim verò dum hoc comedo,
Illud alter è medio tollit: interim dum aliud ille mandit,
Hoc ego è conspectu aufero: cum alijs vir optime laborare velim:
At quod hic fieri non potest, ego cupio:
Non enim mihi vel ora decem, vel labra sunt.
Aspicienti varietatem quidem hæc ostentant,
Sed ad placandum ventrem hæc nihil conducunt:
Opplent enim labra, non implent aluum.
Quid ergo faciundum? ostrea tibi multa sunt, lancem mihi
Horum appones, cuius amplitudo magna sit:
Echinos habes, alia ex his paretur laux:
Obolis ego equidem illos octo mercatus sum,
Obsonij tantillum illud mihi solum apponito
Idem omnes ut comedant, non hoc ego, illud alius. Dromeas parasitus, ut refert Hegesander Delphus, cuidam interroganti an cœnæ lautiores essent in vrbe, an in Chalcide, respondit proœmium cœnarum in Chalcide elegantius ac iucundius esse, quàm totum vrbs apparatus: cœna proœmium ac præfationem vocans ostreorum varietatem ac copiam. Diphilus in Animo defecta, coquum inducit quendam hæc loquentem:
A. Quot numero sunt ad cœnam inuitati
Nuptialem hanc, vir optime: vtrum Athenienses
Vniuersi, aut externi mercatores quidam? B. Quid verò
Tua hoc interest, arte qui tantus coquus sis?
A. At in ea princeps iure habetur, ò pater,
Qui prius epulantium palatum ac gulam nouerit,

^m Placentæ generis.
ⁿ Salsamenti generis id est, o Eodem cum illis cibo refecti.

^h Iunius adagio, Proœmium & exordium.

i 2 Veluti

Veluti Rhodios si acciisti, ingressis da
 Confestim magnum Silurum discernendum
 Cum feruesceto iure, vel Lebian^g, quod ferculum
 Multo magis gratum erit, Myrinam^h quam si affundas.
 Lautus ac delicatus illis est Silurifimusⁱ. Sim Byzantios
 Accersis, quacumq; appones multo rigato absinthio,
 Sale multo fac condita ut omnia sint, & allio:
 Nam ob frequentem, quibus abundant, usum piscium
 Pituitosi sunt omnes, ac mucro^j vuidi.
 A. Hospes quidam hac mihi caena excipendus est.
 B. Cuias ille? coquo id plurimum refert:
 Nam insulares hi nihili hospites
 Assueti recentibus ali pisciculis
 Atq; varijs, salsamentis non admodum
 Capiuntur, sed attingunt languide fastidiosum,
 Ac sicut amentorum inquinamenta, & condituras
 Potius laudant. Contra si quis Arcadicus
 E montosis aduenit, salsamentorum^k patinis gaudet
 A mari semotus: Ionicus locuples recessurus domum
 Candaulon^l postulat, & que venerem stimulant cibaria.

Menander in Trophonio:

Veteres cibus vsi
 sunt appetentiam^m irritantibus, ut muria conditis oliuis quas Colymbadasⁿ vocant.

Aristophanes itaque in Senectute ait:
 Heus tu senex, vtra tibi placent, an cadina^o
 Meretrices, an fere adhuc virgines, tanquam muria condita oliua, bene habitae?
 Philemon in Transente, seu Iusculo;
 Piscis tibi visus elixus est: paruolus fuit: audin?^p
 Muriag^q, alba, & supra modum crassa:
 Nec lauces^r piscis olebat, nec condimenta,
 Clamabant omnes, quam suauem muriam paras. Excitanda appetentia gra-
 tia olim Cicadas^s & Cercopas comederunt. Aristophanes in Anagyro:
 Cicada Cercopag^t, tu per deos libenter vesceris,
 Et arundine illas gracili^u venaris. Est autem Cercopa Cicadae & Trygo-
 nio^v animal simile, ut liquet ex Spenippo libro quarto Similium. Epilycus in Co-
 ralisco^w earum meminit. Alexis in Thracone inquit:
 Que verò tua foret
 Numquam vidi Cercopam, vxor,
 Aut picam, aut lusciniam, aut turturem, aut cicadam.

Nicostratus in Ancil-
la puella:

Anteibat prima lanx ex magnis
 Que habeat echinum, omotarichum^x, capparim,
 Thrymmatida, salsamenti frustum, & ex bulbo intritam. Veteres etiam, ut
 audiores cibi forent, vsos rapis fuisse aceto & sinapi conditis, planum facit Nicander
 libro secundo Georgicorum, his verbis:
 Rapi, aduerte animum, genus duplex est, ut & Radicula:
 Oblongum alterum, alterum rotundum in arcibus hortorum conspicitur.
 Rapa collige borea frigidibus iam domita,
 Hyemi grata, famulusq; tum domi otiosus:
 Calente aqua illa madesacta^y reuiuiscunt.
 Abscinde radices raporum, & corticem nondum exucsum
 Illaq; purgata minutim seca, & in solatu
 Exiccata paululum, in seruentem cum demexeris
 Aquam, abrafa muria dura obruito:
 Nonnunquam verò mustum album simul cum aceto metitor,
 Par pari, & in ollis stipata rapa sale tege:

Sapius

g Hepaton.
 h Vinum vnguen
 su conditum. Plin.
 sap. 13. 14.
 i Siluri efus.

k Barygades, in-
 star ouium mucro.
 l Sinegades, stit-
 di, sicut.

m Iunius adagio,
 in ollis venari, ali-
 ter hunc locum in-
 terpretatur.

n Paratur ex eli-
 ca carne, fricato pa-
 ne, casto, pingui su-
 sculo. Citatur hic
 locus lib. 11.

o Tois anagyras
 edendi cupiditate
 redintegrantibus, ad
 epulas exosiatis,
 & ut inquit Flora,
 stomachu in mor-
 sus resistentibus,
 ac peruellentibus.

p Quasi in muria
 natantes, & vri-
 nantes: Natatitices,
 Vripractices.

q Aegon zais, ca-
 quam olea ex ar-
 bore caduca, vigo-
 se, & floccescentes.
 r Cicadas, florido,
 solido, toroso corpo-
 ra habita.

s Patinarum in
 quibus pisces co-
 quantur ingraturum
 odorem, & nidoro-
 sum.

t Cicadas fami-
 nas, mutas, oblon-
 gas, pusillas.

u Que insidentes
 arboribus & canē-
 tes decurrit.

v Fortassis ita Gryl-
 lum vocat, à soni,
 Try, proprietate.

w Adolescentulo,
 h Placenta genus.

x Que corrupta
 & marcida vide-
 hantur, intame-
 sunt, & ad esum
 apta redduntur.

Sapius autem inpersis vna passa acinis, pistillo tritum
 Sinapi mordax semen additur, cui si accedit
 Aceti sax, halitu caput tentabit vel robustissimum.
 Sic condita rapa è muria tu hauries, & cum tempestiuum erit, praebebis cibo indigen-
 tibus.
 Diphilus siue Sofippus in Animo defecta:

k De raporu con-
 ditura & salgano
 huc intelligenda.

A. Adest^l, en tibi, acetum acre.
 B. Quod opinor, fili, laser iam accepimus:
 Cum his optime spissabo & premam omnia.
 Herbarum suauiter olentium addentur cribrata folia, vel ramuli:
 Etenim senum condimenta haec
 Recludunt, quam velocissime sensuum instrumenta,
 Stuporemq; ignauum, & veternum
 Discutiunt, ac libenter cibo ut vescantur, praestant.

Alexis in Tarentinis Athe-
nientes scribit appotos inter epulas saltasse:

A. Hoc enim tibi nunc est
 Pulchris Athenis populare.
 Vniuersi mox saltant, vel si vini tantum
 Odorem sentiant. B. Calamitosum ac miserandum quod refert,
 A. Id projecto verum esse dices, conuiuium si ex improviso adeas:
 Imberbes cum sunt fortassis quandam^m id gratiam
 Habet: at cum praestigiatores Theodotum
 Aut impurum gulosumq; parasitum aspicias
 Lasciue crebro saltantem, & pueriliter gestientem.
 Eum adepol suffigere in cruce peruelim mihi traditum.

Antiphanes etiam

fortassis in Caribusⁿ, ut saltandi mos Atheniensibus fuit, sapientem quendam qui
 inter conandum saltauerat, sic reprehendit:

l Saltare senem,
 apud Romanos bo-
 ni fuit omniu. Vide
 prouerb. Omnia se-
 cunda, saltat senex.

m Alij, Cressen-
 sibus.

Saltantem nonne cernis
 Et manibus gesticulantem Baculum^o, impudentem,
 Qui tamen Heraclitum explanet omnibus:
 Qui Theodecti^p solus artem inuenerit,
 Qui Euripidi sententiarum^q philosophicarum capita conscripserit. His non ab-
 surdum fuerit attere quae ab Eripho Comico dicta sunt in Aolo^r:
 Vetus sane dictum est, nec id prater rem,
 Vinum aiunt senibus, o pater,
 Persuadere ut choreas agant etiam nolentes^s.

Alexis in fabula cuius titulus

est Ilostation^t, ait,
 E symbolis compotauerunt, saltare tantummodo
 Cupientes, ac prater ea nihil: obsoniorum nomina
 Et eduliorum habentes: obsoniorum quidem, Locusta,
 Gobius, Semidalis. Anticam cenam haud inuenuste describit Matron pa-
 rodus: quam ideo vobis non pigebit recitare, inquit Plutarchus, quia rari sunt hi
 versus.

n Cinadum, mal-
 lem, stupidum. Era-
 smus prouerb. Bace-
 lo simili.

o De Theodecte
 Phasile, para &
 filio, illo Platoni,
 Aristotele, Isocra-
 tis, discipulo, vide
 Suidam.

p Quibus scriptor
 ille suas tragedias
 passim exornat.

q Ventorum deo:
 Versuto, Vastro, Ver-
 spelli.

r Erasmi adagio,
 Vinum senem etiā
 nolentē saltare cogit.

s Aequilibrium:
 Aequipondium.

t Iunius adagio,
 Nive candidior, E-
 rasmi prouerb. Al-
 bum panē tibi pin-
 so.

u Suauis, & dol-
 ces.

x Quae Erechthei
 filium Orithyiam
 rapuisse boreas di-
 citur, fittius Ma-
 tron panes albos
 Athenienses fuisse
 inquit.

y Erasmi prouerb.
 Larus hians.

Accesserunt postremo meretrices duae, praestigiatae, Quas agebat Stratocles, tam pedibus celeres quam pennis sunt auis. Alexis in

Concurrentibus coenas Atticas deridens ait:

Ego equidem duos conducere coquos volo,

Quos sapientissimos in urbe posero,

Cena excepturus Thessalum hominem,

Non Attica frugalitate, nec ut cum exactis elegantijs

Ad famem accedamus: verum sigillatim

Vnicuique ipsorum magnifice ut apponatur cibus. Thessalorum¹ profecto dap-

lis mensa est, quod sic inquit Eriphus in Peltato:

Hec quidem nec Corinthus, nec Laeis, o Syre,

Nec lautorum in mensis Thessalorum edulia,

Quorum exors manus hac non fuit.

1 Vide proverbia, Thessalus missus, libr. 14. Thessali Graecorum sumptuosissimi sunt. Vide lib. 12.

2 Castori, et Poluxi.

3 Scholae pricipales orum.

At enim qui Mendicos Chioni attributos scripsit, Athenienses, cum Dioscuris² prandium exhibent in Prytaneo, tradit mensis imponere caseum, phytēn placentam, oliuas caducas, & porrum, ut prisci victus memoriam reficerent. Solon iis qui alebantur in Prytaneo mazam praeberi iubet, diebus vero festis panem adhiberi, Homerum imitatus, qui conuocatis ad Agamemnonem optimatibus pinxi ait polentam. Athenis ut narrant, cum coena duae celebrarentur more non valde antiquo, vna in Lyceo³, altera in Academia, & obsoniorum coquus in Academiam coenae die ollam ad alium quendam usum figlinam portasset, eam fregisse omnes sacris operaturos, quod inhonestus fuisset illius hominis accessus quem abesse procul oportebat: in Lyceo vero flagris caesum fuisse qui falsam carnem falsi piscis loco praeparasset, tanquam scelestum impostorem. Plato libro secundo de Republica suae nouae ciuitatis incolae his epulis conuiuari vult. Sine obsonio, inquit, videris, cibum viri ut capiant, edicere. Vera, inquam, memoras: at oblitus penes sum, ne defutura quidem obsonia, nimirum sale, oliuas, caseum, bulbos, & olera, ut in agris sit, ad iusculum elixa: quia & bellaria ipsis apponentur, ficus, cicer, faba, myrti baccae, Aesculi glans igne tosta, cum modico potu: qua vitam frugalitate cum traduxerint, eius exemplum posteris sint tradituri. De Laconicis conuiuiis deinceps nobis tractandum. Herodotus libro nono historiarum de apparatu Mardonij locutus, iniecta mentione Laconici conuiuij, Xerxem inquit, ex Graecia fugientem regiam omnem suppellectilem Mardonio reliquisse, Pausaniamque illam conspiciaturo auro, argento, & tapetibus variis instructam, iussisse pistores ac coquos eandem sibi parare coenam, quam Mardonio solebant, illisque obsecuris, Pausaniam intuitum stratos aureos, argenteosque lectos, mensas ex argento, magnificumque ac superbum coenae totum apparatus, & omnia quae in mensis prostabant ferula, stupefactum, ministris suis per iocum mandasse Laconicam ut coenam pararent. Morem illos gessisse: Pausaniam vero iam parata, accersitis Graecorum ducibus, ubi conuenerunt, vtriusque coenae apparatus ostendisse, dixisseque, Ego vos, o Graeci homines, ideo conuocavi, Medorum imperatoris amentiam ut indicarem, qui vitam adeo lautam cum agat, nos inuadit tam duriter & miserè victitantes. Narrant & quidam Sybaritam⁴ ciuem Spartam profectum, cum in Phiditiis cognasset, dixisse, non sine causa fortissimos esse omnium viros Lacedaemonios. Quemuis enim, si mens constet, millies potius optaturum mortem, quam rata vilis ac aerummasi victus communionem. Polemon libro de Canathro⁵ Xenophontis, coena, quam Copida Lacones vocant, Cratinum in Plutis meminisse scribit.

4 Idem lib. 12.

5 Xerxes, cuius viciuibus conuocatus: plebeium plebs, o Lycei, sedilia publica, in quibus otiosi ciues quiescunt, & de rebus varijs consulantur. Senum conuenticula.

6 Cipidantur hac e quodam scriptore, sed cuius nomen incertum sit, aut delensum.

A. An vero, quod aiunt, reuera hospitibus haeret

Omnibus qui accedunt, in Copide lautè canare?

B. In Leschis⁶ phytē quidem placenta clauis affixa.

Pendent, quas senes dentibus mordant.

Parabitur his hodie Copis. [Peculiaris⁷ coenae modus est Copis, ut & quam

Æclon nominant.] Copidem coenaturi primum quidem in tentoriis iuxta dei templum erectis, e palea, fronde, gramine stratos lectos tapetibus operiunt, & in iis conuiuas discumbentes epulari iubent, non solum aduentantes e nostra prouincia, sed externos

externos quosuis accedentes. In Copide capras immolant, & aliam praeterea nullo victimam. Carnis cuique sua portio distribuitur, cum exiguo pane, encridi similis, figura rotundiore, ac compressiore, quem Physicillum⁸ nuncupant: Dantur & eorum singulis qui ad illam coenam coeunt, caseus recens⁹, ventris ac omasi frustum, & pro bellariis caricæ, faba, & phaselus recens. Copidem parare licet extra ciuitatem Spartiatarum cuiuscumque collibitum est: in ciuitate vero Tithenidiorum¹⁰ festis diebus, quos pro infantium salute celebrant. Tum enim mares puellulos nutrices in agrum exportant, ad Dianæ templum, quam Corythalliam¹¹ vocant, prope Tiasan fluuium situm, & in ea parte agri ubi Cletæ fanum est, Copidem superiori similem exhibent. Illic vero lactantes porcellos etiam sacrificant, & furnaceos panes in coena praebent. Quod Æclon Lacedaemonij, reliqui Dores¹² δ'αζνον, id est, coenam vocant. Epicharmus itaque in Spe ait:

Vltro quidam ad Æclon si inuitauit,

Tu sponte illuc procurrere.

Eadem & in Periallo idem scripsit. Lacedaemone, ad coenam quam Æclon vocant, Pheidition, quod Atrium publicum fuit, aduentibus Earrhichides panes afferebantur viritum, ac caro, diribitorem prosequente viatore, qui praeconio Æclon promulgaret, eius qui miserat addito nomine. Haec Polemon tradit, cui repugnans Didymus grammaticus, vocatus βιβλιοδότης¹³ a Demetrio Traezenio ob librorum multitudinem quos edidit, sunt enim ter mille ac quingenti, ait, Polycraten in Laconicis prodidisse, in Hyacinthiis Laconas triduo sacrificare¹⁴, & ob luctum, quo interemptum Hyacinthum desent, nec coenantes coronari, nec panem afferre, sed bellaria, & quae huiusmodi sunt, dari, nec vllum de deo hymnum canere, nec eiusmodi quidpiam adhibere quale fit in alijs sacris, sed cum summa modestia coenatos discedere: eo vero die qui trium medius est, ludos variisque spectacula fieri, magno atque nobili hominum concursu, pueris tunicatis ac praecinctis nunc citharam pulsantibus, nunc ad tibiam canentibus, ac plectro¹⁵ cunctas simul fides cursim ferientibus, modis anapesticis, acutoque vocis sono deum laudantibus. Alij equis magnifice ornatis insidentes theatrum percurrunt: eodem accedunt multorum adolescentum coetus, quosdam gentiles versus cantantium, quibus & saltatores admiscuntur priscis quibusdam staticulis ad tibiam & cantionculas tripudiantibus. Virginum autem aliae Canathris¹⁶ rectae, aut sub fornice ligneorum curruum vehuntur, magno sumptu ornatorum: aliae ad certamina publica¹⁷ iunctis curribus pompae specie proferant. Commota gaudio ciuitas vniuersa laetatur iis spectaculis. Eo die multae mactantur hostiae. Familiares omnes ac domesticos feruos coenatum oppidani vocant. A sacris nullus abest. Effusis ad spectacula cunctis per id tempus vacua ciuitas est. Copidis meminit siue Aristophanes, siue Philyllius in Urbibus, & in Coralisco Epilycus his verbis:

Quando Amycleam Copida canabo?

Abaracas famuli multi valde lepidi annuntiant.

Liquidò mazas declarans in Copide apponi solitas. Id enim vox Abaraces significat, non dolores, & animi molestiam, ut Lycophron arbitratur, nec, ut censet Eratosthenes, mazæ προφύραμα¹⁸, panemve, aut iusculum aliquod nimia diligentia conditum. Qualis Copis fuerit aperte declarat Molpis in Republica Lacedaemoniorum his verbis: Exhibent quoque coenas quas Copidas vocant. Earum ferula sunt maza, panis, caro, crudum olus, iusculum, ficus, & pro bellariis lupinus. Caeterum in illis, orthroragoricis¹⁹ non vescantur, sic dictis, quod πρὸς τὸ ἄσπερον πρὸς ἀσπονδον, id est, diluculo veniunt, ut referunt Sæus in libro De republica Lacedaemoniorum, Dioscorides secundo, & Aristocles primo libro operis argumenti eiusdem. Idem Polemon hoc insuper tradit a Lacedaemoniis, quemadmodum & ab omnibus alijs Doricis, coenam Æclon appellari. Sic enim locutum fuisse Alcmanem:

Et ad pistorias molas, & in Synaclys, nempe coenantium congressu. Idem rursum:

Æclon Aleman praeparauit.

Vnde manifestum est illos errare qui Æclon dictum censent vel ciborum portionem quae post coenam restat vnicuique, vel quod in Phiditiis

9 Bullae modo infatum.

10 Xerxes quidem, concisus & admixtu herbi virentis exponunt, qualis paratur apud Eclonios.

11 Nutriciorum celebritate.

12 δ'αζνον, id est, puellulis. Tiasa fluuius est Spartani agri Amyclae euntibus, cui proxima est Phaeina & Cletæ Gratiarum ades. Pausanias.

13 Librorum suorum immemor.

14 Apollini. Pausanias libr. 3. De Hyacintho, & eius sepultura, quae Amyclis fuit sub Apollinis statua, vide eundem.

15 Erasim, adagio, aliud septem aliud plectrum.

16 Viminis carpentis.

17 Virgines, non minus quam mares iuuenes, Lacedaemone olim publicis certaminibus exercebantur.

18 Fermentum antea quam maza paratur, iam subactum.

19 Porcellis.

A is qui in Phiditijs epulantur.

¶ Pseston placenta oleo & melle macerata. Eustathius: alij farina cum oleo cocta, lauri folijs operata.
¶ Amantij quorundam, in subacta farina materia expressio.

¶ Erasim. adagio. Tanquam in Phiditijs.
h Quod in eo triu. ciuitatis mores & instituta narret.

i Conuiuij publici in Phiditijs participes.
k Hunc locu. Canterus emendauit cap. 7. Var. ex antiqua editione Mureti in Xenophonem.

Phiditijs post cenam datur, nimirum panem & carnem. Epæcla namq; illa vocantur, quia velut auctaria destinati Aëcli à Phiditijs^d præbeantur. Inde scilicet ductam vocem puto. Fuit autem Epæcli non vnicus apparatus, vt opinatur Polemon, sed duplex. Quod enim pueris dabant, admodum vile fuit, atque paratum facile, polenta scilicet oleo pinsita, vt ait Nicocles Lacon. Præbebant autem lauri folijs id obuolutum, quod auidè post cenam vorarent, qua de causa Cammatidas lauri folia nuncuparunt, & Plæsta^e ipsa Cammata. Lauri porro folia pro bellarijs apud veteres habitura fuisse sic docet Callias siue Diocles in Cyclopibus:

Lauri folia tu arrodes. Species^f autem ac imagines quas virorum Phiditijs inferunt, ad figuram certorum quorundam animantium effinguntur. Eas largitur Phiditijs vnus ex locupletibus, nonnunquam & plures. Molpis scribit Mattyam etiam vocari Epæcla. De Epæcli Perseus in Republica Lacedæmonioru ita scribit: Opulentos ille statim mulctat pecunia ad Epæclorum sumptum impendenda: (Sunt autem Epæcla post cenam bellaria): inopibus verò arundinem imperat, vel tumultuarium lectum è fronde stratum afferre, vel lauri folia, vt post cenam Epæcla iis obuoluta deglutire possent, quæ videlicet è polenta oleo irrigata sunt. Prorsus autem veluti parua quædam ciuitatis administratio est Epæclorum illa distributio, atque participatio. In ea namque seuerè id obseruant, quem oporteat primo loco secundòve accumbere, aut in sella sedere. Eadem & à Dioscoride commemorantur. At de Cammatis & Cammatidibus ita scribit Nicocles: Omnium lites cum Ephorus audiuit, tum vel absoluit eos, vel damnat, & iis qui causa ceciderunt leuem mulctam indicit Cammata, vel Cammatidas. Sunt autem Cammata, Plæsta: Cammatides verò lauri folia quibus obuoluunt Cammata. De Phiditijs^h cena hæc prædidit Dicæarchus in libro quem Tripoliticumⁱ in scripsit: Primum quidem cæna, inquit, singulis apponitur, nulla cum alio communicatione: deinde mazæ quantum quisq; cupit: vinum singulis quoties bibere animo lubet, vnique appositum: obsonium idem semper omnibus: Suilla caro elixa: interdum aliud nihil præter obsonij paululum, quod quadrantem libræ ad summum pendat, & aliud præterea nihil, excepto harum carniuum iuscule quod sufficit, vt ad conuiuias omnes transmitti possit toto cænae tempore, & si quæ oliua, vel ficus, vel caseus, vel piscis in cænae auctuarium cuiusdam liberalitate ac donatio sit erogatus, aut lepus, aut columba, aut eiusmodi quidpiam. Raptim ac properanter cænatæ postremò hæc afferuntur quæ vocant Epæcla. In Phiditia quisque de suo confert, polentæ ad summum Atticos tres dimidios modios: vini congios vndecim, vel duodecim: ac in super ficum libram quandam, & ad obsonium emendum Aeginetes quosdam obolos decem. Sphærus libro tertio de Laconica republica ita scribit: Afferunt & ipsis Epæcla Phiditijs^j, & multi quidem quæ ipsi venatu^k cepèrint, panem verò etiam diuites & quæ in agris tempestiua sunt, quantum ad eum conuictum satis esse putant, superuacuum existimantes iis plura comparari, & quæ minime conuiuijs apponantur. Molpis verò inquit: Post cænam quidpiam semper à quodam reportant, nonnunquam à pluribus, in illorum ædibus iam promptum & paratum quod Epæclon, siue Mattyam vocant. Nihil autem datur quod emptum sit. Non enim voluptatis gratia, vel in temperantiæ, ventri vt seruiant id accipiunt, sed quod donantium in venationibus virtutem ac diligentiam testetur. Multi ex ipsis qui greges alunt, fetus ouium abundè & liberaliter impertiuntur. Pro Mattya sunt columbi, anseres, turtures, turdi, mērulæ, lepores, agni, hœdi. Coqui verò semper illos qui in medium quidpiam atrule denuntiant, vt eorum in venatu laborem & alacritatem cognoscant omnes, & prolixam in ciues suos munificentiam. Demetrius Scepsius libro primo Troiani apparatus inquit, Carneorum festum apud Lacedæmonios imitamentum esse militaris disciplinæ ac vitæ. Etenim loca esse numero nouem, quæ Vmbraçula vocant, tentorijs nonnihil similia, in quorum singulis nouem cœnent homines, nimirum tribus ex curijs terni delecti, mandato per præconem publico ibi omnia geri, prorogariq; festum illud in nouum diem, Austerum id vitæ genus Lacedæmonios vbi dissoluerunt, in voluptates & luxum dilapsos fuisse. Itaq; Phylarchus libro trigesimoquin-

to historiarum scribit. Vt patrius mos erat, in Phiditia non conueniebant tum Lacedæmonij, & si quando illò concederent, vel pauca cibaria circumgestata gratia plurimum conciliabant: ac rursum: Lecti quidem ipsorum permagni, tanta impensa, & tam egregia varietate elaborati fuerunt, vt vocatis ad cenam hospitibus quidam cubito inniti ceruicalibus cunctarentur, & qui antea toto conuiuij spatio in nudo^l cubili perdurabant, tum in lectis accumbentes, ne semel quidem puluinaribus cubiura fulciebant. Eò verò luxus ipsi processerunt, vt multa poculorum genera spectanda exposuerint, variatis omnigenis ferculis, & ob condituræ scitamenta lautis mensas onerauerint, vnguentisq; peregrinis & inauditis vsi fuerint, tum etiam vini, & bellarijs. Hoc primum incœptum est ab Areo & Acrotato, aulica licentiâ corruptis, qui paulo ante Cleomenem regnauerunt. Eos tamen adeò superarunt priuati quidam Spartæ ciues illo seculo, ac in ea quæ tum fuit reipublicæ administratione, vt Areus & Acrotatos, ex illis qui præcellerant tenuissimos quosuis frugalitate antecelluisse videantur. Cleomenes verò, tametsi iuuenis, rerum cognitione cæteris præstantior, moderatissimus in victu fuit. Tantis enim gubernandis rebus iam præfectus, iis qui dum sacrificaret inuitati fuissent, apertè ostendebat, quæ apud illos pararentur suis esse nihilo deteriora. Idem, cum legati ad eum multi accederent, cum illis nunquam elegantius^m curiosusve est conuiuiatus quàm soleret, nisi quod illis præsentibus lecti quinque sternebantur, ac nunquam plures: cum verò nullus adesset legatus, tres tantum. Apud eum neminem vocator monebat vt primus vel sederet, vel accumberet. Ad lectos conuiuias ducebat qui esset ætatis provecitissimæ, nisi aliquem è vltro aduocaret. Cum fratre vel aliquo ex æqualibus recumbentem sæpe offendebant. Super tripode stabat æneus psycterⁿ, cadus, argentea parua scapha, quæ corylas duas caperet, & cyathus, cum æneo gutto. Potio minime dabatur nisi conuiuijs poscerent. Antè cenam conuiuijs cyathus vnus præbebatur: Sæpius verò cum primum ille annuisset, reliqui tum petebant. Quæ apponebant, in quavis forte obuia mensula afferbantur. Cætera, nec supra modum epulæ abundabant, nec erant iusto pauciores, sed omnibus ita sufficiebant, vt qui aderant conuiuijs nihil deesset. Nec enim, vt in Phiditijs, putabat ille iuscule & carunculis parcè ac simpliciter esse tractandos conuiuias, sumptus vt nullus fiat, neque rursum sic esse profundendum, victus vt mediocritas excedatur, quod illud sit illiberale, hoc superbum. Vinum paulo suauius fundebatur, si quis externus adesset. Post cenam ratabant omnes, ac tum puer adstabat, qui dilutum potum roganti offerret. Eadem temperantia, cænatæ plus duobus cyathis non dabatur, & id quidem si annuissent, vellè se bibere. Nullus super^o cænam aduentabat, qui memoriter audienda quædam recitaret. Perstabat ille cum singulis colloquens, ac omnes compellans, partim audituros, partim dicturos, ita vt omnium congressum tanquam venaretur & captaret, omnesq; viritum percurreret, & appellaret. Antiphanes in fabula, cuius titulus est Archon^p, Laconicas cœnas comico sale perstringens sic ait:

*Lacedæmone si fueris, eius ciuitatis legibus
Obtempera. cænatum perge ad Phiditia.
Nigro iuscule fructu, barbam ale superiore labro.
Eas leges ne contemnit, nec, quæ pulchra sint, alia querito.
In his illorum moribus priscam grauitatem retine.*

De Cretensum Syllitijs^q. Dosiadas libro quarto historiarum Cretensum ad hunc modum scribit. Lyctij^r verò sic ad communes sodalitates cogunt. Contubernaliu quisque ex fructibus prædiorum decimam partem confert in eam sodalitatem, ac in super redditum perceptum ex publicis vectigalibus ciuitatis, quæ ab vrbis præfectis in singulas familias dispersiuntur. Serui autem in singula capita staterem Aeginensem pendunt. In societates ciuitas vniuersa diuiditur. Conuiuium mulier curat, adiunctis tribus vel quatuor è popularibus, qui ministrent, & quorum singulis famuli duo comites sint Xylophori: Calophoros^s illos vocant. In Creta vbique sunt destinata conuiuijs cœnacula duo: alterum *aidosioy*^t nuncupant: alterum in quo dormiunt peregrini & hospites: hoc cœmiterium^v appellant. In domus ea parte vbi epulantur, mensæ duæ

l Nullu stragulu aperto.

m Curiosus conuiuijs.

n Vas argenteum in quo lauabant pocula, & vinum refrigerabant.

o Histria, saltator, auctor Erasim. adagio. Intersecta musica.

p Summus Atheni magistratus.

q Contubernijs, sodalitatibus, communibus ac publicis conuiuijs.
r Lyctos, vrbis Creta.

s Calopes, lignatores.

t Virorum indigenarum conclauis.

v Quod in eo dormiunt hospites.

q Erasmi. sacrifici-
caut.
r Erasmi. proverb.
Canis viciis e Ma-
gdala. Pinlander
esp. 3. lib. 6. V. Etru-
niq.
s Vestime Erasmi
scribit. no esse ma-
rile hoc remedium
aduersus canes no-
cturnos adorientes tra-
ctorem.

t Ceryneum appi-
dulum in finibus
Acolidi. cui vicini
Cerynei nemus A-
pollini sacrum.
v viciis. pag-
ni. comestora.
x Nemini. aliq.
acceptibula.

y Trogus. v-
g. Quidam inter-
pretantur caser Si-
culi frustum rotæ
simile.

z Summus in ma-
gistratus fuit. sic di-
ctus. quod viciis
et dicitur. et
fuit. quod eius ma-
ximâ dignitas es-
set. et autoritas.

a Ochi quide me-
munt Ctesias in
Persicis: verum e-
jus belli quo Aegy-
ptium regem vicis
nullam facit men-
tionem.

b Daphne medio-
crie vicus Antio-
chie proximus. Iuco
fontibus irriguo. A-
pollini sacro nobi-
lis. in quo Antio-
chenfes ac finitimi
quotannis festos co-
nentus agunt. Strabo
lib. 16.

c Galatæ
d Galatam.

Talem Pol sane generosum ac virilem existimant, quod admirabile celebrandamq; laudibus putent edacitatem. Cœnari diis libant^a, manibus illotis, sed frusto panis absterfis. Apomagdalian^r vocant, quod abiturus quisque secum portat. Id autem^s fiebat ob nocturnos, qui in compitis accidere solent, pauores. Posteaquam libatum est, carmen in deorum laudem canitur. Idem cum Heroibus sacrificant, boues multos immolant, ac cum seruis omnes epulantur, nudis pueris cum patribus in ea conuiuiorum celebritate insidentibus saxo, & vnâ cibum capientibus. Theopompus libro quadagesimo sexto Philippicorum scribit Arcadas epulis solennibus heros ac seruos excipere, vnâ mēsam apponere, cibaria in medium omnibus præbere, idem poculum miscere omnibus. Apud Naucratarum, autor est Hermeias libro secundo de Apolline Gryneo^t, eos qui in Prytaneo cœnât Vestæ Prytanidis natali die, Bacchanalibus, & insuper publico ac festo conuentu Apollinis Comæi^v, tunicis candidis vestitos accedere, quas etiamnum Prytanicas vestes appellant, & posteaquam in lectis se composuerint, assurgere in genua, & vnâ cum sacro præcone libantes, patriis consuetisq; precibus diis supplicare: His peractis mensis accubere, ac sumere vnâ quemque vini cotylas^x duas, sacerdotibus Bacchi, & Apollinis Pythij demptis, quorum vtrique duplum vini, & aliorum quæ distribuunt, præbetur. Singulis deinde purum panem apponi, in latitudinem compressum, ac super hoc panem rursus alterum, quem Cribaniten vocant, cum suilla carne, pristana exiguâ disco, aut oleris, quod tum est tempestiuum: ouis duobus, oblongi & teretis casti^y frusto, siccis ficibus, placenta, corona. Præter hæc si quis dum sacris operatur aliquid præparauerit, mulctant eum Timuchi^z: quin nec in Prytaneo pastis edulij quidpiam inferre concedunt. Quæ memorauimus sola comeduntur. Reliquias impertiuntur famulis. Aliis anni totius diebus eorum qui aluntur in Prytaneo vnicuique licet, quoties adhibuit, in Prytaneum ire, ac ibi cœnare, parato apud se domi olere quodam, vel legumine, vel fassamento, vel pisce, vel suillæ carnis paululo, ab eo qui Prytaneo præest vini cotylâ accipientem. Mulieribus Prytaneum adire interdictum est, præterquam soli tibicinæ. Matulam inferre Prytaneo lege vetitum est. Naucratarum si quis nuptiarum gratia conuiuatur, prohibet lex nuptialis oua dari, mellitasq; ac dulcarias placentas. Quænam eius sciendæ ac promulgandæ legis causâ fuerit, æquum est nos abs te doceri, Vlpiane. Lynceus in Ægyptiacis, gentis illius cœnas Persicis anteponebat inquit, Cum Ægyptij aduersus Ochum^a regem Persarum expeditione suscepta victi fuissent, & rex Ægyptius in hostium potestatem venisset, comiter ac benignè captiuum tractans Ochus, ad cœnam inuitauit, splendido apparatu instructam, quem Ægyptius irrisit, tanquam Persa nimis parcè victitante: ac tum, Perspicere, inquit, ô rex, si placet, felicium regum qualis esse victus debeat, coquis olim meis perimite Ægyptiam tibi cœnam parare. Annuit & iussit rex, qui tamen postea delectatus eius cœnæ apparatu, inquit, Malum te malè dij perdant Ægyptie, qui relictis huiusmodi cœnis, frugaliore ac viliores epulas nostras expetieris. Quænam Ægyptiæ cœnæ fuerint declarat Protagorides libro primo De Daphnicis^b ludis his verbis: Tertia cœnarum species est Ægyptiarum, in quibus non admouentur in mensæ, verum patinæ circumferuntur. Phylarchus libro sexto scribit apud Gallos^c assatum mensis panes multos contractos imponi, & ex ahenis carnes, quas nemo tamen gustet, priusquam regem viderit ea quæ admota sunt tetigisse. Idem Phylarchus libro tertio scribit Ariamnem Gallum^d ditissimum, Gallis omnibus promississe futurum anno se toto conuiuatore: idq; præstitisse hac ratione, & diligentia: opportunissimas vias tractuum regionis illius mansionibus diuisit, & obsedit, ac in illis ex arundinibus, palis, & amerina falice tabernacula extruxit, quæ trecentos circiter viros caperent, vel etiam plures, quantum locus permetteret, vt commodè ex oppidis atque vicis concursura multitudo exciperetur: illic ahenâ magna carnibus omnifariis plena statuit, quæ anno prius anteaquam id futurum esset, accitis ex oppidis artificibus, fabricandâ curauerat: quotidie multas hostias immolauit, tauros, fues, oues, aliasq; pecudes: multa vini dolia comparauit, polentæq; iam subactæ plurimum: eaq; rerum copia voluit frui non solum eos qui ex vrbibus & pagis aduentabant,

bant, sed prætereuntes externos homines, quos ei negotio præfecti serui non dimitterent priusquam epularum essent participes. Apparatus cœnarum meminit quoque Xenophon libro septimo Ascensus, describens id quod Seuthes^e exhibuit conuiuium, ad hunc modum: Ingressis ad cœnam ex Thracibus qui tum adfuerunt, nobilissimis, Græciq; exercitus tribunis ac centurionibus, & si qui ab vrbibus legati ad regem missi fuissent, in orbem sedentibus^f allata cœna est, super tripodibus mensis, cuique sua, numero in totum viginti, onustis discissis carnibus, quibus affixi erant magni fermentati panes. Hospitibus, vt mos gentis fuit, curiosius toto cœnæ tempore mensæ instruebantur, Seuthesq; primus id satagebat, vt qui appositos sibi panes in manus sumpserit, & frustulatum ruptos, quibus visum est, proiecerit, idemq; mox de suis carnibus fecerit, id tantum sibi relinquens quod gustare posset. Idem factum est & ab aliis^g quibus admotæ mensæ fuerant. Hic Arcas quidam nomine Arystas^h impendio vorax, neglecta illa proiciendi cibi comitate, arrepto pane trium choenicum^k, carneq; genibus imposita cœnabat. Vini cornua, quæ ministri circumferebant, accipiebant omnes. Arystas, ad eum pocillator cornu gestans cum peruenisset, Xenophontem intuitus nihil cœnantem, Ei porrige, inquit. Otiosus ille est, at ego nondum. Audiuit id Seuthes, ac pocillatorem interrogauit, ecquid dixisset. Elocutus est pocillator, Græcæ nempe linguæ non ignarus, ac mox eo dictorio risus obortus est. Procedebat compositio. Accessit tum quidam Thrax, album equum habens. Sumpto is pleno cornu, Propino tibi, ô Seuthes, inquit, & hunc equum do, quo vectus facile capies quemcumque persequeris; & cum pugna excedes, ab hoste nunquam timebis. Alius præbens, puero, quem introduxerat, Seuthen donauit: Alius indumentis, quibus vxor vestiretur: Timasion quidam similiter propinans, argentea phiala, & tapete libris decem æstimando. Assurgens tum Gnesippus Atheniensis, prisca lege, & ea quidem iustissima sancitum esse dixit, vt quibus suppetere facultates, honoris causâ regem munerarentur, inopibus autem largiatur rex de suo. Quapropter, inquit, ego quoque, velut nuncupatis votis, profiteor afficere te muneribus, atque honorare me velle. Xenophon autè dubius tum nesciebat agendum sibi quid esset. Sedebat ille quidem in proxima regi sella, honoris gratia, & iam Heraclidasⁱ pocillatorem cornu præbere iusserat, pocillatorq; summissis corpore iam offerebat: at tum confidenter & alacriter is exsurrexit, & accepto cornu, Ego tibi, ô Seuthes, inquit, & me ipsum, & hos socios meos trado, amicos posthac fideles futuros, ac illorum neminem inuitum. Adfuit ij, mercedisq; nihil à te poscunt, sed pro te periclitari, & labores quosuis adire vltro cupiunt. Horum opera, si annuat Superi, & prouinciam quæ à patre tibi hæreditaria est, recuperabis, & alias in tuam potestatem rediges, cum equis, virisq; multis ac mulieribus: quam prædam nihil tibi consecrari necesse erit: illam videlicet intercipient isti, & pro donis tibi offerent, atque sistent. Inuitatus Seuthes surgit, ac cum Xenophonte bibit, deinde in eius vestem qui proximus assidebat cornu effudit^m. Posthæc introierunt Cerasuntij, tibii, ac tubis omoboïnisⁿ signum bellicum Thracibus dare soliti, certis numeris tubæ magadis^o sonum imitantes. Posidonius Stoicus in historiis quas nihil alienas ab ea philotophiâ cui sese addixerat, composuit, multas nationum multarum leges ac consuetudines dum recenset, Celtæ, inquit, sceno subtrato libationes^p proponunt super ligneis mensis, à terra parum extantibus. Panis, & is paucus, cibus est: caro multa, elixa in aqua, vel super prunis, aut in verutis assa. Mensæ quidem hæc pura & munda inferuntur, verum leonum modo ambabus manibus artus integros tollunt, morsuq; dilaniant: & si quid ægrius diuellatur, exiguâ id cultello præcidunt, qui vagina tectus, & loculo peculiari conditus in propinquo est. Apponunt in conuiujs pisces, qui fluuios accolunt, & interioris^q exteriorisq; maris littora, eosq; assos cum sale, aceto, & cymino, quod etiam potioni iniiciunt. Oleo non vtuntur, & quia rarum illis, & quia ingratum viderit quod inassuetum est. Conuiuæ plures ad cœnam si conueniant, in orbem confident. In medio præstantissimi sedes est, veluti cœtus principis, eius nimirum qui cæteros vel bellica dexteritate, vel nobilitate generis antecit, vel diuitiis. Assidet huic conuiuator: ac vtrinque deinceps pro dignita-

e Thracia rex,
cuius meminit Ae-
milius Probus in vi-
ta Alcibiadi emen-
data est hæc Xeno-
phontis oratio ex
Græco codice. Quæ
deerat ex eodem
adiecta. Vide lib. 1.
f Amasius, accum-
bentibus, nō roctid.

h Thracia proce-
ribus, et primarijs
viri.

i Apud Xeno-
phontem, Aristus. Vi-
de Leopardi cap.
3. lib. 6. Emend.

k E tribus farine
choenicibus, id est
famijextarijs con-
fectis. Chæniæ tri-
tici, quantum ho-
mini die vno sat
est.

l Seuthes velut pa-
rarius, et internus,
qui anteaquâ
sederent, conuinas,
et Xenophontem
præcipue, hortatus
erat, vt regem mu-
neribus afficerent.

m Sidas adno-
tat in Thracia mo-
rem fuisse, vt in
conuiujs posteaquâ
tantum quisq; bi-
bisset, quantum vel-
let, quod restabat
vini effunderet in
vestem coniuarum,
id quod dicebant
κατασκεδανισμα.

n Quidam, è crua-
do bouis corio fa-
ctis Amasius, è bu-
bulis ostentus: Qui-
dam, asperis quid-
dam, veluti cru-
dam sanantibus,
καὶ τὸ ἀμύμητον
βού.

o μάγειρος, genus
tribus, de qua sub
finem huius libri.
p Quis cœteris
regibus, vel, omnium pri-
mum dijs libat: vel
infirias mortuis sol-
uunt.

q mediterraneis,
et oceani.

tis splendore qua excellunt. Adstant à tergo cœnantibus, qui pendentes clypeos pro armis gestent, hastati verò ex aduerso in orbem sedent, ac vtrique cibum cum dominis capiunt. Qui sunt à poculis, potum ferunt in vasis olla similibus, aut fictilibus, aut argenteis. Ex eadem materia sunt & patinæ, quibus aduehunt cibaria, æneæ tamen aliquibus: nonnullis patinarum loco, canistra lignea, vitilibus contexta. Locupletes vinum bibunt ex Italia peritum, vel Massiliensium regione, & id merum, interdum aquæ paululum affundentes: Dercoma id multi nuncupant. Sorbilla autem paulatim ex eodem poculo, non plus cyatho, frequentius pitissantes. Pocula dextra sinistraque manu puer circumfert. Sic illis ministratur. In dextram conuersa deos ea gens adorat. Idem Posidonius, Laernij^c, qui Bitritis^d pater fuit à Romanis^e profligati, opes cum enarrat, tradit eum popularè gratiam aucupantem, per agros curru vehi solitum, aurumque & argentum in turbas Celtarum innumeras eum prosequentes spargere: quin & septum eundem quadratum stadiorum duodecim aliquando cinxisse, in quo potione sumptuosa & exquisita pleni lacus essent, parataque cibariorum copia, vt complurculis diebus liceret iis quibus placeret, ingredi, fruique illo apparatu, cum assiduis ministrorum officiis. Epularum diem aliquando cum ille constituisset, ac præfinitisset, barbarum quendam Poëtam^f tardius cæteris eo comneantem illi occurrisse, ac canentem, laudes eius, excellentesque virtutes celebrasse, vicem verò suam doluisse, ac desleuisse, quod ferius aduentasset: illum canni delectatum auri sacculum poposcisse, & accurrenti cantori proiecisisse: quo sublato poëtam eius rursus laudes iterantem prædicasse, currus quem ducebat imprefsa terræ vestigia aurum & beneficia procreare mortalibus. Hæc libro vigesimo tertio Posidonius memorat: quinto verò de Parthis cum disserit, Quem ad cœnam, inquit, rex amicum vocat, is mensæ particeps non est: verum humi subsidens, rege in sublimi lecto recumbente, quod ab ipso proicitur, canis instar comest, ac sæpe ob quamuis leuiculam causam, ab ea cœna qua humi pascitur, abreptus, virgis, lorisque ideo nodosis, quia innexi tali forent, verberatur, & cruore fœdatus illum à quo cæsus est, tanquam accepto beneficio, in terram pronus, ac procumbens, veneratur. Idem libro decimosexto, cum de Seleuco refert, expeditione in Mediam suscepta, cum Arface bellum gerentem à Barbaro captum, & diu apud Arfacem commoratum, habitumque fuisse regia prorsus magnificentia, & impensa, hæc insuper scribit, regem Parthorum, cum cœnat, in altiore, quam cæteros, lecto, separato ab aliis, solum accumbere, soli tanquam Heroi, mensam apponi, refertam barbaris ferculis, admotis. Idem, cum de Heracleone Berceæo verba facit, qui ab Antiocho rege, cognomine Grypo^g ad honores prouectus, bene meritum de se principem regno tantum non expulit, ita scribit libro quarto historiarum: In solo milites is discumbere iubebat, sub dio, ferè mille, cum cœnam exhiberet. Edulia præbebantur, ingens panis, & caro: potus verò, aliquando merum, sæpius aqua frigida dilutum vinum. Ministrabant viri ensibus armati, modesto conuiuinarum silentio. Idem libro secundo, in vrbe Roma, tradit, cum^h in Herculis fano epulantur, cœnâ tum illo præbente qui triumphum agit, apparatus esse conuulij profus Herculeum. Mulsam enim affundi: pro edulis carnes esse fumo duratas, elixas, & hostiarum nuper mactatarum affas partes, abundè multas. Apud Thuscis bis quotidie sumptuosæ mensæ parantur, cum stragulis florido colore tinctis, ac omnifariis ex argento poculis, & magno seruorum numero, qui decoris ingentisque pretij vestibus induti adsistunt. Timæus libro primo historiarum prodidit apud illos etiam ancillas, quousque adultæ sint, nudas ministrare. Megasthenes Indicorum libro secundo inquit, apponi suam cuique mensam, eamque similem arcæ, vasorumve repositorio, ac super ea catinum aureum, in quem primum coniciunt elixam oryzam, vel allicam, si forte iam cocta sit, deinde obsonia multa scitamentis indicis ac patriis condita. Germani, vt autor est Posidonius libro trigesimo, in prandium afferunt carnem membratim affam, & lac superbibunt, vinumque merum. E Campanis quidam super conuiuia singulari certamine digladiantur. Nicolaus Damascenus Philosophus è secta Peripateticorum, scribit centesimo ac decimo libro historiarum, Romanos post cœnam gladiatorum paria committit

^r Strabo libr. 4. puerij. Legendum suspicor L. uerij Aruerij.
^s Bitriti. Strabo.
^t A Fabio Massimo ad confluentem Isara & Rhodani: à Domitio, ad confluentem Rhodani, & Salice.
^v Bardum. Bardos Gallorum poëta fuisse, & uenerit, Strabo scribit.

^x Ob aduicium nasum.

^y Rome in foro boario Hercules Trichialis fuit, sic dicitur, quod dum triumphum ageret, palmata triumphalique veste ornaretur.

committere solitos, his verbis: Gladiatorum spectacula non solum publicis ludis, & theatris, populique frequentia & celebritatibus edunt Romani, à Thuscis inuesto more, sed etiam inter epulas. Itaque nonnullos ex amicis ac necessariis & aliis de causis ad cœnam inuitant, & hac potissimum, vt gladiatorum paria duo triaue dimicantia conspiciant, tum scilicet eos aduocantes, & eius cæde^a læti. Quidam testamentum iussit formosissimas mulieres quas emerat, eo pugnae genere inter se configere: Alius impuberes pueros, quos uiuus in deliciis habuerat: quam tamen populus cõtra leges seuitiam ac immanitatem execratus est, ideoque testamentum abrogauit. Eratosthenes libro primo Olympionicarum Tyrrenos scribit ad tibiam pugillatu contendere, Posidonius libro vigesimotertio historiarum scribit Celtas nonnunquam super cœnam gladiatorio certamine congregari. Armati enim sese inuicem ad umbratilem^b pugnam prouocant, summasque tantum manus ac gladiorum cuspides conferunt, mutuo parentes, nonnunquam adusque vulnera res procedit, ac tum iritati, nisi qui adsunt eos dirimant, ac inhibeant, ad mortem usque præstantur. Priscis quoque temporibus mos apud illos fuit, vt appositis pecudum artubus femur fumeret strenuissimus, & si quis alius id sibi vindicaret, ad alterutrius interitum usque gladiis pugnant. Aurum alij argentumve in theatro accipiunt, aut doliorem vini certum quendam numerum, & ubi iureiurando polliciti sunt irritam^b nõ fore donationem, muneraque accepta intimis & charissimis amicis dispersiti sunt, supinos se distendunt, & in scutis iacent adstante qui gladio iugulum fodiat, & excindat. Euphorion Chalcidensis in historicis commentariis scribit, apud Romanos iis qui securi percussit se pati velint, vt ad hæredes merces ea perueniat, minas quinque promitti, ac sæpiusculè complures per scriptis nominibus apud iudices litigare, vnoquoque discipante æquissimum esse sic se cruciari & ad supplicium trahi. Hermippus libro primo De legislatoribus, Mantinæos gladiatoriam inuenisse declarat, Demonaëtis, qui ex ciuibus vnus fuit, consilio, Cyrenæosque imitatos postea id fuisse. Ephorus libro sexto historiarum tradit, Mantinæos & Arcadas artem militarem exercuisse gnauiter, ac idcirco, tanquam repererint, & militarem habitum, & armaturam vetustam, Mantinæam etiamnum appellari. Arma tractandi scientia Mantinæorum, ante reliquos omnes, inuentum est: artificium id docuit primus Demeas lanista. Apud antiquos solennes quoque fuisse gladiatorum congressiones sic in Phœnissis dixit Aristophanes:

Oedipi luces, geminos certè filios^c

Mars funditus enervit, singularis lucta

Instante nunc certamine.

Vox quidem *μονομάχου*, potius à verbo *μάχεσθαι*, id est, pugnare, ficta ac composita est, quam à nomine *μάχη*, id est, pugna. Nam in iis quæ à nomine *μάχη* ducuntur, vltima penultimaque syllaba in eundem accentum finiunt, vt in *σύμμαχου*^d, *πρωτόμαχου*, *ἐπίμαχου*, *φιλόμαχου* *ἡρώου* *ἐκ περσεως*, apud Pindarum: tum enim acuto signatur accentu antepenultima: cum autem ea quæ vltimam antecedit syllaba acuto notatur accentu, verbum *μάχεσθαι* completitur ea compositio, vt in *πυγμαχου*^e, *ναυμαχου*, *αὐτομαχου* *πυγμαχε* *πρωτομαχου* apud Stesichorum, *ἀπλομαχου*, *τεχομαχου*, *πυργομαχου*. Posidippus verò comicus in Lenone sic ait:

Qui non nauiganit nihil vidit mali,

Miseriores nos quidem sumus gladiatoribus^f. Illustres quidem viros, & exercituum duces prouocatos singulare certamen^g non detrectasse alibi diximus. Diyalus Atheniensis libro nono historiarum prodit, è Bœotia reuersum Cassandrum, rege cum regina, & Cynna Euridices matre Ægis^h sepulto, & honoribus aliis quibus par erat mortuos prosecutum fuisse, & gladiatorum certamen edixisse, in quo milites quatuor pugnarunt. Demetrius Scepsius libro duodecimo Troiani apparatus scribit, apud Antiochum regem cognomine Magnum, in cœnâ quadam armatos saltasse non amicos solum regis, sed ipsum etiam regem. Cum autem ad Hegefanactem, Alexandriae Troadis ciuem, historiarum scriptorem, ordine saltationis vicifirudo ac munus pertigisset, surrexit ille, ac Vtrum, inquit, o rex, maior ineptè sal-

^a Erasm. adagio, Gladiatorio animo.

^b Erasm. pronon ουμαχου.

^c Id se perpeffiuos cuius causa dona receperunt.

^d Beoclen & Pelynicen.

^e Camillito: qui in primis ordinibus pugnat: ad bellum subsidiarius, & auxiliarius: pugnae è Persæo genus.

^f Pugiliclastarius miles: Te ipsum à Pygmache, primū omnium: qui armatus pugnat, qui è turris, qui è turribus præliatur.

^g Erasm. pronon b. Miserior monomachia.

^h Quale fuit M. A. Cornini cum hoste Gallo.

ⁱ Macedonia id oppidum & caput fuit.

tantem me videre, an potius lubet versus à me compositos eleganter pronuntiantem audire. Tum recitare iustus vsque adeo magnificis laudibus extulit, vt eum dignum liberalitate beneficentiaq; sua rex existimauerit, & in amicorum suorum numerum ascitus sit. Duris Samius libro decimoseptimo historiarum narrat, Polyperchontem, si complusculum bibisset, quamuis natu iam grandiozem saltatè, cum Macedonum nulli cederet, vel peritia rei militaris, vel auctoritate. Saltasse verò vestitum Crocoto¹, diuq; saltantem persecuisse, calceos Sicyonios² indutum. Agatharchidas Cnidius octauo libro Asiaticorum scribit, cum Alexandrum Philippi filium exciperent amici conuiuio, quæ bellaria mensis apponi debebant, inaurata fuisse, & conuiuas illis vt qui cuperent, aurum detrahere solitos, & cum ciborum purgamentis abdicere, vt eius luxus essent ac impensæ spectatores amici, famuli verò domini. His scilicet in mentem non succurrebat Philippum Alexandri patrem aureum suum poculum quinquaginta drachmarum pondò, cum dormitum iret, sepositum capiti subiecisse. Seleucus ex Thracibus quosdam in conuiuiis scribit suspendium³ ludere, tereti laqueo altiori Cuidam loco adaptato, subiectoq; ad perpendicularium saxo volubili, si quis ascendisset. Illos ergo fortiri, & cui fors euenisset, falcem eum manu tenentem, insistere lapidi, ac collo restim innectere, aliumq; tum accedentem saxum pellere, quo fugiente, nisi mox falce laqueum abscindat, qui pender strangulatur, & perit, aliis ridentibus, qui mortem eius pro ioco haberent. Hæc de antiquorum conuiuiis memoria tradiderunt, ò amici viri, ac compositores⁴, ex Græcis homines primarij, & huius rei scientissimi. At libro primo de legibus accuratè de conuiuiis ad hunc modum sapiens ille Plato disputat: Leges perfectò Spartanæ inter homines de voluptatibus optimè cauissè videntur. Nam quo homines potissimum in petulantiam, omnemq; insaniam, & maximas voluptates incidunt, ab vniuersa lex nostra regione id exterminauit. Nec enim comotationes aut in agris vsquam videas, aut in oppidis quæ in Lacedæmoniorum fide ac ditione sunt, nec⁵ ea quæ comotationes sequuntur, & ad omnes voluptates excitare possunt: atque adeo nullus est qui comestabundo simul & ebrio factus obuiam grauissimas pœnas de illo nõ exigat: nec Bacchanalia quidem, quorum prætextus maximus est, deprehensam à supplicio liberauerint: quemadmodum apud vos aliquando per menses⁶ vidi, & apud Tarentinos nostros colonos, omnem temulentam in Bacchanalibus ciuitatem. Apud nos verò eiusmodi nihil fit. Hic Cynulcus. Ego equidem malim, inquit, tentato illo ludo Thracio perire, quam istic apud vos qui religiosè ieiunatis, expectates dum exoriarur sydus⁷. Nam qui optimam istam philosophiam excogitarunt, quidquam gustare nefas esse credunt, priusquam id appareat. Ego verò miser, quod ait Diphilus comicus,

Summa pra inedia hic stam mugil⁸. Obliti quidem eorum vos estis quæ præclarè dixit poeta, huius præsertim versus,

Expediat at cunctis in tempore sumere cenam. Festiuus etiam Aristophanes in Cocalo⁹ dixit,

At pater, meridies prorsus est,
Quo tempore cenandum iunioribus. Mihi quoque satius fuisset, vt ait Parmeniscus, in Cynicorum conuiuio cœnare, quam hic febricitantium¹⁰ modo videre omnia circumferri¹¹. Arrisimus nos: & tum quidam, At ne nobis, inquit, vir optime, illius Parmenisci conuiuij enarrationem inuideas. Erigit ille sublimem se, ac

Vobis, inquit, ò viri, per eum iuro decum,
Cuius beneficio inebriari licet vobis omnibus,
Optaturum me potius hanc vitam vivere,
Quam sublimia regis Seleuci fastigia:
Metu vacuis lentem sorbere iucundum:
Metu anxys molliter cubare, miserum. Exorditur sic quidem Parmeniscus. Parmeniscus Molpidi salutem. Exemplis ego cum abundem quibus celebres ad epulas inuitationes tibi eloqui possim, animi pendeo, vereorq; in plenitudinem¹² si incidas, ne mecum expostules. Quamobrem cœnæ participem esse te cupio quam

¹ Veste rotunda & simbrata, diuorum matronarum. Erasmi adag. Felicocoton: & adag. Leonis exuuii super crocoton.

² Lunis adagio, Sicyonij calcei: Erasmi. prouerb. Colophonum calcamentum. Leopardi cap. 11. r. Emen. l. Ludi genus, admodum periculosum.

³ Συμπόσιον.

⁴ In Græco Platonis codice hæc compositio citata.

⁵ ἡμῶν αὐτῶν: apud Platonē, ἡμῶν αὐτῶν.

⁶ Vesper.

⁷ Demugilo, quæ ἡμῶν id est ieiunium ideo vocant, quod in eius ventriculo ac intestinis cibi nihil inquam reperiarit, vide Rom delectum.

⁸ Vinco pimeæ, si uoluerit: si uoluerit, in ostracodermo: nobis Coquille.

⁹ Qui verigine laborans.

¹⁰ Nec in mensa palinqui, quo ad illu faciatis nos stamus. Erasmi adag. Cum Delphi sacrificauerit, carnes abstulit.

¹¹ Si pluribus historijs te fatigam, Sumpsum à medicis quibusdam ego dicitur molestia sui mimetate sanguinis redundandis, & exuperandis.

Cebes nobis exhibuit Cyzicenus. Cum tempestiuum esset bibit ille hyslopi¹ decoctum, deinde ad conuiuium abduxit dum Athenis Bacchi festos dies agerent. Allumptus ego pro umbra ad eum perrexi. Cynicos sex discumbentes illic offendi, & Cynulcum² vnum insuper, Carneum Megarensem. Cœna verò cum moraretur, de aqua sermo interuenit, quænam sit suauissima. Laudabant alij hauistam è Lerna³, alij è Peirene⁴: Carneus, quod olim Philoxenus responderat, optimam esse dixit, qua manus⁵ abluuntur. Mensa post admota nos cœnauimus, lentemq; exhaustimus: ea verò affluebat⁶ rursum. Allata est iterum lenticula aceto macerata, & tum Iouis alumnus⁷ pugno toto prehensens, inquit,

Huius⁸ lenticula quis autor sit, ne te lateat Iuppiter. Exclamauit deinceps alius,

Lenticula te demon, lenticula te fortuna⁹ opprimat. Quod ad me pertinet, vt Comicus Diphilus ait in Columbis¹⁰,

Cœnula florida & luculenta oppidoquam fuit:
Ingens viritum catinus plenus lenticula:
Primum omnium varijs coloribus nitens, in medio
Optima saltauit Saperda¹¹ vasti corporis,
Deinde qui graue nonnihil subolebat heros Anthias,
Quem Turdis¹² esse multo suauiozem autumo. Nobis in risum effusus, præsto fuerunt Melissa theatrotoryne¹³, & Nicium Cynamya, scorta non ignobilis. Apposita fercula illa contuitæ & admiratæ riserunt: ac tum Nicium, Vestrum, inquit, nemo, ò viri barbæ alendæ colligendæq; studiosissimi, piscibus vescitur. Hoc autem, an ob eam causam propter quam¹⁴, vt in opere quod Gratiæ vocauit scribit vester auus Meleager Gadarenensis, Homerus generè Syrus patriæ suæ more prisicos heroas piscibus abstinuisse flagit, cum eorum magna sit in Hellesponto copia: an verò eius opus tantum legis quod lentis & oleariæ trullæ contentionem ac comparationem continet? Multum enim video lentis apud vos apparatus. Eum dum aspicio, quod faciendum Antisthenes¹⁵ Socraticus arbitrabatur, vobis consulo, his cibis cum aliamini, ista ærumnosa vita vt vos educatis. Ad ea respondit Carneus: Euxitheus Pythagoricus, ò Nicium, vt autor est Clearchus Peripateticus libro secundo vitarum, dicebat illigatos esse corpori, huiusq; vitæ animos omnium, supplicij causa, edixissetq; deum, nisi cum his maneat, quoad sponte ille soluat, plures grauiorèsq; ipsos calamitates subituros. Quamobrem omnes qui cauent ac metuunt animi sui præsentem statum ne amittant, voluntarium è vita discessum formidant, persuasi, solam, quæ accidit senio, mortem obeundam esse libenter, eamq; tantummodo animi dissolutionem arbitrio domini nostri & decreto contingere. Horum placita nos amplectimur. Nulla quidem inuidia tangimur, inquit Nicium. Vobis per nos¹⁶ licet ex malis tribus¹⁷ vnum deligere. Hoc enim vos ignoratis ò miseri & peruicaces homines, grauius his alimentis obsepipi principem ac reginam vim animi, eduliaq; id genus obitare quo minus sibi constet prudentia. Itaque Theopompus libro quinto Philippicorum ait cibo multo, & præsertim si caro manditur, rationis iudicium eripi, tardiorèq; non solum animum hebetari, verum etiam iracundia stoliditateq; oppleri, ac vecordia. Quapropter rectè admirandus ille Xenophon inquit, cum vget fames¹⁸, in cibo placere & mazam, & nasturtium, cum sitis, aquam de fluuio hauistam non sine voluptate bibi. Socratem multoties olim pro ædibus in ambulantiem ad seram vsque vesperam offenderunt, respondere solitum cum interrogaretur illic quidnam ageret, in cœnam se obsonium¹⁹ comparare. Illa sane vestræ cœnæ pars quam tribuetis, nobis sufficet, nec molestè feremus quod iusto minus datum sit, quemadmodum apud Anticlidem Hercules. Scribit enim is autor libro secundo de Reuerfionibus, cum Eurystheus rem diuinam faceret, laboribus suis omnibus defunctum Herculem vna cum cæteris aduocatum fuisse, Eurystheoq; suam portionem cuique dispertito, Herculi contemptiorè & minorem datam, ac idcirco ignominiosè despici fieri arbitratum, ex Eurysthei liberis tres occidisse, Perimedem, Eurybium, Eury

¹ Fortassis cum melle, quod pulmonarius esse, vel, pro alius cuiusdam morbi auxilio.

² Præter alios oru improbi, atque duri.

³ Vel lacu agri Argini: vel fluuio per Præfius in sinu Argolicum labete.

⁴ Fonte qui ad radicem Acrocorinthi scaturit.

⁵ Præfius, aut cœnatus.

⁶ Erasmi adagio, insulit quod excharisur: pro quærit, id est, vt prouerbio iactatur, quærit dicit.

⁷ Εἰρηνοῦς, poetarum modo. Quiddam Ditrephes proprium nomen esse voluit.

⁸ Versus ex Euripidis Medea. Quærit, pro κακῶν. Leopardi. cap. 12. 6. Emen.

⁹ Quærit pro κακῶν: Quærit pro κακῶν: idem fore iocus lib. 6.

¹⁰ Peliadibus.

¹¹ Vilius piestis, exiat adag. Saperda videtur.

¹² Turdos pisces intelligit, non aues.

¹³ Theatrotoryne, theatroru cochlear vel rudicula: quod in theatri tam frequens esse, quam in ella cochlear. Cynamya, canina musca, ob impudentiam. Vide adag. Musca. Supra pag. 95. Vlpianus Cynulcum vocat Cynomyan.

¹⁴ Quoniam est natione Syri, quibus ideo religio est piscis comessio, quod Perceto sive Acergatidem deam, in piscem mutatâ, sanctissimè colant. Vide G. raldum. Pag. 7. alia ratione ita Homerum scripsisse ostenditur.

¹⁵ Quia philosophiam mortem esse intellexerat è turri se precipitauit.

¹⁶ Prostitutas meretrices.

¹⁷ Aut feruam & duram vitæ conditionem: aut acceleratam mortem: aut in his malis patientiam.

tiam. p. Erasmi. adag. optimum condimentum fames: & adag. Bona etiam ossa post panem. q. Nimirum, appetentiam.

Heroum conuiuijs non indignam, quorum tristes casus ex aduersis fortuna tragici memoria tradere. s. Alij, a morbo solum lenticulam forpsisse. Erasmus hoc adagium explicat. Erasmus adagio, Ante lentem.

Cibus i hulbo esse compositus. Vide adag. Oleum ne comedas. Philo- sphi uita adeo parca esse debet, ut herba uita illum cotensum esse oporteat quamuis ad manus est: oliui autem, cum per hys mem uita ex- aruit.

Lautissimus delicatissimus cibus. Vide hoc pro- uerb. apud Eras- m. Vsurpatur de is qui uoluntate ad aliquid propensi sunt: ollam uidetur amare lenticula, et uero ad illam re- pire.

Cynolco. b. Quatuor tabe- ric: plena taber- nu in quibus len- cula uenalis est: uel, mercatoribus qui leni uendunt. c. Oculi: Sic for- tassis cognomina- tus, quod lenticu- lam miris suis laudi bus extulisset.

Argiuo nobili, qui cum Polynice ad bellum Theba- num profectus, cum scalis muro admo- tu scanderet, a The- bani lapidibus est obrutus.

Cicero in Chry- sippus in omni histo- ria curiosus fuit, sed quaedam ita te- tra prodidit, ut ea fugiat et reformi- det oratio. Vide Vi- ctorium cap. 13. 13. Variat.

Ex Euripide ver- sus hic citatur.

Eurypylum. Non enim sic vos excandescitis, quamuis Hercules prorsus imitatores. Quendam Archagathus inquit alicubi scripsisse tragicam esse lenticulam. Sophi- lus comicus scribit forbitione lenticulae Orestem a morbo conualuisse. Decretum porro Stoicorum est, Sapientem omnia recte facere, atq; adeo prudenter condire lenticulam. Itaque Phlasius Timon dicebat Zenoniam esse lentem coquere, pra- uia imbutus disciplina, tanquam aliter coqui non possit lenticula quam ex Zenonis praescripto, qui duodecimam coriandri partem iniici mandauit. Thebani Crateris dictum hoc memorabile fuit: Ante lentem ollam caue auxeris, ne in seditionem nos conicias. Chrysippus libro de Honesto quasdam nobis sententias dum ingerit, has quoque refert. A. Vricam hycmis tempore si habebis, oliuam ne comede. B. Quid autem Bolbophacen? A. Papæ, Papæ: rigidissimis frigoribus Bolbo- phace Ambrosia est. Festinus Aristophanes in Gerytade ait:

Prisamam coquere an lenticulam eum doces? Idem in Amphiarao: Epicharmus in Dionysis: Antiphanes in Similibus: Accessit commode indigena femina quaedam lenticulam coquere que me docuit.

Vlyssis prudentissimi ac circumspcctissimi sororem quoque nominatam Phacem, id est, lentem, fuisse, noui. Hanc quoque ab alijs Callisto nuncupari tradidit Mnaseas Patrensis libro tertio Europicorum, ut refert Lysimachus libro tertio De reuerfio- nibus. Ad hac Plutarchus effusus cachinno sublaro risit, stomachante Cane spre- tam eruditionem suam quam in oratione de lente habita ostentauerat: Et vos, in- quit, o Plutarche, in Alexandria pulchra natos cibo e lenticula parato statim a te- nericis vnguiculis nutriant: totaq; uestra ciuitas eo legumine referta est, cuius memi- nit Sopater, lenticularis Parodus, in fabula Bacide, his verbis:

Non possum ego cum aspicio ex are ductum Ingentem colossum, panem e lente confectum mandere. Porro quid mortalibus ad vitam opus est, o grammaticae doctissime, praeter ea duo quae tuus Euripides me- morat,

Fruges, Cereis munus, e profluentibus aquis potionem, Quae ubiuis adsunt, e natura lege nos alunt: Horum affluentia nobis non est satis: pra luxu me hercule Aliorum eduliorum uenamur artificia. Alibi philosophus hic Scenicus ait: Mihi sufficiunt frugalis mense mediocria, quae ad vitam necessaria sunt, cibaria: Quidquid autem immodicum est, ac intempertuum, non admissim. Socrates ab alijs hominibus e se differre aiebat, quod ut edant, uiuant ceteri, ipse uero ut uiueret, cibo se sustentaret. Diogenes, quia se fricaret, tanquam inciuis notatus, & reprehensus, Vtinam, inquit, affricu ventris famem ac egestatem placare possem, Euripides in Faeminis supplicibus hac inquit de Capaneo:

Hic Capaneus est, cui ad uinendum opes multa fuerunt, Suis fortunis minimè insolens, nec animo Elatiore quam e plebe pauper quilibet: Mensa lautiore si quis extumesceret, improbus: Quod satis est, laudans: non enim ventris edacitate Honestam beatamq; vitam metiebatur: sed mediocria Sufficere aiebat. Eo quidem non fuit ingenio Capaneus, quo fuisse multos

alios elegans Chrysippus ait libro de iis quae expetenda per se non sunt, his ver- bis: Vsq; adeo nonnulli pecuniae studio sibi excidunt, ut proditum sit quendam sub exitum vitae deuoratis non paucis aureis nummis obiisse: alterum autem in tuis tu- nicæ, eam induisse, praecipisseq; familiaribus ut ita sepelirent, nec corpus pollin- tu- ra vngi, & curari, vel cremari finerent. Hi scilicet, & eiusmodi omnes propemodum orientes exclamant:

O aurum pulcherrimum acceptissimumq; mortalibus, Non tantum voluptatis mater affert, Non tantum in adibus filij: non clarus pater,

Quantum

Quantum illis tu, domi qui te possident. Veneris profecto si tam blandus conspectus est, Cupidines innumeros illam comitari nil mirandum. Tanta cumulantæ pecu- niæ fuit eo saeculo hominum cupiditas, de qua Anacharsis percontante quodam ad quam rem esset pecunia Graecis vsui, respondit, ad numerandum. Diogenes in sua Republica pro nummis ut sint tall peccudum, lege sanxit. Appositè dixit Euripides:

Plutum ne dixeris: pro deo ego non veneror Quem sibi facile acquirat improbissimus quisque. Chrysippus in Introductio- ne considerationis ac inuestigationis eorum quae bona & mala sunt, narrat, adole- scentem quendam praediuitem Athenas ex Ionia profectum, indutum veste purpu- rea cum aureis simbris respondisse quaerenti cuias esset, se diuitem esse. Alexis in Thebanis eius fortassis meminit, his verbis,

Hic genere cuias est? B. diuus. A. Omnes Quidem hos nobilissimos esse praedicant: Inopes uero etiam Eupatridas nullus respicit. Hac locutus Cynulcus, quia nemo applausisset, stomachatus. Quandoquidem, o conuiuij magister, inquit, Lo- godiarthæa hi vexati non esuriunt, & quae de lenticula dileximus cum fanna derident, in mente habentes quod est a Pherecrate dictum in Corianno:

Age dum: ego accumbam; tu mensam affer, Et poculum, e quod edam aliquid, bibam ut incundius. B. Ecce tibi calycem, mensam, e lenticulam.

A. Ne per Iouem lentem mihi praebeas: ea non delector: Etenim si quis illa vescatur, os ipsi graniter olet. Quoniam igitur ob id sapien- tes isti homines lenticulam fastidiunt, nobis panem dari iube, sed cum eo sumptuosi nihil, uerum famosam concham, uel, quemadmodum appellant, conchum. Arrise- runt omnes, ideo potissimum, quod masculino genere Conchum enuntiasset: Tum ille, Indocti mehercle, ac insulsi vos estis, o viri conuiuae: Libros enim non legitis, qui soli rerum pulchraru cupidos erudiunt, libros, inquam, Sillorum Timonis Pyr- rhonij. Meminit is scilicet Conchi libro secundo illius operis ad hunc modum:

Mihi neque placet maza ante diem sextum cocta, subacta ue, nec caryca Lydia: mihi sapit uilis e aridus conchus Graecorum: calamitosus enim quibus superuacuum luxus. Excellunt dubio pro- cul Hebrae maza, sicut & Eretrienfes, ut sic testatur Sopater in Bacchidis procijs:

Eretriam polenta candida celebrem irruere. Sunt & in pretio Lydiae caricae, utrisque tamen Sopater conchum praefert. Ad hac probus conuiuator noster Lau- rentius, o viri canes, inquit, quod apud comicum Strattidem in fabula, cuius titulus est Phoenisse, ait Iocasta,

Prudens uobis consilium dare uolo, Lenticulam dum coquetis, ne infundatis unguentum: Sopater quoque, cuius modò uerba recitasti, o Cynulce, in Funere huius prouerbij mentionem ita fecit: Ithacensis Vlyses, quod aiunt, in lente unguentum, Adest: confide anime.

Clearchus Peripateticus Adagiorum libro, ueluti pro- uerbium hoc dictum recentet, In lente unguentum, cuius etiam vnus ex maioribus meis, Varro meminit Menippeus cognomine. At grammaticorum Romanorum multi in poetis Graecis scriptoribusq; multis non uersati, unde iambicum uersum il- lum Varro mutuatus sit ignorant. Videris autem, o Cynulce, mihi, (hoc enim gau- des nomine, & quo natu appellauerit te mater, taces, ut est apud Timonem tuum,) magnus quidam ac bellus esse, qui nescias uocem Conchum vsurpatam ab Epichar- mo in Festo, & in Infulis, & ab Antiphane rursus, qui in Nuptiis etiam imminuen- te signi ficatu dixit:

Exiguamq; Conchium, e profectum hille frustum. Sermonè hic abripit Magnus, & acutè, inquit, uidetur, urbaneq; Laurentius, uir omni ex parte praestantissimus, ven- trolo cani de Concho respondisse, & quod aiebat, probasse. Ego uero, quemad- modum Galatae, ut ait Sopater Paphius in Galatis, si foeliciorè cum h oste successu praeliati

g diuitiarum dea.

h Eupatride Athe- nis, antiquissimo nobilissimo Thefi genere ori. i Futili loquaci- tate, ungaci carru- litate, uerbosus pro- fluuio. Alios Cynul- cus reprehendit, mal- ta, sed inepta, effu- sientes, inquam so- lus ipse uilia e scitu digna protu- lisset, Iunius adag. Logodiarthæa.

k Eretrij, ad uen- dum saciana: qui- dam, e farina se- nario pita. l Lydius cibus, uarijs, e sanguine paratus.

m Theosoro quod dicitur, e uisceribus, superuacuum ali- mentum.

n Erasmus adag. In lente unguentum.

o e ty uexia, Mortuorum filio.

p Quod, ut apud Graecos Menippus philosophus Cyni- cus, sic apud Lati- nos Varro hominè uita e prauos mo- res intrepidè ac li- berè inspectus sit.

q Citatur saepe a Grammaticis Var- ronij Satyra Me- nippea. Turnebus cap. 3. 1. 9. Aduers. sic legendum pu- tat: e i q; quæ p e- g; h e i d i e- delas.

r Haec fibularum nomina sunt.

s Conchylum, s Romanos parè in euoluendis poetis Graecis tritos, cum Romanus ipse, eae Antiphane locum paucis notum ad- duxerit.

Non veros & germanos, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

Non veros, sed tanquam factuos, nationes, & qui in eum honorem gradum illegitimè obreperant.

praefati sunt, diis captiuos immolare confecerunt, sic eorum imitatione,

Ego quoque demonibus crematurum me vovì
Dialecticos tres ascriptitios.

Quinetiam philosophari, & prolixis disputare sermonibus
Curiose vos quoniam audiri, profiteriq; patientiam,
Certum experimentum de vestris placitis ego capiam.

Primum enim succendam ignem, deinde cum assabimini,
Vestram quempiam si videam qui crus non retrahat,
Proxime Zenonem dominum vestrum illum ego collocabo:

Non enim intelligi quemquam excendi è vita sit vestra sapientia.

Ego equidem philosophos istos liberè ac intrepidè sic alloqui velim: Frugalitatem sua contentam forte, nec aliunde quidquam desiderantem, si amplecteris, ô Philosopho, cur non æmularis Pythagoricos illos, de quibus Antiphanes in Monumentis hæc inquit:

E Pythagoricis forte fortuna miselli quidam
Ad confragosos torrentis ripas Alimum collectum, &
Alia huiusmodi lauta rodebant.

Idem in fabula, quam inscripsit Heri peram, vel bulgam:

Primum quidem, velut Pythagore sectator, cibum sumit,
Animam nihil, sed malam emptam obolo
Plurimam, eius atriorem partem delibrans, quam edat.

Alexis in Tarentinis:

Pythagore discipuli, ut fama est,
Nec obsonio vescuntur, nec alio quod animatum sit, & vinum soli non bibunt,
Epicharides autem canes mandit

Vnus ex Pythagoricis, quos videlicet occiderit,
Non enim tum animati sunt.

& progressus inquit,

Pythagore rationes, ac orationes
Subtiles, exactasq; scalpro cogitationes
Illos alunt: at pro quotidiano victu hæc sunt:

Panis unus virique purus, & aqua
Poculum, & nihil amplius.

B. carceris

Vitam narras. A. Sic omnes vitam degunt
Isti sapientes, arummasq; sanè has tolerant,
Verumtamen alios in delicijs alij habent: an nescis
Melanippiden se prostituere, itemq; Phaonem,
Et Phromachum, & Phianum? qui diebus vix quinque

Idem in Pythagorizussa:

Potentia cotylam unam canantes absumunt.
A. Conuiuium erit, carice, fraces, vinacea,
Cascus. Hæc enim Pythagoricis sacrificare

More ac lege statutum est. B. Tu itaque, sic me amet Iupiter,
Qualiscunque sit ex his, victimam habes,

Et paulò post:

O vir optime, pulcherrimam,
Sordes paululum oportuit ferre, iciumum,
Cæli rigorem, silentium, tristitiam, illumem.

Horum nihil, ô Philosophi, vos exercetis, sed, quod omnium molestissimum est, de iis garritis quæ vobis ignota sunt; & in cibatu, quod dixit lepidissimus Antiphanes, assimilata modestia buccæas inditis: sic enim in Drapetagogo, inquit,

Modestè buccæam immittens,
Exiguam primam, deinde plena introrsum
Manus volas: Vos, ut mulieres, per quam multa celeritè deuoratis, cum liceat, ut est apud eundem poetam in Thombycione:

Emerere drachma qua vobis conueniant cibaria:
Alia, cepas, caseum, capparim:
Drachma tantum constant hæc omnia.

Aristophanes in Pythagoris:

Quid,

Quid, per deos, censemus, eos qui olim
Pythagorici fuisse, sponte reuera
Sordibus squalluisse, vestesq; laceras
Gestasse libenter: horum mihi videtur nihil:
Sed adductos necessitate, cum illis deessent omnia,
Frugalitatis pulchra quadam inuenta specie,
Sumptus vtilem finem præfixisse pauperibus:
Nam apposita illis vel carne vel pisce,
Nisi suos etiam digitos abliguriant,
E cruce volo pendere decies.

Non absurdum fuerit epigramma de

vobis editum commemorare, quod Hegesander Delphus libro sexto commentariorum scriptum reliquit:

O sursum elatis supercilijs ansteri, pilo in naribus defixo hirti,
Barba in mento densa hispida, inertes, patinarum & ollarum sures,
Erectam ceruicem circumagentes, nudi, culinarij mensis dediti,
Noctu clamulum comedentes, nocturni latrones astuti, & dolesi,
Inuenim deceptores, cauti singularum syllabarum obseruatores,
Vanis opinionibus sapientiam arrogantes vobis, virtutis inuestigatores.

Archestratus Gelous in sua Gastrologia, quæ sola versuum compositio chara vobis est, ô viri sapientes, qui taciturnitate sola Pythagoræ obsequimini, ideo quod infantes estis, & ad dicendū impotentes: qui artem amatoriam Sphodriæ Cynici magni facitis: Protagoridæ narrationes amatorias, & Persæi elegantis philosophi coniuales dialogos, ex Stilponis & Zenonis commentarijs concinnatos, in quibus ille quærit, qua ratione conuiuarii somnus arcetur, quo modo vinum libationibus affundendum sit: quando in conuiuium formosi adolescentes formosæq; virgines perducendæ sint, quando venustate gratiaq; commendabiles admittendi, quando, ut fastuosi, amandandi, de iis quæ obsonijs adduntur, de panibus, & alijs huiusmodi, veluti basijs, de quibus Socrates Sophronisci filius ambitiosè & sollicitè disceptauit. Ille scilicet friuola hæc studia mente semper versans Acrocorinthum sibi ab Antigono rege commissam, ut tradit Hermippus, dum assiduis comotationibus ad ebrietatem vsque indulget, simul cum vrbe ipsa Corintho amisit. Arati Sicyonij bellicis artibus astutiaq; deceptus, ac fugatus, qui antea suis ad Zenonem dialogis contenderat omnia sapientem rectè facere, eumq; solum bonum esse imperatorem; id quod, si diis placet, rebus gestis suis comprobauit bellus ille Zenonis amicus, id est, famulus. Scitè namque Bion Borythenites inspecta eius ænea statua, in qua scriptū erat, Persæus Zenonis utrius, id est, Citiensis, dixit, errasse illum qui eo modo inscripserat, oportere namque sic notari, Persæus Zenonis omnius, id est, famulus, quod ille Zenoni famularus esset, ut tradit Nicæas Nicensis in historia philosophorum, & Sotion Alexandrinus in Successionibus. In libros sapientis huius tractationis duos nos incidimus, quorum titulus est, Coniuualia colloquia. Ctesibius Chalcidensis Menedemi necessarius ac familiaris, ut autor est Antigonus Carystius in Vitis, sciscitante quodam quid emolumenti percepisset è philosophia, quod cæno gratis, inquit. Quamobrem alicubi Timon de illo dixit:

Insane canarum captator, oculis morticinis, effero corde.

Ad dicteria quidem

ridicula Ctesibius ille Chalcidensis argutus fuit, & summa cum gratia vrbanus: qua de causa illum ad coniuua omnes inuitabant. Hoc tu nunquam feceris, ô Cynice, qui nec Musis nec Gratijs vnquam sacrificasti. Virtus igitur te ac tui similes fugit, & voluptati affidet, ut inquit Mnasilæes Sicyonius in Epigrammatibus:

Ece, ego misera virtus huic asideo
Voluptati, criminibus turpissimè laceratis:
Ira, doloreq; magno percita, quia cuncti
Maleuolam delectationem me præstantiorem esse indicent.

Baton comicus

in Homicida, inquit:

A. Modestos appello hic ego philosophos

Sibi

Has versus Lucilianis verbis sic eleganter versit Iohannes Scaliger: Sionica perones, vrbis, speromèti, Me sicobarbicos, diciterebrogas. Plani, ducere, arcinami, et, scilicet, iustitiam, noctidolostudij, Pullipremi, pugij, sultecar, iusticia, R. uniger, unicipide, unigianorecepi.

Erasm. adagio, Supercilium atollere. m Naves demisso mento affertentes: quod est summa auferitatis indicium. Alij.

Scal. eiuarum, vrbis, vrbis: vrbem circa superiora corpora aduoluentes.

o Bion Borythenites: ad lucernas vigilatulo cernitentes. Scal. p Cænam, qua Heate in vrbis ap. ponitur.

q Libro de venuri cupidis. r Apud Platonem in Coniuijs. s Kallianus. Erasm. prouer. Anus costonissat.

t Plotarch. in Arati vita narrat, cum ei per fugam Acrocorintho elapso, eisdem philosophia sectator quiddam hoc sero diceret, respondeste id aliquando sibi crediti, verum se à Sicyonio iuvene correctum sententiam mutasse.

v Auditor, discipulus.

x Alibi nos nominus Citiens esse oppidum Cypri, Zenonij patriam.

y Imitatio est huius carminis Homericæ, ôvôçapçç, xovs iustitias, iustitias, xovs iustitias, iustitias.

z Iunius adagio, Gratijs musis commiscere. Vide et adagio. Gratijs sua.

a Voluptatis. Eadem propemodum citantur à Platone comico, supra pag. 78.
b Pecuniam, quâ confraas in conuiuium.
c A compositionibus abstineas?
d Vinea colentibus.
e Vini institori- bus.
f Machinam rotarum & funiculi circumactu indicâ mouentem, qui horas monstrat.
g Versus integer citatur lib. 7.
h Repetuntur hî per se lib. 6.

i Suida, Cephalion, sine Cephalo, Gorgethius, orator & historiographus Hadriani seculo vixit, & ob simultates ac odia magistratum & opti- matum exul in Sicilia vitam finit, editis multis libris. Aduersus eum con- ioclo Athenogenem librum scripsisse ple- num conuictis & probis.
k Erasmi adagio, *αὐτὸν αὐτὸν*.
l Erasmi adagio, Animus in corijs su- pra pag. 18.
m Erasmi adagio, Pichon firmosus.
n Linum Apollonia & Terpsichores filium, Thamyra, Heronida, & Or- phi præceptorem fuisse tradunt poë- ta.

Sibi nihil qui procurant boni,
In suis qui ambulationibus prudentem querant,
Atque scholis & disputationibus, tanquam fugitiuum.
B. Homo tibi insectissime, cur, cum habeas unde^b symbolam des,
Sobrius^c es? cur scelus tantum admittis in deos?
Cur pecuniam, homuncio, pluris facis
Quam teipsum? aut quam naturam comparatum est?
Inutilis es civitati, tametsi aquam bibas,
Agricolis^d damnosus, atque mercatoribus^e,
Vestigalia ego publica temulentus augeo,
Præterea diluculo statim oleariam trullam circumagis,
Pt olei quantum insi cognoscas, putantibus
Qui vident, te non trullam manu tractare, sed horologium^f, Arcestratus, ð
 Cynulce, (Homeri loco illum tu adoras ven tris gratia, quo, vt ait Timon tuus^g, vo-
 rarius & auidius nihil est,) de marino cane cum verba facit, hæc scribit:
Mortalium^h pauci diuinum hunc cibum nouerunt,
Atque adeo vesci eo nolunt homines leuis
Stupidaq; mentis, & profus attoniti,
Quod ea bellua humana carne pascatur: quiuis sanè
Piscis hominum carne gaudet, eam si adipiscatur.
Certe quicumque stolidus hæc nugantur, puriores vt sint,
Relegare ad olera conuenit, & ad Diodorum
Ire sapientem, vt temperantes apud illum Pythagoræ præcepta discant.

Fuit autem Diodorus iste Aspendius genere, ac cum Pythagoricæ videretur sectæ se tradi- didisse, Cynicis moribus vestris vixit, capillatus, sordidus, sine calceis, vnde & Py- thagoricorum, qui comam alunt, familiam, originem duxisse credunt, vt inquit Her- mippus, Timæus verò Tauromenites libro nono historiarum ita de illo scribit: Cum Diodorus natione Aspendius inuistatam corporis cultum inuexisset, & animum ad Pythagoricam disciplinam se fingeret applicuisse, Straetonicus literis ad eum scriptis, tabellario discendenti mandauit, vt renuntiaret Pythagoræ clienti, qui constanter in Stoicorum secta permaneret, quæ dixerat de eius petulantia, & insano erga sto- latus mulieres amore, quarum insidiatus erat castitati. Socrates libro tertio de philosophorum successione refert, Diodorum barbam densiorem alluisse, pallium induisse, non attondissè comam, ac quodam seueriore fastu illud institutum prou- xisse, Pythagoricis qui præcesserant solitis splendida veste amiciri, balneisq; vnguen- tis, & assuetâ tonsura corpus curare. At si vos, qui reuera estis philosophi, quod na- turæ sufficit, frugalesq; cœnas, nec aliud quidquam expetitis, cur innocati huc ac- cessistis? an velut in popinam & ganeam, culinaria instrumenta recensere discatis, vel vt Athenogenis Cephalionemⁱ memoriter recitetis? Nam, quod est apud Sopho- clem in Cedalionem, verberones vos estis, vafri, alieno semper cibo^k visitantes: de cœnis vos nunquam^l non cogitatis; æquum tamen est emendicari quo vescamini, vel alioqui canino quodam vos edulio sustentari. Non enim quidquam ad gratiam vos loqui fas esse^m putatis. Manifestum hoc est ex iis quæ Alexis in fabula, cui Linus titulus est, narrat. Herculem is fingit, cum à Linoⁿ erudiretur, iustum ex libris mul- tis qui aderant, eum accipere qui casu obuennisset, illumq; mansumptum librum de paradisi obsoniis enixè retinuisse. Sic ergo Linus loquitur:

A. Accede, & librum quem voles accipe,
Deinde lege, & attentè considera,
Ex inscriptis titulis, sensim, & otiosè.
Adest Orpheus, Hesiodus, tragedia,
Chærilus, Homerus, Epicarmus, operaq;
Scriptorum omnifaria: nunc quale sit ingenium tuum,
Et quonam potissimum indignetur, planum facito. B. Hunc capio,
A. Ostende primum quis sit. B. Obsoniorum apparatus,

Vt titulus loquitur. A. Philosophus es quispiam:
Apparet id quidem, cum præteritis tot voluminibus
Artem Simi tu ceperis. B. Simus iste quisquam est?
A. Acri, amanog, ingenio vir. ad tragediam
Nuper se conuertit, ex histrionibus longè
Præstantissimus obsoniorum coquus, vt putant
Qui eius opera viuunt: at inter obsoniorum coquos histrio
Iste dira famas^o est. B. Quidquid lubet dicito,
Ego profectò esurio: hoc scias volo. Hæc Magnus cum expeditè percur-
 risset, quibus Cynici perfringerentur, Cynulcus præsentem philosophos intuitus, ait,
Huncine vidisti muriam sacrificantem^p, qualiter adlatrat^q,
Quam se bene ac celeriter vltus est: quam extemplo
Apud surdum cæcus^r loqui visus est? inquit Cratinus in Archilochis, Oblitus
 enim apud quem iudicium ille confestim ac concilium iambicos suos lepidos sanè
 ostentauerit, ob ingenitam voracitatem & scurrilem dicacitatem mutilos recitat,
 quod prouerbis iactatur, modos tibiæ^s non congruentes, cymbalaq; minimè^t stre-
 pentia, & post hos bellos scilicet inuisos musis sermones aliorum domos circumit,
 vbi lautè cœnæ parentur inuestigans, vel impudentius quàm Chærephon Athenien-
 sis, de quo Alexis in Exule dixit:
Aliquod semper artificium Chærephon inuenit;
Et sibi nunc cœnas parat gratuitas:
Sicubi testis est quem conducere soleant
Coqui, statim ille diluculo
Eò properat, & adstat: ac, si conducentem fortè videat
Ad epulum, coquam tum rogat,
Quisnam sit conuiuator, deinde hiantes fores
Si offendant, primus introgreditur.

Nec verò cunctabatur vir ille, quem- admodum & nec Magnus hic lepidus, extra patriæ fines ventris gratia peregrinari, vt idem Alexis testatur in Comorientibus:
Corinthum profectus ad cœnam est Chærephon,
Non inuitatus: iam enim maria peruolat,
Adcò vesci alieno^v cibo iucundum est. Theopompus etiam in Vlyssè, ait:
Euripidusq; prandium: non enim vel absurdum, vel improbum est
Bene fortunatum, aliorum sumptu cœnare. Ad hæc cum risissent omnes,
 Vlpianus inquit, Vnde verò *ἰδὺλογοῖα* dictio, id est, Suauiloquentia, voluptuarijs istis locutuleis, in sermone tam frequenter peccantibus? Respondit Cynulcus, Phrynichus comicus, ð porcelle benè curate, in Ephialte *ἰδὺλογοῖα*, id est, suauiloqui, sic meminit:

Eorum quæ nunc agenda tibi, ab illis canere difficillimum opus fuerit.
In digitis^x enim stimulum quandam habent,
Nimirum pubertatis florem homines exorsum: deinde omnibus suauiter colloquuntur,
Semper in foro, circum subsellia obambulantes: cùm illic sunt.
Quos allocutione suauis compellarunt, magnis incisiuris
Compungunt^y, & occulic cian id fecerint, omnibus illudunt. Verbum *χα-
 ειτολογοῖαι*, id est, ad gratiam loqui vsurpauit Æschylus in Prometheo victo:
Κερα hæc esse tu cognosces: non enim frustra
Χαιτολογοῖαι^z meum est. Interfatur hic rursus Vlpianus, Quænam, ð amici viri, culinaria sunt, inquit, instrumenta, in Arcadicis quidem cœnis, eorum præsertim quæ memoratu digna sunt, sit mentio. Præterea vox *ἀσώπιον^a*, apud quem extat: Luxu dissolutos homines & ganeones multos ego noui: & vnum quidem no- tatum sic ab Alexide in Cnidia:
Diodorus^b, perditus lurco, biennio
Patrimonium fecit pilam,
Tanta ingluuie & celeritate absorpsit omnia.

Idem in Phædro:
 l 2 Multo

o Simum Alexis videt, qui tam ieiunè de arte culina- ria tractasset, vt vi deretur ad famem potius homines ad- gere, quàm stren- di lautè conuiuij modum trudere.
p Sordidum, aua- rum, præparum, tenacem, qui nisi muria vltime lo- co sacrum peragit.
q Quidam vorant, Murie audistim, & falsamtorum, & P. ôbey, id est, ôpuz, ei. rld ðr- pu.
r Bâçen hoc ca- tellorum est: ôca- sion, canum.
s Erasmi adagio, Sardo oppedere.
t Erasmi adagio, Nihil ad versus: Nihil ad fides: Ni- hil ad Bacchum.
v Quidam indig- na plausu Erasmi. adag. Nihil ad Bac- chum, verit, Cym- bala non congruen- tia ad numeros sal- tationis.
w Erasmi adagio, Tibicinâ vitam vi- uo.
x Ad manum, in promptu.
y Vehementem a- morem sui exciât.
z Referre que pla- ceant.
a Ganeæ, Popinæ, Vide posthac pag. 126.
b Victorius cap. 18. 21. Variat. Ho- rat. Parentis Præ- clarâ ingrata strin- gat malus inglu- uie rem. Idem, ubi omne Verberit in- sumum, & cinerè.

Metaphora sumpta à medicorū castrois, que in rotundam pilulā formata deoranant.

Multo minus, quod ais, per Solem, ac tardius fuit: Epicarides parvus iste dierum quinque spatio Pilam fecit patrimonium suum, Aded celeriter & gulose rotundatum & deglutijt, Ctesippus Chabriae filius adeo luxu corruptus fuit, vt patrij monumenti, quod mille drachmarum impensa Athenienses extruxerant, lapides diuenderet, ne deesset ad conquirendas voluptates pecunia. Itaque Diphilus in Parentantibus inquit: Phadimo nisi familiaris esset

Chabria Ctesippus, legem, ni fallor, vtilem suafissem, Vt aliquando absoluat eus patris Monumentum, quotannis vnum tantum saxum Ponit saxum, inquam, & vilis admodum pretij, Et quantum plaustro vehi potest. Timocles in Satyris popularibus inquit: Chabria vero filius Ctesippus ter adhuc tomatur, Inter mulieres splendidus, non inter viros. Menander in Ira de illo quoq; hac ait: Quamuis iuuenis aliquando, & vxor, fuerim, Non tamen quinquies laui quotidie Illa etate, sed nunc: nec tum chlamydem habui, sed nunc: Nec tum unguentis delibutus fui, sed nunc: posthac, per Iouem, Et intingar unguento, & pilos vellam, & suam Ctesippus, non homo: breui tempore, Quem admodum & ille, deuorabo lapides Prorsus omnes, non ipsum tantummodo solum.

Fortassis igitur ob insignem eum luxum, ac impudentiam, nomen illius tacuit Demosthenes in oratione De immunitatibus. Est autem aequum poenas illos pendere, qui rem à patre relictam dissipant, vt ait Menander in Nauclero his verbis: O charissima terra mater, quam mortalibus Mente non captis admodum veneranda es possessio, Itaque fundum à patre relictum si quis adeptus Abligurijt, eum par est ad extremum vsque vita nauigare, Ac terra numquam insistere, vt sentiat Cui bono à maioribus accepto non pepercerit. Pythodeli cuiusdam luxu infamis, Axionicus in Tyrreno sic meminit: Pythodelus iste, quem Isoballiona Cognominant, accedit, luxu maxime dissolutus, Ebriaq; à tergo sapientissima Apotympaniscas proxime illius vestigia incedit. Polyucti mentionem facit Anaxandrides in Tereo, illum comico sale perstringens: A. Aucm te vocabunt, inquit. B. Quid ita, per Vestam? An quod paternas dilapidarim opes, Quem admodum bellus Polyuctus? A. Non hercle, sed quod Marem re femina disperserim.

Et Erasmi adag. Galorum incusare vt res.

e Victor. cap. 20. §. Var.

f Fortassis quod varijs notis maculatus esset, aut quod precepti & ventosus.

g Larum intelligit, voracem & rapacem auem. h Meretricis, Perduces feminas inuuit, nonnunquam libidine sic estuant, vt de maris egressu dum inter se certant, eum dilanent.

i De quodam Tarentino haec scribitur, cum quo Eubulum Theopompus Atheniensem confere.

k Alius Callierates Lacedemonius fuit, quem Galenus cu dyuo aetereali cu scribit, solum in gyrum se diuisissime vertere, oculis nulla caligine offusis.

re dum olim viuant. De luxu, vitaq; Philippi, & suorum familiarium, Theopompus libro quadragesimonono historiarum hac scripsit. Philippus vt plurimam habuit in potestate pecuniam, eam ocys non expendit, sed prodegit, & proiecit, omnium hominum pessimus rei suae dispensator, & non ipse tantum, sed etiam comites, atque ex familiaribus intimi. Nullus enim, citra exceptionem, recte viuere didicerat, aut modestè suam familiam regere. Eius autem insolentiae praecipua causa rex fuit, qui sumptuosior iusto, auaritiaq; esset inexpleta, & omnia inconsulta facilitate donaret, acquireret, faceret. Bellis enim militiaq; affucto numquam vacauit rationes subducere, quantum reditus esset, quantum expensi. Praeterea necessarii ac familiares eius diuersis ex locis ad illum consuebant, alij ex eadem prouincia, alij ex Thesalia, alij ex alijs Graeciae regionibus, non optimi, & virtutis respectu delecti, sed vt è barbaris aut Graecis quisque petulans fuit, impurus, moribus audax, in Macedoniam hi omnes congregati amici Philippi vocabantur. Quod si nemo ad eum tam peruersis moribus venisset, facile tamen educatione Macedonica illis euassisset similibus. Macedones enim ob bella, expeditiones, & ingentes sumptus ad audaciam instigantur, vitamq; inhonestam, & luxuriosam, qualis est praedonum, & latronum. Duris libro septimo Macedonicorum, Pasicypron regem Cypri cum luxuriosum fuisse tradit, ita scribit: Alexander, post obsidionem Tyri, ad eum Pnythagoram legatum misit, alijq; muneribus eum donauit, & eo tractu quem sibi dari poposcerat. Antea vero sic Pasicyprus ob luxum egens talentis quinquaginta Pymato Citio regnum, ac regionem, in qua regnabat, vendiderat: qua recepta pecunia in Amathunte consensit. Talis fuit & Aethiops Corinthius, cuius meminit Archilochus, vt inquit Demetrius Scepsius: Is enim voluptatum studio ac intemperantia mollis, cum Archia Syracusae conditum o posteaquam traiecit, hereditatem, quae forte obuenerat, & qua Syracusis potiturus erat, sodali ob mellitam placentiam concessit. Demetrii vero, vnus ex posteris Demetrii Phalerei, tam insanus fuit nepotatus, vt amicam habuerit Aristagoram Corinthiam, magnificè ac splendidè vixerit, & ab Arcopagitis euocatus ad honestiorem, melioremq; vitam cohortantibus parereq; iubentibus responderit, se liberam ac liberalem vitam agere. Scortum enim sibi pulcherrimum esse, iniuriam nemini facere, vinum bibere Chium, caetera quod satis est suppetere, eaq; prouentuum suorum priuata copia suppeditati, nec, quem admodum uestrum quidam aiebat, vitam sic instituisse, vt muneribus & largitione à recto defleceret, aliorumve vxores stupraret, eorum, qui talia patrarent, quibusdam nominatim etiam appellatis. Hac Antigonus rex cum intellexisset, legibus de rebus diuinis & humanis ferendis ac emendandis illum praefecit. Itaque festis Mineruae diebus quinquatriis, cum pro rege ciuitati praesesset, iuxta Hermarum, id est, Mercuriorum statuas, menianum Aristagorae Hermis altius extruxit, & in Eleusine, cum arcana mysteria celebrarentur, regiam sellam prope templi adytum poni voluit, si quis prohiberet, interuinctus male acceptum iri, poenasq; lustrum. Prodigios vero, & qui ad vitam è re sua familiari nihil comparcerent, Arcopagitas solitos in ius olim vocare, punireq; Phanedemus, Philochorus, & alij non pauci tradidere. Menedemum igitur & Aesclepiadem aetate iuuenes, philosophos, & inopes, accitos cum interrogarent, quo pacto dies totos otiosi philosophis operam nauarent, & omnibus destituti facultatibus corporis habitu sic essent valido, eos postulasse è pistrinorum dominis aliquem accersi, qui cum venisset, ac testatus esset, singulis noctibus in pistrinum eos descendere, molereq; ac laboris sui mercedem accipere drachmas duas, miratos Arcopagitas ducentas drachmas honoris ergo dedisse. Democritum Abderitam, quod patria bona dissipasset, accusatum, ciues sui publicè causam dicere voluerunt: at cum Magnum ornatum, & Quae fiunt apud inferos, Iudicibus pellegisset, & in eam monumenta ingenij rem familiarem absumptam esse dixisset, absolutus & dimissus est: Verum isti, non sic prodigi, vt Amphis inquit,

Quod in biduum sufficiat, quotidie bibunt, Concusus meri potione temporibus. Tricipites sunt, veluti Diana signum.

Et, vt est apud Diphilum, Rei familiaris hostes, vt Satyrus dicit

k Macedonia

l Oppido Cypri, Veneris sacro.

m Vnde praeterea eum pompe spectaret. n Anaxandrides est & Anaxandrii Castorij ac Pollucij edes.

o Is libri titulus fuit, in quo de mundo & vniuersitate rerum disputabat philosophus.

p Alterius operis titulus.

q Granasis: deo autu.

r Lib. 10. d Menandro in Arrhictophavo temulentus habet quatuor capitea. Erasmi adag. E duobus tria videt. Vide lib. 10.

Erasmi proverb. De la parta. pag. 6. id est dicitur, et in dicitur dicitur. x Citharibus ero-gave. y locus ex homo-nimia incrementu capere: proficere: additamentis cre-scere & augeri. Vat-erius significat i. ai dicitur. z Alii, Phoci so-dalibus. a In ead. Graec. aliter hac legitur, sed obsecro sen-su. b Quasi id su-pra fuit pag. 121. c Zosteris, co-chlear crebris ser-aminibus portusum, quo frutescens iu-sulam desputa-tur. d Vucum quo ca-ro vel olla extra-hitur, vel aliqui calens accipitur: harpaginum. e rugositas: qua galeus raditur a pueris. f dicitur quo pe-cudes exortant. dō eadē Pollux. g Kibetov, vel xōbetov plerique o-mnes interpretantur bipennem, ac sen-tim quod si proba-mus, & avus nēda fuerit, magna secu-ris, discindendū pa-culum artibus idē uca, & qua certami bello apta es se pōsit. Pollux li-bro 6. & 10. xōbetov esse vult rugo-sitas radulam ca-sariam. Hoc si pla-cet, duplicem fuisse suspicor, alteram minorē, quam pū-lo ante vocant pū-lonem, & xōbetov, alterā maiorē, quam nūc appellat xōbetov & xōbetov, id est, non sine labore tractandam. h Quidam, Ca-rysti magistrā: nō nōm proprium sit, i Bamulam voca-ri & xōbetov signifi-cat. k Codex nos-ter permixta, sub cum suis condimentis. l dicitur, Artolli-tur: id quod sit dū piscis iure suo hu-meclatus in eius summam partem effertur, & tanquam enatat. m Lances & patinas mordere, tanquam illas deuoratos.

xit libro De characteribus, excursionibus agrum suum vastat, domos suas diripiunt, fortunas suas, tanquam spolia a bello parata, diuident, non quid insumptum sit cogitant, sed quid insumentum: nec quid superfluum sit, verum quid non superfluum: a tate iuuenili, antea quam senectus obrepat, eius viaticum profligant, amicae, non amicorum consuetudine gaudentes, vinoque, non conuiuiis. Agatharchides Gnidius libro vigesimo octavo Europicorum scribit, Ephoros Spartae vetuisse Gnosippum luxu effeminatum versari cum iuuenibus. Posidonius libro quadagesimo nono historiarum scribit, apud Romanos memoriae mandatum, Apicium quendam homines luxuria cunctos exuperasse. Hic nimirum Apicius in causa fuit, ut exilio damnaretur Rutilius, qui Graeca oratione Latinam historiae edidit. Antea nos quoque istius Apicij, ob immodicum luxum famosi, meminimus. Diogenes Babylonius libris De nobilitate scribit, Athenis fuisse neminem qui Phocum gnatum Phocionis non odisset, & quoties illi ciues occurrerent, solitos acclamare, o tui generis probru. Patris enim hereditatem in luxum & helluaciones ille cum prodesset, Munichiae praefecti adulator fuit, apud quem illi colaphos omnes incuterent. Pecuniam aliquando cum in usum publicum Athenienses conferrent, in concionem ille prodit, ac se quoque dixit in dicitur: acclamantibus unanimi consensu Atheniensibus, in dicitur quidem, sed ad luxuriosam nequitiam. Fuit autem & Phocus com-potationibus deditus. Cum in Panathenais equorum cursu ille vicisset, & ob victo-riam pater familiaribus necessariisque suis epulum exhiberet, ad cenam iis conuenientibus splendidus fuit apparatus, ingredientibusque allata pelluua, vino plena, cum odoribus: quibus conspectis pater accito quodam ex amicis, Phocum nonne reprimes? inquit, ac facies, victoriam tam insignem sedare ut desinat? Luxu dis-solutos fuisse alios quoque multos scio, de quibus dicere nunc superfedeo, praeterquam de Callia Hipponici filio, noto vel puerorum magistro. De aliis vero quae antea pro-posui, si quid habetis quod edisserere libeat, aurium certe mearum fores iam patent. Quare agite, dicite: hoc aedepol est quod mihi quaeritur. Magnus tum vbinam in dicitur, & in dicitur, inueniatur, percontatus est. Aemilianus vero, vocem in dicitur b. Legimus, inquit, apud Stratridem in Chryippo, cuius haec oratio est:

Bi sine cacare quidem vacat, Nec in Afotian a via desistere, Nec, si quis occurrat, cum vilo sermonem habere. Culinaria porro vasa Ana-xippus in Citharcedo sic enumerat:

Affer cochlear vnum, veruā duodecim: Fuscina, mortarium, radulam puerilem Cum manubrio: pelues tres: cultellum: mucronatos gladios quatuor, Et quem prius eluas, o caelestibus inuise, Lcchetem exiguum, rursumq, ollam postea, Ac Cybelum agonisteriam. Chytram, id est, ollam, Aristophanes in Tentorijs circumuentionibus, in dicitur ita dixit:

Caccaben magistrā & Carysto. Idem in Epulonibus: Antiphanes in Philothebæo: Caccaben illum adducere. Ad sunt nobis omnia: anguilla Bæotia, Idem cui nomen est atq, ancille domestica: Dissēta, in fundo caua caccabes Tepesti, extumescit, elixatur, feruet. Idem in Eurthydico: Deinde polypus frustatim discissus In batianys coctus. Alex in Asclepioclide: Adeo ingeniose parare obsonia Circa Siciliam ipse didici, ut eos Qui canant inycere cogam in batania Pre voluptate nonnunquam dentes.

Antiphanes in Eurthydico: Deinde polypus frustatim discissus In batianys coctus. Alex in Asclepioclide: Adeo ingeniose parare obsonia Circa Siciliam ipse didici, ut eos Qui canant inycere cogam in batania Pre voluptate nonnunquam dentes. Antiphanes in Samo

Samo dixit:

Patania, betam, laser, ollas, lucernas, Coriandra, Cepas, salem, oleum, catinum. Coquus iste patanion.

Philetærus in Oenopione:

Antiphanes in Parasito, hæc recenset vasa

coquinaria:

A. Alius post hunc magnus Adueniet quidam, mensa par generosus. B. Quem ais? A. Carysti alumus, terra genitus, feruens. B. Quorsum hæc tandem? ne dixeris: perge. A. caccabum aio. B. Ollam potius fortassis dixisti. A. nomen tu nihil Differre puta, siue caccabum quidam Apellare malint, siue sittybum. A. At enim quod vis dicis, ego noui.

Eubulus in Ione, & batania, & pata-

nia ita dixit:

Catinos, batania, caccabia, Lopadia, patania, spissa, frequentia Ne dicendo quidem dixerim.

Condimentorum velut indicem Alexis

in Lebeta sic proposuit:

A. Has excusationes mihi ne finge, quidquam quod desit: Quae opus sunt eloquere: omnia tibi ego sumam. B. Recte sanè abi, & sesamum ante cetera sumito. A. At iam domi est. B. vnam passam contusam, Faniculum, anethum, snapi, laserpitij caulem, laser, Coriandrum siccum, rhu, ciminum, sapam, Seseli, rutam, porrum.

Idem in Pannychide, siue Erithis, hæc dicentem

coquum inducit:

In orbem me oportebit circumcurrere, ac vociferari Si quid opus habeam: canam a me tu posces, Statim ac veneris: mihi verò deest Acetum, anethum, origanum, Thrium, oleum, amygdala, Allium, defrutum, getium, Bulbus, ignis, cyminum, sal, Ouum, lignum, scapha, sartago, Fumis: cisternam nec dum ego vidi, nec puteum, Nusquam stula est: frustra ego hic vnam sto Cum meo cultro, atq, aded præcinctus.

Idem in Improba:

Origanum Primum in ollam nouam subijce. Tusum, summa parte concinne Perfusum aceto, defruto coloratum, & incusso Lasere multo conditum. Idem in Epulonibus: Antiphanes in Philothebæo: Caccaben illum adducere. Ad sunt nobis omnia: anguilla Bæotia, Idem cui nomen est atq, ancille domestica: Dissēta, in fundo caua caccabes Tepesti, extumescit, elixatur, feruet. Idem in Eurthydico: Deinde polypus frustatim discissus In batianys coctus. Alex in Asclepioclide: Adeo ingeniose parare obsonia Circa Siciliam ipse didici, ut eos Qui canant inycere cogam in batania Pre voluptate nonnunquam dentes.

Aristophanes in Pluto:

Ante hac pre inopia omnia edidit, id est, comedebam. Porro à coquis distabant quos Antiphanes nominarunt. Quodnam illorum esset officium, aperte sic declarat Antiphanes in Inquilino:

Adueniens hunc assumpsit, qui vasa eluct, Lucernas parabit, libationes faciet, Et quaecumque ad hoc munus spectant.

Hic quaerendi datur occasio, an Antiphanes idem sit, qui & Antiphanes in Philothebæo.

Idem in Philothebæo: Antiphanes in Philothebæo: Caccaben illum adducere. Ad sunt nobis omnia: anguilla Bæotia, Idem cui nomen est atq, ancille domestica: Dissēta, in fundo caua caccabes Tepesti, extumescit, elixatur, feruet. Idem in Eurthydico: Deinde polypus frustatim discissus In batianys coctus. Alex in Asclepioclide: Adeo ingeniose parare obsonia Circa Siciliam ipse didici, ut eos Qui canant inycere cogam in batania Pre voluptate nonnunquam dentes.

1 4 lexand

n Sub. querit, la- uat, aut aliquid aliud huiusmodi.

o Erasmi proverb. Terra filius. Iunius adag. L. uca proge- nies. vide lib. 10.

p Ollus. q nulla oratione complecti & com- memorare possum. r Hinc simile est adagium, Non per- suadebis, etiam si per- suaseris. s Victorius cap. 20. 38. Variar. t Manibus com- pressam, ut horis inculcetur, non pen- slem. u Quidam, de- futum, & paxos. x Pernotante, si- ue lanificis. Victo- rius cap. 20. 38. Va- riar. legit, Eriphi.

y Hic, ficus silium. z Pollacana Plinio.

a Nasicule vas simile quo insulæ ex olla hauriunt. b Quocum stua- la aqua extraha- tur.

c Pretoribus con- sulto praefectis, rei fumentarie cura- toribus. d Oranium du- ctoribus.

e Structores, qui & mensam curant, & quae ad mensam pertinent.

f in honorem deo- rum vinum effun- det.

g Mensarum stru- ctor. h Mensarum ad- ornator.

Alexandri fabula, cui titulus, Potatio:

In crastinum sumere oportet me tibicinam:

Mibi quoque sumendus est artifex quidam τραπεζοποιός,

Ex agro huc misit ad id me herus.

trapezopoiou veteres appellarunt eum cuius cura & industria mensae apparatus & ornatus committeretur. Philaemon in Irrepente: Magnam haud ita contemplationem opera culinaria postulat.

In structoris autem ministerio ea pernecessaria est. Επιτραπέζια veteres appellarunt imposita mensae fercula. Plato in Menelao:

Quam pauca επιτραπέζια restant.

Αγοραστής iidem etiam vocarunt, quem nunc obsonatorem nominant, nempe illum qui emit obsonia: qua voce visus est Xenophon libro secundo Commentariorum ad hunc modum: Ministerium huiusmodi, & agorasten, habere nos gratis velimus. Apud Menandrum in Phania latius patet huius vocabuli significatio.

Parvus erat, & moderatus agorastes, id est, emax. δΐλων Aristophanes in Tagenistis obsonatorem sic dixit:

Nostrum enim prandium δΐλων morari videbatur.

Cratinus in Cleobulini obsonari δΐλων ita dixit: πΐ αγοράστην verò, Alexis in Dropide. Ελεατροί, ut inquit Pamphilus, vocatores appellantur, nimirum qui ad regiam mensam inuitant, à voce ελεός. Artemidorus ipsos δΐλων κληροσός nuncupat. Scribit idem ελεατροί quoque vocatos fuisse προγεύσας, id est, Prægustatores, sic dictos, quod ut à veneno reges securi cutiq; sint, de illorum cibis non nihil prius mandunt, & gustant. Nunc autem ελεατροί is dicitur, qui toti ministerio præest, quod certe munus honorificum ac illustre fuit. Itaque Chares libro tertio historiarum scribit Ptolemæum cognomine Seruatorem eleatron ab Alexandro designatū renuntiatumq; fuisse. Fortassis verò quem nunc Romani Prægustatorem vocant, Alexandri sæculo Græci προγεύστην nominarunt, ut Aristophanes in Nubibus, his verbis:

A. Cur igitur in Prytæneo cibum è publico Non ipsis kalendis, sed pridie, magistratus accipiunt?

B. Accidisse videtur illis quod προγεύσας, id est, prægustatoribus, Ut quam citissime publici reditus surripiantur, Vno die celerius ideo προγεύσασαι, id est, prægustarunt.

προγεύσασαι quoque meminit & Pherecrates in Agrestibus:

A. Hoc tibi me mirum esto, E Procent his nos sumus: verum id tu nesciebas.

Et Phyllyllus in Hercule:

Quando sanè vultis, ego qua sim, vobis eloquar: Protembarum ego mater sum. Dorpiag, vocor.

Inuenio & plebiscitum de Cephifodoro summum Athenis magistratum gerente, in quo veluti collegium ac cæterus quidam Protenthae memorantur, quemadmodum & quos Parasitos appellabant, his scilicet verbis: Phocus censuit, ac retulit, æquum esse, ut cum reliquis Atheniensibus festos Senatus Apaturiorum dies celebrer, idq; more patrio. Decrerunt quoque fuit, Senatus ut maximus in tot dies senatores suos dimittat, quot in cæteris conciliis à iurisdictione feriantur, & ab eo die quo Protenthae celebritatem auspiciantur, in quinque post dies lege nusquam agatur. Antiquis etiam fuisse quos Prægustatores vocant testatur Xenophon in libro quem Hieronem siue Tyrannicum inscripsit, his verbis: Tyrannus sic vitam degit, ut suspectum cibum atq; potum habeat, & cum eorum primitias diis offerre debet, ministris potius imperat illa ut prægustent. Diffidit enim, ac ne quid noxium edat bibatve timet. Anaxilas in Calypso inquit:

Annus de potione tibi prægustabit.

Bellariorum placentarumq; artifices δμειρογός maiores appellarunt. Menander in Hercule falso, accusans coquos illa quæ artis suæ minimè sunt aggredientes, inquit,

A. Molestus admodum esse videris, δ coque, Quot mensa nobis extruenda? Porcellum unum immolamus:

Porcellum unum immolamus:

Κερωνιστοσίου. & Rerum in sistro venalium emptorè: vulgo, despensier.

I Pro rei cuiusvis emptore, non obsonij tantum.

m Deest Cratini testimonium.

n Quæ mensam coquinarum signifi- cat.

o Ad canam vocantur.

p Antici Galli hor- die vocant, Magni magistrum.

q Vocatur in magistratus poeta, qui bus epulu sumptuo- si vno die citius quam alij in Pry- tæneo victus præ- bebatur.

r Protenthae hie potius larcones & belluones intellexe- rim. quam prægu- statores, ut scilicet poeta dices illorum hominum matrem esse dapsivum est, cænas frequētes, & lautas.

s δμειρογός, po- pulares festi dies quatuor Atheni: primus δέσμιου, quo sodales simul ca- nant: Secundus εὐαγγέλιος, quo sa- crificabant Ioni So- dales, & Palladi: ter- tius κρυφῶν, quo pueros & puellas in tribus suas ad- scribere: quartus ἐπιβόη, Vide Suidam, & Suidam. De iudicij Athe- nensium vide Pau- saniam lib. i. & Opifices inge- niosos.

Octo mensas ponito, duas, unicam.

A. Tua quid hoc interest? unam apponas volo.

Candylos num potes facere, & quemadmodum tu Solebas quondam, miscere ac condire simul

Mel, semidalin, oua? tu quidem omnia

Contra quam soles nunc agis: Apud Pichechetum coquim

Placentas pifit, & assiat: halicam coquit, & affert

Post, salsamentum, deinde thria, & unas.

Coquo vicifim demurgos in officio respondet,

Carnesq; torret, turdas, bellaria:

His paratis qui cenat bellarijs satiatur,

Fragueto prius delibutus, coronatusq; postea,

Turdis simul vescitur, atque mellis dulciarijs.

Discreta verò fuisse illa mu- nera, Demurgosq; feminas procurasse bellaria, coquos autem obsoniorum prepa- rationem, Antiphanes in Chryside his verbis planum facit:

Tibicina quatuor

Conducta sunt, coqui duodecim,

Ac totidem demurgi, quæ sibi dari vel mellis scaphas petunt.

Menander

in Demurgo:

A. Hoc, puer, quidnam est? veluti ministraturus, per Iouem,

Huc prodixi. B. Ita sanè: opera multa pistoria effinximus;

Noctem per vigilauimus: & nunc præterea

Adhuc imperfecta perquam multa sunt.

Seleucus omnium primum ωμειρογός, id est, bellariorum, meminisse tradit Panyasin, quo loco narrat homines ab Ægyptiis immolatos fuisse, & ωμειρογός, id est, bellaria multa huiusmodi victimis im- posita fuisse, pullasq; multas volucres. Prior tamen Stefichorus siue Ibycus in fabu- la, cuius titulus est, Certamina, dixit,

Dona vos afferte huic puella Sefamidas,

Alicam, & Encridas,

Aliaq; ωμειρογός, & flavum mel.

Illud verò poema esse Stefichori, testis est locupletissimus Simonides poeta, qui cum de Meleagro loquitur, ait:

Omnes hasta qui vincis iuuenes,

Vorticofum illam trans Nauron iaculam

Racemosa ex Iolco;

Sic enim Homerus, Stefichorusve,

Stefichorus enim in cantione

quam citauius, & inscribi Certamina diximus, sic inquit:

Saltu quidem me Amphiarus,

Iaculo verò superat Meleager.

Mihi certè non ignota sunt quæ scripsit Apollodorus Atheniensis de Delijs, coquorum ac structorum ministerium aduenis præstitisse, qui sacrificaturi illò se conferebant, inditaq; fuisse nomina ab officiis eius- modi, Magadin, & Gongylin, nempe quod interdiu viri mazam terentes sacris epulis apponerent, mulieres autem Gongylas subactas. In ea gente quidam etiam- num vocantur Porcelli, Agni, Artyfilai, præterea Sefami, Artystragi, Aeditui, Pi- scarotes; feminae verò Cyminanthæ: sed omnes communi quodam vocabulo, ελεο- δύς, quod in conuiujs ministrantes subirent τὰς ελεός. Est autem ελεός, mensa coqui- naria, Homerus:

At postquam assauit, imposuitq; τοῖς ελεοῖσι, id est, mensis.

Itraque Polycra- ton Critonis Herenæi filius cum apud Iudices accusaret, non Delios ipsos vocauit, sed peruulgato illo nomine & communi Eleodytis licem se intendere professus est, Lex quoque ab Amphictyonibus promulgata, Eleodytas iubet aquam præbere, ea voce structores & ministros huiusmodi significans. Criton Comicus in Curioso Delios sic vocat Dei parasitos:

Phenicem mercatorem ample crumena dominum.

Quod porcellus tantum iugulatur. Placentas ex la- ste & molle.

Quanam ea so- rent supra nos in- dicauimus. a Formina bella- riorum, & dulcia- riorum apparatus.

Multo plus quam opus sit ad suam pi- storiā artem. Ada- gij speciem hoc ha- bet, veluti quod & dicitur, Bonorum plaustra. Brasim, a- dagio, Bonorum myr- micia.

Placentas è Se- famo confectas. d Placentæ genitæ.

Nauros fluius Demetriadem Iolo- vicinā alluit. Stra- bo.

Cinitate Thef- salie vinctis nobi- li, diruta inestinis seditionibus, & ty- rannorum violen- tia.

Quidam legen- dum putant, Ma- Radu.

Rozmdas bolos raso similes: rotun- dam mazam.

Plabei, & ad cuiusvis ministerij parati coqui, & obsoniorum condi- tores.

A preparandis bellarijs.

Quod cumino suas Gongylas con- dirent.

m Apollinis, cui Delos sacra fuit. n Bene numma- tis, & pecuniosum.

Octo

Cui

o Cum navigare minimè constituitur. p Ve sic cum obunda est navigatio. k Ogeuicou.

Cui navigium non erat in portu, nauicularium fecit: Naues enim duas nautico stramine adornare cogit, B Peireo Delum trajicere cupiens, Quid ab omnibus audiret, eam parasito insulum Tria videri suppeditare tantum bona:

g Opirari, delicatè, exquisitis cibi preparatoris. Inuis adag. xuevua. Erasm. adag. Lydorum caryca. lib. 12. r Erasm. proverb. Delphicus gladius.

Forum abundans obsonio, omnifariam incolarum turbam, Et Delios ipsos parasitos dei. Achæus Eretrienfis in Alcmaeone satyrico poemate Delphos ipsos κερκοποιούς ita vocat:

Carycopæos istos contuitus, abominor. Dissectas enim victimas non aliter quam Delij, arte culinaria coquebant, & condebant: ad quod respexit Aristophanes cum diceret,

At enim, qui plurimos, ô Apollo, Delphorum gladios exacuis: Et ante conuiuia ministros ac sacrificos tuos quæ opus sunt doces. Idem Achæus deinceps ait:

s Sic Delios, velut tabernarios per risum & contempitum poetæ vocat.

A. Cauponum ecquis abditus hic manet? B. Cui novis nomen idem est, ac cultro coquinario. Delphos enim Satyrici poetæ notant & perstringunt, quod circa sacrificia, & epulas assidue versentur. Semus libro quarto Deliadis scribit Delphis De lum commecantibus acetum, salem, oleum, ligna, stragula Delios præbuisse. Aristoteles, siue Theophrastus, in Commentariis, ubi de Magnesiis ad Mæandrum fluium sitis loquitur, eos Delphorum colonos esse, hospitibusque aduentantibus totidem quæ vsui sunt pendere ita scribit: Magnesij qui ad Mæandrum flumen habitant, deo sacri, Delphorum coloni, peregrinis accedentibus, testum, oleum, acetum, salem, lucernam, mensas, lectum, stragula vestes, suppeditant. Demetrius Scephius libro decimoquarto Troiani apparatus, scribit, in agri Laconici via, quam Hyacinthidem vocant, statuas Daïtoni, & Ceraoni erectas fuisse ab iis qui in Phiditiis mazam faciunt, & qui miscendo vino in conuiujs ministrant. Idem in eius operis vigesimoquarto libro, refert, apud Troianos Dætan heroem coli, Mimnermumque eius meminisse. Hegesander Delphus autor est Cyprios venerari Iouem, ἀλωπιώνη, id est, Epulonem, & ἀπλωγχοτόμοι, id est, extorrem dissectorem. Huiusmodi multa conuiujs vitro citro confabulantibus auditus est è propinquo hydraulici sonus quidam, iucundus & suavis admodum, qui nos modis illis delectatos omnes in se conuertit. Tum Vlpianus musicum Alcidem cum aspexisset, Audis, inquit, musices omnium peritissime, elegantem hæc vocis gratiam, quæ nos omnes ad se traxit allectos musices voluptate, Monaulis apud vos Alexandrinos frequētibus multum dissimilis, qui audientes molestia potius afficiunt, nedum grata, delectatione musices exhilarant? Tum Alcides, Hoc tamen, inquit, musicum instrumentum Hydraulis, siue reponas inter ea quæ tenduntur fidibus, siue inter ea quæ inflantur, inuentum est nostratis Alexandrini, tonforis arte, cui Ctesibius nomen fuit, quod ab Aristocle libro de choris memoriæ traditum est, his verbis: Hydraulis an ex instrumentis sit quæ animantur, an ex iis quibus adaptantur fides, ambigitur. Aristoxenus quidem hoc quale foret ignorauit: Platonem verò aiunt paruum quandam notionem huius fabricæ ostendisse, cum nocturnum horologium clepsydre prægrandi simile excogitasset, ac compegisset. Instrumentum enim hydraulicum esse videtur clepsydra: verum iis quæ pullantur, & quæ fidibus annexis sonant, non est adnumerandum, sed illis rectius quæ inflantur, quoniam aquæ illapsu spiritum accipit, fistulis in aquam obuertis, & aquam iuene quodam agitante, axibusque præterea instrumentum peruadentibus. Sic enim fistulis immititur spiritus, lenemque sonum illæ reddunt. Est autem aræ rotundæ instrumentum non absimile, repertum, vt fama est, à Ctesibio tonfore, qui sæculo Ptolemæi secundi Euergetis tum Apendum incoluit, præclaraque honesta vita excelluit mirum in modum, & vxorem suam Thaidem, illam artem edocuit. Tryphon libro tertio De rerum appellationibus, (est autem id opus de tibiis & instrumentis musicorum compositum,) narrat Ctesibium machinarium de hydraulis quædam scriptis mandasse. Mihi verò competum non est an de ipso nomine hallucinatus sit. Aristoxenus quidem certe instrumenta

t Erasm. proverb. Carica musa. g Obitus & quoniam instrumenti musici meminere Hegesichius, Herodotus in Melpomene, Aristotel. quest. 14. scilicet. 19. idemque Atropi, quod aliud instrumentum est musicum. Ambubala Syrii αὐλῶνα δὲ, tibieta.

h Coniuuatijs Epuloni. q Pacillatori.

y Solitarijs tibijs.

z Eadem Vistruius cap. 9. lib. 9.

4 Tiv ἀρρωστῶν, quæ, vt nonnulli putant, hæc ἐξ ἑσθλοῦ huius instrumenti appellatio est. Quæ ab ἑσθλοῦ in veteri glossario ἰδὲ ἐξ ἑσθλοῦ organarius dicitur. b Vistruius cap. 13. lib. 10. c ἀρρωστῶν δινοκμίον. Philander commentarijs suis in Vistruium, ἀρρωστῶν δινοκμίον legit, nec mediū hoc correxit. d Pamphylie ciuitatem.

menta quæ tenduntur, iis præfert quæ implentur anima, ideo quod hæc tractantur facilius: multos enim absque magistro fistula canere, ludereque tibia, veluti pastores. Hæc, ô Vlpiane, profecto sunt, quæ de organo hydraulico potui dicere. Gingris visus fuisse Phœnicen Xenophon tradit, nempe tibiis palmum longis, stridulum sonum ac lugubre edentibus, quibus & Cares mortuos lugent, nisi forte Caria Phœnice vocata est, vt apud Corinnum & Bacchylidem legimus: Sunt autem sic appellata illæ tibiæ à Phœnicibus, ob lamenta quibus Adonin desent. Vos enim Phœnices, vt refert Democlidus, Adonin Gingren nuncupatis. Gingrorum meminit Antiphanes in Medico, Menander in Carina, & Amphis in Dithyrambo, his verbis:

A. Habeo verò Gingram sapientissimum. B. Ecquis iste Gingras est? A. Nouum nostrum Inuentum quoddam: theatro Numquam monstratum; vsitatum verò Athenis: In conuiujs iucundissimum. B. Quare verò In vulgus non profers? A. Quia tribum confido Ambitosam valde me sortituram aliquam: hoc enim scio Fore, vt applausu omnia suscipiat, deq. misceat populus. Axionicus in Phileur ipide: Ob Euripidis versus virique adeo

Aegre est, vt illis profus videatur Esse γυργαυτα, id est, luctuosa carmina, & grande aliquod malum. Quanto verò hydraulicum organum, ô Vlpiane sapientissime, illo præstantius est, quod Nablan vocant, & quod Sopater parodus in poemate, cui titulus est Portæ, à Phœnicibus inuentum fuisse ita scripsit: Neque Sidonij Nablæ Strepitus è faucibus personans fidibus, excitatur. Idem in Mystaci seruolo: Inter alia musicorum instrumenta Nablæ suauiter canorus est: Cuius lateribus affixa lotus inanima Emittit spirantem & animatam musam, voluptatemque affert, Chororum versus decantantem exhilarans, ac Bacchico furore commouens. Philemon in Adultero:

A. Adesse Parmeno hic oportuit tibi cinam, Vel nablam quandam. B. Nablæ quidnam queso est? A. Hoc tu nescis, attonite, stupide? B. Per Iouem haud noui. A. Quid ais? Nablæ quis sit ignoras? Quid bonum sit mehercule Tu nescis: ignota quoque tibi est Sambucistrina. Instrumentum porò musicum quod Trigonum vocant, luba libro quarto Historiæ theatralis repertum à Syris fuisse prodidit, & item alterum quod Sambucam Lyrophœnicem appellat. Huius instrumenti Neanthes Cyzicenus libro primo De horis, inuentorem fuisse Ibycum Rheginum affirmat, Barbitiq. Anacreontem. Quoniam verò nos Alexandrinos vt imperitos musicæ tu insectaris, & Monaulon familiarem nobis ac patrium frequenter obiicis, audi quæ de illo ex tempore commemorare possum. Iuba in opere iam citato, Ægyptios scribit asserere Monaulon ab Ofiride inuentum fuisse, & quem Photinga vocant, obliquis fistulis constructum. Eius meminisse virum illustrem mox probabo: etenim apud nos frequens est Photynx tibia. Monauli Sophocles in Thamyra sic meminit:

Periere suaves, applaususque digni Pectidum modi, Lyraque, & Monaulos, fluctibus oppletus tempestate iactatis, Nauis per undas lasciuientis firma tutela. Arrepto Monaulo, qui putas? Leuiter exilijt. Sumpto Monaulo Hymenæum accinebam. A. Monaulon ubi nam aluisti, heus tu, Syre? B. Qualem Monaulum? A. Harundinem tibialem. Sopater in Bacchide: Monauli modis ille canendis sese exercuit. Protagorides Cyzicenus libro secundo

Organum excauatum & carinatum partem, alia similem, ita vocat. h Adhuc Virgil. Euantes orgia circum. Hinc apparet in Orgijs Bacchi, animos eorum qui festi celebrarent, Nablæ ad choreas & tripudia Phœnices irritare solitos. i Erasm. adagio. Sambucam citius. m A triangulari figura n & ægæ multiplici significatus est. Anni partes quatuor hic commode nos intelligemus.

o ἀρρωστῶν: vel quæ obliqua tibia est. Tale organum musicum est, quod hodie Cornu vocant. p Quidam, Plagiolos, vt paulo antea. q De Thamyra vide Suidam: vt progerb. Thamyrae infans. r ἀρρωστῶν organum musicum. s Alij, Nause per undas lasciuente priuatus.

Periere suaves, applaususque digni Pectidum modi, Lyraque, & Monaulos, fluctibus oppletus tempestate iactatis, Nauis per undas lasciuientis firma tutela. Arrepto Monaulo, qui putas? Leuiter exilijt. Sumpto Monaulo Hymenæum accinebam. A. Monaulon ubi nam aluisti, heus tu, Syre? B. Qualem Monaulum? A. Harundinem tibialem. Sopater in Bacchide: Monauli modis ille canendis sese exercuit. Protagorides Cyzicenus libro secundo

Periere suaves, applaususque digni Pectidum modi, Lyraque, & Monaulos, fluctibus oppletus tempestate iactatis, Nauis per undas lasciuientis firma tutela. Arrepto Monaulo, qui putas? Leuiter exilijt. Sumpto Monaulo Hymenæum accinebam. A. Monaulon ubi nam aluisti, heus tu, Syre? B. Qualem Monaulum? A. Harundinem tibialem. Sopater in Bacchide: Monauli modis ille canendis sese exercuit. Protagorides Cyzicenus libro secundo

Periere suaves, applaususque digni Pectidum modi, Lyraque, & Monaulos, fluctibus oppletus tempestate iactatis, Nauis per undas lasciuientis firma tutela. Arrepto Monaulo, qui putas? Leuiter exilijt. Sumpto Monaulo Hymenæum accinebam. A. Monaulon ubi nam aluisti, heus tu, Syre? B. Qualem Monaulum? A. Harundinem tibialem. Sopater in Bacchide: Monauli modis ille canendis sese exercuit. Protagorides Cyzicenus libro secundo

Posthac pag. 6. ab hinc.

Odyss. d.

Lib. 6. Parast. id se minime facere inter cenandum ait.

Odyss. 1.

Uliad. 1. Qui libabat apud Romanos his supplicabat verbis: Maestas hoc vino infirio esto.

Adura, non expectatis ceremoniis. Erasmus adag. Sacra haud sacrificata denorat. Gualdo adura qua dicit sacra sunt, & quaedam duce adura.

Erasm. adagio. Quod in animo solij. in lingua est.

Apud hinc.

In nitidum solum transibant, atque lauabant. Etenim, quod Aristoteles inquit, inurbanum ac indecorum fuerit, sudore multo & puluere sordidum conuiuium adire, & quod Heraclitus ait, elegantes comptiq; homines nec esse debent sordibus obfiti, nec squallere, nec gaudere luto. Porro qui in alienam domum cenaturus primum accedit, eum non statim oportet, ut ventri & gula seruiat, ad conuiuium pergere, sed spectandi cupiditati non nihil concedere, & ædes contemplari, quod a poeta non est omisum:

Aedes ingressi diuinas, spectabant

Admirabundi regis palatia, Iouis alumnii:

Nam veluti splendor solis aut luna

Fulgebant omnia in præaltis adibus clari Menelai. Aristophanes in Vespiis,

senem quendam rusticum ac litigiosum fingit, à filio monitum corrigi, ut vestitum ciuileq; vitæ genus amplectatur, his verbis:

Desine: tu quidem hic accumbes; disce iam

Comiter in conuiujs, & amicorum congressu versari. Deinde quomodo sit

accumbendum ubi docuit, addit:

Postea ex amicis vasis aliquod laudato:

Lacunaria spectato: stridentemq; per aulam citharæ sonos admirator.

Quintiam rursus Homerus ante conuiuium faciendum quid sit commonefacit, nimirum ciborum primitias diis esse tribuendas. Itaq; Vlysses, quamuis inclusus antro Cyclopi,

Accenso illic igne, dijs sacrum fecit, deinde

Casum acceptum comedit. Et Achilles, tametsi à legatis vrgeretur, qui

media nocte accesserant, tamen

Dijs sacrificare iubet

Patroclum familiarem suum; is autem libamenta flammis iniicit. Idem etiam

conuiuas libantes inducit:

Pateras quidem potione coronarunt pueri,

Ac ordine cunctis quod biberent poculis exhibuere:

Ast ubi libarunt, Observatum quoque à Platone hoc ipsum fuit in Conuiuio.

Nam cenatos libasse is narrat, deumq; sacris carminibus laudasse, honoribus confectis veneratos. Apud Xenophontem similiter id factum etiam legitur. Contra apud Epicurum diis non libatur, nullæ offeruntur primitiæ: verum, quod Simonides ait de petulanti & immodesta muliere,

Non immolatas victimas sepe deuorant.

Vini quidem conuenientem cum aqua mixtionem Atheniensibus monstrasse regem Amphictyonem fama est, ac idcirco Bacchi recti delubrum illum extruxisse, quoniam tum re vera Bacchus relictus sit, minimeq; titubet, ac noceat, cum modicè dilutum vinum bibitur.

Iubet namque vinum

Insanum, quod vel cordatos cantare multum imperat,

Molliterq; ridere, & saltare permittit,

Ac verba nonnunquam effudit, qua satius erat tacuisse.

Vinum profecto hic poeta nec ηλέει vocat, tanquam stultum, & vesanum, sed quia bibaces demerant, nec tetricos & austeros nos esse præcipit, ut nunquam rideamus, cantemus, concinne saltantes animum relaxemus. Haud quidem tam durus & agrestis Homerus est,

aut tam vecors & inauspicatus, verum quantum & quale sit horum vnumquodque, & quam insignis ea differentia cum apprimè nouisset, non simpliciter dixit prudentem ut canat, à vino instigari, sed ut multum canat, hoc est immodicè, & plus quam deceat, adeo ut molestus obstrepat, nec per Iouem ad risum vel saltationem cogi, sed quod utriusque commune statuit, molliter ut fiat, parum virilem in ea propensionem & lasciuam damnat & reprimit: nec interim mollem saltationem risumve prohibet.

Apud Platonem horum nullus modus est. Conuiuæ sic affatim bibunt, ut ne suis quidem insistant pedibus. Vide, quæso, comes abundantus Alcibiades quam præter decorum ineptiat. Quidam octo cotylarum poculum exhauriunt, inde occasione sumpta, quod Alcibiades illexisset, ac prouocasset. E diuerso apud Homerum,

Postea

Postea quam libarunt, & biberunt, quantum animo collibitum est. Horum igitur quedam semel ac omnino circumscribenda sunt, aliis verò mediocriter vtendum, veluti quibusdam auctariis, & additamentis, quorum paucus habendus sit respectus, ut inquit Homerus,

Cantus, saltator: hæc enim sunt additamenta conuiujs.

Cæterum profusus hæc prociis & Phæacibus Homerus tribuit, non item Nestori, & Menelao. In Megapenthis nuptiarum descriptione, Aristarchus, quia non intelligeret crebra iam fuisse conuiuia, ac elapsos statos dies quibus sponsus desponsam & amatam excipiebat, finitas iam Megapenthis nuptias, Helenamq; ac Menelaum domi tum solitariam vitam agere, hæc, inquam, quia non animaduerneret, deceptus hoc primo carmine,

Hunc offenderunt nuptiale conuiuium amicis præbentem, huiusmodi quosdam versus alios atrexit:

Ita quidem epulabantur in præaltis & amplis adibus

Inchyti Menelai vicini, ac necessarii,

Hilares: apud ipsos camebat diuinus poeta

Citharam pulsans: duo verò illic saltatores

Cantionem exorsis, in illorum medio se in orbem circumuertentes tripudiabant.

Hos scilicet versus ex armorum descriptione in eum locum Aristarchus transtulit, falsus etiam in dictionis significato, ac proprietate. Non enim ἐξάρχου, id est, inchoant saltatores, sed auspicante profusus cantore saltant. ἐξάρχου verbum citharæ peculiare est. Quapropter Hesiodus in Aspide dixit,

Diua autem Musa Pierides ἀνδρῶν ἐξάρχου, id est, cantum incepere.

& Archilochus:

ἐξάρχου, id est, incipiens ipse ad tibiam Lesbium pæana.

Stesichorus musam vocat ἀρχοσύμαλον, hoc est, cantiones incipientem, Pindarus autem præfationes siue proemia, ἀρχοσύμαλον, quod choris & saltationibus præcant. Diodorus Aristophanius tanquam ludens, totam illam de nuptiis orationem poetæ delet, & inducit, nec secum reputat dies illos nuptiarum postremos fuisse, non primos, vanumq; ac friuolum conuiuium illud futurum: deinde scribendum censet, Duos saltatores καὶ ἀνδρῶν, hoc est, per se ipsos, in aspirata litera poetam cogens solæcisimum committere. Nam καὶ ἀνδρῶν, est ἑστῆσθαι ἀνδρῶν, nimirum, apud illos ipsos, at καὶ ἀνδρῶν, hoc est apud se ipsos, vitiosum omnino fuerit, & solæcon: cæterum, ut dixi, quod modesto huic conuiuio cantus & narrationes auribus gratas inseruerunt, ascriptitium obrepit, petatum ex chorea Cretensi, de qua in armorum descriptione poeta sic inquit:

Chorem autem claudus utroq; pede Vulcanus illustris

Varijs lineamentis affabre sculpebat, ei similem quam aliquando

In spatiosa Gnossa Dædalus Ariadna crinibus pulchris visenda

Elaborauit: ubi quidem iuuenes, nobilesq; honestæ virgines

Saltabant, iniectis brachiorum carpo nutu complexu manibus.

His enim subiungit: Multa venustam choream turba circumstat,

Lata: duo verò saltatores iuxta ipsos

Cantum incipientes in caput se prouoluabant in choreæ medio.

Cretensibus quidem familiare ac patrium est, tum saltare, tum in caput se deiicere. Quamobrem Merionen Cretensem quidam sic alloquitur,

Merione, forsassis te quamuis agilem saltatorem

Hæsta mea compefset, transfixum utring, se percutiam.

Inde vocantur & Cretensia hyporchemata, quorum modos Cretam appellant, instrumentum verò Molossium. Quos Laconistas nuncupant, Timæus autor est, in choris quadrangulis instrumentis cecinisse. In vniuersum autem Græcis varia fuit musica. Athenienses choros Dionysiacos & circulares omnibus prætulerunt: Syracusij verò Iambistas: aliud alij. Aristarchus sanè Menelai conuiuio interpositis versibus quos minime conueniebat, non solum ab institutis & disciplina

m 2 Lacedæ

Odyss. d. & g.

Odyss. d.

κρούσας, pedibus & manibus tractis, & in stram arcuato corpore, in caput se prouoluentes. Uliad. a. h ἐξάρχου, musicum verbum, incipere, Virg. Incipe Menalia mecum mea tibia versus. i Præudenti: sonos & modos inchoantii. k Cantilenam in honorem deorum. l Vel, ἀρχοσύμαλον: vel, ὑπόμνημα χερῶν, accentiu mutato. m nuptiale, celebratis iam nuptijs. n Iunius adagio, Solæcis.

Uliad. a.

p Vel, saltantium gestus & motus: vel cantilena que saltantibus acciuntur. q κούλιος, κούλιος, ἐξ ἑκῆν, exponunt, in multos versus extensa, distichyram bica, artificiosa, varia, eodem argumento scripta, ut hymnos, pæanæ, profodia.

Lacedaemoniorum regiâ; temperantia ostendit alienum fuisse, verum etiam à Cretenfî chorea exemit cantorem, ad hunc modum præciso poemate:

Multa elegantem choream turba circumdabat

Oblectata: duo verò saltatores iuxta ipsos

Cantum incipientes in caput se aduoluebant, in illorum medio. vt immedicabile

sit, quod infictum vulnus est, quia seruari nequeat, id quod ad cantorem referri debet. Credibile verò non esse apud Menelaum recitationes illas & cantus adhibitas fuisse, hinc apparet, quòd mutuis colloquiis totum conuiuium traduxerint, nullumq; nomen cantoris illic extet, nec cantionis quam canat, atque adeò nec Telemachus in cantorem animum aduorterit, cum taciturnitate quadam, & animi quiete magnificentiam ædium alioquin expendens. Præterea verisimile non est Nestoris & Vlyffis hominum prudentissimorum filios adeò ineptos & rudes fingi, vt rusticorum modo paratis illis narrationibus & cantionibus, animum, auscultantes non attenderent. Vlyffes profectò cantores Phæacum non contemptos audit:

† Dissistratum & Telemachum.

. Odyss. d.

† Celeri motu agitatorum, quo fulgere videntur. Interpres Homeri.

† Aere fulgentibus, auro, electro, ebore. Odyss. d.

† Eiusmodi homines in conuiuio Platoni auctor fuisse negat pag. 140.

† Siquis sic obfcurat, vt exaudiri non possit. Hæc partim magis ad pag. 111. quam ad hunc locum, id est, illuc referenda.

† Iunius adagio, quod magis inter orig. ina. Brasius proherb. Ex eodem ore calidum & frigidum. Citatur in suo locus lib. 14.

† Eburnæ. b. Iunius adagio, quid barbitos crocoto loquitur? Apud Ouidium Sappho: Non facit ad lacrymas barbitos illa macula.

† Quasi furcina rassa, nimirum alneo, vndique tacto, vt occidat.

Cæterum Vlyffes, Pedum micationes spectabat, & animo mirabatur. quamuis distractus curis multis posset dicere,

Animo sollicitudines meo quam cantiones magis insident.

Quo igitur pacto stolidus non fuerit Telemachus, qui cantore & saltatore presentibus inclinat se ad Pifistratum, vas & supellectile stupefactus? Homerus mediisfidius tanquam bonus pictor Telemachum omnino patri similem repræsentat, & vtrumque lacrymis oboortis agnofci tradit, hunc apud Menelaum, illum apud Alcinoium. In Epicuri conuiuio assentatorum turba est sibi reciprocis laudibus palpatium: Platonis verò epulum irrisoribus & dicacibus refertum est, qui mutuo se vellicant, & ludificantur. Nam orationem quæ habita est de Alcibiade, sileo. Apud Homerum modesta conuiuia plausu celebrantur. Menelaum quidam cum laudasset, subiunxit,

Quod dicere non audeo

Tua voce, perinde ac dei, coram nos oblectamur.

Idem Menelaus si quid dictum factumve minus rectè fuerit, id reprehendens, ait,

Et nunc, si quid est præterea, obsequor mihi,

Molestum est mihi post carnem lamentari.

Idem rursus: Telemache, quodnam verbum dentium septo effugit? Per translationem ab Ixione hoc scriptum est.

Hemipopus & minorem tibiam magna statim deglutit.

Hemipopus eadem cum puerili tibia est, ad canendi certamina minime idonea, proptereaq; apta conuilius: quam obrem teneram vocat Anacreon. Haud me latet esse quoque alia genera tibiaram, nempe Tragicas, Lyfiodos, Citharisterias, quarum meminit Euphorus libro De inuentis, & Euphranor Pythagoricus libro De tibiis. Tibiam è calamis factam Tityrinum vocant Dores Italici, vt refert Artemidorus Aristophanius libro secundo De Doride. Quam Magadin & Palæomagadin nuncupant, eadem fistula grauem & acutum sonum edite, vt inquit Alexandrides in Hoplomacho, ad hunc modum:

Magadin loquat, alta simul & summissa voce.

Quas Lotinas tibia vocant, Alexandrinis Photinges nominantur. E loti ligno, quod in Aphrica nascitur, illas conficiunt. Tibiam, quæ paratur ex cruribus hinnuli, à Thebanis reperram fuisse Iuba tradit; Tryphon verò quas appellat Elephantinas primùm à Phœnicibus pertusas fuisse. Equidem magadin quoque instrumentum esse noui tenfis fidibus sonorum, vt citharam, lyram, barbiton. Euphorion, hexametrorum carminum scriptor, libro De Isthmiis, scribit, quos nunc vocant Nablistas, Panduristas, & Sambucistas, nullis vt nouitis instrumentis, fidiumq; graui sono Barbiton, cuius meminere Sappho, & Anacreon, Magadin, Trigona, & Sambucas esse proculdubio antiquas. Itaque apud Mitylenen ex Musis vnam cum sambuca videri, Lesbothemidis opus. Aristoxenus instrumenta peregrina recenset, Phœnicicas, Pectidas, Magadidas, Sambucas, Trigona, Clepsiangos, Scindapfos, & quod Enneachordon vocant.

cant. Plato libro tertio De Republica: Non igitur fidibus, inquam, multis, aut vniuerso harmoniarum concentu, in nostris modis aut cantilenis egebimus: mihi non videtur, inquit: nec Trigonis, air, nec Pectidibus, & ad summam instrumentis omnibus, quotquot tenduntur multis fidibus, & omni harmoniarum varietate personant. Est autem Scindapfus fidibus quatuor aptum instrumentum, vt inquit Marton Parodus,

Nec sub clavis appenderunt, quoniam distent a fides erant, Scindapfon tetrachordon, mulieris quæ nihil colu sua nebat.

Huius sic meminit & Theopompus Colophonius, hexametrorum versuum poeta, in opere cuius titulus est, Curriculum:

Scindapsum magnum, lyra similem manibus pulsans, &

Exacuens, ex viridi nouellaq; myrica fabricatum.

Anaxilas in Lyropœo, Ego verò barbitos tribus fidibus instructus, pectidas, Citharas, lyras, scindapfos preparavi. Sopater Parodus in opere, cuius titulus est Mystæ, pectidis fides esse duas sic inquit:

Pectis barbarâ musâ superbiens

Duabus attensis fidibus, in manum quo modo tradita est?

Pariambidon Epicharmus in Perialo sic meminit:

Semele saltat: alij fente contræctant citharam,

Et pariambidas: lætatur ea sonorum frequentamentum cum audit.

Psalterium, vt autor est Iuba, Alexander Cytherius fidibus compleuit, & Ephesi consensens artis suæ ingeniosissimum hoc inuentum in Dianæ templo dedicauit. Meminit & Iuba Lyrophœnicis, ac Epigonij, quod nunc in rectum psalterium transmutatum eius nomen seruat qui illo vsus est. Fuit autem Epigonus Ambraciotus genere, ciuitate donatus à Sicyoniis, musices peritissimus, & qui canens sine pectine manu fides pulsaret. Horum igitur quæ memorauimus instrumentorum omnium & tibiaram artifices docti ac experti sunt Alexandrini: cuius rei periculum de me facere si velis, industria specimen ipse tibi dabo, quamuis alij multi sunt in patria musici nobis præstantiores. Alexander quidem meus ciuis, qui haud ita dudum excessit vita, ingenij sui tale quidem documentum publicè Romæ præbuit, in eo quod Trigolon vocant instrumento, vt ad insaniam vsque Musices studio Romanos inflammauerit, multiq; numeros eius ac pulsus etiamnum recordantur. Huius Trigoni in Mysis Sophocles sic meminit:

Phrygi Trigoni multi, & suis tracta fidibus

Lydia pectidis chordarum celebrat concinnitas.

Idem in Thamyra, Aristophanes in Conuiuatoribus, Theopompus in Penelope, Trigoni meminere. Eupolis in Baptis:

Bene quidem tympanum pulsat, trigonisq; bene cantat.

Euphorion, vt supra diximus, & Protagorides libro secundo De festis conuentibus qui ad Daphnen fiunt, instrumenti musici, quod Pandoron vocant, meminere. Pythagoras, qui de rubro mari scripsit, Troglodytas inquit Pandurâ ex ea lauro, quæ in mari gignitur, fabricare. Tubas & cornua Hetrusci repererunt: Metrodorus Chius in Troicis scribit Marsyam fistulam & tibiam Celænis inuenisse, cum vno calamo superiores canerent. Euphorion hexametrorum scriptor libro De poetis lyricis tradit, fistulæ, cui vnicus & simplex calamus est, inuentorem Mercurium fuisse, vel, vt aliqui memoriæ mandarunt, Seuthen, & Rhonacen Medos: eius verò, quæ multis est compacta calamis, Silenum; illius autem, quæ cera glutinatur, Marsyam. Hæc habeto de nobis Alexandrinis, & Vlpiane dictionum aucupator, monaulorum perquam studiosis. Nescis enim Meneclum Barcæum scriptorem, & Andronem in Annalibus Alexandrinorum prodidisse, ac Alexandrinis eruditos fuisse & Græcos omnes, & Barbaros, cum iam defecisset ab exoleuisset disciplinarum in orbem conferta series, ob continuos bellorum motus, quæ Alexandri successorum temporibus exarserunt. Renouatæ sunt itaque omnes disciplinæ sub Ægypti septimo rege Ptolemæo, quem verè &

m 3 apte

† verbis: ὁ δὲ βαυδλον κρηνηλας ὀπιθεῖ δῖναξ ὀρχήτας ὑπανδῶταν νήμον, bubulcorum cera compacta fistula, canora, sopori feros modos edit.

d. Tanto studio musice tenebatur, vt colu suam, vt ne di aris negligeret.

e. Acutiorum sonu molens.

f. Lyram opifera. g. Sacris initiati.

h. Erasmi adagio, Carica musa.

i. d'icopd. k. Iambis, cum recitarentur, assclaram, & comitum.

l. in Errans. m. ὀψάρον, quidam ὀψάρον, qui leui celeriq; manu subitus tangunt, arguto pectine ferunt.

n. Psalterium id apud Nonium in voce Dicteria. Ortho psalterium Varro nominat: Qui mobilis Et orthopsalteria ac tult psalteria, qui bus sonant in Graecia dicitur Qui sbularum collocant exordia. Dicteria non iocis & sales: sed τὰ δὲ ψάλια ἑσθῆρα ὀψάρον, καὶ τὰς αἰσθητικὰς, qui at- tu sue fidine specimen & experimen- tum præbent.

Dictum puto quòd rectum pulsaretur, vel quia sonans in tenfo: numeros, vohēmentis, & acutos, quales cecime Arion, cum eū Delphibus excepit. Hæ rodos. lib. 1. Agell. cap. 19. 16. Scaliger in Manil.

o. ὀψάρον: chor- darum consensio, ob concentus.

p. Cotys, & Co- tyto dea, nocturnæ sacri Athenis colebatur, obscuro qui dem ac turpi ritu.

Eupolis Baptas comedia scripsit, qua sacri eius cultores acerbe exagitant, ab illisq; sic irritata in mari demersus et suffocatus est.

Iumen. Cecropiam soliti Baptas lassare Cotyco. Politian. c. 10. Miscellan. Iun. adag. Cotyos con- subornatis.

q. Oppidum id est Asia, in colle situm, quod imminet Asiae. In eo Marsyan firunt cum Apolline certa se.

r. ἡ κρηνηλας, κρηνηλας vocat poeta quidam apud Plutarchum lib. 11. ἐξ ἑὸ ἀσπυρίων, his modos edit.

^r Cùm aliq̄ Euer-
geten, id est, bene-
ficum, nominarent.

^s Erasm. adag.
Poetica auris. No-
tum est dictum Al-
cibiada, Cantant
Thebani qui loqui
nesciunt.

^t Plutarchus, in
Alcibiadis vita scri-
bit, cum noluisse di-
scere tibiæ cantum,
quo vultus eo sic
deformetur, ut vix
agnoscat familia-
res, ideòque Palla-
dè abiecit tibiæ,
Marsiam verò ti-
bicinam excoriatã
ab Apolline. Vide
Leopardi cap. 13.
a. vide lib. 14.

^x Castor & Pol-
luci.

^y Enopion can-
tum duobus dacty-
lii constare putant,
et spondeo, qualis
hic fuerit, Hæstibus
obitus exit, Aggre-
diturq̄ vagantes.

^z De Cæneo vi-
de Ouid. libr. 13,
Metamorph.

^a Que dormien-
tes, cantu inslar
Gallorum desper-
gificiat.

^b Buxea, ex Ide
lynea materia con-
ficta.

apud Cacergeten, id est, maleficum Alexandrini vocauerunt. Hic enim iugulatis mul-
tis Alexandriæ civibus, & non paucis eorum, qui cum ipsius fratre pubescentes ado-
leuerant, actis in exilium, vrbes insulasq̄ repleuit grammaticis, philosophis, geome-
tris, musicis, puerorum magistris, pictoribus, medicis, & aliis multis artificibus, qui
ob inopiam ea docentes quæ scirent, omni humanitate præclaros viros expoliue-
runt. Fuit quidem & olim apud Græcos omnes in pretio musica, ideoq̄ tibicinum
artem summo studio discere cupiebant. Itaque Chamæleon Heracleotes in libro,
quem Exhortatorium inscripsit, tradit Lacedæmonios ac Thebanos omnes huic
arti operam nauare, prætereaq̄ suo sæculo Heracleotas qui Pontum incolunt, &
Atheniensem splendidissimos, ut Calliam Hipponici filium, Critiam Callæschri.
Duris libro De Alcibiade & Sophocle, tradit, Alcibiadem didicisse tibia ludere,
non à quouis plebeio magistello, sed à Prothomo, cuius tum maxima fuit claritas.
Aristoxenus scribit Epaminondam huius artis peritum euasisse, doctoribus Olym-
podoro, & Orthogora. Multi quoque Pythagorici hanc artem exercuerunt, ut Eu-
phranor, qui de tibiis librum conscriptum reliquit, & itidem Archytas. Aristoteli
phanes in Coniuuatiõibus quanto studio huic arti quondam incubuerint, palam
facit, cum ait:

Cum eius gratia tibijs lyrisq̄ tractatis

Mibi obruta manus sint, fodere nunc inbes.

Phrynichus in Ephialte,

sive Incubo:

Non hunc profecto aliquando tu aut citbaram pulsare, aut tibijs inflare docuisti.

Epicharmus in Musis tradit Minervam Diocuris armatam saltationem tibia ce-
cinisse. Ion in Phœnice, siue Cæneo, tibiæ gallum sic vocat:

Canebat verò gallus, nimirum tibia Lydia, Achinorum laudes.

Idem in Cu-

stodibus, siue Prædiariis:

Præcurrit verò fistula, Ideus gallus.



Idem poeta in secundo Phœnice:

Informem gestabat, grauemq̄ tibiæ, modis veluti cursu quodam acceleratis. Hos
scilicet modos Phrygios innuit, nempe graues, quibus ideo accommodan-
tur cornua, quorum sonus tubarum strepitui portione respondet.


Hic iam, o amice Timocrates, liber iste finiat,
iustam actus magnitudinem.

669

ATHEN



ATHENAEI DEIPNO-
SOPHISTARVM LI-
BER QVINTVS.



ÆTERVM, quandoquidem superioris prolixæq̄ de con-
uiujs orationis hucusque perducendæ laborem exantlau-
imus, & omnia sunt in hac disputatione vtilissima multa,
animo quidem minimè graua, sed quæ permultum iuuent
ad explicandam intelligendamq̄ vniuersam conuiuandi
rationem; ab Homero prorsus diuino introducta & com-
monstrata, quæ de his Masurius optimus differuit expo-
nam. Nos etenim, ut inquit lepidus Agathon,

Operis loco ducimus accessorium,

Poëta igitur cum de Menelao

Et in opere satagimus ut accessorio.
verba facit, inquit;

Eum offenderunt cum amicis multis conuiuientem

Sua domi, inculpato filij filiaq̄, nuptiarum causa.

Sic enim moribus & le-

gibus scitum est, ut in nuptiis epulum fiat, tum Nuptiales deos ut veneremur; tum
ut pro testimonio id sit. Conuiuium autem quo accipiuntur hospites, quale esse
debeat ostendit Lyciæ rex, excepto magnifice Bellerophonte:

Quem diebus apud illum hospitatus est, nouem ille boues mactauit.

Videtur

autem vinum ad conciliandam alliciendamq̄ amicitiam vim quandam habere, ut
quod animum diffundat, & calfaciat. Quamobrem non antea qui essent rogabant,
quam bibissent: sed gustato iam vino, hospitijs & fidem honorantes potius, quam
priuatim hospitem singulos. Inter cœnas quæ nostra memoria celebrantur, pro-
uidè legislatores Phileticas, Populares, Thiasos, Contribulum, ac Orgeonicas
permiserunt. Sunt autem multi philosophorum conuentus Athenis; Diogenista-
rum, Antipatistarum, Panætiastarum. Legauit ad hæc conuenticula pecuniam
Theophrastus, non ut in eo cõgressu lasciuè & impudenter proteruiant, sed ut quos
habent in conuiuio sermones temperanter & doctè persequantur. Qui alebantur
in Prytaneo cœnis aderant quotidie conuiuæ, publico sumptu paratis, modestisq̄ &
salutaribus. His scilicet conuiujs acceptum retulit Demosthenes quod Elatea
potiti essent Athenienses. Vesper namque in Prytaneo cœnantibus nuntius ad-
uenit Elateam occupatam fuisse. Philosophis etiam curæ fuit, cum iuuenibus ad se
coactis stata quadam lege conuiuari, quam Xenocrates in Academia sua, itidemq̄
Aristoteles moderandis conuiujs tulerunt. Spartani ad patria Phiditia, Creten-
ses ad Andrea, maxima cura suos conducebant. Quamobrem quidam non
ineptè dixit,

Necessariorum conuiujs amici diu abstinere

Non debent: incundissima namq̄ illa recordatio est.

Antipater aliquando

inuitatis ad conuiuium amicis, de captiosis & fallacibus conclusiunculis, quas *oophi-*
opara vocant, eos qui accederent, disputare iussit. Arcefilaum narrant ad conui-
uium accersitum, cum voraciter ingurgitanti se cuidam accubuisse, nec vilo cibo
posset frui, porrigenti cuidam ex præsentibus conuiliis quod comederet, dixisse:

Leta prosperaq̄, tibi omnia sint: auxilium cum Telepho hæc ego certo.

Fuit au-

m 4 tem

^d Tragediarum
scriptor.
^e Iunius proverb.
Accessorium operis
loco.
^c Odyss. d.

^d Nobis placere
probariq̄ nuptias.
^e Iliad. g.

^f Quæ amicis &
familiaribus præ-
bentur. Populares,
quæ vniuerso po-
pulo: Thiasos, quæ
sunt in sodalitijs
& societatibus: Or-
geonice, quæ in Or-
geis & sacris Bac-
chi.

^g Vel vilius to-
pocum: vel sa-
lubribus: qui tan-
ta sobrietate & te-
perantia cibantur.
^h Strabo Rhodijs.
ⁱ In Lyceo.

^k Erasm. adagio.
Multas amicitias
dremis silentium.

ATHENAEI DEIPNOSOPH.

tem ille quem Telephum vocabant, insignis obsoniorum helleo. Zeno cum obsonij audior quidam e conuiujs, piscis, mox vt appositus est, superiorem partem dilacerasset, conuersi eiusdem piscis integram adhuc partem dilaniatam corripuit, tumq; dixit,

1 Versus de quodam tragico.

Ino altera in parte diligenter effectum opus reddidit. Socrates quendam conspicatus obsonium immodice vorantem, O vos qui adestis, inquit, vestrum equis, pane vt obsonio, obsonio vt pane, vtitur? Nos iam de Homericis conuiujs disceptemus, in quibus poeta causas, tempora, personas, sapienter definit, quod recte ac solerter imitari & exprimere conati sunt Xenophon, ac Plato, qui librorum suorum initio causam exponunt conuiujs, & eos qui interfunt, nominant, Epicurus autem nec locum nec tempus constituit, ac nihil proloquitur. Est igitur diuinandum quo pacto conuiuia, poculum tenens, repente quaestiones proponit tanquam in schola orationem habeat, & quod dixit Aristoteles, illorum pulueremq; fordidus, ac oppletus, conuiuium adeat. Homerus certe qui vocandi sunt docet, cum acciri iubet praestantissimos quosuis, & illustres:

m Supr. pag. 134. Erasmi adag. illis manibus.

Accerserat senes ex vniuersis Achuis spectatissimos: Aliter quam Hesiodus, qui vicinos porissimum inuitandos esse putat:

n Vide apud Erasmi hoc adagium.

Qui prope te habitant, Ceterum id conuiuium obruti cuiusdam humani sensus est, & cum adagio generi hominum infestissimo ac imprimis odioso conuenit,

Procul amici qui degunt, non sunt amici. Profus enim alienum est a ratione, locis non moribus amicitias metiri. Apud Homerum, posteaquam biberunt, Senex omnium primus qua de re consultandum sit, exorditur aperire: Contra apud eos qui agitant conuiuia parum modesta,

Assensator omnium primus scurriles irrisus exorditur, ac incipit. Praeterea

Homerus conuiuas inducit, aetate institutoq; vitae diuersos, Nestorem, Aiaceum, Ulysses, sed omnes citra exceptionem virtuti deditissimos, quanquam diuersa via ad illam incitarentur. Epicurus suos omnes conuiuas indiuiduorum corpusculorum explanatores perhibet, cum exempla suppetent apud poetam variorum quidem conuiuorum, & apud Xenophontem ac Platonem, venustae eorum scriptorum gratiae. Plato quidem Eryximachum medicum, Aristophanem poetam, aliumq; alius instituti recenset inter conuiuas: neque enim vel assensatorem adeste, vel irrisorem decet: Epicurus in conuiuio suo rursus de cruditate quaerit, de augurijs, ac deinceps de febribus. Nihil attinet hic dicere, quam inconcinna eius oratio subultim ac inepte huc illuc excurrat. Apud Platonem quidam singultu vexarus aquae gargarismo sanatur; alius subdita festuca nares titillans sternutat. Voluit is quidem comica libertate Agathonis Antitheta, & Isocola, irridere, notare, carpere. Apud eundem Alcibiades aduersae obscenaeq; libidinis desiderio prurire se fatetur: & qui talia scribunt, Homerum e ciuitatibus eiciunt. Verum, vt ait Demochares, nec e Thymbra fit hasta, nec ex huiusmodi sermonibus viri boni euadunt. Nec vero solum Alcibiadem Plato infamat, sed etiam Charmidem, Euthydemum, & alios ex iuuentute multos: qua profecto maledicentia comicorum modo Athenensium ciuitatem is tradidit, Graeciae Musaeum, quam Helladis Helladem esse dixit Pindarus, Apollinis vero Pythij oraculum; Penates, Regiam, Prytaneum Graeciae. Quod vero adolescentes illos falsis criminibus insinulauerit, ex eodem licet perspicere, qui Alcibiadem initio statim dialogi eiusdem nominis scripserit, inelinante iam aetatis vigore senescentem, cum ab omnibus corporis amatoribus desereretur, cepisse cum Socrate loqui. Quae autem suis de Charmide maledictis repugnant, cognoscat ex eius dialogo qui volet. Fingit enim ipsum, quod minime dialogi sermonibus congruit, pueri cuiusdam amore vertiginosum, ebrium, impotentem sit, ac veluti mortuum, robori leonis succubuisse: eius tamen pulchritudinem ipsum nihil pendere. Xenophontis quidem conuiuium, quamuis non illaudatum, habet tamen non pauca quae merito reprehendas. Callias ad conuiuium multos conduxit, ob Autolycei victoriam pulli sui, qui in Panathenaeis de Quinquertione adeptus coronam fuerat: & statim qui accubere, animum puero aduerunt, idq; assidente patre,

o Tales in conuiuio Platonis multos fuisse auctor affirmat pag. 136.

p Ad verbum, Tardior collatione.

q Opposita ex contrarijs. Quintilian. cap. 1. 9.

r Similiter desinetia, aequata mēbris, cōparia. Quintilian. cap. 4.

s Atheniensium Platonis hoc loco insensior est.

t Erasmi adagio, Non e quouis ligno fit Mercurius.

v Iunius adagio, Bibliotheca anima pa.

x Quidam amatum delictarumq; suorum.

patre. Nam quemadmodum noctu cum lux fulget, eo diriguntur omnium oculi, sic Autolycei pulchritudo omnium conspectum ad se rapit. Deinde nullus ei conuiuio interfuit, cuius mentem pueri species non commoueret, alijs tacite mirantibus, alijs gestu habituq; corporis ad id formato admirationem suam prodentibus. Ceterum Homerus tale quidpiam dicere nunquam tentauit. De Helenae praesentis forma, quidam iniquior illi, veritate victus, haec inquit:

Non aegre ferendum, Troianos bene caligatos Achiuos Pro tali foemina longo tempore graues labores perperit, Immortalibus haec oppidoquam facie deabus similis est. Verum, quamuis eiusmodi sit, nauibus domum redito.

3 Iliad. 2.

deinde subiungit: Adolescentuli sane, qui ad Menelaum se contulerant, nempe Telemachus & Nestoris filius, quamuis inter pocula & nuptiales epulas versarentur, prope Helenam sedentes, vt decorum fuit, silent, celeberrima illius forma exurdati, & attoniti. Socrates vero, cuius rei gratia cum tibiae iam tolerasset, mulierem in caput desilientem, puerumq; saltantem, ac citharam pulsantem, indecore vnguentum respuit? Non enim citra risum illorum qui aderant vngi se permisisset, praesertim si animo succurrissent hi versus,

Pallidos istos inquis, & nudis pedibus E quorum numero sunt miser Socrates, ac Cherephon.

4 An conuiujs praestantium hominum, eruditiorum, adhibere oporteat tibicines, fiducines, citharistas, & alia id genus acroamata, elegantior & accuratè disputat Muretus ca. 15. 6. Var. Supr. pa. 11. Demodocus Maris & Veneris concubiu canis Phaeacibus.

Rigidis sane & austerris moribus ea quae sequuntur minime conueniunt. Critobulus enim, urbanus adolescentulus, Socrati praecceptori suo illudit, eumq; Silenis multo deformiorem esse ait. Socrates vero cum illo de forma contendit, eligitq; iudices puerum, ac saltatricem, ac vter cuius, praemium pollicetur iudicum osculum. Quis ergo iuuenem, cum in haec incidere, non obteretur & perderetur potius, quam ad virtutem proficiat aliquid? Apud Homerum in Menelai conuiuio, velut in schola quadam, quaestiones inuicem proponunt, ac ciuilliter colloquentes, & mutuo sese & nos obiectant. Menelaus igitur, cum accessisset e balneo Telemachus, instructa cibus mensa, illis vt velcatur, iubet his verbis:

Cibus manum injicite, laticq; estote, deinde Cena pasti, qui sitis eloquemini.

Postea ex iis, quae ipsi apposita fuerant, velut auctarium coenae quoddam, partem largitur, humanitate comitateq; singulari.

Sic fatus tergora statim admonuit pinguis bonis, Assa, manibus sumpta, quae illi attulerant honoris causa.

Cibati vero hospites, vt iuuenes decebat, inter se confabulantur, sensim acclinato capite, non de ferulis, vel ancillis conuiuatoris, quae in balneo ministratae fuerant, sed de opibus illius qui hospitio exceperat.

In adibus profecto Iouis tales opes conduntur: Sic enim melius Seleucus putat scribi, Aristarchus vero non recte scripsit:

Iouis Olympij tale est intus atrium.

Non enim magnificentiam aedium tantum admirantur, ornatis parietibus electro, argento, ebore spectandam, sed palatium illud esse dicunt vocale ac sonorum. Quod vero tale praedicatur amplum est, altoq; & excelso fastigio. At de regia supellectile inquitur:

Auri multum, electri, argenti, eboris. In adibus profecto Iouis talia reponuntur.

Quae innumera dum cerno, pra admiratione stupeo. hic autem non conuenienter subsequeretur huic carmini,

Iouis Olympij tale est intus atrium, Quae innumera.

nam inusitata ea lectio solaeo vitiosa foret. Praeterea, vox αἰλῶν aedibus non congruit. Apertus perflatusq; locus αἰλῶν dicitur: & δεικλω-νίσην locum dicimus qui ex vtraque parte ventum admittit. αἰλῶν etiam instrumentum est quod flatus permeat, & quaecunque figura in rectum proteaditur, illam nos αἰλῶν vocamus, veluti stadium, & canalem sanguinis.

Confestim canalēs crassus naribus prodijt: αἰλῶν etiam cassidem nuncupamus, quae ex medio in rectum assurgit. Athenis αἰλῶνες quosdam sacros appellant, quorum meminit Philochorus in nona. Aulonae masculino genere olim

a Aristophanis in Nubibus, b Erasmi, prouer, Sileni Alcibiadis,

c Ζῆλος πῶ τοῦ αἰτῆν δῆμοῖς ἐκ δῆμου κείνου.

d Ζῆλος πῶ τοῦ αἰτῆν δῆμοῖς ἐκ δῆμου κείνου.

e Quod assuetū praecebat Aristarchus.

f Philander commentarijs in Velletrium, cap. 6. 6.

g Sanguis. Quod continet pro eo quod continetur.

h Praeterea, seu bucculam, in qua figuratae conus.

i Conualles, angustias, anfractus, k Ode.

olim pronunciarunt, vt Thucydides libro quarto, poetæ verò sceminino. Carcinus in Achille:

Profundam in anlonem que exercitum circumdabat. Sophocles in Scythis:

Præcipitia, specus, & maritimas

Aulonæ. Excipiendum ab hac obseruatione, quod apud Eratosthenem

in Mercurio genere masculino vsurpatur sceminini vice:

Apud Hesiodum.

Profundus aulon diuiditur: pro eo quod est profunda, veluti & hoc dicitur:

Θύλος ἔβρον, id est, mollisculus & tener ros, pro θύλα. ἀλλὰ ἴγῃ, & ἀλλὰ

Veteribus, vt Homero.

id significant quod nos diximus. Nunc autem Regias Aulas vocant, vt Menander:

Aulas & Satrapas colere. Et Diphilus:

Aulas colere est, vt equidem censco,

Aut exulis, aut famelici, aut verberomis: quod ante ædificia subdialia loca habeant, in quibus dormiunt & consistunt regij stipatores. Homerus aulam

Septimij, Cortalis, Penetralis, Domestici.

semper locum detectum & sub dio positum vocat, vbi Iouis Hercei ara fuit. Itaque

Peleus deprehenditur

In aula septo: habuit autem poculum aureum

Quo fuluum vinum libabat, vitiis ardentibus infundens. At Priamus

In aula septo stercorei aduolutus. Et Vlysses Phemio sic imperat:

At adibus eleganter structis egressi

Post cadem in aulam. Quod autem simul & regiam & opes laudarit Telemachus, liquet ex oratione Menelai:

Chari gnati, cum Ioue mort alium nullus contenderit:

Immortales sunt ipsius & opes, & ades. Verum iam ad conuiuium redeamus,

in quo Homerus rara dexteritate quadam sermonis occasionem sic nactus est, vt facultates & diuitias cum amico sapienter comparauerit. Non enim veluti dubiam

quæstionem id proposuit Menelaus, sed lepidè interseruit auditis suis laudibus, scq;

opulentum esse minimè negauit, inuidiam tamen etiam tum deprecatus, quod earum

opum post multas ærumnas dominus esset, non tamen se dignum esse qui cum diis conferretur:

περίφρασις. Huius dictionis significacum diligenter Budæus exposuit.

Immortales enim Iouis opes esse, ac palatia. Suæ autem erga fratrem beneuolentiæ documentum cum explanasset, & diuitem se ac viuum necessaria fatorum

lege superesse dixisset, his velut ex aduerso amoris in suos respectum opposuit:

O vtinam reliqua mihi tantum sit tertia horum pars

Domus degenti, saluig foreni qui ad Troiam cecidere

Spatiofam, procul ab Argis ad equorum pascua feracibus. Ecquis igitur ex illorum

posteris, qui pro eiusmodi duce ac imperatore mortem oppetiuerunt, suum de amisso patre dolorem grata mortui recordatione compensatum non arbitretur,

& reparatam iacturam? Ne autem videretur communis & publica esse illa gratia,

quam habebat iis qui pari alacritate animum suum erga illum beneuolulum ostendebant, subiungit:

Omnium tantopere vicem non doleo, licet ob eorum infortunia mæstus,

Quantopere vnus, qui nec somno me refici, nec cibo recreari sinit. Ne verò ex

Vlyssis domesticis & propinquis neglectum fuisse ab illo quempiam suspicaremur,

eorum nominatim reminiscitur:

Eum sanè complorant

Senex Laertes, ac cordata casta, Penelope,

Et Telemachus, quem puerum dormi lusit antem pater reliquit. Telemachi verò

ad parentis memoriam lacrymantis fletum inhibet. Accedit & ingreditur Helena

interea, Vlyssisq; filium coniectat esse Telemachum è facie similitudine: mulieres

enim, quia suam inuicem curiosius pudicitiam obseruant, liberorum similitudinem

cum parentibus dignoscunt, & adnotant certiùs. Interfatur hic quædam Pisistratus,

(nec enim par erat satellitum more tacitum adesse,) & honestè de pudore Telemachi disserit. At Menelaus iterum de sua cum Vlyssè necessitudine locutus, cum

eo solo consensere dixit optatissimum sibi fuisse. Lacrymas, vt æquum fuit, id excussit

Ad verbum, qui cibi mihi somnig; inuisum facit.

Nestoris filius. Erasm. adagio, Doryphorematis risu.

cussit Telemacho. Helena verò, Iouis gnata, oratione commercioq; sapientum Ægyptiorum multa edocta, Panaces, efficax reuera mæroris auxilium, iniicit vino, & de Vlyssè narrare incipit, obiterq; etiam texendi consuetam operam aggreditur, non quidem vt famam gratiamve captaret, id agens, sed quia domi ita fuisset educata, & assuefacta. Quamobrem Venus post singulare certamen ad illam perrexit,

Et affata est amose vetule similes,

Quæ lamificio celebrem Lacedæmonem incolebat,

Lanasq; tractabat pulchras.

Quantum verò in eo sedula & attenta opere esset, monstrant hæc:

Huic quidem mox Adraste sellam affabre laboratam statuit:

Alcippe tapetem lana molli textum attulit:

Argentum canistrum aduexit Phylo, quod Helena dederat

Alcandra Polybij vxor, qui Thebis

Ægyptijs habitabat.

Hoc scilicet aduectum ancilla Phylo admouit,

Penso iam torto plenum: super ipso

Distenta colus fuit, cum aduoluta purpurea lana.

Suam quoque industriam Helena videtur perpexisse, ac propterea Telemachum peplo cum donaret, inquit,

Munus, o chare fili, hoc tibi do,

Monumentum manuum Helenes, quod gestandum vxori trades

Nuptiarum, quas tu vehementer exoptas, tempore.

Eius verò in opere continuando voluptas & assiduitas castam ac pudicam fuisse indicat. Poëta certè nec

luxu mollem, nec delicias ob pulchritudinem facientem inducit. Eam telam te-

xentem, picturisq; variantem domi offendunt:

In palatio illam reperit telam magnam texentem

Duplicatam, nitidam, cui multa insperfit

Prelia Troianorum qui domare sciunt equos, & Achiuorum aneis loriceis armatorum,

In quibus ipsius caussa consixerant, sub Martis auspicijs.

Homerus præterea nos docet, debere illos qui inuitati sunt, conuiuatorem admonere, & rogare, sibi vt

exurgere & abire liceat. Menelaum compellat sic Telemachus:

Agitedum, in lectum nos abducite, somno

Vt blando iam dormientes recreemur.

Sic quoque Minerua Nestorem, quæ se Mentorem esse assimulabat,

Agitedum, fauete linguis, vinum miscete,

Vt Neptuno & alijs dijs immortalibus

Cum libauerimus, de cubili nos curemus, id enim tempestiuum est. Vel festis

deorum celebratibus nefas esse videtur in epulis iusto diutiùs manere. Pallas igitur

apud Homerum sententiosè inquit:

Tenebras iam lux subit, nec aquum est

Diu in epulo deorum sedere, sed domum reuerti.

A quibusdam etiam facris ante solis occasum vt discedant, lege cautum est. Apud Ægyptios olim temperanter

conuiuioꝝ genus quoduis peragebatur, vt autor est Apollonius, qui de gentis illius moribus scripsit. Sedebant enim, cum cœnarent, eius nationis homines, vilissimis quidem cibus contenti, sed saluberrimis, ac vino, quantum sufficeret ad ex-

hilarandum animum, quod Pindarus ab Ioue poscit:

Ecquid facere possum, tibi vt charus sim,

Ac Musis, versuum gratia, & venustate, qua vos letificet,

Id te rogo, o Saturnie, valide fulminator.

Platonis verò conuiuium philosophorum non cõsensus est, non curia, non cõuenticulum. Socrates enim abire con-

uiuio non vult, quamuis Eryximachus, Phædrus, & alij quidam iam discesserint, sed

vigil perstat cum Agathone & Aristophane, ex argenteoq; puteo bibit: Ingen-

tia namque pocula sic rectè quispiam vocauerit: idem post è phiala ingeniosè rur-

sus bibit. Ex iis qui vigilabant, vt idem scriptor refert, duo post dormitantes ni-

ctarunt, priorem tamen Aristophanem somnus oppressit: at cum iam dilucesceret,

Socrates

Paridis cum Menelao.

Desunt hęc multi versus, quibus sumptuosa canistri fabrica describitur, Odysse.

Subtilissimo vello: muliebri vestes Odysse.

Ilia.

Ad verbum: multa certamina quæ ipsius caussa perpessi fuerant à Marti palmu. Odysse.

Odysse.

Ad verbum: procidite linguas.

Alia, Erasm. adagio. κενεκοινοσ. d Erasm. adagio, Argenteus puteus.

Proverbij specie
putant quidam hoc
dici, quo Herodotus
significat & Pla-
tonem, & suos con-
vivas exitio quovis
diuos fuisse. Le-
strygenes immanif-
simi Campanie po-
puli, humans car-
ne vilitantes, eius
modi sunt adagia,
Ad corinthios Bea-
tam: In Panica-
paum.
f Odyss. x.
g dicitur quod
quidam, Nullum
vite finem, propo-
situm, institutum.
h Ad verbum, hi-
laritatem & ho-
netos ludos com-
plectatur.
i Hoc exemplum
Vlyssi pollicebatur,
tamesi tot proci
impar videretur,
sive, ut tandem eos
superaret, ac truci-
daret.
k Odyss. x.
l τὸ ἄνωδος
scabellum, pedum sul-
cro: vulgo, marche-
ped.
m Tanquam ac-
clinatorem, quod
in ea sedentes mol-
liter acclinentur.
n Ex nominis epy-
ma, sella in qua duo
pluresve sedent: vil-
go, vin Batuc.
o Vasa vinaria,
e quibus vinum in
dilatam fundebant
pueri in singulorum
conviviarum pocula.
p Iliad. d.
q Ad bibendum in-
vitabant, tradito
cum vino poculo,
priusquam bibissent.
r Qui prius ex-
hausto poculo, alium
ut idem faciat, pro-
vocamus.
s Prius obibere,
quam propinare.
t Iliad. i.
u Lib. i. pag. g.
x δειπνῶν, meri-
dies, merenda, sera
vespera, occasus so-
lis: inde δειπνῶν.
y Non autem, cum,
relentaueris, vel
merendaueris.
z Odyss. a.
a Et superuacuum
est tertius.
b ἀπὸ τῶν οὐ-
velut ornamenta
convivij detrahe-
runt: vasis sui me-
sam spoliaverunt.
c Emendatus hic
locus à Phaurino.

Socrates qui illos sopuerat, cum Agathone surrexit, abiitque in Lyceum, cum ad Lastrygonas Homeri liceret, (inquit Herodicus.)

Apud quos duplicem mercedem auferit, qui infominis est. Omnis certe ad conuiuium hominum congressus apud veteres honoris deorum causa fieri existimabatur, quos & propriis coronis, & canticis sacris, & hymnis venerabantur. In illis nefas erat seruum adesse, qui ministraret: ingenui liberi que adolescentes vinum fundebant, veluti Menelai filius, tamen iam tum sponsus, atque ipso nuptiarum etiam die. Apud lepidam Sappho Mercurius à poculis est. Ante noctem cenati dimittebantur. In quibusdam Persarum conuiuiis de maximis rebus consultabant: quod & factum est in Græcorum castris apud Agamemnonem. Alcinoi verò conuiuium ad quod intenditur hæc Vlyssis oratio,

Nullam impensam gratiosam magis esse puto,
Quam cum latus est vniuersus populus:
Et cantorem in adibus auscultant conuiuæ.

Qua comitate & humanitate fit hospes excipiendus, innuit. Luxu quidem soluti fuerunt Phæaces, conuiuium tamen illorum si quis cum philosophorum cæna conferat, modestius id esse comperiet, tamen hilaritate & honestis ludis festiuum sit. Nam post athletarum nudorum certamen cantor recitat de Martis amoribus fabulam, cum acerba irrisione permixtam, quamvis ad consilium de intermendis proci capiendum, Vlysses ea cantio hortaretur, quod Vulcanus viroque pede claudus Martem fortissimum denicissit. Sedebant eo sæculo conuiuæ. Itaque multis in locis Homerus ait,

Deinde in sellis atque thronis sederunt.

Est autem thronus sella cum sub-
sellio, in qua sedent liberi ingenuique homines, quam & nonnulli θρόνον vocant, no-
mine sumpto à verbo θρόνισσι, quod pro sedere usurpant, quia sedendi causa afferatur. Philetas:

Θρόνισσι, id est, sedere, humi, sub platano:

Sella verò, quam Clifionem nuncupant, ad corporis inclinationem curiosius ornatur. Vilissimum in hoc genere sedile fuit δίσκος, id est scamnum. Itaque Vlyssi, quia mendicus esse videretur, δίσκον, id est scamnum scædam apposuere cum exigua mensa. Crateres ipsi, quod & nomen significat, vino iam antea diluto pleni, adstant. Ex his, qui ministrabant pueri, honoratissimis conuiuio poculum plenum semper exhibebant, cæteris autem ex æquo vinum distribuebatur. Agamemnon igitur Idomeneum sic allocutus est:

Tibi plena patera semper
Adstat, ut & mihi, quoties bibere placet.

Propinabant sibi mutuo, non quemadmodum nos, (hoc enim potius προσηκίει fuerit, quam προπίνω,) plenas pateras.

Impletam vino pateram dextra porrigens & propinans Achillem comiter salutauit.

Quoties autem cibum sumerent, antea nos exposuimus, nimirum ter, quia cibatum ex iis tribus vnum aliàs δειπνῶν vocarent, aliàs δειπνῶν, ridicula eorum opinione, qui vos quater cibo in diem fuisse arbitrantur, quod Poëta dixerit,

Tu autem veni δειπνῶν.

Enimvero hi non animaduertunt, eo poetæ verbo significari, ubi ad occasum vsque solis commoratus fueris. Nullus tamen apud poetam ostenderit quendam fuisse qui cibo ter vesceretur. Porro grauius peccant, hos deinceps versus qui collocant:

Cibaria qua attulerat veneranda proma apposuit:

Eorum multa genera, que ad manum fuerunt benignè ac liberaliter mensæ imponens.

Structor etiam sublatis carnis lances admouit.

Nam si proma genera multa apposuit, manifestum est nihil opus fuisse carnis reliquias afferri à structore: quapropter versus priores duo sufficiunt. Peracta cæna mensæ remouebantur, ut apud Procos. & Phæacas, de quibus ait poetæ:

Ministri verò τὰ ἔντα conuiuij asportarunt.

ἔντα, vasa poetam appellasse indubitatum est. Nam ex armaturis, quæ corpus defendunt, ac muniunt, ut thoracem, caligas, & reliqua his similia, τὰ ἔντα vocant, quod intus corporis partes ambiant,

biant & tegant. Ædium, in quibus Heroës habitabant, ampliores, μίτρας δ' ἀμύματα, κλίσια, Homerus appellat, ætatis verò nostræ homines ἑσθίοντες, & ἀνέσθιοντες.

Verum, quo nomine, o amici viri, dignabimur conuiuium Antiochi, Syriæ regis, vnus è Seleuci posteris, quem Epiphane vocatum, ob res amenter gestas Epimane, id est, Furiosum, nuncuparunt, & de quo Polybius ad hunc modum scripsit, illum nonnumquam secedentem ab aula strepitu, in quemcumque ciuitatis locum venisset, cum duobus, tribusve famulis comitibus aspectum fuisse, depræhensumque: sæpissime cum argenti sculporibus, & auri fusoribus in ipsorum officinis, copiose verba funditantem, & de artis subtilitate cum cælatoribus, & aliis opificibus, ingeniosè, ambitiosèque: ratiocinantem: præterea in popularium hominum cœtum se demittentem, quisquis fortè occurrisset, cum eo solitum confabulari: cum aduenis vilissimis & peregrinis compotare: si quando iuvenes quosdam simul conuiuari sensisset, nullo aduentus sui dato signo, illò commeat, lasciuientem & comestabundum, nec aspernantem figlina vasa, nec cantantium rudes concentus, ut inexpectato eius accessu territi huc illuc multi dilaberentur, & auferent: eundem sæpius exuta regia veste, amictum toga, forum circumire, velut in comitiis candidatum, & magistratus ambientem, nunc hos dextra præhensantem, nunc illos amplectentem, rogantemque suis ut suffragiis aliàs Tribunus plebis crearetur, aliàs Ædilis: magistratum verò quem petebat, adeptum, in eburna sella curuli sedentem, ut mos est Romanis, de forensibus actionibus, commerciis, ac contractibus cognouisse, magnoque & alacri studio ius dixisse, eamque ob rem ansam dubitandi præbuisse cordatis modestisque: viris, quibusdam eum simplicem esse atque facilem suspicantibus, quibusdam insanum: eiusmodi quoque fuisse in dandis muneribus illius ingenium, ut qui nunc dorcadum talos donaret, nonnumquam phœnicobalanos, interdum aurum, aliquando fortè obuios, quos nunquam viderat, in speratis muneribus afficeret: omnes, quotquot regnarunt, sacrorum magnificentia, quæ illius sumptu in claris urbibus fiebant, cultusque ac veneratione deorum exuperante: id coniectare licere ex ipsius dono, quod apud Athenienses custoditur, item ex eo quod in Olympij Iouis templo dicunt, & ex statuis, quas in delubro Apollinis Delij circum aram ponendas curauit: in publicis balneis cum lauasse, etiam cum frequentissima plebis turba occuparentur, pretiosissimorumque vnguentorum fictilia tum ad eum perferri solita, quorum odore oblectatum quendam dixisse, fortunatos esse reges, qui iis delibuti suauiter olerent, hominibus nihil Antiochum respondisse, verum postridie eò ingressum ubi lauabat ille proletarius, vnguenti nobilissimi, nempe stillatiæ myrrhæ, maximum fictile in eius caput effundi iussisse, omnesque lauaturus affurrexisse, & in vnguento illo sese volutantes, ac ob lentorem labentes, regemque etiam ipsum, risum excitate: eundem, cum egressus ab Emilio Paulo Romanorum imperatore editos in Macedonia ludos fuisse, volentem largitionibus suis, operumque magnitudine illum antecellere, in ciuitates Græciæ legatos, oraculorum consultores, nundinarum & conuentuum publicorum inspectores dimisisse, qui nunciarent ipsum ad Daphnen ludos exhibiturum, ut multos Græcorum ad eum visendi gratia concursus factus sit, acriterque studio: conuentus initium pompam fuisse, quæ sic ducta est. Præibant hominum ætate florentium millia quinque, Romanorum instar armatorum, cum hamatis lorice: sequebantur continenter Mysi totidem: ab his Cilicum tria millia, leuis armaturæ, expeditorum, cum aureis coronis: post hos Thraces totidem, Galatarum quinque millia, & præterea quidam cum argenteis scutis: post hos deinceps gladiatorum paria ducenta quadraginta. Horum à tergo fuerunt equites Pisæi mille, urbani ter mille, & horum complures cum aureis phaleris, ac coronis, alij cum argenteis. His succedebant socij & amici, equites circiter mille, omnes cum aureis phaleris. Coniuncta cum iis fuit amicorum legio, numero illis par, & ornata. Præter hos delecti mille progressi sunt. Postrema fuit equitum cataphractorum ala, sic aptè vocata, quod & viri & equi armis oblecti & operati essent. Mille ac quingenti illi fuerunt. Omnibus, quos recensuimus, paludamenta purpurea, quibusdam auro texta, & animantium imaginibus picturata. Post hæc cur-

d Atria, palatia, conclaua.
e Hestitia, & virtutum cœnacula.
f Iulianum.
g Eadem rursus canitur lib. 10.

i ἑσθίοντες & ἀνέσθιοντες. Quidam, collisæ fictilia concentus musicos imitantem: quidam, cum vnguenti fictilibus vasculis, & musica voce, instrumentis consonantibus: quod magis placet: neque uero cari etiam aurea, argenteaque vasa, et cur ita nominantur vide lib. 6.
l Damaram, cæprearum.
m Palmulas matras.

n Antiochus lanæ veli textili Assyriorum opere, Phœniciæque purpurea lenticulum in ede Iouis Olympiæ creauit: Atheniensibus vero egidem auream donauit, in theatri fastigio cum cæteris donis locatam. Pausan. lib. 5. Ex eo seriptore nos hunc locum restitimus.
o Vasa. vide lib. 10. p. Vas.

q Quidam, lorice cum torquibus.

rus sex equis iunctis centum processerunt, quadrigæ verò quadraginta, currus vnus, bigæq; vna elephantis copulatis: elephantis sigillatim dispersi triginta sex: reliquum apparatus pompæ, oratione comprehendere operosum fuerit: summam hoc tamen percurrendum. Adolescentes puberes circiter octingenti cum argenteis coronis progressi sunt, boues optimi circiter mille: popæ^a ministri sacrorum parum à trecentis aberant: elephantorum dentes octingenti: statuarum numerum referre nemo queat. Omnium enim quotquot apud homines vel creduntur vel dicuntur esse dii, aut demones, atque adeo heroum simulachra gestabantur: alia inaurata, alia stolis aureis induta, adiectis his omnibus cum ornatu sumptuoso elogii, ac sententiis, quæ pro tradita de illis historia congruerent: additæ sunt & his imagines Noctis, Dicit, Terræ, ac Cœli, Auroræ, & Meridiei. Auræ verò argenteaq; supellectilis vim ac multitudinem quanta fuerit sic quispiam animo conceperit. Dionysij vnus regis amicorum, qui ei fuit ab epistolis, pueri mille in eo pompæ ductu incedebant, argenteis vasis onusti, quorum nullum minus pendebat mille drachmis: regis autem sexcenti pueri illos consequebantur, aurea vasa sustinentes, & hos mulieres circiter ducentæ ex aureis vrnis vnguento aspergentes: His proximæ fuerunt octoginta feminae lecticis infidentes, quarum pedes auro, & quingentæ lecticis, quarum pedes argento fulgebant, magna impensa cultæ ac exornatæ. In pompa hæc splendidissima fuerunt. Peractis ludis, gladiatorisq; certaminibus, ac venationibus per triginta dies, quibus hæc spectacula celebrata sunt, primis quinque postea, omnes in gymnasio ex aureis arculis vnguento crocino illiti sunt. Quindecim arcule scilicet illæ fuerunt, totidemq; & Cinnamomini, & Nardini. Pari munificentia deinceps alijs diebus allatū est Amaracinum, Telinum^b, Irinum, omnia odoris suauitate præstantia. Ad epula sternebantur aliquando mille triclinia, aliquando mille quingenta, cum ornamentis maximi pretij. Negotium id totum rex ipse tractabat, qui vectus equo vilior, & pompam intercurfans alios iubebat progredi, alios subsistere, in conuiujs ad cœnaculorum aditum stans alios introducebat, alios in lectis componebat, ministrorum qui fercula portabant dux ipse, & circumambulans nunc affidebat, nunc resupinatus accumbebat, nonnunquam interea buccæa deposita, nonnunquam patera, exurgebat proficiens, circumibat mensas compotantium, propinationes aliàs ab alijs rectus excipiens, cum iis iocabatur^c qui festiuum quidpiam recitarent. Pro ducto iam in longum tempus eo congressu, cum iam excessissent multi, regem histriones mimi torum vestibus occultum, & allatum humi posuere, velut vnum quendam ex suis consortibus: is autem musicorum concentu & numeris incitatus saltauit, histrionem egit cum ridiculis scurris, adeo vt præ pudore cuncti diffugerint. Omnia porro hæc sic absoluta & exculsa sunt partim iis quibus in Ægypto, perfidè violato fœderis pacto, regem Ptolemæum Philometora^d adhuc puerulum defraudauerat, partim iis quæ amici vtenda congesserant, partim rapijs & spolijs plurimorum templorum quæ expilauerat. Mirantibus tum conuiujs regis mentem, qui reuera ἐπιμαχὴς, id est, furiosus potius esset, quam ἐπιφανὴς, id est, splendidus, Masurius Callixenus Rhodium libro quarto De Alexandria citauit, his verbis pompam enarrantem Ptolemæi Philadelphi regis, principis vndecunq; optimi. Prius quàm rem aggrediar, inquit, extructum in arcis septo tentorium, seorsum à militum, opificum, & peregrinorum diuersorijs, exponam. Id enim supra modum pulchrum fuit, & memoratu dignum, tam amplum, vt lectos in orbem collocatos centum & triginta caperet. Fabrica huiusmodi fuit: Lignæ quinque columnæ singulis statutæ sunt lateribus, in altitudinem longæ quinquaginta cubitos, vno verò minores aliæ, in latitudinem porrectæ. Adaptatum columnis epistylum^e fuit, quadratum, quod vniuersum tectum cœnaculi fulciret. Sub medio lacunari conopeum^f explicatum fuit, per ambitum albicans: vtraque in parte trabes albo per medium distinctæ aulæis turrium imagine pictis obuoluebantur. In earum medijs spatijs efficta picturis laquearia distenta cernebantur. E columnis, similes palmis quatuor fuerunt, intermedijs verò thyrsorum formæ. Extra hæc fossione depressus locus erat, columnis cinctus à tribus lateribus, tecto concamerato, vbi discumbentium

^a ὁμοίαν. Leonis in adnotationibus, malè vertit spectacula.

^b Ἐλενογράω. Dioscorides horum preparationem docet.

^c Ἐστῆνα quædam per locum recitabat, alijs.

^d Ptolemæi filij, Philadelphi nepotem, quartum Ægypti regem.

^e Sic trabem Architecti vocat imponi solitam columnis.

^f Ἐπεπίπτον ἴτα reddidi. Vmbellam, ἢ οὐδὲν, alijs vult. Hestichio κωνοπέου καλεῖται, in regum tabernaculi oportorium rotundū quod puluerem ex alto cadentem excipit: Seruius, conignationū celum dixit.

cumbentium comitatus restaret. Interior eius stationis pars phœniceis tapetibus circumuelabatur. Interuallo medio, quod hunc locum à tentorio separabat, animantium pelles incredibilis varietatis ac magnitudinis pendebant: quod autem subdiale spatium complectebatur, myrtus, laurus, & aliæ conuenientes frondes spissè opacabant: totum verò solum floribus omnifarijs conspersum fuit. Nam Ægyptus ob circumfusi aëris temperiem, & olitorum industriam, quæ parcius etiam tempore suo alibi proneniunt, copiosissima gignit, & perenni fecunditate, vt nunquam rosæ, violæ, alijsve quibus flos facillè non suppetat. Quamobrem media hyeme cum apparatum id cōuiuium esset, inopinata & insolens tanquam visorum species quædam apparuit. Nam quæ ad vnus coronæ contextum in alia ciuitate vix reperta fuissent, ea largissimè ad conuiuiarum singulorum coronas abundabant, & suppeditabantur, atque adeo tam cumulatè effusa tabernaculi solum obtegebant, vt prati cuiusdam diuini profus imaginem ostentarent. In tentorij vestibulo marmoreæ animantium effigies iacebant, primariorum artificum opera, centum: at medijs inter ea simulacra locis, pictorum Sicyoniorum tabulæ, ac vicissim in interstitijs, ad viuum rerum variarum effigies expressæ, tunicæq; aureæ, ac paludamenta pulcherrima quædam intextis regum veris imaginibus, quædam fabularum delineationibus ac descriptionibus elaborata. Super hæc scuta alternis aurea & argentea circumaffixa fuere. Supra hunc vtrumque locum antra excavata fuerant, octo cubitorum, per longitudinem tabernaculi ex vtroq; latere, sex, per latitudinem, quatuor, in quibus comici, tragici, satyrici viui homines, cum peculiari artis cuiusque habitu, ex aduerso sibi oppositi epulabantur cum vicinis aureis poculis. In antrorum medio relicta fuerant lacunata^a caua, in ijsq; depacti cum f. b. stentaculis suis Delphici tripodes aurei. In supremo fastigio tecti tabernaculi aquilæ duæ micabant, aureæ, facie è regione obuersa mutuo, quindecim cubitorum magnitudine. Ad duo tentorij latera siti erant lecti centum, aurei, pedibus ad Sphingum similitudinem formati: oris enim aspectum nudum ac resectum artifex dimiserat. Tapetibus vtrinque villosis, purpureis, strati primo die lecti fuerunt, hisq; circumposita aulæa varia, eximia quadam arte insignia. Quæ verò pedibus calcabantur intermedia loca, glabris tapetibus Persicis operiebantur, exacta pingendi scientia intextis pusillis animalibus. Accumbentibus mensæ tripodes aureæ admotæ sunt, numero ducentæ, ad lectos singulos duæ, argenteis fulcris constabilitæ. Posteriore lectorum parte, quæ despectus erat in subiectum campum, centum locatæ fuerunt argenteæ pelues cum totidem vrceis^b. E regione cœnationis defixus alter lectus fuit, in quo exponerentur calyces, pocula, & reliqua ad vsum idonea vasa, quæ omnia gemmata & aurea fuerunt, artificioq; mirabilia. Horum sigillatim fabricam & genera longum mihi videtur declarare: pondus autem vniuersæ illius supellectilis talenta decies mille fuerunt. Quoniam tentorij fabricam percurramus, enarrationem quoque pompæ nos exequamur, quæ per stadium ciuitatis ducebatur. Eius primum agmen cœpit orto lucifero statim incedere. Quo enim tempore illa stella emergit, transuersionis fuit initium. Secuta est deinde illa quæ regum parentibus ac progenitoribus destinatur: tertia fuit quæ deorum omnium sigillatim historiam indicabat, cum accommodato illorum cuique apparatu: sub vesperam postrema fuit, anni parte^c ad id diei tempus, eius progressum cogente. Hæc particulatim cognoscere si quis velit, Quinquennialium commetaria legat & addiscat^d. In Bacchica pompa ante omnes prodierunt Sileni quidam, lænis^e purpureis induti, alij phœniceis, turbam arcentes. Hos Satyri sequebantur, per vtramq; stadii partem lampadas gestantes, hederaceas^f, inauratas, viginti. His proximæ fuere Victoriæ cum alis aureis, thymate^g ferentes, sex cubitorum, aureis columellis, hederaceis^h, exornata, tunicis vestitæ animalium figura depictis, aureoq; multo cultu nitentes. Post has ara cubitorum sex portabatur, duplex, hederacea fronde inaurata densius stipata, cum aurea corona, quæ forma vitæ imitabatur, candicantibus tænijs fasciisq; distincta, sublequentibus centum ac viginti pueris, amictis purpurea tunica, crocum, myrrham, thus in aureis mazonomisⁱ ferentibus. Post hos incedebant quadraginta Satyri,

^a ἰσοπέδι. Νόβη φλω Hestichius esse vult, casum illud quod inter mœium & Labrum inferius est. τῶσιν Pollux vocat, & quod in Labro superiore conspicitur. ἰσοπέδι. Ad eorum casuum similitudinem τῶσιν φλω Callixenus hie dixit.

^b Ἐ ἰσοπέδιος τῶν. Hic κατὰ τὸν οὐρανὸν κατὰ τὸν ἄστρον, instrumentum quo hausta aqua effunditur.

^c Quæ hyems fuit, breuissimo dierum spatio. Ad verbum, cœtempletur.

^d Τῶν ἰσοπέδιων. Erasim. adagio, hederate penula deterris.

^e Hederæ fronde vestitur.

^f Aut thuribula, & acerræ: aut fœcos in quibus odor ad suffitum vrbantur.

^g Sculptis ad similitudinem foliorum hederæ: vel hederæ folio amictis.

^h Grandioribus patinis.

a Hedera figuram imitantibus.
k Erasmi adagio, Virgula divina.
l Ingenium infortunatæ naturæ. Iam adag. Cubitalis. Erasmi proverb. Tredecim cubitorum.
m Lunius adagio, Herculi cornu. Erasmi proverb. Cornu.
n Arhora in Aegypto nobili ob fructus suavitatem.
o Nominis ratio inde petita, quod anno quinto quoque Bacchi pompa deinceps creverat.
p Poculi genus.
q Musici, scenici, ludiones, histriones.
r Matronali veste, rotunda, et simbricata. Erasmi adag. Pelicocoton. Et adag. Leonis exuvium super croton. Plautus inter manarios artifices Crocotarius enumerat.
s Philyllium ussagium, seu pterostichum, quod in amphoram esse interpretatur.
t Mithra, capiti integumentum Persicum.
v Thiasos, turba comitum Bacchi, precipue mulierum.
x Er mistic vannonis Bacchi. Virg.
y Bacchum è nomine Iouis iterum natum Parca immanibus anguibus cinxerunt, innocente tamen os pueri lambentibus. Catullus, Paris sese tortis serpentibus incingebant.
z Noms: aliq. vias. Nysa, urbs India à Libero patre condita, Straboni: Diodoro vero Arabia, in qua Bacchus est à Nymphis educatus.
a Lacus, lacus quo excipitur fluens è torculari mustum, inde in dolio uisum cantio, quæ, dum uvas premunt, canitur.
b De his multa lib. 11.
c Infima parte, quæ tanquam pedamentum ac fundamentum est.
d Bisulci: aliorum vulgò bichieri.

aureis coronis redimiti, hederaceis^a, corpore inuncto, quidam rubrica, quidam purpuræ flore, & aliis coloribus, coronam manibus gestantes, auream quoque, aureis bracteis & vitis pampinis confertam. Sileni duo post hos gradiebantur, purpureo pallio vestiti, cum albis soleis. Horum alter petasatus aureum caduceum^k paruum ferebat, alter tubam. Medius inter hos vir quidam ibat, aliis procerior cubitis quatuor^l, habitu personæq; tragica, aureum Amalthææ cornu^m tenens, qui Annus vocabatur. Eadem corporis magnitudine sequebatur mulier formosissima, auro multo elegantiq; vestitu ornata, altera manu ferens è Persæaⁿ coronam, altera virgam è palma. Nomen eius fuit Penteteris^o, id est Iustrum. Hanc sequebantur anni tempora quatuor, magnificè adornata: thymiateriaq; duo, aurea, foliis hederæ umbrosa, cubitorum sex, & ara in illorum medio, quadrata, aurea: rursusq; Satyri cum panicea veste, & aureis coronis, ferentes alij trullam auream, alij carchesium^p. Vestigiis horum insisterat Philiscus poeta, sacerdos Bacchi, simulque Dionysiaci omnes^q artifices. Post hos deinceps ferebantur Delphici tripodes, illorum premia qui certaminibus athletarum necessaria subministrarent, vnus quidem, altitudine cubitorum nouem, ad puerorum, alter verò ad certamina virorum destinatus, cubitorum duodecim. Post hos, quatuor rotis currus agebatur à centum & octoginta viris, longus cubitos quatuordecim, latus octo, in quo stabat effigies Bacchi, cubitorum decem, ex aureo carchessio libantis, cum tunica purpurea ad talos demissa, ac super ipsa, crocota^r pellucida: extrema vestis circumiecta purpurea fuit, auro variegata. Laconicus aureus crater, metretarum^s quindecim, ante illum iacebat, cum aureo tripode, super quo thymiaterium fuit, cum phialis duabus, croco & casia plenis. Simulachrum ategia circumdabat ex hedera, vite & alia frugiferarum arborum temporaria fronde implicata, appensis coronis, tæniis, thyrifis, tympanis, mitris^t, personisq; tragicis, comicis, satyricis. In eodem curru fuerunt sacerdotes viri ac foeminae, cum Persica veste, arcanaq; initiationum & sacrificiorum mysteria, omnifarij thiasij^v, & quæ vannos^x gestabant mulieres. Post has, Macetæ, quas Mimalionidas, Bassaras, & Lydas vocant, passis crinibus, & coronatæ, quædam serpentibus^y, aliæ simillæ, hedera, vite, manibusq; tenentes, aliæ pugiones, angues aliæ. Post has currum alterum rotarum quatuor, octo, cubitos latus, sexaginta viri trahebant, cui Nysæ^z insidebat effigies, cubitorum octo, tunicam induta croceam, auro distinctam, amicta veste Laconica. Machinamento quodam ingeniosè fabricato illa exurgebat, nullo manibus attollente, & vbi lac ex aurea phiala libasset, sedebat rursus, thyrifum manu læua tenens, mitris coronatum, in capite coronam auream gestans, hederaceam, cum racemis, ex gemmis fictis, maximi pretij. Umbraculum eam statuam operiebat. Ad curru illius quatuor rotarum angulos defixæ fuerunt inauratæ lampades quatuor. Sequebatur deinde currus alius rotarum quatuor, longitudine viginti quatuor cubitorum, latitudine quindecim, vnus onustus, quas satyri sexaginta calcabant, ad tibiam canentes versus epilenios^a. Præfectus his Silenus erat. Tota via fluebat mustum. Ferebatur deinde & alius rotarum quatuor currus, longitudine cubitorum vigintiquinque, latitudine quatuordecim, quem agebant viri sexcenti. In eo vehebatur vter, amphorarum ter mille, ex pardalidum pelli bus confusus, è quo per totam viam stillabat etiam vinum, paulatim emissum. Comitabantur Satyri, Sileniq; centum viginti, coronati, ferentes vrceos alij, alij phialas, quidam Thericlea^b vasa, magna, ex auro omnia. Nullo post interuallo crater agebatur, argenteus, amphorarum sexcentarum, in curru rotarum quatuor, quæ trahebant viri sexcenti. Sub crateris labris, auribus, & basi^c, animantium imagines fuere torno sculptæ. Aurea, gemmataq; corona medijs is præcingebatur. Ferebatur deinde poculorum abaci argentei duo, ambitu duodecim cubitorum, altitudine sex, ornati supernè acroteriis, ac rursus in orbem, aluo media: ad pedes verò animalium exiguorum inaginibus, tribus quidè cubitalibus, dimidij verò cubiti, multi. Solia post ampla decem vehebantur, crateres sedecim, quorum ampliores triginta capiebant amp horas, minimi quinque: deinde, lebetes sex: vtrumque anfasti viginti: quatuor, super repositoriis quinque: lacus argentei duo, super quibus fuere pocilla^d viginti

ginti quatuor: mensa ex argento solida, cubitorum duodecim, aliæq; triginta cubitorum sex, ac præterea tripodes quatuor, quorum vnus ex argento solidi cubitorum sedecim ambitus fuit: reliqui tres illo minores, parte sui media gemmis splendebant. Post hos ferebantur octoginta Delphici tripodes, argentei, minores superioribus, quadratis angulis: hydriæ^e viginti sex: amphoræ Panathenæicæ^f, sedecim: psycteres^g centum sexaginta, quorum maximus amphoras sex, minimus duas capiebat. Vasa hæc omnia argentea fuerunt. Continenter post hæc incedebant aurea vasa gestantes, crateras nempe Laconicos quatuor, cum coronis vitigineis^h: alia in super duo, Corinthiaci operis, amphorarum quatuor, super repositoriis, cum animantium sessilibus figuris, tornatis, supernè conspicuis in ceruice, & aluo, figuris summa cum arte & cura expressis. Capiebat vterq; amphoras octo. Ferebatur & lacus cum pocillis decem, holceæⁱ duo, vtrumq; amphorarum quinque: Cothones duo amphorarum totidè: Psycteres viginti duo, quorum maximus amphoras triginta capiebat, minimus vniam. Transiecti quoq; sunt aurei tripodes, magni, quatuor: eum aureæ supellectilis repositorio, aureo, gemmato, decem cubitorum, in altitudine gradibus sex erecto, in quibus animantium effigies multæ fuerunt, dodrantum quatuor, ingeniosè, solerterq; fictæ, cum exiguis duobus abacis calycum, & vitreis totidem, inauratis: præterea bicubitalia duo aurea repositoria, minoraq; alia tria, hydriæ decem, ara tricubitalis, mazonoma vigintiquinque. Post hæc pueri mille sexcenti gradiebantur, alba tunica vestiti, ac coronati, partim hedera, partim pino: ducentiq; rursus & quinquaginta cum aureis congiis, quadringenti cum argenteis: Psycteria trecenti viginti: alij ferebant, aurea quædam, quædam argentea: & post hos alij pueri ad passum vini vsum ac potum amphoras^k gestantes, aureas viginti, argenteas quinquaginta, trecentas verò omnigenis ceræ coloribus depictas^l. Quod in dolijs & hydriis mixtum passum fuit, in stadio temperanter omnes hiberunt, eius potum multum deliniti. Post hæc idem author recenset quadricubitales mensas, super quibus visu spectatuaq; digna multa circumuehebantur, adornata sumptuosè: inter cætera lectus genialis Semeles, in quo præcellabant tunicæ quædam aureæ, gemmisq; pretiosissimis fulgentes. Alium quidem rotarum quatuor currum, silentio præterire haud æquum fuerit, longum cubitos viginti duos, latus quatuordecim, à quingentis viris tractum, in quo antrum fuit supra modum profundum, vitibus & hedera opacum, ex quo per totam viam syluestres euolabât ac domesticæ columbæ, & turturæ, pedibus fascia reuinctis, vt à spectatore facile raperentur. Scaturiebant & ex ipso riuu duo, alter vini, alter lactis. Circa ipsum Nymphæ multæ fuerunt omnes cum aureis coronis, vestituaq; sumptuosè: Mercurius autem cum aureo caduceo. Super alio curru quatuor rotarum, qui Liberi patris ex India reditum complectebatur, Bacchus duodecim cubitorum, elephanto insidebat, purpurea trabea vestitus, cum hederacea vitigineaq; corona aurea, manu tenens auream thyrifis hastam, auratas soleas indutus. Ante illum in elephanti collo sedebat pusillus Satyrus, cubitorum quinque, cum aurea corona, pinea, dextra manu capræ cornu inflans, aduentum dei vt significaret. Aurens elephanti ornatus fuit, cum hederacea corona circa ceruicem, aurea. Subsequebantur quingentæ virgines, tunicis purpureis amictæ, cum aureo cinetu. Harum duces erant centum viginti, coronatæ, toto corpore armis tecto, quatuordecim argenteis, aliarum æneis. Post has incedebant a fellorum turmæ quinque, insidentibus Silenis, atque Satyris, coronatis. Quorundam ex a fellis aurea frontalia fuerunt, cum ornamentis reliquis, argentea quorundam. Post hos prodierunt elephantorum currus viginti quatuor, hircorum bigæ^m sexaginta, leonum duodecim, orygm septem, bubalorum quidecim, struthiocamelorum octo, ceruorum septem, asinorum syluestrium quatuor, & currus totidem. In hæc omnia conscenderant adolescentuli, cum petasis, & aurigarum habitu, quibus se comites addiderant puelluli, exiguis peltis, thyriforumq; hastis instructi, cum aureo vestitu, & coronis, aurigarum quidam pineis, puellulorum autem hederaceis. Vtraque ex parte camelorum quoq; bigæ tres aderant. Has sequebantur iunctis mulis carpenta, quibus barbarorum tentoria vehebantur. In his sedebant & Indicæ, & aliarum

e Aquaria situla
f vna, aquales.
g Erasmi adag. Hydriam pro foribus.
h In similes quibus Athenienses, videbatur in Panathenæis.
i Vasa quibus vinum refrigerant, et lauant pocula: cupæ.
k Ad pampinorum viti similitudinem effictis.
l Vasa vnguentaria.

k Quidam, laconicæ.
l Encasticæ picturæ, de qua vide Plinium, et Vitruvium cap. 2. lib. 4.

m Paria.

gentium feminae, captiuarum habitu. Ex camelis, quidam thuris libras trecentas ferebant, alij, croci, casiae, cinnamomi, iridis, & aliorum odorum, ducentas. Proximè his iuncti fuerunt Aethiopes hastati, ferentes, alij sexcentos dentes elephantorum, alij ebeni stipitum bina millia, alij crateras aureos argenteosq; sexaginta, & auri ramenta. Post hos processerunt venatores duo, cum iaculis inauratis, ducentes bis mille ac quadringentos canes, partim Indos, partim Hyrcanos, Molossos, & aliorum generum. Post hos viri centum quinquaginta arbores portabant, quibus fune alligatae belluae omnifariae, cum raris auibus multis fuerunt. Portabantur & in caueis psittaci perquam multi. Alia plurima is author posteaquam enarrauit, & armenta gregesq; animalium commemorauit, subiungit, Oues Aethiopicæ, centum triginta: Arabicae, trecentae: Euboicae viginti: Indici boues candidis artubus, viginti sex: Aethiopici octo: ingens vrsus, albus, vnus: Pardi quatuordecim: Panthera sedecim: Lynces quatuor: Vrsorum catuli tres: Camelopardalis vna: Rhinoceros Aethiopicus, vnus. Post hæc in curru quatuor rotarum, Bacchus cernebatur, insectante Iunone ad aram Rheæ confugiens, coronam habens auream, adstante Priapo, cum aurea corona hederacea. Iunonis imago cum corona etiam aurea visebatur. Alexandri Ptolemæiq; statuæ ibidem fuerunt, cum aureis coronis, hederaceis: Virtutis autem simulachrum adstant Ptolemæo, ex olea coronâ auream habebat: Priapi verò imago his adiuncta, hederaceam auream. Corinthi ciuitas Ptolemæo vicina, aureo diademate coronata fuit. Adiacebat horum singulis poculorum abacus, plenus vasibus aureis, cum aureo cratere, amphorarum quinque. In eodem curru mulieres sequebantur vestitu cultuq; corporis sumptuoso, cum titulis ciuitatum Ioniae, & reliquarum Hellenidum, quotquot in insulis & Asia conditæ subiunctæ Persis fuere, omnes cum aureis coronis. In alio curru quatuor rotarum ferebatur thyrsus cubitorum nonaginta: aureus, cum argentea hasta cubitorum sexaginta: in alio, phallos aureus cubitorum centum & viginti, depictus, & coronamentorum voluminibus inauratis reuinctus, cum aureo sydere in eius vertice micante, cuius circuitus fuit cubitorum sex. Multa igitur variaq; in huiusmodi pompis recitata cum sint, ea tantum nos delegimus in quibus aurum argentumve fuit. Aliae namq; multae in ea celeberritate dispositiones spectaculorum fuerunt, auditu non indignae, veluti ferarum, & equorum magna vis, Leones prægrandes quatuor & viginti. Fuerunt & in ea, currus alij, rotarum quatuor, quibus non tantum regum statuæ, sed deorum etiam multae vehabantur. Post has chorus progrediebatur virorum sexcentorum, in quibus citharistæ trecenti concinnebant, inauratas cirharas totas pulsantes, cum aureis coronis. Ab his proximè transiere bis mille tauri, colore similes, cornibus inauratis, cum aureis frontalibus, & in medio capite coronis, cum torquibus & ægide ante pectus. Aurea hæc omnia fuere. Post illa pompa Iouis ducebatur, aliorumq; deorum permultorum, & præter hæc cuncta, Alexandri, qui aureus in curru veris elephantis iuncto ferebatur, Victoria & Pallade eius vtrumque latus claudentibus. Euctæ sunt & in pompa sella regiae multae, ex auro & ebore compactae. Super vna harum iacebat aurea corona, super alia aureum totum cornu. Super regis Ptolemæi sella corona fuit, ex aureis decies mille conflata. In hac quoque pompa aurea thymiateria trecenta delata sunt, altaria inaurata quinquaginta, cum aureis coronis, quorum vni affixæ fuerunt decem cubitorum faces quatuor, aureæ: Inaurati foci duodecim. Horum vnus ambitus fuit cubitorum duodecim, altitudo cubitorum quadraginta, quorundam quindecim. Producti sunt & Delphici tripodes aurei nouem, cubitorum quatuor, alij cubitorum sex, octo: alius cubitorum triginta, super quo fuerunt animalia, quinque cubitorum, aurea, & in orbem aurea corona, vifiginea. Præteruictæ sunt & inauratæ palmæ septem, cubitorum octo, caduceus inauratus, cubitorum quadragintaquinque, inauratum fulmen, cubitorum quadraginta, sacellum inauratum, cuius circuitus fuit cubitorum quadraginta. Geminum cornu, cubitorum octo, cum inauratorum animantium magno numero, & horum multis cubitorum duodecim, cum feris magnitudinis eximiae, & aquillis cubitorum viginti. Ostensæ sunt & in ea pompa coronæ ter mille ac ducentæ, aureæ, cum altera

Quæ in Aethiopiae fluminibus colliguntur, cum arenis, & inter solis arenas, quæ magnas plantitas distendunt: & in ipse auri fodunt.

Græci sermonem videntium.

Clypeo: eræo pectoris munimento, prominente in medio Gorgonis capite.

Vel poculi genus, vel tubæ: vel cornu copie.

tera dicata sacris, aurea, gemmis nobilissimis splendente, cubitorum octoginta, Berenices templi hæc valuas circumdabat, cum ægide pariter aurea. Spectatae sunt & in ea pompa aureæ coronæ perquam multae, quas puellae ferebant, sumptuose & magnificè vestitæ. Coronarum ambitus fuit cubitorum sexdecim, vnus verò altitudo, bicubitalis. Fuere & inter pompæ fercula lorica aurea, cubitorum duodecim, & argentea cubitorum octodecim altera, quibus imposita fuerunt aurea fulmina duo cubitorum duodecim, & è quercu corona, gemmata. Spectati sunt & aurei clypei viginti: totius corporis armaturæ aureæ, sexagintaquatuor: caligæ aureæ tricubitales, duæ: aureæ pelues duodecim: phialæ numero perquam multae: gutti vinnarij triginta sex: vnguentaria vasâ magna, decem: hydriæ duodecim: mazonomia, quinquaginta: mensæ variæ: aureorum vasorum repositoria quinque: triginta cubitorum cornu, ex auro solido. Aurea hæc utensilia omnia præter illa fuerunt quæ in Bacchi pompa conspecta fuerant. Post hæc argenteæ supellectilis planstra processerunt quadringenta: aureæ viginti: odorum octingenta, & super illa omnia equestres copiae, ac pedestres, omnes armis mirum in modum munitæ. Peditum fuere quinquaginta septem millia, cum sexcentis: equitum verò, cum ducentis, vigintitria millia. Prodierunt hi quidem omnes, congruentem vnique vestem induti, & conuenienti totius corporis armatura teñti. Præter torius corporis armaturas, quas hi sibi acceperant, aliaë quamplurimæ adhuc reconditæ fuerunt, quarum numerum adscribere difficile est: Callixenus tamen eas recensuit. Ludis quidem publicis aureis coronis viginti Ptolemæus primus donatus est: Berenice verò tribus & viginti, super aureis curribus aduectis, & luco Dodonæ. Pecuniæ in ea impensæ summa fuit, talenta bis mille ducenta triginta nouem: minæ quinquaginta. Apud regiarum facultatum procuratores & dispensatores hæc omnia repræsentata supputataq; sunt, singulari donantium alacritate, priusquam accederent ludorum spectacula. Ptolemæus Philadelphus illis genitus, coronis aureis viginti donatus est, & duabus quæ aureis curribus impositæ fuerunt, vna cubitorum sex: quinque, totidem cubitorum: sex, cubitorum quatuor, ad columnas impactis. Quod igitur post natos homines regnum, è viti conuiuæ, auro sic abundauit? Non quidem illud quod Persidis Babylonisq; fodinis positum est, non quod illarum prouinciarum tributis opes congeffit: non cuius regiones irrigantur Pactolo, auri ramenta deuolvente. Omnium quidem certè fluuiorum solus Nilus re vera Chrysothoas nominari debet, quia cum alimentis exuberantibus aurum purum purumq; deuehat, sine periculo excultor & collectus, tanta copia, vt cunctis mortalibus sufficiat, instar Triptolemi in vniuersum terrarum orbem distractum. Quocirca Parmeno poeta, cognomine Byzantius, inquit, Nile, Iupiter Aegyptie. Philadelphus sanè reges multos opibus antecelluit, & quæ molitus est ac edidit omnia, summo studio, honoris & gloriæ cupidus magnifico sumptu absoluit. Nauium profectò multitudine superauit omnes, Amplissima apud eum fuerunt, ordinum triginta, duæ: ordinum viginti, vna: quatuordecim ordinum, quatuor: duæ, ordinum duodecim: vndecim ordinum, quatuordecim: nouem ordinum, triginta: septem ordinum, triginta septem: sex ordinum, quinque: septemdecim quinqueres: quadriremes, triremes, & hemioliaë, duplo plures. Nauigia verò quæ ad insulas dimittebantur, suæq; ditionis vrbes, & Lyciam, plura quam quatuor millia fuere. De librorum multitudine, & coaceruatis in suam bibliothecis, quid attinet dicere? aut de Musei structura? cum in hominum memoria hæc versentur. Quoniam verò de nauium fabrica non nihil diximus, agedum, auditu namque id dignum est, exponamus constructas à rege Philopatore naues, de quibus idem Callixenus his verbis tradidit libro primo de Alexandria. Ordinum quadraginta nauem Philopator, inquit, ædificauit, longam ducentos octoginta cubitos: ab aditu altero in alterum, latam octo & triginta. Ad acrostolion vsque, octo & quadraginta cubitorum altitudo fuit: eius verò partis quæ à puppis tabulis ad mare vsque demittitur, cubitorum quinquaginta trium. Clauis fuere quatuor, cubitorum triginta: remi longiores ad puppim inserti: horum maxi-

Mystica.

Quidam vnus, puellæ, intelligunt, non coronæ.

Ab Aegypto, priusquam accederet ad ludorum spectacula.

Ab Aegypti populis. Lagi filius, maritus Berenices, & Aureo, nisi filiorum.

Quidam: priusquam accederet ad ludorum spectacula.

Ptolemæo primo & Berenice.

Lyciam significat.

Sic vocatus est Pactolus, ob aureas suas arenas.

tritium.

Qui Cereris iussu, curru alatis ferentibus iuncto, terrarum orbem peragravit, & summentorum re indicaret omnibus.

Biremes, quæ à puppi ad malum vsque bina remis, à malo ad proram vnico tantum aguntur.

Iunius adagio, Bibliotheca animata.

Acrostolion summa pars, & ora stolii. Stolon verò, lignum quod à puppi ad proram distenditur, per summam nauis superficiem.

δὲ δὲ ἢ ἀπομνηστεῖον ἀφ' ἑαυτῶν. ἡ φρουρὰ πύππιδος ἑστὸν ὀργανεῖον ἀπὸ πύππιδος, ἢ ἀπὸ πύππιδος.

ximi, octo & triginta cubitorum, tractatu & remigio in usu faciles, ob plumbum ad manubrium additum, & quia quæ navis lateribus adiunguntur, introrsum apprimè graues forent. Duplex in ea tum prora, tum puppis fuit: rostra fuerunt, septem: præcipuum quidem unum, extans præter cætera: alia breuiora, & contractiora: quædam ad laterum proiecturas. Navis costæ & tabulata duodecim fuerunt, singula cubitorum sexcentorum, structura supra modum eleganti, sed valde mirificis & reliquis eius ornamentis. Etenim in prora & puppi animantium imagines fuerunt, cubitis non minores duodecim: quibus in ea locus cereæ picturæ versicolori varietate distinguebatur. Ea verò pars in qua remi collocantur, ad carinam vsque, thyrifis & hederacea fronde operata fuit. Armorum quoque multus & insignis fuit ornatus: his videlicet vti navis partes, quæ opus haberent, implerentur, rex cum curauisset, & navis in mari cursum experiri vellet, supra quatuor millia remigum illa excepit: mediastinos & administras operas, quadringentas: classarios milites in foris, ter mille, demptis centum quinquaginta: sub transtris in media navis parte, aliam scorsim hominum turbam: commeatum nauticum non exiguum. Ex Eschario quodam principio protracta est, compacto, vt aiunt, ex materia quinquerecium quinquaginta, populo cum faustis acclamationibus & tubis in mare perducere conante. Phœnix verò quidam postea rationem excogitavit qua deduci posset, fossa quæ nauis longitudine par esset, subiecta, prope litus excavata. In hac iacta fundamenta è solido lapide substruxit ad altitudinem cubitorum quinque: deinde per illa, continuas phalangas transuersas impulit, sub quibus ad fundum vsque fossæ, quatuor cubitorum spatium relinqueretur: tum immisso mari, eius aqua effusum locum totum impleuit, ac in eum facillè quorumlibet hominum labore nauem induxit, obturato maris accessu quem aperuerat. Aquam verò marinam, quam nauis hauserat, instrumentis & haustis exantlauit: quod vbi perfecit, tuto super phalangis quas diximus, nauis stabilita est. Edificauit & idem Philopator, nauem alteram, quæ in Nilo fluuio nauigaret, Thalamegon nomine. Eius longitudo fuit dimidij stadij: Latitudo maior quàm cubitorum triginta: Altitudo cum tabernaculi subrecto fastigio, parum à quadraginta cubitis aberat. Figura nec longas naues imitabatur, nec rotundas, sed ab illis diuersa, pro vsus commoditate, & altitudine fluuij: infernè quidem ad carinam, lata, & humilis, sublimes verò mole: at eius summæ partes, præcipuè ad proram, multum extendebantur, reflexum tamen rectis constare lineis apparebat. Duplex eius prora, duplexq; puppis fuit, in altum excelsa, quia sæpe in fluuio valdè elatus fluctus allidatur, & irruat. In eius alio media, cœnationes, & cubacula constructa fuerunt, & ad vitæ degendam vtilia reliqua: in ambitu verò nauis ad latera tria, duplex ambulatio fuit, non minore circuitu quàm iugerum quinque: & inferioris quidem humoq; propioris species ac dispositio porticui similis fuit, quæ columnæ sustinent: superior autem & à terra distantior, camerata, fenestris fenestrarumq; intersepimentis vndiq; circumdata. Ambulatio prior, nauem subeuntibus ad puppim porrecta, in orbem versus illa patebat, quæ è regione sita erant. In ambulationis illa parte quæ ex aduerso proræ obiecta fuit, vestibulum constructum erat ex ebore, aliq; materia pretiosissima. Hoc pertranseuntibus, veluti prospectenium occurtebat, sic aptatum, vt positu suo à lacunari statim, vteriora obtegeret: itidemq; rursus in lateris medio proram versus à tergo deambulantium, par velum propendebat. In ambulationem ducebant fores quatuor valuis clusiles. Dextro sinistroq; latere valvæ illæ fuerunt, maior vt esset ad eundi commoditas. His adiuncta fuit maxima domus, vno tantum columnarum ordine circumvallata, quæ lectos viginti capiebat, maxima edificij parte è cedro fissili materiata, cupressotq; Milefia. Fores per ambitum numero viginti, ex assamentis Thyriæ coagmentatæ fuerunt, cum eburneis ornamentis. In earum fronte, clavis ostiorumq; marcibus & annulis ex ære rubro conflatis color aureus igne adscitus est. Columnarum scapi è cupressu fuerunt: capitula operis Corinthiaci, auro & ebore ornata: Epistylum rotundum aureum, cui Diazosma adaptatum fuit, cum insignibus animantium imaginibus, eburneis, cubito maioribus, artificij mediocris, sed numero materiâq; admirandis.

k ἐπιπέδου, ligna ex vtraq; parte prore eminentia, velut auriculas.

l τὸ ἑρμῶνος, Poluchi, Scalmus.

m Τρία, Natalis. n ἐπιπέδου, temporarium edificium ex assamentis & eraticibus, sub quo naues edificantur, ne materiam iniuria cæli corrumpat, fibræve ledat.

o Ne hinc illinc fissæ latera collaberentur, vt firmius stabiliantur phalanges in muro, quàm in terra. p Rotundas teretesq; fissas, quibus subditis naues deducuntur, vt subducuntur.

q Quæ voluptatis gratia veheretur cum reuere, vt ijs omnibus, quæ ad chalamum, id est, lectum nuptialem, pertinent.

r Pedum trecentorum duodecim.

s Vel puppis sola: vel vtraq; puppis ex prora: vel nauis tota.

t Latera duo, vt puppim: ab aditu nauis, in eius medio latere, aperto, per puppim vsq; ad alterum aditum oppositum prior.

u τὸ ἐπιπέδου, x ἐπιπέδου. Alij, magis abdita, non intercolumnijs parata, sed fenestris tantum.

y Non in anteriorem nauis partem.

z Velum quod scæne pretenditur.

a Vel, ambulationibus: vel, foribus & vestibulo. b ἑρμῶνος. Philander in Vitruium cap. 1. lib. 3.

c Trabs quæ columnarum capitula imponitur.

d Ad verbum, præcinctio: Sic Zoophon vocat: vulgo τὰ ξίδια, de quo vide Vitruium.

randis. Cœnationi testum superstabat, elegans, quadratum, è Cypressi ligno, cum variis ornamentis, sculptis, inaurata superficie. Cœnationi propinquum fuit dormitorium cubiculum, cum lectis quinque: cui coniunctus fuit angustus canalis, in latum per nauis aluum distentus, mullerum conclaue dirimens, in quo cœnaculum fuit cum lectis nouem, sumptu & magnificentia par maiori: ac cubiculum, cum lectis quinque. Ad primum vsque testum hæc ita disposita fuerunt. At in scalas cubiculo vicinas vbi ascendisses, alia domus occurrebat, instructa quinque lectis, conuexa testi summitate, figura rhombo simili: & prope ipsam ædes Veneris, camerata, in testudinis rotundum fastigium desinentem cacumine: in qua marmorea diuæ statua fuit. E regione huius domus, aliud cœnaculum fuit sumptuosum, vno columnarum ordine circumseptum, columnis è lapidibus Indicis constructis. Huic propinqua etiam cubacula, iis quæ antea declarauimus, ornata simili respondebant. In proram euntibus Bacchica domus subiacebat, vno columnarum ordine cincta, inauratis suggrundis vsque ad epistylia circumdantia. Testi fabrica eadem quæ & ædis Veneris. Ad huius edificij dextrum latus antrum effusum fuit, eo prorsus colore, qui videtur in lapideo cæmentitioq; opere, ex veris lapidibus & auro confectum. In eo regia cognationis ac stirpis imagines erant collocatæ, ex Lychnitide lapide. Fuit & alia cœnatio perquam amœna, super maximam domum testu posita, ordine ac forma tentorij, non illa quidem proximè testu incumbens, verum intervallo quodam sciuncta, & arcuato flexu distenta. Aduerso flumine cum nauigabatur, aula in ea expendebantur, purpurea. Cœnationem hanc excipiebat locus subdialis, cuius in superiore parte nauis ea collocatio fuit, quæ subiectæ Prostatidis. Huic vicina fuit scala tortilis quæ ad occultam ambulationem tendebat, & cœnationem nouem lectis instructam, fabricæ dispositione Ægyptiam. Nam teretes, quæ illic columnæ fuere, vertebratis scalpturis differebant, candidæ vicissim ac nigra. Rotunda in illis forma capitulorum fuit, totaq; circumscriptio rosæ aliquantum dehiscentibus similis. Circa partem quam Calathum vocant, nullæ volutæ fuerunt, quemadmodum in Græcis, crassa nulla folia. Sed loti fluuiatilis calyces, & palmæ nuper germinantis fructus: in quibusdam aliorum florum multa genera exculpta: Quod autem radici capituli suberat, nempe quod vertebræ capitulum iungenti cum scapo insidet, ciboriorum floribus, & veluti complicatis folijs cælatum erat: Sic enim columnæ Ægyptij construunt, & ornant, parietesq; nigris lateribus & albis variant, interdum etiam lapide, quem Alabastriten vocant. Edificia quoque alia multa in media mole alui nauis, & in cunctis eius partibus fuere. Malus eius cubitorum septuaginta fuit: velum byssinum, purpureis funibus ornatum. Vniuersæ quidem Philadelphæ opes diligenter ab alijs regibus conseruatæ ab vltimo Prolemæo, qui tibicen & magus, animoq; parum virili, bellum Gabinianum excitauit, dilapidatæ & profligatæ fuere. At de naue quam construxit Hieron Syracusius, & cuius fabricæ Archimedes geometra curator ac præses fuit, tacere nefas esse puto, cum de illa Mofchion quidam librum ediderit, quem nuper attentè & studiosè legi. Sic igitur Mofchion scribit: Dioclidem Abderiten omnes mirantur, ob Helepolin machinam, quam muro ciuitatis Rhodiorum Demetrius admouerat: Timæus autem ob rogam extructam Dionysio Sicilia tyranno: Hieronymus ob fabricam Harmamaxæ, qua corpus Alexandri deferri contigit: Polycleto ob lucernam quam Perfæ fabricatus est. Hieron autem Syracusarum rex omnibus in rebus amicus Romanorum, magno studio & templorum structuris, & gymnasiorum, operam impendit, in nauibus edificandis magnificus, & honoris ac gloriæ cupidus, præsertim ad rem frumentariam onerarijs. Vnius illarum fabricam ego explicabo. Ad materiaturam ligna ex Ætna comparata sunt, quæ ad conficiendas triremes sexaginta sufficeret. Ad manum illa vt fuere, & clauis ad costas tabulæ, arrectariaq; statumina,

e γὰρ ἐπιπέδου, f Mullerum. g αἰχῆ. ἄλλο. Vitruius cap. 10. 6. nunc æcon vocat, nunc domum vulgus Salam appellat.

h ἑρμῶνος. i Vel, ἑρμῶνος, quod arbitror, vel marmoribus ex India petitis.

k In qua vel portabant, vt comestabantur, vel sacrum deo fiebat.

l Testi prominentijs, quæ à partibus arcens stillicidia.

m Quidam gemmis. ex ἑρμῶνος.

n Lychnites, marmor. Vlt. cap. 5. 36. ex Varrone, Parisi, sic dictum, quod ad lucernam in cuniculis cederetur. Est & lychnites gemma à Carbunculo-rum genere, è qua porpora rufa fiunt.

o Quæ velorum instar secundi ventis exciperent, aduersus quidam à navigatione cessationem, vertunt.

p Parafas, sive Prostat in adificijs Græcis, via quæ è meridiano porticu peristylj ducit in Quædam Gynaecion, ubi matres familias lanificijs sessiones habent. Sensus est: quemadmodum per Prostat dicitur in Gynaecion, sic per locum illum subdiale accessus patebat in sublimi cœnaculo.

q Non Græcam.

r In quibusdam columnis capitali loco calathus est, vniuersum implexu teæus, succibus plenus. Philander in Vitruium cap. 1. lib. 4.

s Acanthi, & similia. Vitruius loco citato.

t Cerebrum è ἑρμῶνος. Alba medulla Diocloridi.

u Faba Ægyptia de qua vide Theophrastum, Plinium, Diocloridem.

x Byssus, præstantissimum & tenuissimum linum. y Auletæ. Hanc consumpta ingenti pecunia quam ab Ægyptijs exegerat, regno pulsum, A. Gabinius contra senatus & populi iudicium, viuis Pompeij iussu restituit, vltis pedestri naualiq; prælio Ægyptijs, occisq; Archelæo Berenices sororis mariti, quam reginam Ægyptij creauerant. z In humidam voraginem actam, vt nec progredi posset, nec regredi, ita captam. Diognatum vocat eum architectum Vitruius cap. 22. lib. 10. a Theon in Progymnasmatibus scribit à Philisto lib. 13. historia Dionysij finis diligenter explicatum si sit, cum ornata rogi. Vitruius cap. 10. 38. Variarum. b Vehiculi, cuius forma partim curvus fuit, partim planus. c Iunius adag. 64. Centumie 1. τριτάτου vocatum fuisse tradit, & Ptolemæo regi à Hierone. Antigonem nauem Pollux sic vocat, à tribus velis.

Quis bacillus... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Ne imbre... Archimedis... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Loca desinata... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Cenacula... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Cubicula... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Locus ubi... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Longitudinis... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Quidam... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Cedo... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Ad ostium... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Horologium... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Solarium... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Columnarum... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Antoni... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

tumina, & ad alios vsus idonea materies, populea quidem ex Italia, rudentes ex Ibe- ria, cannabis & iuniperus... Fabros & opi- fices alios conduxit, praefecto illis omnibus architecto Corinthio Archia...

Continens huic fuit Scholasterium, cum lectis quinque, materia buxea parietum, & ianuarum, in eoq; Bibliotheca, & in summo tecti fastigio Polus...

Solarium autem, amustum, in quo stylus, seu veruculum defixum umbra sua horas signat...

Columnarum, in quo stylus, seu veruculum defixum umbra sua horas signat...

Antoni, in quo stylus, seu veruculum defixum umbra sua horas signat...

Antoni, in quo stylus, seu veruculum defixum umbra sua horas signat...

rim ascendebant iuvenes quatuor, armati, sagittarij; duo. Turrium pars interior saxis atque sagittis oppleta fuit. Super naus foris murus praeterea cum propugna- culis extructus fuit, & in eo iaciendis saxis collocata machina, fabricata ab Archi- mede, lignis in tria veluti crura...

Ecquis tabulatorum transtrorumq; prodigiosam hanc molem in terra statuit? qualis Princeps indefessus rudentibus in mare deduxit? Quo modo carinis impacta sunt haec tabulae? qua securi...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

Antigoni sacram triremem, qua...

b in... dicitur... hederam... Siciliam... ad hanc... hederam... Siciliam... ad hanc...

Legendum patet, Trochlea, qua ex patetis centum vi- nas profundis in Libya deserti a- quam hauriri scri- bit Theophr. cap. 1. lib. 2. histor.

Quidam Lem- num vertunt. Qui proram ve- git...

Altitudine, p Laticudine & amplitudine. q Malorum supra- ma pars thorax est.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

Acuendis ferramentis: vel mole manuaris, contereudo fumento versatiles. x Tolamones: signa virilis figurae, que murulos & coronas sustinent. Vi. Trigonius, triplices canales sul- peti in columinarum: Zoophoro, ad eius ornamentum, traiecta per parietem super trabem lignorum capita trifida referentes. Philander in Vietruu. Ad verbum, in p... elaborata fuit. xaxiqus, antenni similes trabes, transversae. a qalidam... veluti fenestrae, per quas in subeuntes desse- ritus esset.

^g Lego Cilicia. Est enim Leucolla promontorium in Cilicio mari, & oppidum Chelidoniae insularum. ^h Insula quadam vulgariq; narratione. Erasmi pro verb. Baoticum ingenium. ^a Scrinium, repositorium, arca, quiddam legunt esse dicit, quod vasorum & armorum conditorium sit. ^b Philius oppidum Cloonia, & Argi propinquum. ^d Poculi genus. ^e Patrii Crassi. ^f Tanquam exituum tribunal. ^g Ad verbum, eorum suaditas. ^h Ad verbum, indioses.

ⁱ Ad verbum, advenientes excepit. ^k Ad verbum.

^l Quidam sic reliqua, multa discodentes asportant. ^m *αὐτοῦ* *ἐπιπέτῃ*, multiforme. ⁿ Legitimus filius.

qua Ptolemæi duces ad Leucollam Coæ⁷ superavit, ego sciens omitto. Hanc ille dicavit Apollini triplo fortassis aut quadruple ista Syracusia Alexandrinave minore. Haftenus de navium enumeratione hæc recensuimus, non à Bæotis² exorisi, sed à maximis & hominum conuentu frequentissimis pomparū celebritatibus. Quoniam verò bonum Vlpianum memini rursū nobis proposuisse, quānam sit apud Callixenum Engytheca^a, nos ei respondemus, orationem quandam tribui Lyfiæ rhetori, inscriptam, De engytheca, cuius initium est, Si quod vel æquum esset, vel moderatum, iudices, Lyfimenes diceret: in qua progressus orator inquit tandem: Mihi nunquam in mentem venisset apud vos de engytheca disceptare, drachnis triginta non æstinanda. Engythecam æneam fuisse deinceps his verbis idem mōstrat, Anno, inquit, superiore, cum refici vellem, ærariæ officinæ tradidi: est enim minimè simplex, ac nuda, verū Satyrorum sigillis ornata, bubulisq; capitibus. Paris magnitudinis altera quoque in eadem officina est. Opifex enim multa huiusmodi, similiaq; vasa conflat, & fabricatur. His verbis Lyfias engythecam æneam esse cum dixit, aperte significat, quod & Callixenus tradit, illam esse lebetibus subditum fulcrum: Sic enim explicat Polemon Periegetes^b, operis quod ad Antigonum & Adæum scripsit libro tertio, in quo exponit dispositionē picturæ in Polemarchia porticu apud Phliantem^c elaboratæ à Sillace Rhegino, cuius meminere Simonides, & Epicharmus. Polemonis verba hæc sunt: Engytheca, & super ipsa Cypellum^d. Hegesander Delphus, in libro cui titulus est, Commentarius statuarum & imaginum, scribit Glauci Chij Delphis opus esse, engythecæ ferreæ simile, Alyattis^e donarium, cuius meminit Herodotus, *ἄσπερον* *ἢ ἑλδίας*^f appellans. Nos Delphis consecratum id vidimus, reuera spectatu dignum, ob animalcula quædam, insecta, & pusillas plantas torno cælatas. Quam verò Angothecam Alexandrini vocant, ea triangula est, in medio caua, vt inditum fidile capere possit, inopibus lignea, diuitibus ænea, vel argentea. Cū igitur de Engytheca sermonem habuerimus, deinceps rursū ad reges in apparatu^g cœnarum magnificos reuertamur. Cum Antiochō iam memorato eiusdem nominis rex, Demetrii filius, vt Posidonius affirmat, epulis quotidie magnam hominum turbam excipiens, præter ea quæ absumpta fuerant, acruatim conuiuiarum singulis auferendis dabat integras carnes animalium terrestrium, volucrum, marinarum, iam paratas & tractas^h, quæ vel plaustrum implerent, & cum his mellita bellaria multa, & coronas è thure ac myrrha, cum aureis monilibus, hominis longitudine, lemniscorum & tæniarum loco. Antiochus verò alius rex, cū ludos apud Daphnen ederet, vt idem Posidonius asserit, splendidis conuiujs epulatusⁱ est. Primum enim viritum integra ferula, & cibaria distribuit conuiujs, ac postea viuos, anseres, lepores, damas^k, cum aureis coronis, multisq; argenteis vasis, famulis, equis, camelis, quibus infidentes sigillatim conuiuæ bibere cogebantur, suum sibi camelum abducentes, cum adfistente puero. Idem scribit Syros omnes ob regionis vbertatem, necessariis laboribus & molestiis defunctos plures conuentus hominum permisisse, vt frequenter epularentur, lauarent, sese exercebant ludicris certaminibus, oleis pretiosis ac vnguentis essent delibuti, & in Grammateis, sic enim publica cœnacula vocabant, non secus ac in ædibus suis degerent, maximam diei partem illic vino ac cibis se ingurgitantes, sic vt reliquæ^l multæ superessent, eos interim demulcente testudinis sonoræ^m strepitu, adeo vt in totis illi nonnunquam ciuitatibus musci cantus exaudirentur. Ego autem, o amici viri, conuiuium impertimis laudo Alexandri Syriæ regis, Antiochi Epiphani filij suppositiui, quia Demetriusⁿ omnibus inuisus esset, cuius familiaris noster Athenæus in libro De regibus Syriæ, vitam & res gestas memoriæ tradidit. Conuiuium illud huiuscemodi fuit: Diogenes Epicureus satis promptus atque disertus, cū de re quāpiam disputaret, qui genus ducebat è Seleucia Babylonis vicina, acceptus gratusq; regi fuit, quamuis Stoicorum placitis gauderet. Eum igitur Alexander in honore habuit, tametsi male moratum, maledicum, inuidum, & dum risum captabat, ne regibus quidem parentem. A rege is aliquando petiuit, quod sane philosophum dedecerebat, sibi vt liceret purpuream tuniculam induere, & auream coronam gestare, cum Virtutis imagine

gine in eius medio posita, cuius sacerdotem appellari se cupiebat. Vtrumque rex concessit, coronamq; & tuniculam insuper largitus est. Ea Diogenes continuo Lyfiodo^o fœminæ, quæ deperibat, dono dedit. Hoc Alexander cū resciuisset, philosophis ac insignibus viris quibusdam ad conuiuium accitis, Diogenem quoq; inuitauit, & accedentem, cum corona vesteq; purpurea iussit accumbere. Absurdū id fore Diogenes cū dixisset, nutu rex præcepit introduci qui cantionibus oblectarent^p, cum quibus ingressa est Lyfiodos, corona virtutis redimita, vestemq; induta purpuream. Multo risu tum erumpente, philosophus dum cessaret, expectauit, ac tum Lyfiodon oratione proluxa & diu continuata laudauit. Hunc Diogenem qui Alexandro successit in regno Antiochus, eius virulentam maledicentiam cū pati nollet, iugulari mandauit. Fuit autem in rebus omnibus Alexander lenis, ac mansuetus, & in hominum congressu^q disputare solitus de literis, Athenioni peripatetico philosopho dissimilis, scholæ philosophicæ quondam præfecto, & Athenis, & Messianæ, & Larissæ Thessaliæ, postea verò vrbis Atheniensium tyranno, de quo multa Posidonius Apamensis particulatim scripsit, quæ & si fusiū tradita sunt, exponam tamen, vt accuratè omnes, qui se philosophos esse venditant, examinemus, nec detritis palliis, aut intonsis barbis temerè credamus. Nam, quod Agathon inquit,

Si vera dicam^r tibi voluptati haud ero:

Si sim voluptati, haud tibi vera dixerō.

Verū quandoquidem, vt aiunt, amica veritas est, eius hominis historiam exequar. In Erymnei peripatetici ludo Athenion^s quidā versatus est, disputationibus studiisq; perseueranter incūbens, qui ancillam Ægyptiam mercatus, eius concubitu filium sustulit, Athenioni domino cognominem, siue consuetudine heri, siue alicuius alius serua peperisset. Natum puerum alendum curauit pater, qui literas cū didicisset, cum matre senem iam dominum huc illuc manu ductans, eius beneuolentiam sibi conciliauit. Hæres igitur post eius mortem relictus, & Athenis in ciuitatem adscriptus, formosam puellulam duxit, eaq; sociā vehementi quadam animi contentione, se rhetorices ac philosophiæ doctorem professus est, adolescentulos, qui auditores & discipuli forent, captans: quod Messianæ & in Thessalia Larissæ cūm factitasset, pecuniamq; inde plurimam collegisset, Athenas reuersus, ad Mithridatem, cui tum prosperè omnia^t succedebant, legatus Atheniensium suffragiū missus, in regis beneuolentiam subrepsit, & in amicorum numerum receptus, facillimum ad illum accessum obtinuit. Quamobrem literis ad rerum nouarum spem Athenienses erigebat, quasi apud Cappadocem^v gratia & autoritate plurimum valeret, foreq; pollicebatur, non solum vt concordēs viuere, multis, quarum^w damnabantur, aboleris, sed etiam imperium populo restitueretur, publiceq; ac priuatim afficerentur muneribus amplissimis. His Athenienses fastuosè gloriabantur, existimantes, euerlum iam esse Romanum imperium. Ad Mithridatem ergo cū A sia iam defecisset, Athenion Athenas redire statuit, sed tempestate iactatus Carystiam^x delatus est: quod vbi Cecropidæ resciverunt, ad eum reuendendum naues longas misere, sellamq; argenteis sultam pedibus, maxima fere parte ciuitatis ad eum excipiendum effusa. Confluebant etiam spectatores alij, mirantes inopinatum fortunæ ludum, quod adscripticius & nouus ciuis Athenion in purpureis stragulis, sella pedibus argenteis subnixus, Athenas portaretur, qui prius pannoso tritoq; pallio vestitus purpuram numquam vidisset, cū nemo antea, ne Romanus quidem, tantā dignitatis specie ac imagine, eoq; luxu, Atticam adiiisset. Concurfus ad id spectaculum virorum quoq; fuit, fœminarum, puerorum, latissima omnia expectantium à Mithridate, interea dum Athenion, quondam inops, & opera quæstiuaria ludimagister, regis prætextu per Atticæ regionem ac ciuitatem, pompam agit, si quis alloqueretur, contemptim oculos aliò distorquens^y, & compellantibus superbè tanquam oppedens. Obuiam illi processerunt & artifices Bacchici, iunioris Bacchi^z nuntium in publicum domicilium, & preces libationesq; illic fieri solitas aduocantes. Egressus ille prius ex ædibus quas conducebat, in Dicuis domum, hominis Deli reditus locupletis, subuectus est, stragulis, picturis, viris, expositisq; vasis argenteis splendidam, è qua paulò post exiit, niti-

^o Lyfiodos, & magdos, idem, nempe qui magada instrumētum musicum pulsat. Vosthac lib. 14. ^p *τὸ κῆδος*.

^q *Φιλοσόφῳ*, qui-dam, affabilis.

^r Erasmi adag. Obsequium amicos.

^s Plutarch. in Syl. la. & Appianus A. r. sitionem vocant. Epicuri decreta amplexum fuisse Ap. prianus priuatim tradit. Vide Victorium cap. 24. 15. Var.

^t Qui tum rerum potiebatur. Alij.

^v Mithridatē Cappadocia regem. ^w Remissa, quam avario debebant, pecunia. Alij.

^x Oppidum Eubææ.

^y *ὀλιγοπρόσωπος*. ^z Mithridatē, qui Bacchum se nuncu pari volebat. Vide Victorium cap. 4. 7. ^{19.} *Varia*. ^{20.} *Muretum* cap. 1. ^{21.} *Varia*.

b Vires in quo habitabat.

c Mithridates Ni comode Bithynias Arriobarzane Cappadocia expulsi: vno die ac nocte Romanos in Asia necandos omnes curavit: Q. Oppium procons. M. Aquilium legatum secleratus interfecit. Plutarch. Ap. p. 110.

d Pedes decem. V. Florius cap. 24. 25.

e Qui ignem Romani non essent, eorum induerant, ut familiaris cum Romanis verberetur. Victor. cap. 7. 19.

f Duce Ariarathis Mithridati filio.

g rto ardua. Apud Plutarch. in Them. socle. Tringia tyram erectum in Pnyce tribunal quod mare spectabat, in terram reuertunt. h Peruotum id fuisse Pnyxianae tradit lib. 1.

i Theatri partem, ubi senatorum sunt subsellia, ex sider. k Nostri cod. Pnythia.

l Ducem creassu ex ordine vestre, ci nemq; vestrum.

m Erasmus in eo adagio.

dam lacernam trahens, annulum aureum gestans cum insculpta Mithridatis effigie, multis antecambulonibus, famulisq; multis afflectis.

In artificum Bacchicorum luco sacra coram eo facta sunt, & praecone proclamante libationes. Multi ad eius aedes cum venissent, donec exiret operiebantur. Peregrinis ac ciuibus plenus erat Ceramicus. Sponte, nullus iussu in concionem plebs coibat: vix tandem ille processit, stipantibus cum hastis, qui clari esse apud populum studerent, & bene audire, vnoquoque appropere obnitenteq; vestem eius contingere. Ascendit tandem ille in tribunal, ante porticum Attali extructum Romanis imperatoribus, ibiq; stans, & in orbem circumspiciens attentam multitudinem, Rem praesentium status, o viri Athenienses, inquit, vtilitasq; patriae, inuitum cogunt quae mihi nota sunt vobis denuntiare: at eorum quae dicturus sum magnitudo ob euentuum vicissitudinem, aduersosq; Romanorum casus, & calamitates impedit. Vociferata protinus est adstantium corona, praesenti vt animo confidenter eloqueretur: Dicam igitur, inquit, quae praeter omnem spem acciderunt, & quae nullus vel per somnium fingere sibi potuisset. Mithridates rex subegit Bithyniam,

superiorem Cappadociam, & continentem Asiae tractum vsque ad Pamphiliam, & Ciliciam. In eius satellitio sunt Armeniae reges ac Persidis. Ei parent & seruiunt regionum ac gentium praefecti quae circa Pontum ac Maeotum sitae sunt, ambitu stadiorum trigentes mille. Romanorum imperator Quintus Oppius in Pamphilia deditus & in vincula coniectus sequitur. Marcus Aquilius, qui consulatum gessit, & de Sicilia triumphauit, longa nexu catena cum Bastrane quodam, procero cubitos quinque pedes ab equite trahitur. Ex aliis Romanis, quidam ad deorum simulacra confugientes procumbunt, alij mutata veste quadrata, patriam, quam principio gestabant, nunc rursus induunt. Vniuersae ciuitates obuiam eunt, & augustiorum honore quam pro mortalium sorte regem deum appellant, & implorant: oracula vndique totius orbis imperium illi vaticinantur & promittunt: numerosus exercitus Macedoniam Thraciamq; inuasit. Omnes Europae prouinciae in eius partes inclinant. Apud ipsum legati sunt, non tantum ex Italiae populis, verum etiam a Carthaginensibus, qui arma consociare volunt, in exitum Romanorum. Hic paululum cum interfuisset, multosq; sciuit de iis quae praeter opinionem audierant confabulari, perfricta fronte, Quidnam igitur vobis consulo? inquit: primum quidem, ne abrogatos & sublatos vestros magistratus diutius abesse patiamini, quos Romanorum senatus super sedere a munere suo decreuit, quoad vestrae ciuitatis administrandae rationem a se probatam vobis praescripserit: ne templa clausa, squallida gymnasia, theatrum concionibus priuatum, murum iudiciale forum, Comitium deorum responsis consecratum, creptum populo, negligatis, ne, viri Athenienses, sacram Iacchi vocem ad perpetuum silentium redactam, ne clausum venerabile Castorum templum, tacentesq; philosophorum scholas contemnatis. Haec & huiusmodi alia multa declamando cum exaggerasset ignobilis seruus ille ac ludimagister, inter se collocata vulgi turbae cursim in theatrum conuenerunt, & Athenionem ducem renuntiarunt, traditis eius fidei publicis armis. In orchestra theatri confulit se peripateticus philosophus, Periolis grauitate ac passu incedens, gratiasq; egit Atheniensibus, & quandoquidem vobismetipsis, inquit, nunc vos duces estis, si me adiuuabitis, solus tantum ego poterò quantum in communi vos vniuersi. Haec factus, alios sibi magistratus allegit, quos voluit nominibus in publico eorum propositis, & haud multis post diebus tyrannide occupata, quid sibi decretum ac constitutum foret, statim publicauit, non quidem ad philosophiae leges, quam bonus Pythagoras induxit primus, vt affirmant. Theopompus octauo libro Philippicorum, & Hermippus Callimachus: Primum enim contra Theophrasti & Aristotelis praecpta, sapientes, & erga rempublicam bene affectos e medio iustulit, qua re cognitum est non falso proverbium vsurpari, Ne puero gladium: deinde cum ad ciuitatis portas custodes statuisset, Athenienses multi, vt, quae impendebant mala, vitarent, noctu e moenibus se demittentes auferunt. Ad hos persequendos cum equites procurrare Athenion iussisset, quidam necati sunt, alij vincti in urbem reducti. Scipabant

bant eum multi satellites ex iis quos φρακτινός, id est, lacus obsepientes, vocant. Aduocata concione saepius Romanorum ille res intelligere se assimulabat: accusabat idem multos, quod res novas molirentur, & profugos accerferent: militibus triginta singulis portis adhibitis, & qui vellent urbem ingredi arcebat, & qui egredi, prohibebat. Multis facultates eripuit, indeq; tantum congestit pecuniae, vt complures ea puteos impleuerit. In circumiectam regionem quaquaersum perscrutatores & obsestros viarum disperfit, secedentes ad urbem retracturos, quos tormentis prius excruciatos, indicta causa capite plectebat. Multis prodicionis crimen impingebat, tanquam exulum reditum auxilio suo procurarent, quorum ante iudicium quidam perterriti sibi fuga consuluerunt, quidam in iudiciario foro damnati sunt, illo etiam suffragium ferente. Eorum inopiam quae ad vitam necessaria sunt, inuexit, tritici ordeiq; parum viritim distribuens. In circumsitum agrum armatos viros dimisit, peruestigaturos, num ex iis qui recessissent aliquis intra fines subtitisset, & quis ex Atheniensibus extra fines abiisset, deprehensosq; fiduculis distentos, ac fustibus & virgis caesos, securi percussit, quosdam in ipsis tormentis ante interemit. Praeconem edixit ad Solis occasum domi vt omnes se continerent, nec quisquam foras commearet, etiam cum laterna aut funali: nec ciuium tantum fortunas diripuit, sed etiam peregrinorum, manibus quoque protensis in thesauros & opes Delij Apollinis, emisso in insula Apelliconte Teio, Atheniense ciue, cuius maxime vita fuit mutabilis, inconstans, & nouitatis cupida. Nam cum philosopharetur, Aristotelis bibliothecam, & alias plures copiosas ille coemittit, suppetebat enim multa pecunia: surrepta e Metroo decretorum quae a maioribus promulgata fuerant: autographa is possidebat, & ex aliis ciuitatibus si quid esset antiquum, vel arcanum & reconditum, id omne corraserat, quo in furto deprehensus Athenis, capitis periculum certum euasit fuga, reuersusq; paulopost multorum diligentia & opera, quos obsequiose coluerat, Athenionis ob seclerata societatem ceptis ac consiliis fauebat, & suffragabatur. Athenion autem peripateticorum imbutus doctrina, chœnicem orde in quatridentis Atheniensibus distribuerebat, ac viritim impertiebatur, gallarum potius quam hominum dimensum. Apelliconta vero cum cohortibus aliquot Delum celeriter profectum & illic commorantem, veluti festa potius quadam celebritate securum, quam militari disciplina cautum, negligentius circa insulam diuisis custodiis, atque adeo posteriore insulae parte sine praesidio & vallo relicta, dormientem, Orobius exercitus Romani dux, cui Deli tutela commissa fuerat, socordiae ac imprudentiae hominis certior factus, obseruata nocte illuni, expositis suis militibus, sopitos & ebrios adortus, Athenienses ac eorum commilitones pecudum more trucidauit, numero sexcentos: viuos cepit, ad quadringentos, praeclearo illo duce Apelliconte fuga clanculum elapso: multos quos in villas confugientes erat conspiciendus, exussit cum ipsis aedificiis, cunctasq; ipsorum machinas obsidionales cum helepoli, quam Delon profectus extruxerat. Trophæo erecto cum ara eo ipso loco quo hostes profligauerat, Orobius haec inscripsit,

Defunctos hoc sepulchrum peregrinos habet,

Qui pugnantes in mari vitam amiserunt:

Dum sacram Athenienses insulam vastabant,

Marte cum Cappadocum rege communicato.

Fuit & Tarfi tyrannus philosophus Epicureus, nomine Lyfias, qui a conterraneis ciuibusq; suis creatus Stephanephorus, id est, Herculis sacerdos, eo magistratu nunquam se abdicauit, habitu ipso tyrannidem praese ferens, tunicam purpuream indutus, albo distinctam, & sagum siue paludamentum sumptuosum, Laconicis albis soleis calceatus, corona ex lauro cinctus, aurea: diuitum fortunas erogans pauperibus, occidens multos qui dare abnuerent. Tales quidem sunt ad principatum euecti e philosophia, de quibus aiebat siue Crates, siue Demochares, vt lanceam e thymbra efficere nemo potest, sic nec e Socrate inculpatum militiae ducem. Plato sane tradit ter Socratem militasse: semel in Amphipolin, iterum in Potidæam, & denique in Boeotos, cum ad Delium pugna commissa est, ac eum fortitudinis virtutisq; praemia consecutum,

n Phrygiae deo templo, in quo seruabatur acta publica, edicta, plebiscita, decreta, iudicia, etc. o Propria manu scripta.

p Vel Apellicon, vel Athenio, vel aliquis alius Atheniensis eius insulae gubernator.

q Unica belli societate. r Coronatus. Summe auctoritatis dignitatisque apud Tarfenses is magistratus, honoris ergo coronam gestas. s Erasmus. prouer. Non e quous ligna Mercurius.

t Vicium Apollini sacrum.

v Duce Hippocrate, qui in eo conflictu occubuit. Thucydides lib. 4.

x Lib. 1. 77 28
Αθλουσαν βασιλ...
y Nam alij Socra-
tes memorantur.

z Socratis ani-
mam, & benevolē.

a Ad verbum,
memoria amicus.

b Urbem Thraciae
Olyntho vicinam.
c Thucydides lib. 1.

d Summum ma-
gistratum obtine-
bat.

e Ad verbum,
qui in intemperan-
tia voluntantur.

f An quaedā in-
ter Xenophontem
& Platonem am-
lato semelcaq; in-
tercesserit disputat
Agellius cap. 3. 14.

tum, cunctis Atheniensibus fuis, ac in fugam coniectis, desideratisq; multis, id quod nullius historiis proditum est. Haec autem omnia mera sunt mendacia. Nam expeditio in Amphipolin suscepta est Alcæo pratore, ductu Cleonis, delectis strenuissimis quibusque ac primariis civibus, ut inquit Thucydides, quibus adscribi^x Socratem necessum fuit, inopem hominem, cui præter baculum & pallium nihil profusus fuit. Quis verò historiae scriptor, aut poeta, aut vbinam Thucydides Socratem^y Platonis, militem depinxit? quid baculo cum scuto convenit? Quando verò, ut scribit Plato in Charmide, ad Potidæam meruit? & adeptum suæ virtutis præmium Alcibiadi cessit? quod idem Plato refert, cum nec Thucydides id scriptum reliquerit, nec Isocrates in oratione De iugo? Quo tandem prælio fortitudinis ille præmium consecutus est, aut quidnam infigne clarumve gessit, cum nulla tum pugna incidere, ut testatur Thucydides? Prodigiosa certè ea vaniloquentia Plato non contentus, memorat perfectam, imo verius affectam fortitudinē, & animi præsentiam, qua ad Delium manus conferuit. Ad Delium quidem istud, cuius meminit Plato, Socrates, ut scribit Herodicus Cræretius in libro suo ad Philosophatē^z, cum aliis quam plurimis turpiter fugam arripuit, cum Pagondas equitum alas duas post tumulum abditas transmisisset, Atheniensibus tum fuga petentibus Delium, quibusdam Oropum, aliis ad mare se recipientibus, quibusdam ad montem Parnetha, Bœotis vrgentibus, & interficientibus, equitatu præsertim suo ac Locrorum. Tali igitur pauore ac tumultu constrictis Atheniensibus, Socrates, si diis placet, solus minabundus & fremens, in equites Bœotorum ac Locrorum intuitus, eos repressurus constitit: & tam virilis animi neque Thucydides meminit, neque poetarum vllus? Quo verò pacto Alcibiadi virtutis suæ præmium concessisset, qui nec illius quidem belli omnino consors fuit? Quin idem Plato, alioqui memoriæ^a tenacis, in Critone scribit, nunquam peregrè profectum Socratem fuisse, præterquam ad Isthmum cum se contulit. Idem quod Plato narrat & Antisthenes Socraticus, de honorariis illis virtutis præmiis. Sed minimè verà est huius etiam oratio, quoniam Socrati multa canis ille gratificatur, ex quo neutri fides est adhibenda, præsertim cum sit Thucydidis historia nobis tanquam pro signo proposita, cui credamus. In fabulosa illa narratione loquentem sic Antisthenes Socratem inducit. A. Fama verò est in ea te pugna qua cum Bœotis dimicatum est, virtutis præmium reportasse. S. Bona verba quæso. Non meum, sed Alcibiadis id decus fuit. A. Ira sane: verum, ut audimus, quia tu illi dedisses. Plato quidem Socratem ad Potidæam stipendia fecisse tradit, præmioq; virtutis suæ cohonestatum. At magno consensu historici omnes produnt bellum ad Potidæam^b gestum Phormione^c dace, alterum illud, quo signis collatis ad Delium confixerunt, præcessisse: Sic omnia philosophi mentiuntur, à seq; multa scribi præter ordinem temporum nesciunt. Eiusmodi fuit & lepidus Xenophon, qui sui conuiuij argumentum designauerit, Callian Hipponici gnatum, ob Autolyçi Lyconis filii, quem amabat, de Pancratio victoriam, epulantem, & cum aliis conuiuiis præsentem fuisse Autolycum, qui nondum fortassis tum natus erat, vel ætatem puerilem nondum excefferat. Eo scilicet tempore Aristion rempublicam gubernabat^d, quo prætoze Eupolis impulsu hortatuq; Demostrati Autolycum fabulam egit, qua Autolyçi victoriam irridet. Xenophon rursus in eodem conuiuijo hæc loqui Socratem fingit. Atqui Pausanias, cui Agathon poeta in delitiis fuit, eorum causam defendens qui intemperantiæ^e dediti sunt, inquit, validissimum exercitum fore contractum ex illis qui amant & amantur: verituros enim maximè sese deserere. Mirandum profectò hoc fuerit, si qui nullo pudore aut respectu patrare inter se turpia & probrosa consueverunt, ne quid flagitiosum aut inhonestum admittant, verecundia deterreantur. Horum nihil à Pausania dictū fuisse, licet è Platonis conuiuijo cognoscere. Pausaniæ nulla ego equidem scripta legi, nec alius quicquam illa disputantem de amatorum & amatorum vtilitate induxit præter Platonem. Cæterum, siue id commentus est Xenophon^f, siue alioqui iam scriptum Platonis conuiuium nactus, hæc omittamus in præsens, at circa tempora nunc errorem adnotemus. Aristion, sub quo id conuiuium celebratum fingitur, annis quatuor magistr

magistratum supremum obtinuit ante Euphemum. Is autem reipublicæ cum præfset. Agathonis victoriā^g Plato celebravit, cœna descripta, in qua Pausanias de amore disputat. Est igitur prodigiosum & admirabile, si quæ nondū tum dicta, sed anno postea quarto tentata demum fuerant, recitet. Quapropter omnino Platonis conuiuij nugæ sunt. Nam cum vicit Agathon, annos tantum quatuordecim Plato natus fuit. In Bacchi festis ludis Agathon sub Euphemo corona donatus est, Plato verò sub Apollodoro genitus Euthydemii successore, vita ad annum octogesimum secundum producta, obiit, sub Theophilo, qui rempublicam post Callimachum rexit, & ab Apollodoro octogesimus secundus Prætor numeratur. Ab Apollodoro, natiuitateq; Platonis, Euphemus rempublicam administravit decimus quartus, sub quo ob Agathonis victoriā conuiuij excepti sunt. Quin ipse Plato congressum illum multo antea factum his verbis declarat: Prorsus^h, inquam, tibi videtur certi nihil dixisse qui hæc narravit, si ad eò nuper congressum illum extitisse putas, ut ego quoq; interfuerim. Ego equidem sic arbitror, inquit. Tum ego: Quid ita? an ignoras, o Glaucon, iam multis annis Agathonem huc non accessisse? Et sermonis progressu: At hoc mihi dicito, quando venturus ille fuerit: Ego verò, Nobis adhuc pueris, cum Agathon prima tragediam conuictus abiit. Multis quidem argumentis manifestum est, Platonem valde falli in æstimandis temporibus, non quia, ut est apud Poëtamⁱ, inconsideratè scribat quidquid temerè in linguam venerit. Non enim sine scribendi studio^k & meditatione quidquam dixit, sed multum attentè & cogitanter omnia, quale est quod in Gorgia scripsit: Archelaus, mehercule, hic miser est, quod ex oratione tua patet, o amice, iniustus si fuerit. Deinde cum disertè regnante apud Macedonas Archelao illa scribere sese dixisset, orationis procurfu dixit: Et Periclem hunc, qui nuper obiit. Si Pericles nuper fato concesserat, nondum Archelaus ad regnum peruenerat: Si regno iam potiebatur, multo antea Pericles mortuus est. Prius enim Perdiccas regnavit, quàm Archelaus, annis vno & quadraginta, ut autor est Nicomedes Acanthius, ut Theopompus, trigintaquinque, ut Anaximenes, quadraginta, ut Hieronymus, vigintiocto, ut Marfyas & Philochorus, vigintitribus. His tam differenter ab historicis proditis, minimum sumamus hic numerum, annos vigintitres. Pericles anno tertio belli Peloponnensis diem obiit, Epameinone Prætoze, quo tempore mortuo Perdicce in regno successit Archelaus. Quoniam igitur pacto, ut inquit Plato, Pericles nuper vitam finiisset. In eodem Gorgia Plato Socratem inducit hæc loquentem: Haud ita dudum tribu mea imperij summam obtinente, in curiam^l me cooptatum è concilij sententia decretum facere cum oporteret, risum excitavi, quòd senatusconsultum perscribere, aut sci-scere non didicissem. Id autem à Socrate factum constanti^m animi fortitudine, quòd leges nollet popularis administrationis labefactare, apertè declarat Xenophò libro primo Rerum Græcarum his verbis: Quosdam è senatu contra leges ferri sententias permissuros se negantes rursus Callixenus in suggestum ascendens accusauit. Eos nominari, qui reculerent, cum clamore populus iussit. At Senatores omnes perterriti magna consensione suffragiorum potestatem se facturos polliciti sunt, excepto Socrate, filio Sophronisci, qui solus abnuuit, ex legum præscripto omnia se acturum professus. Ad suffragia verò illa vocatus erat populus, ut de Erasfinide iudicaret, alijsq; ducibusⁿ, reis, quòd nauali prælio ad Arginusas commisso, illos, qui perierant, è fluctibus sepeliendos non sustulissent. Prætoze sanè Callia, nauali eo prælio certatum est annis vigintiquatuor post Periclis interitum. Idem^o in Protagora dialogo, quem post obitum Hipponici^p scripsit, cum iam Callias patris hæreditatem creuisset, refert, iterum Protagoram Athenas venisse, non multis ante diebus. Hipponicus autem, Euthydemo rempublicam moderante, exercitui præfectus cum Nicia in acie stetit aduersus Tanagraeos, & auxiliares Bœotos, iisq; prælio superatis in rebus humanis esse desit, antequam Eupolis sub Alcæo Prætoze Adulatores fabulam suam ederet, haud longo tempore, ut verisimile est, quoniam acta ea fabula indicat hæreditatem Callian haud ita dudum adisse, in eaq; fabula Protagoram Eupolis inducit peregrinum, & Athenas primùm comitantem. Ameipias

g De tragico certamine.

h Locus hic multis sanatus est adiectu è Platone que ad eius intelligentiam erant necessaria.

i Aeschylum, Leopardus cap. 217, E-mend. Victorius ca. 16. 11. Var. Erasmi, adag. Quidquid in buccam venerit, k. 1000. 400.

l Quingentorum senatorum, quorum potestas in trigintaquinque dies per durabas. m Non ignorantia edendi senatusconsulti.

n Pericle, Diomedonte, Lysias, Aristocrate, Thrasibulo, Xenophon.

o Plato, Hipponico mortuo, cum iam hæreditatem Callias filius adisset, scribit Protagoram iterum venisse Athenas: Eupoli Hipponico nuper mortuo Adulatores fabulam egit, in qua Protagoras inducitur, peregrinus, Athenas primùm comitans.

p Callie patris.

q Qua in annum
ipsum pacta fue-
rant.

r Persurum.

s Erasmi adagio,
Vicinam mihi con-
tingant que sunt
inter Sicyonem &
Corinthum.

t Ceteri vultus. Lam-
binus Cicronem
putat epist. lib. 6.
ad Atticum ex his
versibus que se-
quuntur sumpsisse
epist. vultus illud de
gestu hystionis: et
suis se suspicari:
ego a quibus scripsi.
melius tamen legi
puto, Ceteri vultus
Alcibiadi,
& Qui pra la-
tia erupit.

y Tunc dicitur: que
sponsus sponse dat
in conspectum pri-
mum prodeunt.
z Aspasia.

in Publico fabula, quam dedit biennio prius, illum non recenset in eorum cœtu qui in scholis quidpiam commentarentur. Liquet igitur, inter illa tempora Protogoram Athenas petiuisse. Idem Plato in Protogora Hippian Eleum cum suis quibusdam ciuibus adesse fingit, quos Athenis versari turò potuisse credibile non est, anteaquam sub Isarcho, Februario mense, in annum pactæ essent induciæ: ille verò cum dialogum sic instituisset, tanquam per scriptum eo tempore, quo nuper iura fuerant, sic ait: Nam si feri homines essent, quales in Agrestibus fabula dudum Pherocrates poeta designavit, edita Bacchi festis ludis. Agrestes fabula cum Aristion reipublicam teneret, acta est: post eum ab Isarcho, sub cuius magistratu induciæ factæ sunt, quintus reipublicæ præfuit Astyphilus. Nam Isarchum securus est Aminias, hunc Alceus, deinde Aristion, post Astyphilus. Itaque contra historiarum fidem Plato in eo dialogo Athenas duxit Hippian, qui hostis erat, exacto iam induciarum tempore. Idem Plato alibi scripsit, à Chærephonte Pythiam interrogatam an esset aliquis Socrate sapientior, respondisse nullum: qua in re dissidet à Xenophonte. Platonis verba sunt: Nam cum in Delphis aliquando de me Chærephon percontatus esset, oraculo deus pronuntiauit, ex hominibus qui viuerent nullum esse me iustiorum, ac magis temperantem. Quomodo igitur rationi consentaneum, aut probabile fuerit, Socratem, qui se nihil scire fateatur, omnium sapientissimum à deo, cui cognita sunt omnia, declarari? Etenim si nihil scire sapientia est, omnia nouisse stoliditas & stultitia fuerit. Ecquid autem opus erat Chærephontem deo molestum, de Socrate id sciscitari? ipsimet Socrati fides adhibenda fuit, se minimè sapientem esse affirmanti. Fatuus quidem certè percontator ille fuit, quemadmodum si quis roget, an Artici lanis quædam aliæ sint molliores: an Medorum & Bactrorum regibus quidam sint potentiores: an Socrate sit quispiam magis simus: Qui de his interrogat, illos acutè & ingeniosè deus eludit, & veluti colaphis inflictis obiurgat. Sic stupida & ridicula fuit illius interrogatio, qui quærebat, an falsa Æsopus scripsisset: itemque alterius huiusmodi, Quo pacto diues fiam, ò Iouis atque Latonæ filii ad quam ludificans respondit, Si quod inter Sicyonem & Corinthum est possideas. Quinetiam quæ de Socrate Plato memoriæ prodidit, comicorum nullus asseruerat, eum nimirum fuisse truculentæ ac toruæ obstetricis filium: aut Xanthippen improbam & odiosam fuisse mulierem, quæ in illius caput effunderet malluum: nec eadem læna opertum Alcibiadem cum eo dormiisse: quæ omnia necessum fuit ab Aristophane, qui & conuiuio Platonis interfuit, veluti quodam tintinabulo, personari, & diuulgari. Numquam enim tacuisset Aristophanes corruptorem iuuenem esse Socratem, quem Aspasia sapiens scemina, & eius in eloquentiæ studiis magistra, in carminibus ipsi attributis, & ab Herodico Cratettio publicatis, sic alloquitur:

A S P. Socrates prorsus cognoui ^z animum tuum vri desiderio
Gnati ^z Deinomaches & Clinia. Verum mihi obtempera,
Felicem esse tibi si voles amorem pueri, ac ijs que nuntio
Fac ut pareas, & obsequaris, sic tibi melius succedent omnia.
S O C R. Hac ego ut audiui præ gaudio corpus rigauit
Sudore ^z, è palpebrisq; non inuitus mæror decidit.
A S P. Iam abi, musæq; diuino afflatu mentem imple:
Musa tu ipsum capies. cantum is cupit: eo tibi opus est.
Ambobus amoris initium hoc erit. Musica
Eum retinebis, si musica cum audierit
Ob beneuolum erga te animum sponsalia munerat ^z tu addas.

Venatur ergo Socrates Alcibiadem, amatoris Milesiæ ^z præceptis instructus: Verum Alcibiades, quod ait Plato, nec cassibus illaqueare tentat Socratem, nec persequitur: quapropter Socrates lacrymari non cessat, ut equidem arbitratur, infelicitatem suam desens, quo in statu Aspasia eum cum videret sic affatur:

Cur quæso ploras, amice Socrates? an te commouet
Inhabitans pectori tuo tanquam fulmine illisus amor, oculis
Erumpens inexorabilis pueri, quem reddituram tibi

Cicurem

Cicurem ac mansuetum promisi? Quod autem reuera Socrates Alcibiaden amauerit, quamuis ab anno trigesimo parum abesset, constat è Platonis in Protogora his verbis: A. Vnde Socrates redit? an non ex venatu formosi Alcibiadis? B. Nuper, mehercule, visus est intuenti mihi pulcher, tametsi iam vir. A. Vir sane, ò Socrates, quod inter nos dictum sit, & barba iam oppletus. cæterum quid hoc refert? Homerum tu profectò laudas qui gratissimam esse dixerit primam ^a pubescentis lanuginem. Ea nunc in Alcibiade nascitur. Sunt autem natura & ingenio quamplurimi philosophi comicis ipsis maledicentiores. Æschines Socraticus in Telaugè ^b Critobolum Critonis filium indoctum & fardidè viuentem perstringit: ipsum verò Telaugen, quòd ob vestem spurcam ^c, quam gestabat, quotidie fulloni dimidium obolū pro mercede solueret: villosa pelle cingeretur: ansis è sparuto putribus calceos ligaret: eundem autem haud mediocriter irridet, quòd rhetorem quendam initiaisset philosophiæ mysteriis. Idem in Aspasia Hipponicum Calliæ filium vocat bardum & fatuum, sceminas verò Ionicas vniuersas adulteras, & quæstuaras. Callias autem eius dialogus, similitatem Calliæ cum patre continet, irrisionesq; Prodicis & Anaxagoræ Sophistarum. Narrat enim à Prodicò Theramenen discipulum initiatum fuisse, ab altero Philoxenū Eryxidis, & Aripheaden, fratrem Arignoti citharædi, initiatorum, quos nominauit, improbitate, nequitia, gula ^d & cupediis, demonstrare volens qualis fuisset præceptorum institutio ac disciplina. Idem in Axiocho Alcibiadem traducit perquam acerbè, tanquam vinosum, & alienarum vxorum pudicitia insidiatorem. Idem Antisthenes in altero Cyro eandem quoque Alcibiadem maledictis incessit, quòd contra leges & sceminarum congressu abuteretur, & reliquam vitæ partem ageret: esse namque illi cum matre, filia, sorore, more Perfarum, stupri consuetudinem. Eiusdem de republica dialogus omnes criminatur qui Athenis concionibus populo inferuient, & reipublicam administrarent. Archelaus Gorgiam oratorem notat. Aspasia Paralum & Xanthippum filios Periclis insectatur: & Paralum quidem vt contubernalem & sodalem Archestrati, qui velut in lupanari scortum, se prostitueret: Xanthippum verò vt familiarum ac necessarium Euphemi, qui obuios omnes frigidè quidem ac ineptè, odiosè tamen, diceris ac salibus mordebat. Platonem is mutato nomine Sathonem ^e vocauit, & aduersus illum hoc titulo dialogum edidit, quamuis amarulentis, inualidis tamen & irritis conuitiis oblatrans. His scilicet hominibus ^f nullius probantur consilia, nec imperatoris nec mimi. Sophistas ij paruifaciunt, poetas damnant, & inuitiles esse aiunt: temerarium esse populum & inconsultum dicitant: & tamen Socrates frequens est cum Aspasia tibicinis: cum Pistone armorum loricarumq; fabro disputat: Theodoten meretricem docet qua sint arte excludendi abigendiq; aduentores ^g & amatores, vt libro tertio commentariorum Xenophon autor est, apud quem ea præcepta Theodotæ philosophus tradit, quæ nec Saimæ Nico, nec Lesbæ Callistratæ, nec Leucadiæ Philonidi, sed nec etiam Atheniensi Pythonico amoris inuitamenta & incitamenta cognita fuerunt, tametsi his pernoscendis maxima diligentia incubuerint. Graues atque venerandas huiusmodi philosophorum accusationes exponere si velim, dies id me conantem deficiet. Nam, quod est apud Platonem, affluit ^h mihi turba harum Gorgonum, & Pegasorum, sermonumq; veluti natura prodigiosorum, quorum vt immensus est numerus, sic incomparabilis absurditas. Quamobrem iam tacebo. Hæc locuto Masurio, cum eius sapientiam omnes mirificam putarent, silentio facto Vlpianus inquit, Haftenus, ò viti conuiuæ, mihi videmini præter expectationem huius orationis vehementia exhausti ⁱ, & mero tanquam immerfi. Nam quod ait Parmeno Byzantius,

Qui vt equus aquam, homo vinum haurit,
Scythicè loquitur ^k, & ne cappa quidem agnoscit:
Mutus iacet, in dolioq; vrinatur, & natat,
Somnolentus, tanquam papauer medicamentum biberit.

vel in saxum obri-
guistis, Gorgonum, Masurios quas memorauit, aspectu, de quibus Alexander Myn-
dius libro secundo historiarum De pecudibus & quadrupedibus, animantia reuera quæ-
dam

a 4 dam

a Cicurem, eius
qui circa labra pi-
lus incipit exoriri.

b Liquido, Per-
sico. Nomen dia-
logi, & viti.
c Inquinamenta
& sordibus purgā-
dam.

d Et circa res hu-
miles abiectione
magno studio: Qui
dam.

e Sathonem, lib-
dinosum, perulan-
tem.
f Maledicti & ca-
lamniatoribus.

g Leopard. cap.
3. 6. Emend.

h Vide prouerb.
Influit quod ex hau-
ritur.

i Desisti, lassus.

k Barbarè & in-
conditè balbutit.

Iunius adagio, Tanquam Gorgone conspecta, in Vaga geni, qua peliola et fides mutat sepe. Hodie les Alarbes. n Plin. cap. 31. 8. Aelian. cap. 17. De animal.


dam fuisse prodidit, quorum obtutu homines lapidescerent, his verbis: Gorgona¹ in Libya Nomades^m animal quoddam nominant, eodem tractu quo gignitur & Caroblepon^a, vt referunt multi, ex pelle id adnotantes, oui syluestri simile, vt quidam asserunt, vitulo, visque adeo retro & pernicioso halitu, vt quisquis occurrit, eum interimat: iubam a fronte in oculos demitti, qua vix ob grauitatem quassata & dimota, quemcumque intuetur aspectu necat, vitasque priuat, non anhelitu, sed perlato natiuo veneno oculorum aciei. Sic autem in cognitionem ea fera venit. Quidam cum Mario aduersus Iugurtham militantes, Gorgonem contuiti, & rati, quia deorsum nucret, lenteque moueretur, ouem syluestrem esse, in ipsam intruerunt gladiis suis confossuri, ad quem imperum fera trepidans, iuba succulla & ab oculis remota, inuadentes confestim occidit: rursusque ac rursus cadentibus aliis qui propius accederent, quidam Nomades ab indigenis intellecta belluæ natura, Marij iussu procul obsessam iaculis transuerberarunt, indeque redeunt ad imperatorem bestiam artulerunt. Talem igitur fuisse ostendit Mariana illa expeditio ac pellis ipsa. Minus fidei habet quod ab eodem historico scribitur, in Lybia boues quosdam Opisthonomos^a appellari, quia non antrosum pascentes ambulent, sed retrorsum euntes herbam vellant, esseque impedimento cornua ne secundum naturam herbam carpant sursum versus non incurua, vt in cæteris animantibus, sed deorsum inflexa, quæ oculorum lumini velut tenebras offundunt. Parum quidem hoc credibile est, præsertim cum alius nullus historicus attestetur. Hanc Vlpiani orationem, cum loqui desisset, testimonio suo confirmavit Laurentius, ac insuper dixit, Marij pelles eorum animantium Romam transmisisse, nec aliquem potuisse coniectare cuius animalis essent, ob insolitam & inusitatam speciem, dicatasque illas fuisse in Herculis templo, in quo triumphantes imperatores epulum ciuibus exhibent, quod etiam nostri poetæ & scriptores non pauci memoriæ mandarunt. Vos igitur grammatici, qui nihil horum posteritati scriptum reliquistis, vt est apud Herodicum Babylonium,

o Retro pascentes.

p Erasmi adagio, Stellis notare. q Iunius adag. Hispano simidor. Horat. Vitis hianulo me simili Chloë. r Iunius adagio, Angularis bobyx. Erasmi adag. in angulo. s Erasmi adagio, Omnis herus seruo monosyllabus. t Ipsi, vobis proferri. u Illud.

Aufugite Aristarchij^a per maris spatiosa terga
E Gracia, flauis ceruorum hinnulis^a pauidiores.
In angulis^a murmurantes bombyces: monosyllabi^a: quibus cura est
Σφῆρ^a & σφῆρ^a an dicendum sit, altercari, & an μῆρ^a, an vīp:
Hoc vos nunquam non torqueat, o morosi, ac tempestuosi: Herodico verò
Sua maneat Gracia, deorumque filia Babylon. Nam, quod ait comicus
Anaxandrides,
Volupe est
Si quis nouum aliquod inuentum excogit arit,
Omnibus patefacere. Nam qui sibi solis sapiunt,
Primum artis sue nullum habent iudicem,
Deinde sunt inuidiosi: debet enim in vulgus efferrī
Quidquid nouitatis habet quidpiam. Peractis his sermonibus, & clanculum discedentibus multis, conuiuium solutum est.

ATHEN



ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBER SEXTVS.



VANDO QVIDEM, amice Timocrates, mihi sapius occurrens rogare soles quæ dicta sunt à Deipnosophistis, ideo quod existimes noui quidpiam à nobis repertum fuisse, in memoriam illa reuocabo quæ Antiphanes in Poësi ad hunc modum scripsit:

Beata profus tragædia^a
Poësis est, si eius quidem argumentum
Spectatoribus prius cognitum fuerit,
Quam actores loquantur, vt in memoriam tantum

Reducere poetam oporteat, veluti, Oedipum cum nominauero,
Alia sciunt omnia statim: pater Læius,
Mater Iocasta: filia, & gnati aliquot^b:
Quidnam sit ille passurus, quidnam commiserit norunt.
Alcmaonem rursus protuleris, vel pueruli
Omnes mox dicent furiosum interfecisse
Matrem indignatum^c. Adrastus^d in scenam prodierit,
Extemplo norunt quàm graues casus impendeant: & cum
Nihil est quod eloquantur amplius,
In agenda fabula sehis valde spectatoribus,
Tam facile quam digitum, attollunt machinam^e,
Idque ad explendam spectatorum expectationem sufficit.
Alia verò nostra conditio est: omnia cogimur
Adinuenire noua vocabula: quæ gesta sunt antea
Explicare, quæ presentia sunt, catastrophæ ac prologum
Exponere: horum si quid omittitur,
Illum explodunt, siue Pheidon fuerit, siue Chremes,
Peleo verò, ac Teucro, facere illa sane licet.
O dea tutelaris atque domina
Brauronis^f sacri, loci dijs gratissimi,
Latona & Iouis filia, o virgo quæ hostes arcu domas
Quemadmodum aiunt tragici^g, quibus omnia
Solus & agere, & fari licet.

Diphilus in Helenophotis^f:

Timocles Comicus hominum vitæ perutilem esse tragædiam scribit in Bacchis fœminis, siue Mænadibus his verbis:
Hem amice, nunc ausculta quod dicturus sum tibi.
Animal natura laboriosum^h homo est.
Tristia vitæ secum affert plurima:
Itaque curarum hæc adinuenit solatia:
Mentem enim suorum malorum oblitam,
Alienorum casuum reputatio consolatur,
Indeque fit ea læta, & eruditæ ad sapientiam.
Tragicos enim primum, si libet, considera,

a Erasmi adagio, Tragædæ loqui. b Eteocles, Poly-nices. c Quod Amphiraum patrem Iacintem prodidisset. d Is cum utroque genero, Tydeo & Polylice, Thebas profectus, accepto maximo detrimento domum reuersus est. e In pluriq; tragædijs è sublimi deus aliqui ostendebatur, qui repente commutatis rebus fabula finem immeret. Erasmi adag. Deus ex improbitate apparuit: adag. Tolle dicitur. Eius rei arifices epist. 89. Seneca machinator vocat, qui hegmatæ per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublimi crescentia, & alijs ex inopinato volutantes, aut debilitantibus quæ coherabant, aut quæ distabant sua sponte cœmuntibus, aut quæ eminebant nauatim in se residentibus, quæ imperitorum oculos feriunt, omnia subita mirantium, quia causas non nouere. f Helena, ciuitas yminea cum salignis anst. Helenophoria, dies Atheniæ festus, quo myseria in beleni ferebantur. g Brauron Atticæ pagus vicinus Marathon, de quo Pausanias lib. 1. c. Stephanus. h Erasmi adagio, Tragice loqui. i Enimvero, molestis & doloribus obnoxium. Hos verus Stobæus citat in Cōsolatorijs, sermone 123.

QUAM

l Junius adagio, Vultum demittit saquam Telephus.

Quam profint omnibus. Qui eget Pauperiorem se fuisse Telephum. Cum intelligit, lenius fert inopiam. Insania qui agrotat, de Alcmæone is cogitet. Lippus est aliquis, Phineæ cacum is contempletur. Obyit tibi filius, dolorem leuabit exemplum Niobes. Claudicat quispiam, Philoeteten is respicito. Miser est senex aliquis, in Oeneum is intuetor. Omnia namque grauiora quam patiatur Infortunia quibus animaduertens in alijs cum deprehenderit. Suas calamitates luget minus.

l Insulam, Samo- thracia vicinam.

m Nulla.

n Adelpin, Teren- tii: Grecam appel- lationem seruauit.

o τὴν παλευτήριον.

p Giganti senisti- mo, & immanissi- mo. Centumgeni- num Virgil. appel- lat. ἑκατόγονος, Graeci.

q Eadem figura Galli de homine mi- litarem suam vir- tutem ostentante dicunt, il mango- les charrettes fer- rees: ferratos cur- rus comest.

r Figura & colo- re, quo illustrata oratio suauißima est. Vide Quintil.

s Est apud Eras- m. sed alio sensu, pro- uerb. Martem uer- ri. Eadem sive hu- ius adagij significa- tio, Lemnium inue- rit, & Atræi oculi.

t Iam leg. Eras- m. prouerb. Par pari, aliter explicat, sed minus apte.

u Pünio, aduersum Formas ille isceit.

x Junius adag. Niobes archotypi- & adag. Tanquam Gorgone cõspecta.

y Quod de Gorgo- nibus prædicant.

Nos igitur iam, ô Timocrates, Deipnoso- phistarum reliquias tibi reddimus quidem, non damus, quemadmodum Cothoci- des orator dixit, in Demosthenem cauillatus, qui Philippo Halonneson¹ tradente confulebat Atheniensibus, si reddere uellet, ut acciperent: minimè verò, si daret. quod Antiphanes per iocum in Neottide^m argutatur hoc modo:

A. Herus à patre recepit omnia

Ille ut acceperat. B. Gaudebat olim

Hoc uerbo cum uteretur Demosthenes.

Alexis in Milite:

A. An recepisti? B. Quidnam istud est? A. Huc redeo, & quem à uobis ego

Puellulum acceperam, refero.

B. Ohe, quid ita? num alere uis? A. Nec noster quidem,

Nec uester est, quamuis eum mihi

Vos dederitis. B. Neutiquam scilicet dedimus. A. Hoc quidnam est?

Idem in Fratribusⁿ:

B. Reddidimus sanè quem accipi non oportuit.

A. Istis feminis an aliquid ego dedi? dic sodes.

Anaxilas in Euandria:

B. Aedepol nihil: sed reddidisti, cum pignus accepisses.

A. Illices^o mihi, per Cererem, ne dederis.

Timocles in Heroibus:

Sed eas redde. B. Illas ferens exeo.

A. Quiduis igitur potius loqui iube,

Quam superuacanea. B. Id tua gratia faciam libens.

Et primum quidem, Demosthenes succensere tibi

Desinet, alioqui Briareo^p similis.

Catapultas & hastas^q ille comest:

Orationis uenustatem^r & leporem odit: numquam

Antithetis utitur: Martis instar^s toruum aspicit.

Poëtas ergo memo-

ratos si nos imitabimur, quæ ad supra recitata sequuntur cum dixerimus à nobis red- di, non autem dari, pergenus ad alia quæ his connexa sunt. Ingressi postea pueri pisces attulerunt, dii boni quam multos, marinos ac lacustres, in lancibus argenteis, admirantibus nobis & copiam & impensam: quando quidem vel ipsas propemodum Nereidas obsonatus erat, ut non absurdè parasitus adulatorque quispiam dixerit Ne- rptunum Pelagæo nostro pisces misisse, non tantum ob eos, quos pari pecunia^t Ro- mæ vendunt, sed quoniam ex Antio aduecti quidam fuissent, alij è Terracina & in- sulis Pontiis è regione^v fitis, quidam è Pyrgis urbe Thuscæ. Piscarij namque Ro- mæ iis quos Athenis comici notarunt, longè sunt inferiores. De illis Antiphanes in Adolescentulis ad hunc modum scripsit:

Hactenus ego putauit Gorgonas^x

Figmenta quadam esse: ad forum autem

Cum accessi, credidi statim^y: Nam ipsos respiciens

Piscarios, continuo factus sum saxeus.

Itaque necessum erit auersum me

Cum ipsis loqui. Nam si uidero

Quantulum piscem quanti indicent, obrigeſco planè.

Faciliori millies sorte ad imperatores

Tu accesseris, citius illi suo te sermone dignabuntur.

Amphis in Plano:

Et si

Et si quid interrogas, responsum impetrabis, Quam ab istis execrandis piscarijs in foro. Si quis percontatur sumpto ex us qui prostant Pisce quodam, quanti, primum, ut Telephiⁿ Demisso vultu silent, & merito quidem, Etenim homicida uno uerbo sunt omnes, Tanquam attenti: cum uerò nihil audieris Si polypum quatiens, stomachabundus inflatur, nec integris Verbis respondet, sed abscissa syllaba, tuor^a, Rursum si roges, hic mugil quanti, oct^b obolis. Obsonatorem hæc audire necessum est.

Amphis in Apeglaucomeno,

Imperatores ego cum uideo supercilia Contrahentes, iniquum nihil admodum Illos puto facere: mirorq, potius, quibus ciuitas Honoris plus habet, illis maior si non sit animus Quam ceteris: at piscarios, quos pessimè dij perdant. Deorsum aspicientes cum uideo, supercilij Vertice capitis alioribus, strangulatus emorior. Hos si roges, quanti mugiles Hos duos uendis: obolis decem, inquitunt: nimio: Octo numerabuntur: quod si alterum tantum uelis Mercari, tum aiunt: heus tu bone uir, duos accipe, Nec præter aquum illude, abi, prætercurre. Hæc uel ipsa bile nonne sunt amariora^c?

Diphilus in Curioso:

Arbitratus sum antehac piscarios Athenis esse tantum improbos: At hoc genus, nisi fallor, ut ferarum, Et natura, & ubiuis insidiosum est. Verum hic quidam est omnium selectissimus, Qui primum alere se comam ait Deo sacram^d non ea tamen causa est, sed quod Inuistam punctis frontem capillis obuelat. Illum si roges, quanti lupus hic? obolis Decem, respondet: nec quibus, adijcit: Tu deinde, illam pecuniam presentem si numeres^e, Aeginenses inquit se postulasse: at ipse, nummi si dandi Sunt minutiores, eos reddit Atticos, Commutans utrobique luero suo.

Xenarchus in Purpura:

Poëta, inquit, nugæ agunt^f: nihil enim Quod nouum sit, inueniunt: sed eadem Illorum quisque transfert sursum ac deorsum. Piscariorum autem genere nullum est Philosophum magis, aut impurum. Nam quia pisces illis non licet aqua Rigare, legibus, uetitum id fuit: Si quis ex illis maxime dijs inuisus Exarescentes pisces uiderit, pugnare Statim se cum alio simulat de industria: Hinc illinc uulnera: letale uerò Insultum sibi fingens concidit, & tanquam animus defecerit, Inter pisces iacet ueluti mortuus. Aquam ut afferant clamat quispiam: confestim sublato uiceo Eius artis socius quidam illius omnino paucillulum Aspergens, pisces assatim superne prouit:

n Junius adagio, Vultum demittit 7s Telephus.

a Pro quatuor vel obolis, uel dra- chm. b Pro octo.

c Junius adag. Bi- le amariora. Plant. in Truculentis, Cor- da in felle sua sunt, aut in acerbo acer- so.

d Victimus cap. 2. 6. Var.

e Erasmi prouerb. Hic R. uodis, hic sal- tus.

f Erasmi prouer- bus, Nugæ agere.

lur'as

Iurares ipsos esse captos nuper. Quod autem pisces mortuos atque putres venderent, planum facit Antiphanes in Adulteris, his verbis:

Nulla piscibus miserior est
Bellua. Haud enim satis est quod moriantur
Capiti, & quod eorum qui vescuntur alio
Sepeliuntur: infelices porro cum traduntur
Piscarijs, quoniam excidio dignissimis,
Marcidi putrent, iacentes biduo,
Vel triduo: vix autem caecum emptorem
Nacti, tollere se senuit mortuos.
Verum statim ut odoratus est qui abstulit, eicit domo,
Factoris periculo facti naribus.

Idem in Philoxebæo:

An non flagitium est, recentes si forte aliquis
Pisces vendat, contractis supercilij
Tristiq; facie maestum illum nos alloqui?
Sin putres, ridere hilarem, valdeq; iocari?
Prorsus enim contra illos facere oportuit,
Hunc flentem multum suspirare, ridereq; alterum.
tuo voneant, Alexis in Pylæis h, sic ostendit:

Quod autem nimio pre-

Ita mihi propitia Minerva sit: at ego miratus sum
Piscarij quo tandem pacto non sint diuites
Omnes, cum exigant regia plane
Vestigalia: propemodum enim decimant
Facultates cuiusq; in ciuitatibus resides:
Totas verò etiam abripiunt quotidie.

Idem poeta in Lebere ait:

Aristonico locuplete nullus unquam extitit
Prudentior legislator, nempe qui legem hanc sciverit,
Ut piscariorum quisquis piscem venundat,
Vbi pretium indicauit, si minori det
Quam aestimauerit, in vincula
Protinus coniciatur, ut pana metu
Iusto pretio contenti sint, & vesperi
Marcidos omnes reportent domum¹:

Idem progressus:

Ac in ciuitate, puer, vetula, senex
Marti adhuc vdos aquo pretio² comparent.
Post Solonem legislator nullus fuit
Aristonico sapientior: alias is quidem
Multas leges promulgauit atq; varias,
Nunc autem legem quandam edixit nouam,
Auream³, ne sedentes vendant
Piscarij, sed recti stent perpetuo.
Deinde ut appensis tabulis pretium scribant in posterum,
Quo citius mercaturi reuertantur domum,
Suasq; veluti dei, vendant è machinis⁴.

Eorumdem rudem feritatem, & inhumanitatem declarans Antiphanes in Misoponero⁵, cum illis confert qui flagitiosissimam vitam agunt, his verbis:

Nonne putas apprimè sapientes esse Scythas,
Qui statim matris infantibus
Equorum lac præbent atq; bouum,
Nec fascinoatrices per Iouem nutrices adhibent,
Nec villos liberis pedagogos suos,
Præstantiores y quidem sunt & circulatoribus
Et ijs qui falsis mensuris merces vendunt suas:
Nam perquam scelestâ⁶ est hac natio, nisi per Iouem

Piscarios

g Sumptum a 797
licari consuetudine
petendi causa mor-
tuorum cadavera
post prælia.

h Pylæa cenci-
lium quod apud
Pylæa habebatur.
Quidam legunt, cō
pulatione, in Circe
laturibus, sine Cir-
cumfrancis.

i Non in tabernis
forensibus relin-
quati, putrida ve-
ditura.

k Et quædam Na-
talia legit, & vix
mou: ne lege statu-
sum fuerit.

l Erasmi adagio:
Fictus homo.

m Erasmi adagio
supra citato, Dem
ex improposito.
n Malorum inju-
mico.

o Erasmi adagio,
Lydy mali.

Piscarios velit memorare quispiam
Post mensariorum ordinem excrandos: nummularijs
Enim profecto nocentius ac exitiosius est nihil.
Elegan ter quoque Diphilus
in Mercatore⁷, pisces maximo pretio vendi sic inquit:

p Nostri codices, in
Emporio.

Numquam pisces istis cariores vidi:
Si igitur, ô Neptune, pretij tu decimaam
Partem accipies quotidie, multo
Dys omnibus futurus es ditior.
Ego tamen, nisi piscarius arripisset mihi aliquis,
Tantum ingemiscens dedissem, quantum poposcerat,
Ac congruum, veluti Priamus Hectorem
Quantum pendebat, tanti emissem præsentis pecunia.
Semper in mari sunt & viua & mortua
Infesta nobis ac noxia fera.
Euersum forte si nauigium est, deinde, ut accidit,
Naufragum quædam arripit, eum deuorat protinus.
At si piscatores eas coperint,
Illos qui emunt prorsus obterunt⁸:

Alexis in Hellenide:

Nam quante sunt facultates nostræ, tanti veniunt,
Et, qui mercatur, domum inops statim redit.
Archippus in Equitibus pesca-
rij cuiusdam Ægyptij, cui nomen fuit Hermæus, sic meminit:

q An inopiam
miseriam redigit.

Ægyptius, sceleratissimus, piscium
Institor Hermæus est: is vi nos⁹ deglubit:
Squamas enim, squalos, & lupos nobis,
Vi aiunt passim, vendit ipsis¹⁰ visceribus.
Alexis in Epiclero¹¹ Micionis
cuiusdam piscarij meminit. Iure igitur piscatores ob artem suam animis efferun-
tur, ac superbiunt, magis certè quàm imperatores optimi. Horum quemdam Ana-
xandrides in Vlysse de arte sua sic gloriantem inducit:

r Iniquissimum pre-
tium a nobis doctor-
quet. Sic Galli di-
cunt, Etorcher les
genti. Sic Tibonius
Alexie, tendendam
esse pecus, non de-
glubendum. Erasmi
adag. Pastoris boni.
s Bonie omnibus re-
muerse. Adagy
speciem hoc habet.
De roci huius s-
gnificatio vide mul-
ta apud Budæum.
Turpilij in Epiclero
ro citat Nobis in
uocæ Gapi.
v Erasmi adag.
Ne a chyrope.

Elegans¹² labor pictoris manus,
Suspensis tabulis cum admiratione cernitur.
Noster verò in patinis cum gravitate ac reuerenter diripitur,
Vel de sartagine confectum è medio ac conspectu tollitur:
Ita per digitos colatur cibus, nisi forte urantur,
Et qui sumpsit, feruore oppressus, deglutire mox nequeat.
Abundans obsonio forum solum hominum
Societates facit: æquis mortalium coniuua esse velit
In cana, si emptas coracinos aridos¹³ esse comperiat,
Vel obsonij parati nihil? Formosus adolescentulus
Qualibus incantamentis expugnabitur, aut quibus
Sermonibus, dic quaeso, artem piscatoriam
Si excludamus? is enim domatur
Piscium elixa facie subactus,
Corporiq; subijcit cibi fores¹⁴.

u

v

Id naturam scilicet cogit conquiniscere¹⁵
Eius qui pecunia non collata immunis pascitur.
De his qui nimis anxie &
opipare obsonantur hæc Alexis in Epiclero:

y Podicem turpe
ad verbum, pran-
dij fores.
z Cornuari, incli-
nari, sedum. Vide
Nonium, & Festu.

Quisquis pauper multum emit obsonium,
Et in alijs rebus egens, ad id abundat pecunia,
Noctu obuios quosuis ille spoliat:
Deinde, si cui vestis adempta est,
Diluculo statim ad piscarium forum is obferuat,
Et quem primum iuuenem ac inopem conspexerit
A Micione anguillas mercantem,
Corruptum eum abducit in carcerem.

Diphilus in Mercatore legem quo-
p que

De coarctandis
et puniendis ga-
neonibus, lurconi-
bus, capediariis, ca-
tillonibus:
b Erasim. adagio,
Proteritiam scit,

Erasim. adagio,
In scribis reuocum,

d Victorius cap.
16. 7. Var.
e Erasim. adagio,
Apio opus est. Victo-
rius cap. 16. 7. Var.
Vide lib. 4.

f Obsonarij, ad-
les cibarij, qui an-
nona legem prebe-
bant.
g Quorum, Aru-
latorem, in omnia qd
parum, difficilem,
cunctatorem. Vide
Festum.
h Lupini adagio,
Spinas colligens.
i Tabula, lana,
fuitella, patina.
k Odyss. 4.
l Odyss. 4.

m Pollicostis
prouit Persis.
n Erasim. adagio,
Ne a chyrograde ei-
lum nōdum sacri-
ficatum capias.
o De Phlego plan-
ta, quam et Steo-
ben appellant, vide
Theophr.
p Citantur hęc
cum alijs quoque
versibus pag. 81.

que apud Corinthios fuisse de hac re, sic inquit:

A. Talis istic lex est, o vir optime,

Corinthijs: si quem obsonantem semper

Splendidius aspexerint, illum vt interrogent

Vnde uiuat, quidnam agat: quod si facultates illi sunt

Quarum ad eum sumptum reditus sufficiat,

Eo vita luxu permittunt frui:

Si amplius impendat quam pro re sua,

Ne id porro faciat interdicitur.

Si non pareat, multa quidem plectitur.

Si sumptuose uiuit qui nihil prorsus habet,

Traditur puniendus carnifici. b. prob. Hercules.

A. Quod enim scias, fieri minime potest

Vt qui eo est ingenio, non uiuat improbe, itaq. necessum

Vel noctu grassantem obuios spoliare vel effractarium, parietem suffodere,

Vel his se furibus adiungere socium,

Aut delatorem et quadruplatorem esse in foro, aut falsum

Testari: a talium hominum genere purgatur ciuitas.

B. Recte per Iouem: sed ad me quid hoc attinet?

A. Nos se videmus obsonantem quotidie

Haud mediocriter, vir optime, sed fastuose, et magnifice,

Ne pisciculum quidem habere licet causa tua:

Ciues nostros commisisisti, pugnatuos de aleribus:

De apio dimicamus tanquam in Isthmjs.

Si lepus accessit, cum extemplo rapis,

Perdicem, ac turdum ne uiolantem quidem

Propter vos, ita me Iuppiter amet, nobis iam uidere licet.

Peregrini multum auxistis vini pretium.

Morem quoque Athenis fuisse

tradit Sophilus in Androcle, vt ex senatu magnæ dignitatis et autoritatis viri obso-

niorum dispensatores crearentur, duo vel tres. Lynceus Samius artem struenda-

rum epularum scripsit ad quendam Coctionem, in qua docet quibus verbis com-

pellandi sint homicidæ piscarij, vtiliter et iucundè, vt quidquid vellet, emeret. Ex his

sermonibus Vlpianus rursum spinas colligens, An possumus, inquit, probare vete-

ribus argentea vtenilia in cœnis fuisse? πινάκι an Græcum vocabulum est? Nam

quamuis Homerus in Odysea dixerit,

His rursum carniū πινάκις subulcus admouit,

Aristophanes Byzantius

nouitium tamen esse inuentum censet, quod ἐπι πινάκι, id est, super patinis, adue-

hantur obsonia, nescius alibi poetam dixisse,

Struitor verò carniū πινάκις sublatas attulit.

Verum aliquid est quod

præterea rogo, an multos seruos olim possederint, veluti nostro sæculo? & an dictio

τρυγών in vltu quondam fuerit, non solum τρυγών? ne semper bibamus, & edamus,

quemadmodum ij solent quos ob voracem aluum & gulam Parasitos & κολακας, id

est, assentatores vocant. Vlpiano respondit Emilianus, πινάκι vtenilis genus apud

Metagenem comicum legi in Thuriopersis: τρυγών autem, o vir optime, Phere-

crates inquit, sic dixit in Menderis:

Ἄπι τρυγών, id est, a sartagine aphias se narrabat comesturum.

Idem

in Persis:

Ἐπὶ τρυγών, ad sartagine sedentem Phlegon accendere.

Philonides

in Cothurnis:

Excipere rays, ac τρυγών, id est, sartaginibus,

Idem rursus:

τῶν τρυγών, id est, sartagine offacientem,

Eubulus in Orthanne:

Flabelli iactatus Pulcani excitat custodes canes,

Et seruido nidore τρυγών, id est, sartagine, irritat,

Idem rursus:

Quæcumq. pulchra femina

Amat,

Amat, huc illuc obambulat, et ad τρυγών lasciuir.

Idem in Titanibus:

Arridens etiam

Olla feruet barbara loquela,

Saltant pisces in medijs τρυγών.

Verbum τρυγών, quod est, in sartagine

frigere, Phrynichus vsurpat in Tragœdis:

Suauis est, ἀπο τρυγών, (id est, cibum in sartagine parare) absq. symbola.

g Immense gra-
ti, nullo sumptu,
r Formicarijs ho-
minibus.

Pherecrates in Myrmecanthropis:

Tu verò ἀπο τρυγών, id est, in sartagine frigis.

Hegesander Delphus scri-

bit ollam à Syracusijs τρυγών appellari: τρυγών verò ξυποτρυγών, quasi aridam sarta-

ginem: ideoq. Theodoridan in aliquo poemate scripsisse,

τρυγών, id est, in olla, bene elixauit, et opsonario abeno:

vocasseq. τρυγών

ollam. Iones absque litera τ, τρυγών proferunt, vt Anacreon:

τρυγών que manum injicere.

Quid autem considerandum & explanandum

fit de vsu vasorum argenteorum suggestit, o probe Vlpiane, quod est dictum ab Ale-

xide in Profugo:

Sicubi fictile sit quod conducant isti

Cogni.

Nam adusque Macedonum tempora fictili supellectile in cœnis

ministrarunt, vt autor est meus Iuba: cum autem Romani mores ad sumptuosam

vitam conuertissent, eorum exemplo Cleopatra, quæ Aegypti regnum euerit, ad

luxum quoque instituta vita, appellationem τῶν κεράμων, id est, fictilis, quia mutare non

posset, fictile aureum & argenteum vocauit, fictiliaq. conuiuiis donauit asportan-

da, quod magnificentissimum & sumptuosissimum fuit: eadem in fictile Rosicum

nitidissimum quinque libras impendebat quotidie. Ptolemæus rex octauo libro

Comentariariorum, quo loco de Masinissa Libyæ rege verba facit, tradit eum Ro-

mano more fictilibus cœnam instruxisse, ac omnibus conuiuiis vtena dedisse argen-

tea: secundas mensas, ad Italorum consuetudinem etiam adornasse, cum canistris

omnibus aureis, ad vitilium similitudinem textis, quæ nectuntur è iunco: muficos

præterea Græcos epulis adhibuisse. Aristophanes comicus, quem Heliodorus Athe-

niensis in libris De arce, Naucraticen fuisse scribit, in fabula Plauto, cum eiusdem

nominis deus apparuit, lances piscibus onustas visas fuisse argenteas, quemadmo-

dum & omnia reliqua, sic inquit:

Acetabula omnia, et lanceas, et olla

Ex are sunt: scutellas verò putres

Quibus pisces imposuerunt argenteas videre licet,

Camini repente factus est eburneus.

Obtinuerunt Epicrates, ac Phormesius,

A rege plurima quibus corrupti sunt munera:

Aurca quidem acetabula, et scutellas argenteas,

muliebribus Mimis:

Aeneorum et argenteorum vasorum conditoria splendebant.

Plato in Legatis:

Sophon in

Philippides in

Argenti disperditiōne, vasorum eiusmodi rarum esse vsu, ac importunum & odio-

sum memorat, quibusdam tamen expetitur, aduenis, ditatisq. nuper:

A. Ast utcumq. miserari subit hominum genus,

Cum inopes esse video plurimos

Ingenuos, verberones contra, in argentea

Lance mine pondo, nonnunquam salsamentum

Duobus emptum obolis comesse, vel tribus.

Capparing, tribus areis nummulis addictam in catina

Argenteo, qui drachmas triginta pendat.

Olim sacratam dijs phialam conspiciere

Vix quisquam poterat. B. Et nunc profecto vix possit:

Nam si quis dicauerit, est qui mox surripit.

Alexis in Hippisco adole-

scntulum inducit amantem, suas ostentantem amicæ diuitias, his verbis:

Omnibus domesticis reliquis mandavi, duos enim adduxi ex adibus,

h Aurea et argen-
tea vasa quibus in
conuiuio vsu fuerit.
idem pag. 111.
i Rofis Plinio, ci-
uitas in Antiochia
pæ Syria.

o Contemnantem
suum autor fuisse
asserere hic vide-
tur.

p Oxides, ace-
taria vasa, ollarum
genera.

q Muliebrici capi-
tis ornamento.

Pocula ut absterfa in propatulo
Exponerent. Cyathus est argenteus, pocula
Drachmas duas pendunt: Cybium alias
Fortassis quatuor: Pfyeterium obolos decem,
Philippide² exilius. Ceterum haec prorsus
Excogitata solenter ad fastum fuerant.

Verum ciuem nostrum quendam noui
Panperem³ ac gloriosum, cuius omnia vasa
Argentea drachma tantum cum valerent,
Clamans tamen appellabat seruolum,
Qui erat amicus infinitis⁴ nominibus,
Heus tu puer Strombichides, ne hyberna vasa argentea
Nobis apponito, sed aestiua.

Talis est & apud Nicostratum, in fabula quam
Reges nominauit, insolens & iactabundus miles quidam, de quo haec scribit:

Superest acetabulum⁵, ac pfyeterium
Veste subtilissimè⁶ & texta tenuius.

Quidam enim argentum malleo duce-
bant vel vsque⁷ ad membranarum tenuitatem. Antiphanes⁸ in Lemnis:

Apposuit est tripes
Placentiam lautissimam, o dii summis venerandi honoribus,
Habens, & in argenteo catino
Mel.

Sopater parodus in Oreste:
Idem in fabula cui titulus est
Lenticula:

In caenis acetabulum is habet argenteum
Cum calatis torno draconum imaginibus,
Quale habuit quondam Thymbron Tantal⁹ filius
Perquam multis talentis exutus homo.

Theopompus Chius in suis ad Ale-
xandrum consiliis, quo loco de Theocrito ciue suo loquitur, sic ait: Aureis vasis
& argenteis ille bibit, aliaq; mensa huiusmodi supellestile vitur, antea haud so-
lum non aureis, sed ne quidem aeneis bibere assuetus, verum fistilibus, & nonnun-
quam mutilib, ac diffractis. Diphilus in Pictore:

Prandium exhibuit conquistis cibarijs
Quaecumq; noua lautatq; forent; ostrcorum genera
Omnisaria: patinarum disposita fuit acies.
Frixorum strues accepit e sartagine; horum condimenta

Philemon in Medico:
Menander in Seipsum¹ discruciant:
Idem in Hymnide:

Lyfias in oratione de aureo
Argentea vasa huc accedens, volo accipere.

tripode, si modò legitima est ipsius, Argentea insuper aureaq; donare licitum
erat: Graecæ tamen linguæ periti dicendum fuisse putant, aureum argenteumve
muliebrem mundum. Amiliano hæc locuto, Pontianus inquit, Perquam rarus
olim proculdubio fuit apud Græcos vñs auri: argentumq; in fodinis paucum: Qua-
propter Philippum regis Alexandri magni patrem Duris scripsit, exiguam auream
phialam, quam penes se habebat, in lecto cubatè puluinari semper subdidisse. Atrei
verò aureum agnum¹, cuius causa deliquium solis accidit, mutatum regnum est,
mutatq; tragædiæ ea de re conscriptæ, phialam auream fuisse tradit Herodorus He-
raclæotes, in cuius medio aurea fuit agni imaguncula. Anaximenes Lampfacenus
in historiis quas primas nominauit, tradit Eriphyles^m aureum monile ideo celebre
fuisse, quia tum auri magna foret apud Græcos penuria, quin & argenteum poculum
illa ætate non sine admiratione velut nouum & insolens quidpiam visum fuisse: at
postea quam Bæotj Delphos occuparunt, illa omnia tum abundasse: antea verò qui
credebantur esse ditissimi poculis aeneis bibisse, quorum loculos χαλκιδήναςⁿ voca-
bant. Herodotus Aegyptiorum sacerdotes aeneis poculis bibere autor est, nec regi-
bus

2 Erasm. adagio,
Philippide tenuius,
lib. 11. c. 11.

a Erasm. adagio,
Messe tenus pro-
pria vine.

b Erasm. adagio,
Erasm. adag. Ha-
renam metiri: &
adagio, Gargara
honorum. Iunius a-
dag. Arenam supe-
rat.

c dicitur
d qd dicitur
Quidam nomen se-
mine valde maci-
lentia esse voluit,
eamdemq; prouer-
bii speciem cum su-
periore, Philippide
tenuius.

e Bracteis illas nos
argenti filia nun-
cupamus.

f Quamvis index
poetarum citet Le-
mnias & Lemnias,
suspicio tamen
vtriusque legendum
Lemias.

g Erasm. adagio,
Annulus aureus in
paribus suis.

h Homines ditis-
simi. Erasm. adag.
Tantali talenta.

i Heautontimo-
rumena. Græcam
Terentius appella-
tionem retinuit.

k Sub, ornamen-
ta vocari.

l Thyestes cum
aurei velleris agni
surripisset Atreus
fratri, uxorem eius
suis quoque con-
suetudine sibi con-
glauiit. Hoc faci-
tate irritatus A-
treus, primùm qui
de regno expulsi-
s deinde seniore pa-
triam illam arbitra-
tus, filium ei come-
dendum apposuit,
cuius sceleris Sol
immanitatem ex-
horrescens cursum
reuo cõuertit. Pau-
sanias lib. 2. vido
q̄bbine pag. 9. vel
10.

m Quo à Polyni-
ce dato Amphia-
ram maritum la-
stem A draso pro-
didit. Pausanias,
q̄ Aeneas condita
fuit.

bus ipsorum, cum publicè sacra facerent, argenteas phialas dari solitas quemquam
prodidiisse: itaque Psmmetichum aliis regibus posteriorem libasse argentea phia-
la, superiores autem aenea. Cum ergo Pythicum templum Phocensium tyranno-
rum sacrilegio compilatum fuisset, apud Græcos aurum enituit, argentum verò pe-
culanter veluti comeslabundum lasciuiit: at post Alexandrum maximum, qui Asiae
thesauros diripuit, prorsus exorta est, quæ, vt Pindarus inquit, latè dominatur, opu-
lencia. Donaria quidem, tum aurea, tum argentea, quæ Delphis afferuabantur, Gy-
ges Lydiæ rex^p primus dicauit. Ante regnum illius auro argentoq; Pythius caruit,
vt scribunt Phanius Erefes, & Theopompus libro quadragesimo octauo Philippi-
corum. Eorum scilicet vterque memoriae prodidit, Pythicum templum à Gyge, &
qui ei successit Cræso^q, ornatum fuisse, deinde à Gelone & Hierone Siculis, quorum
ille ex auro tripodem ac Victoriæ obtulit, quo tempore Xerxes Græciam inuasit,
eademq; aliquanto post Hiero. De hac re sic Theopompus scribit: Olim quidem
templum exornatum donarijs fuit aeneis, non tamen stauis, sed lebetibus, & tripodibus
ex ære. Lacedæmonij, cum Apollinis Amyclæi faciem inaurare decreuissent,
nec aurum in Græcia reperiretur, ad oraculum legatos miserunt deum interrogato-
ros, à quo aurum emerent: cum autem responderet, vt à Cræso Lydio peterent, eò
profectos ac mercatores fuisse. Hiero Syracusius tripodem & Victoriæ ex auro
ignem^r non experto consecrare Delphis statuerat. At cum diu auri eiusmodi co-
pia non esset, conquisituros in Græciam post dimisit. Ij vix tandem, Corinthum cum
appulissent, perferentes apud Architelem Corinthium inuenerunt, qui longo tem-
pore paulatim coemendo thesauros ingentes coaceruarat. Quod Hieronis legati
poscebant, is dedit, ac insuper quantum manus plena capere potuit, velut auctarij,
munificè largitus est: pro quibus Hiero, onusta tritico naue, alijsq; donis multis è
Sicilia missis, remuneratus est. Eadem narrat & Phanius libro de tyrannis Siciliae,
in quo etiam prisca donaria, tripodas, lebetes, pugiones ex ære fuisse testatur, ac in
quodam pugione incisa hæc carmina:

Contemplator me: re vera in Iij amplis turribus
Tum ego fui, cum ob Helenam dimicaretur:
Gestabat Antenorides, inter Græcos illustris princeps,
Nunc autem custodit sacrum Latonijs sanum.

In tripode quoque vno ex
iis quos in Patrocli ludis funebribus præmia victoribus proposuerant, scripta hæc
fuisse: Aeneus tripes sum, in Pythij templo nunc donarium:
Pedibus Achilles permix in Patrocli gratiam olim me faciendum curauit:
Dicauit autem Diomedes, Tydei filius voce^s præstans,
In Helleponto spatioso victoriæ equis adeptus.

Ephorus, siue eius filius
Demophilus, libro trigesimo historiarum, vbi de Delphico templo loquitur, ait, O-
nomarchum^v, Phayllum, & Phalæcum, non solum quæ in templo fuerunt omnia
depeculatos exportasse, sed ad postremum illorum vxores Eriphiles monile abstu-
lisse, quod Alcæon dei iussu Delphis sacrauerat, ac Helenæ torquem à Menelao
dicatum. Vtrique oraculum deus reddiderat: & Alcæoni quidem consulenti qua
ratione ab infania liberaretur,

Pretiosum à me donum postulas, infania remedium,
Pretiosam quoque mercedem afferto mihi, eam nimirum
Qua olim mater Amphiaræum cum equis sub terra occultauit.

Menelao verò
Ex auro solidum ornatum, vxoris tue ceruici
Detractum affer, quem olim munus gratissimum
Helena Venus dedit: sic
Alexander pænas tibi pendet grauissimas.

Mulieribus autem de ornamen-
tis illis certantibus, vtra vtrum haberet, iacta sorte, vultuosæ, austeræ, vitæq; graui-
tate venerandæ^x, obrigit Eriphiles monile: alteri pulchriori, sed impudicæ ac libi-
dinosa, Helenæ. Hæc autem Epeirotæ iuuenis cuiusdam amore perdita, secuta est
abeuntem: altera verò ex infidijs maritum obruncauit. Plato sanè diuinus, & Ly-
curgus

p Iunius adag. Gy-
gi opes.

q Cræsum ancilla
sua, que paem pin-
sabat, auream sta-
tuam dicasse Del-
phis autor est. Pla-
tarchus libro de Py-
thie oraculis.

r Cræsus, puros, pu-
ro, obrizo.

s Eriphiles ad ver-
bum, postulo.
e Bellicosus & pu-
gnax: cui præ for-
midino minime vox
intercipitur.
De huius vide Pau-
saniam lib. 10. Ho-
rum mentio quoq;
fit posthac lib. 11.
Bellum id sacrum
Diodorus Luculen-
ter describit lib. 16.

x Ad verbum gra-
uitate plena. Diodo-
rus lib. 16. tradit, il-
lam, que Helenes
monile sortita est,
meretricio probro
suam pulchritudi-
nem experientibus
prostituisse: alterè
enim maior natu fi-
lius fures ignem in-
iecit domui, vni-
uerso incendio
fuisse.

*Aut olus quodpiam, cruce: si non lauandum, squallor:
 Si hyeme degendum sub dno, merula.
 Si tolerandus aestus, ac meridie confabulandum,
 Cicada: si nec inungendum, nec aspiciendum oleum,
 Puluis: si ex calcaneo spatium diluculo,
 Grus: si parum dormiendum, noctua.* Antiphanes in Progenitoribus

*Tibi notum est ingenium meum:
 Nullus fastus inest: aduersus amicos ego sum
 Huiusmodi: si ferio, ferri massa:
 Si serio, fulmen: si excrucandus aliquis, fulgur:
 Si tollendus & effereendus quispiam, ventus: si strangulandus, laqueus:
 Si emouenda cardinibus fores, terre concussus: si saltandum, locusta:
 Si canandum non inuitato, musca: si non exeuendum, puteus.
 Si quid suspicandum, si quis interficiendus, si dicendum testimonium,
 Vbi primum iussit aliquis, perficio, nihil praeterea cogitans
 Mandata omnia: iuniores igitur
 Ob haec omnia me fulmen vocant: verum nihil moror
 Dicteria: amicorum amicus sum,
 Naturaq, non verbis, sed factis fidelis, ac bonus.* Diphilus in Parasito, cum instarent nuptiae, parasitum haec loquentem inducit:

*Ignoras in diris execrationibus
 Quidnam illud sit: viam si quis recte non monitret;
 Si incendiarius est: si corrumpit & inficit aquam:
 Si ad cenam properantem impedit.
 Qui aliena cenare primus hominum reperit,
 Ingenio, ut credibile est, valde populari fuit.
 Quisquis vel ab amico vel ab hospite
 Ad cenam inuitato symbolam exigit,
 Is exulato, nec domo quidquam secum auferat.* Eubulus in Oedipode:

*Epicuro lepidè quoque de parasitis haec ait:
 Apertè probare volo
 Venerandum, legibus scitum,
 Atque diuinum hoc inuentum esse: aliarum verò artium
 Nullam à dijs repertam, sed à viris omnes sapientibus,
 Parasitari primus cepit Philus Iuppiter,
 Omnium consensu inter caelites maximus,
 Is enim domos ingreditur omnium,
 Nec inopem discernit à diuite:
 Sed cuius lectum bene stratum viderit,
 Admotamq, mensam, omnibus qua opus sunt
 Instruendam, accumbit modestissime.
 Vbi prandio se expleuit, potuq, ac cibo,
 Abit, nec vllum confert symbolum.
 Idipsum equidem ego quoque facio. Sicubi
 Lectos videam stratos, adornatas mensas,
 Patientemq, ianuam, intrò tum eo
 Tacitus, ac me decenter compono,
 Ne conuiuiarum alicui molestus sim,
 Allatis verò ferulis omnibus satiatus
 Atque potu, reuertor domum, ut Philus Iuppiter,
 Id autem pulchrum semper fuisse ac gloriosum
 Cognoscat quiuis hinc euentius:
 Ciuitas qua magnifice veneratur Herculem,
 Quisquamque gentis illa sit, cum operatur sacra,* Dio dorus Sinopenfis in

h Idè & pag. 123, an Anomandride.

Erasm. adag. Musca. Quidam: Si magistratu fungendū.

Erasm. adag. Amico amicus.

Haec omnia scelera publici improcationibus deuonebit.

Amicitia praestitur amicitia ac hifera tutor.

Ad illa

*Ad illa sacrificia parasitos deo
 Nunquam sortitur, vel assumit
 Obuios temere quoslibet, sed ex ciuibus
 Viros duodecim curiose nominat,
 Delectos, ortos è primarijs ac prepotentibus,
 Qui sumptum ad sacrificium praebeant, & honestè vixerint,
 Deinde postea exemplo Herculis
 Diuitibus parasitos quosdam designatos attribunt,
 Et eos bene ut alant, exhortantur, saepe non festiuissimos
 Eligentes, sed qui assentari didicerint,
 Et laudare omnia: quibus, in faciem si quis ructet,
 Radicula vorata, aut siluro putri,
 Rosam ipsam & violas dicent pransum esse:
 Aut cum quodam accumbens si pepederit,
 Admotis naribus vult eum sic alloqui,
 Vnde suffitum hunc accipis?
 Propter istos artem impudenter ac insolenter insamantes,
 Quod pulchrum & honore dignum est, turpe nunc existimant.* Axionicus in Chalcidico:

*Parasitari cum primum statui,
 Iuuenis adhuc, cum socio Philoxeno Pternocopide,
 Ictibus percussus sum & pugnorum, & catinorum,
 Et illis ortum ostium, tam validis, ut interdum
 Cum minimum essem vulueribus octo saucius.
 Idq, profuit: Nam voluptati facile
 Succumbo, deinde id quoddam modo
 Fore mihi conducibile arbitratus sum,
 Si quis enim contentiosus mecum rixatur de re quapiam,
 Ad eum me conuerto, & quacunque maledicta
 Ingesit, esse vera statim confessus, noxam amolior.
 Scelestus si quis honum se virum esse contendit,
 Eum laudo, usq, magnam habet gratiam.
 Hodie Glauci elixum recens frustum si comedi,
 Postridianum frigidum, marcidum, repositum, comesse non agrè fero.
 Haec mea natura est, hoc ingenium meum.* Antidotus in fabula cui titulus est Protochorus, quendam parasitum inducit iis similem qui nunc apud Claudium philosophantur, & rhetoricen profitentur, vix digni quos memoremus, haec loquentem de parasitorum arte:

*Vestro quisque loco stantes audite me,
 Priusquam in hunc ordinem adscribamini, & induatis pallium,
 De arte parasitorum sermo si quis incidat,
 Illam semper ego deuoravi bellulam artem,
 Et iam à puero illam discere in animo habui.* Parasitus nomine celebris fuit Tithymallus, cuius meminit Alexis in Milefia, & in Vlyssè textore, & in Omythiis his verbis:

*Adesto tibi parasitus, o mibi chara: hoc sanè
 Genus hominum mors, quod aiunt, solum reformidat.
 Itaque Tithymallus immortalis obambulat.* Dromon in Pfallria:

*A. Pudebat maximè
 Quod absque symbola cenaturus essem denuo. B. valde
 Id quidem turpe. A. ita sanè, ideoq, Tithymallum
 Videre licet cocco rubentiorum oberrare.
 Sic erubescentem, quod nunquam symbolam conferat.* Timocles in Centauro, siue Labro:

h Inuenal. Laudare parasitus, si bene ructauit, si rectum minxit.

i Ptermarum distillare, & Planus inquit, pernicia.

k Voluptati, qua in cibo ac potu est, desiderio sic afficior, ut eius potius de gratia molestias omnes perferam.

l Ad verbum, nihil laedere.

m Vel, chori primiceps, vel primus chorus.

n Ad verbum, quorum meminisse docet. Impudicatarum forsatis, aut impudicorum contentum intelligit. o Expetius cupisidissime.

p Quidam omythiis: sacrificijs in quibus nihil adolatur.

Tithym

Tithymallum ipsum, & parasitum appellabat.

A. Iam cibus allatus est: quid festinare cunctamini,

O amici? Tithymallus iste reuixit

Profus mortuus, cum obolo emptos

Lupos dentibus tandem emolliisset. B. Inedia quidem tum mortem sibi non conscivit,

Verum sese aliquandiu post sustentauit

Potu.

Eheu, miserum me, ut amore ardeo: per deos

Tithymallus nunquam amittit cibum

Tam uehementer, aut Cormus uestes acceptas,

Aut potentam Nilus, aut Corydus absque symbola

Dentium collisum.

A. Amicis gratis famulari is flagitabat.

B. Futuram ergo Tithymallum diuitem? praedicas.

A. Recte, mercedem enim luculentam ab is exiget

Apud quos cenabit gratis, ac eam crebro colliget.

Antiphates in Tyrtheno: Fuit & Corydus ex nobilibus parasitis. Huius Timocles sic meminit in Epichærecaco:

Obsonij videre in foro abundantiam, diuiti quidem

Gratissimum, inopi contra miserrimum est.

Itaque a nemine vocatus Corydus ut videtur mihi,

Sapienter apud se obsonatur domi.

Risu quidem, ut arbitror, dignum hoc nuper accidit.

Quatuor homo quidam obolos tantum cum haberet, anguillas

Conspiciens, thymni frustra, torpedines, locustas, ac dentibus stupens,

Omnia illa, circumeundo percontatus

Quanti uenirent, audito pretio recurrit ad Membradas.

metri seu Philetaro: At uereor

Corydum, si uideat prandere cum aliquo

Tam facile, non recusio tamen:

Etenim nec ille, si quis inuicet, denegat.

Corydus iste ridicula solitus

Dicere, se Blepaum esse optat, & quidem sapit:

Locuples enim Blepaus est.

Corydum aris sculpiorem obseruauit:

Eum tu nec panis quidquam relicturum putabis,

Nec obsonij, ceteris omnibus: si quando apud te cibum capiet.

De Corydo id te praemoneo, validas illi manus esse,

Aeneas, indefessas, ipso igne ualentiores. Corydum disteriis factum fuisse,

quibus arridere uolebat audientes, derideriq; seipsum, idem Alexis in Poëtis sic ait:

Uehementer cupio

Serio rideri, & qua uideantur loqui

Omnium Atheniensium maxime, post Corydum.

Eius fates memorandaq; dicta Lynceus Samius oratione complexus est, ipsumq; proprie Eucratem appella-

tum fuisse tradidit, his uerbis: Eucrates Corydus cum apud quendam biberet in

ædibus ruinosis ac putribus, Istic, inquit, cenandum est, subiecta manu sinistra, Ca-

ryatidum more. Philoxenus Pternocopis oborto sermone, caros esse tirdos, Co-

rydo praesente, quem fama erat olim se prostituisse, Atqui recordor, ait, Corydum

obolo tantum olim constituisse. Fuit autem Philoxenus & ipse parasitus, ut scribit

Axionicus in Chalcidico, cuius testimonium supra nos laudauimus. Huius me-

minit & in Cecryphalo Menander, id tantum scribens, Pternocopidem ipsum appella-

tum fuisse: meminit etiam Machon comicus, genere Corinthius aut Sicyo-

nius, qui vitam in Alexandria mea cum transeisset, comœdiarq; partes docuisset

ab Aristophane grammatico distinctas, ibidem excessit uita. Sunt autem eius sepul-

chro incisa hæc carmina:

Idem in Cauniis:

Idem in Epistolis:

Antiphates in Tyrtheno:

Fuit & Corydus ex no-

Alexis in De-

Idem in Titthe:

Cratinus iunior in Titanibus:

Comico leuis terra, poetarum amicam

Hederam Machoni uinacm super tumulo ede.

Non enim uespam identidem lotam complecteris, sed artis

Prisca magnificiundas reliquias contegis.

In Cecropis ciuitate olim senes narrabunt, prope Nilum

Aliquando Musarum solerem & ingeniosam stirpem enatam fuisse.

versibus natione fuisse Alexandrinum liquet. Machon ergo Corydi sic meminit:

Corydum aliquando interrogauit Eucrates

Presentem, quo modo illum acciperet

Ptolemaus: respondit is, se certo nondum scire:

Nam, ut medicus, inquit, dedit quod biberem,

Quod uero comedendum est, nondum ille dedit.

Lynceus libro secundo de Menandro, claros ob dicacitatem fuisse tradit Euclidem Smicrini filium, ac Philoxe-

num Pternocopidem: Euclidem tamen frigidum alioqui, & inelegantem, ea disti-

tasse, quæ nec memoria digna forent, nec libro: Philoxenum autem, ut summam

colligam, nihil unquam superuacuum & absurdum locutum fuisse, & si quid effare-

tur sponte, vel irritatus ab aliquo qui adesset, id omne plenum ueneris ac gratiæ ex-

plicuisse: itaque accidisse, ut Euclides, rantisper dum uixit, Philoxenus uero etiam

post interitum ab omnibus diligeretur cum honore, ac celebraretur. Alexis in Tro-

phonio Moschionem quendam parasitum memorat, eumq; Paramaseten nominat

his uerbis: Deinde Moschion Paramasetes inter homines uenerandus.

cratiaste enumerans Trechedeipnos inquit:

A. Primum quidem Callimedon locusta tibi praesto fuit:

Deinde Corydus, Cobion, Cerybion,

Scomber, Semidalis. B. Papa, amice Hercules:

Forum mihi narras uxor, non conuiuium.

Epicrates, Æschinis Rhetoris curator, Cerybion cognominatus est, ut inquit Demosthenes in oratione quam

habuit De legatione perperam obita. Porro adiectitias appellationes, quibus per

iocum alios deridebant Athenienses, sic Anaxandrides in Vlysse memorat:

Vos quidem inuicem numquam non subsannatis:

Hoc ego certo scio. Elegans & comptus si quis prodeat,

Sacras illum uocatis nuptias: si quis omnino paruulus

Homuncio, stillam: si quis splendens

Progreditur, eiulatum muliebrem: si pinguis

Spatiatur Democles, iusculum

Cognominatur: squalore si quis gaudet, ac sordibus,

Puluis mox appellatur: si pone quempiam sequitur

Assentator, lembus est: si quis incognatus obambulat,

Ieiunus mugil: si quis formosos respiciat,

Vanus: si quis praestigator agnam loco surripiat,

Atreus nominatur: si arietem, Phrixus: si villosam pelliculam, Iason.

Chærephontis parasiti nos supra meminimus. Fit & eius mentio apud Menandrum in

Cecryphalo, & ad hunc modum in Ira:

A Chærephonte nihil profecto differt

Is homo, quisquis est, qui ad epulum

Vocatus aliquando, umbra cum decempes foret, diluculo

Lucente adhuc luna, umbram intuitus,

Procurrit, tamquam serius adueniret, & cum die simul adfuit.

E brietate:

A. Me namque moratus est lepidissimus

Homo Chærephon: sacras ille se nuptias

Domi celebraturum dicit ad uigesimum secundum mensis diem,

Ut apud ceteros quarto cenet.

His

h Rem nihil. Pro- uerbij speciem hoc habet. Vespæ, musæ, apes, aquæ sa- pius & diuitius im- merse exanimantur, calido tamen cinere operæ reui- uiscunt.

i Parcè, modicè, non quantum uol- uissim.

k Mandendi socii: manducanem.

l Verbum e uerbo, ad cenam procur- rentes: uerum, ut interpretantur, ces- futores, ad cenam cunctantes & len- tius uenientes, uol- uisissimus. Eras- adag. Ἐποφύδῃ- αὐδῆ. m xad dicit: alijs, affinis, facer.

n δολοφῆ. Quæ- uis proprius ille sit huius uocis signifi- catus, non absur- dum tamen fuerit, uocem inflatū buc- cas rana, intellige- re, quam & δολο- φῆνα uocant. o Idem & pag. 178 ex Aristophont e. p uespæ & uespæ- uide Rondeletium. q uespæ, mani, uap- nq; studio deditus. r Alij, hystrio. De agno Atrei uide pa- gi. 173.

s Ad horam diei decimam. Eras- adag. Decipes um- bra. Vide sup. pag. 6 t Alius fuit Chæ- rephon noctua, ma- cileus, & palli- dus, de quo Eras- adag. A Chæreph- te nihil differt. u Quæ cum fissa hilaritate, & con- uinarum frequetia sunt. Sic iegy a- rige, fittum diei appellat.

Idem in

B. Enim

q Vel dono, vel facto.

r Qui nullo suo sumptu uitam sit acturus.

s Gaudente alle- nis malis.

t Domi se conti- net, & inedia to- lerat.

u Pra nimio eius obsonij desiderio, ac fame, seupent den- tes, cum inedia diu turba otiosi fuerit. x Viliissimum pi- sium.

y Amicorum stu- diosè.

z Aut, materter- ra, nutritio.

a Dines ac sordi- dus quispiam.

b Eras- adagio, Inter indoctos etia Corydus sonat.

c De Caryatidi- bus consule Victru- nium.

d Hæc uox & Ga- lexitam significat, & Parasitiu. Eras- adag. Inter indo- ctos etiam Cory- dus sonat.

e Pag. 179. f Aut Reticulo muliebri: aut secū- do cornatorum ani- mantium reticula- to uentis.

g Actus, sicut, prologos, catastro- pha. lib. 14.

Comico

B. Enimvero penitus ille nouit totum Luce cursum. Idem in Androgyno, siue Cretenfi, rursus illius meminit. Timocles in Epistolis, cum Demotioni parasitatum fuisse ita scribit:

Demotion quia permansurum sibi credit
Argentum, nihil comparat, sed uolentem quemlibet
Alit: Cherephon ille miserimus
Plane ad eius domum sepe commeat,
Et, quod est certè omnium indignissimum,
Paramaseten secum adducit, lignum * bifidum:
Vt qui nec concinnus sit, nec opulentus.
Comestatum nos, ita si uidetur, eamus, ut nunc sumus,
Non expectata face, omisis coronis: Cherephon
Si quando non cenauerit, sic comestari didicit.
Hinc digressi iam ad cenam tentemus uiam.
Lectis, ut indicauit mihi, septem canabimus,
Nisi forte alicubi Cherephon occultus * accedat.

Æmilia sacerdotè;

Nouam fabulam serunt: Cherephon in nuptijs
Ad Ophellam * sponsum non uocatus, ingressus est,
Cum sposta, & corona, statim ut fuisse tenebre,
Seque dixit sponsa munus gallinas asferre,
Nec sane uisus est post cenam forte fortuna illo accessisse,
Exeundum cum est mihi, Victorem & Martem aduocò,
Itemq; Cherephontem: is enim, si non aduocem,
Aduocet, etiam non uocatus,
Procul carnatum cum inisset aliquando
Ab urbe Cherephon ad nuptias,
Dixisse ferunt postquam Dipbilum,
In tuas Cherephon maxillas
Adige clauos utring, quatuor;
Ne demissis iastatisq; brachijs effusus * currens
Crebriò longam uiam dum tu conficis,
Malas distorqueas.
Aliquando Cherephonti carnis paululum obsonanti
Coquus, ut aiunt, multis obibus ualde grauem
Forte fortuna carnem cum exequisset,
Ossa mihi queso ista coque ne addas, inquit Cherephon,
At enim, coquus ait, lauta hæc caro est,
Sua uem carnem esse distant * uicinam obibus.
Tum Cherephon, hoc quidem uerissimum, inquit, uir optime,
Lauta sane illa, sed quod adijcis, molestissimum.

Callimachus in indice librorum omnifariorum Cherephontis opus adscribit his uerbis: De cœnis scripserunt Chærephon & Cerybion. Initium deinde illius operis Callimachus recitat, uersibus quinque delineatum, huiusmodi:

Quandoquidem sepius ad me literas dedisti. Cerybionem parasitum fuisse antea nos diximus. Archephontis parasiti Machon sic meminit:
Inuitatus ad cenam parasitus Archephon
A Ptolemæo rege cum
In Aegyptum nauigasset ex Attica,
Saxatili uariòq; imposito mense
Obsonio, admotis omnibus locustis
Lapideis *, allataq; patina confertissima,
In qua Gobiorum frustra fuisse tria,
Visa non sine stupore conuiuii * omnibus.

* Stolidum, fatuum, rusticumq; hominem: bifidum, quod homo lipes sit, ac diuulgum: ligni tunc fisco in duo crura. & brachia factum: & ut est in proterbio, uiculanum.
y Alij, ubi perfoluè fuerit quod de bonis.
z Placitum: lectulus sub maiori positus, Alij, extra numerum incalcat, & adiectus.
a Horatius Ostillum quendam inducit, rusticum, ac uicinanem, etc.
b Quia se adhuc esse ieiunum magna uocacitate clarauit.
c Placitum. Victorius cap. 2. 22. Var.
d Victorius cap. 1. 2. Var.
e Grandibus, quibus teste ob senit saxoa durities est.
f Vel, quod rarus piscis ille sit in Aegypto, uel quod delicatissimum esse putent Aegyptij, uel quod iniustate magnitudinis esset piscis ille, alius uulgaris.

Antiphanes in Scytha:

Timotheus in Carulo:

Apollodorus Carystius in

Idem in Ingulata:

Machon comicus:

ac rursus:

Scar'is

Scar'is nullisq; uescebat Archephon.
Ac phycidiibus ualde quidem libenter,
Sed austero uultu, manidibusq; ac membradibus
Et apua explebat sese Phalerica,
Gobijs uerò abstinebat pertinacissime:
Id autem cum præter omnium opinionem faceret,
Rex Alcenorem interrogauit,
An hallucinans gobios minime uidisset Archephon:
Respondit gibbus * ille: contra prorsus res habet,
O Ptolemæe: primus uidit: sed hoc obsonium
Non attigit, quia ueneratur, ac reueretur:
Præterea more patri non licet, cum cenat absque symbola,
Sine suffragijs * scienter alicui facere iniuriam.

Alexis in Vinoso Stratum
parasitum inducit, ei qui alebat succentem his uerbis:
Mihî satius esset parasitari Pegaso,
Aut Boreadis *, aut si quis currit his uelocius,
Quam Demea Lachetis gnato, Eteobutada *,
Volat enim per uiam, non incedit.

A. Amas me Stratie? B. magis quam patrem:
Etenim ille me non alit, tu uero pascis splendide.
A. Hoc ne precaris, semper ut uiuam, dys omnibus * propitijs?
B. Humanitus tibi si quid accidat, quo tandem pacto possim uiuere?
cucus comicus in Tyrrenico Gryllionis parasiti sic meminit:
Rursus amicus quidam aiunt
Ad comestationem uinum in presens non adesse
Quod facere Gryllion semper assolet.

Aristodemus libro secundo commentariorum quæ de iocis scripsit, parasitos recenset, Antiochi regis Sopatrum, Demetrii Poliorcetæ Euagoram gibbum, Seleuci Phormionem. Lynceus Samius in Apophthegmatibus tradit Silanum Atheniensem interrogatum, quisnam esset Gryllion parasitus,
Celebris, inquit, est Menandri Gnatho *. Idem refert Chærephontem parasitum, non accitum, uero ad epulum nuptiale perrexisse, accubuisseq; nouissimum: Gynæconomis * autem uocatos recensentibus, eumq; faceere iubetibus, quia præter legem, & statuta triginta conuiuarum numerum alios secutus se ingessisset, rursus inquit numerate, sed exorsi à me. Gynæconomis curæ fuisse conuiuia, inuitatorumq; numerum * solitos eos perferuari, ac examinare, an legitimus esset, Timocles sic ostendit in Philodicafe *:

Aperite iam fores, ut ad lucem magis
Conspici simus, si forte qui lustrans circumit
Gynæconomus exigere ad noua legis præscriptum
Velit numerum conuiuarum, ut facere consueuit:
Quamuis contra æquum fuit, eorum
Qui non cenauerunt * peruestigare domum.
Apud nuptiales Gynæconomos
Cum rescuisset coquos omnes qui ministrant
Describi lege quadam noua,
Vt ab inuitatis petant num quispiam

Menander in Cecryphalo:

Philochorus libro septimo Arthidis scribit, Gynæconomos cum Areopagitibus obseruasse conuentus qui fiebant in priuatis ædibus, per nuptias, & alia sacrificia. Corydi apophthegmata hæc memorat Lynceus: Cum Corydo scorto quodam, cuius nomen fuit Gnome *, potante, uinum defecit. Vnumquemque tum Corydus obolos duos numerare iussit, Gnome uerò * conferre * quod uideretur populo. Cum Polytor citharedus sorbendo lentem, lapillum dentibus attriuisset, O miser, inquit *, etiam te lentem

q 2 cula

* Alcenor.
h Rides obiter comitia & suffragia Atheniensium, uel de leuiusculis rebus: & afflictum irigobionem iniuria dicit, si Archephon cibo tam exquisito indignus esse crederetur.
i Zeto, & Callidi; Boreæ filij ex Orithya.
k Eteobutadarum gens, ex qua sacerdotæ eligebantur, clara fuit Athenis, Suidas.
l Erasmi adagio, Cum deo quisque gaudet, & stet.
m Quidam Archignathus primarius & egregius Gnatho.
n Mulierum curatoribus, quorum munus etiam fuit, conuiuarum curâ suscipere, & conuiuias numerare.
o Erasmi adagio, septem conuiuium, nouem conuiuium.
p Litigio, tabula firmi.
q Ve cenaturus accersantur.
r Mens, iudicii, sententia.
s Truolus q; uerba dicit: ha dicit: ut dicit: hac uerba distinguenda uel ad hunc modum, in dicit: ut dicit: uel ut trachus sit cõtinuatus, in dicit: ut dicit: Praconis illa uerba sunt, imperantia, ut sanatorum & eorum qui suo consilio reipublicâ regunt, quibus populo ad concionem uocato sententiam diceret de eo quod proponebatur.
t Corporis sui copia & uisum. Leopard. cap. 1. libr. 9. Erasmus in Apophthegmatibus.
u Idem sero iocus pag. 117. Phædo's ob dicitur. uti quod rixit dicit.

cula ferit. Is autem fortassis Polyctor fuit, cuius Machon sic meminit,

Malus quidam, ut palam erat, citharædus admodum

Aedificaturus domum, ab amico

Lapides petijt, dixitq, eorum ego

Maiorem partem morsu prehensam auferam.

Quidam Corydo cum narra- ret vxoris suæ ceruicem, mammas & ὀμφαλον, id est umbilicū, se osculari, improbum hoc iam est, inquit, nam Hercules ab Omphale ad Heben transit. Cum Phyro- machus in lentis iusculum panem intingens lancem euertisset, vt mulctare tur æquū esse dixit, quandoquidem veluti dato nomine cœnaturum se professus, id facere ne- sciret. Apud Ptolemæum cum Mattya circumferretur, & vt ventum erat ad Co- rydum, illa semper deficeret, Ptolemæe, an, inquit, ebrius sum, an hæc mihi viden- tur omnia circumagi? Chærephon parasitus cum diceret, vinum se ferre non posse, nec vnde vinum, inquit. Cuidam cœnæ cum nudus Chærephon immoraretur, non aliter, inquit, te Chærephon aspicio, quàm oleariam trullam: quantum plenus es? Quo tempore ab Harpalo Demosthenes poculum accepit, hic, inquit, alios tem- ulentem qui vocat, magnam calycem hausit. Sordidum panem cœnaturis ille solebat apponere: attriores autem quidam cum attulisset, eum non quidem panes, sed panum umbras dixit præbuisse. Philoxenas parasitus cognomine Pternocop- pis, cum apud Pythonem pranderet, appositis oliuis, ac paulo post lance piscium, percusso catino in quo oliuæ fuerunt, dixit, μὲν τῶν ὀλιβίων ἢ τῶν ἰσθίων. Ad cœnam vocatus cum atros panes conuiuator apposuisset, haud multos, inquit, affer, ne tenebras of- fundas. Parasitum qui alebatur à vetula, & cum ea rem habebat, affici Pausimachus dixit contra quàm anum ipsam, quia semper in aluum acciperet. De illo Machon ita scripsit:

Moschionem, cognomine Abstemium, Aiunt, conspicatum in Lyceo cum quibusdam Parasitum, quem alebat diues anus, Dixisse: heus tu, rem incredibilem facis:

Quod vetula nunquam facit, in aluum tu semper accipis.

Idem cum intellexisset ali parasitum à vetula

Cum qua quotidie is concumberet,

Nihil est, inquit, fieri quod non possit, illa quidem non concipit,

Hic verò in aluum accipit quotidie.

Ptolemæus Agefarchi filius, cuius Me- galopolitanus libro secundo historiarum Philopatoris, coactos fuisse tradit ex omni- bus ciuitatibus regi cōpotores, quos Ridiculos nominabant. Posidonius Apamen- sis libro vigesimo historiarum scribit, Celtas etiam cum bellum gerunt, se cum duce- re victus socios, quos Parasitos nominant, ab iisq; laudes ipsorum prædicari, & in fre- quentibus hominum circulis, ac conuentibus, & apud singulos priuatim qui audire velint, earumq; cantionum Bardos poetas esse, laudes illustrium hominum & patro- norū cum cantu celebrantes. Idem autor libro trigesimo tertio, Apollonium quen- dam memorat parasitum Antiochi cognomine Grypi, regis Syriæ. Aristodemus verò Bithen Lyfimachi regis parasitum refert, cum in eius vestem scorpionem li- gneum Lyfimachus inieisset, perturbatum exiliisse, deinde, cognita re, dixisse, ego re quoque terrefaciam ô rex, da mihi talentum. Fuit enim Lyfimachus supra mo- dum auarus. Agatharchides Cnidius libro vigesimo secundo historiarum Europæ tradit, Aristomachi Argiuorum tyranni parasitum fuisse Anthemocratum quin- quertionem. Parasitos communi vocabulo Epistios olim vocarunt. Timo- cles in Pugile:

Ex his epistijs quosdam audies

Qui alienis cibis assatim cœnantes se ingurgitant,

Cum dicunt pro saccis se ipsos exhibere, vera loqui.

A. Ne cursu propera, ô Smicythion epistie.

B. Quis hic præterea nobis est? A. hunc adduca

Mercenarium hospitem, omnino gulosum ac cupediarium.

Phereocrates in Verulis:

Epistij quoque

Præter Heben deam, que Hercu- li relato in nume- ram deorū nuptis, hæc vox pubem si- gnificat, inde iocus est.

Delicatisimus sibus, de quo mul- ta post hæc.

Pecuniam que emendum sit.

Augeræ ad dōnos meribibos, assatim bibentes.

Erasm. adagio, Ne umbram qui- dem eius mouit.

Apud Homerū id sonat, Scuticæ iacitavit equos ne cursum traherent: hic verò, oliuam flagellauit, nimirū tāquam sagro ex- pulit. Idem apud Lærtium iocatur Diogenes. Vide Leo paratū cap. 6. lib. 9. e cū vācpi hōu- fōuē de multib- bus propriè dicitur que fierum concipi- unt, hic verò per iocum de parasito qui anus imposita quotidie satiaba- tur.

Ob aduocum nasum. Erasmi. adagio, Omnis herus serua monosyllabus.

Eius meminit Plutarch. in vita Arati. Vel Sodales: vel sibi addictos.

quoque vocantur ij, qui, vt alantur, ministrant. Plato libro tertio de Republica Idq; epistij, nec præter cibatum mercedem, velut cæteri, vllam percipientes. Ari- stophanes in Pelasgis:

Iniustum si quem hominem iudicio persequaris,

Contrarium quod sit testantur reclamantes, cum duodecim suis familiaribus epistij.

Eubulus in Dædalo:

Absque mercede manere ille vult apud ipsos epistios.

Diphilus in Synoride, quod scorti nomen est, cum Euripidis mentionem fecisset, nempe iactus testerae cu- iusdam, alludens ad poetæ nomen, de parasitis hæc simul inquit:

A. Prosperrimè tibi cadit hæc testera.

B. Lepidus es, drachmam depone. A. Hem tibi deposita est.

B. Quo pacto iacere possim Euripidem? A. Numquam

Euripides feminam seruauerit. annon vides

Suis in tragedijs quantum faminas oderit,

Contra verò parasitos amet? Sic enim ait:

Cuires familiaris abundè suppetit,

Nisi cum minimum tres gratis alar,

Pereat, nec umquam reuertatur in patriam.

B. Vnde hæc per deos recitas? A. Quid hoc tibi cura est?

De fabula ne inquiramus: verum poetæ spectemus sententiam.

In eiusdem fabulæ dispositione de irato parasito hæc inquit Diphilus:

A. Itã ne, cum parasitus sit, irascitur? irascitur, inquam?

B. Minimè quidem: verum peruncta selle mensa,

Vt pueruli, seipsum à lacte depulit.

Ob cibum vide parasite

Quantum detraxeris arti. An ignoras

Post citharædam censeris parasitum?

Parasitus:

Valde morosum ac difficilem parasitum esse non oportet.

Menander in Ira- cundia, de amico verba faciens, qui nuptialis cœnæ spe nihil mouebatur, inquit:

Re vera hic amicus est: non ille rogat,

Vt cæteri, quando futura cœna sit,

Quominus cœnent qui adsunt, is nihil impedit:

In triduum post alteram sibi cœnam rursus non prospicit.

Parasiti præterea meminere Alexis in Oreste. Nicotratus in Pluto, Menander in Temulentia, & Le- gillatore: Apositi verò sic Philonides in Cothurnis:

Apositus ego ista non perpetiar.

Alia quoque parasito similia sunt voca- bula: vt epistius, de quo antea nos egimus, & œcositus, & oligositus, cuius meminit Anaxandrides in Venatoribus:

Qui domi pascitur, (oinsoi) filius, suauis est.

Oecositum etiam vocant, qui ciuitati non mercede, sed gratis ministrat. Antiphanes in Scythia:

Concionator is subito fit, & œcositus.

Menander in Dactylo:

Oecositum sponsum inuenimus

Dote nihil egentem.

Idem in Citharista: Epistij meminit Crates in Audaciis:

Epistius opilio est: inter buxos riget: pro mercede

Cibus erit.

Propriè verò idem in Fœminis simul prandentibus dixit:

Prbanum ac ciuile non est congregare feminas,

Aut incondite cœnam turba præbere,

Sed œcositas nuptias celebrare. Sitocuri meminit Alexis in Fœmina per- noctante, siue Lanificis:

Diu cum obambulaueris futurus es tandem Sitocurus.

Menander in Thra- syleonte Sitocurum vocat inutilem, & qui frustra nutritur, his verbis:

Tardus, in omnibus cunctator, Sitocurus.



In eiusdem

Ac deinceps:

Idem in fabula, cuius titulus est

Menander in Ira-

h Calio & badigi- no cap. 27. lib. 10. Euripides numerus quadragenarius est quia triginta tyra- niæacti unus fuit ex quadraginta p- fectis reipublice cō- stituendæ. Hic con- uenit adagium, sē- per feliciter cadit Iouē tali. Festus id dictum, quoniã Euripides vehemen- ter oderat mulie- res, ideo μωρίων cognominatus. i Quos vt ablectio nutritio mammam alio filio inun- gunt. Festus id si- gnificat parasitum effusa in mensam bile, redeundi ad cō- uitium facultatem sibi admissæ.

k Non parasitum.

l Cibos frigidien- tis, ieiuni.

m Supra, Epistius. n Domi vicinians, domi pascius. o Parca vicinians.

p Domi paratis q- pulis, absque stre- pitu & tumultu.

¶ Qui ali tantum ideo se videat, ut mortuus terra condatur. Vt enim simile est illud Horatianum, Telluris inuitile pondus, & c. ¶ Parcè, qui solo pane vicitas. ¶ Fames & inedia se macerantem: durrer vitam tolerantem: ad verbum, mali cibi, & pau-

¶ Exiguè cibi. ¶ Quidam, Vno die longa trirémis.

¶ Pindarum, & Similia similibus. Erasmi, adag. Linum limo conungit.

¶ Leopardus cap. 4. libr. 9. Emend. Idem frè paulo post respondet Democles.

¶ Tanquam non nisi blandè & comiter regem alloqui parafitum oportet. ¶ Alij moreretur, quod dicitur.

¶ Quidam, Adcantuannum, ut apud Casarem lib. 3. Comment. ¶ Saniatium, ut apud Casarem. ¶ Seldurios, Casar.

¶ Alij parum ingeniosum ac prudentem.

Miser, inutilis, & qui terra velut obiter ali se fatetur. Idem in Venalibus: Miser, hic etiamnum, ad fores stas, onere. Autofitum sic dixit Crobylus in Suffocato:

Tu qui autofitum te nutris, Plurima quidem coacervas hero. Cacofiti meminit Eubulus in Ganymede, Cacofitum somnus ipsum alit. Oligofiti meminit Phrynichus in Monotropo: Oligofitus verò Hercules ibi quidnam agit? Pherecrates siue Strattis in Bonis: Oligofitus adepol fuisti, qui deuoraueris

Vno longo die trirémis cibaria Hæc de parafitis Plutarchus cum disseruisset, excepit illius orationem Democritus, ac, Enimvero, inquit, ego, quod est apud Thebanum poetam, veluti ligno lignum agglutinans, de assentatoribus non nihil ratiocinabor. Quod enim dixit lepidus Menander,

Omnium hominum adulator fortunatissimus est. Colax quidem, id est, adulator, non longè distat à parafitorum appellatione. Clisophum igitur, quem omnes Philippi Macedonum regis assentatorem fuisse scribunt, Atheniensem genere, ut tradit Satyrus peripateticus in Philippi vita, Lynceus Samius in suis Commentariis parafitum nominavit, his verbis: Clisophus Philippi parafitus, increpante Philippo quod semper aliquid peteret; obliuisci se dixit, si quid datum esset. Equum faucium, quem Philippus donauerat, is cum vendidisset, in interrogante Philippo vbinam is esset, ex vulnere, inquit, veniit. Eum Philippus in prosperis & secūdis rebus animo læto ac tranquillo cum derideret, Ego posthac, inquit, te non alam. Hegesander Delphus in Commentariis, de Clisopho hæc refert: Cum dixisset Philippus literas sibi à Cotye rege allatas fuisse, Ita me deus amet, benè est, inquit Clisophus. Subiecit Philippus, At tu nescis quibus ad me de rebus scripserit. Per summum Iouem, accerbè quidem & vehementer me obiurgas, inquit. Satyrus in vita Philippi tradit, cum illo ex oculato Clisophum prodidisse eodem oculo fasciis obligato: ac rursus cum crus oblatus regi ac luxatum fuisset, Clisophum eodem crure claudicantem cum ipso in publicum exiisse. Si quem cibum acrem ori Philippus admoueret, vultum Clisophus contrahebat, quasi eo quoque vesceretur. In Arabum regione id quidem pariter fit, legum iusu, non assentandi causa, si regi pars quædam corporis affecta malè sit, ut eodem malo se laborare assument, ridiculum existimantes magno studio id se polcere, ut cum rege vita functo defodiantur, & cum æger ille mutilatusve fuerit, in eius gratiam eandem quoque aduersæ valeudinis molestiam saltem non præ se ferre. Nicolaus Damascenus ex Peripateticis vnus, in historia multis libris condita, nimirum centum quadraginta quatuor, libro centesimo decimo sexto narrat, Adiatomum regem Sotianorum, (est autem ea Gallie natio,) sexcentos habuisse proximos sibi delectos homines. Galli propria lingua Silodunos vocant, (ea dictio Græcis Deutos significat,) qui cum rege & vitam agunt, & moriuntur, id summopere votis optantes: ob quam erga regem fidem cum eo principatum gerunt, eodem victu, & corporis cultu, quoties eius necessitatis contingit occasio, mortem libenter oppetentes, siue rex intereat morbo, siue cadat in prælio, siue alia quavis de causa vita excesserit, nec est qui dicere possit ex illis amisso rege quempiam mortem vel expauisse, vel recusasse tergiversantem. Theopompus libro quadagesimo quarto historiarum scribit, Thrafydæum Thessalum à Philippo creatum fuisse gentis suæ regem, virum pusilli abiectionis animi, sed egregium assentatorem, à quo multum discrepabat Arcadion Achaus, qui, ut Theopompus refert, ac Duris, libro quinto Rerum Macedonicarum, odlo Philippi sponte solum vertit, homo sanè promptissimus ingenio, cuius complura venuste dicta memorantur. Accidit forte ut cum Philippus Delphos comesset, illic quoque esset Arcadion, quo conspecto Macedo, & aduocato, Quandiu profugiturus es, inquit, ô Arcadion? Quoad, respondit ille, ad eos peruenerim, quibus Philippus ignotus sit. Phylarchus libro vigesimoprimo historiarum scribit ad id responsum Philippum risisse, Arcadionem deinde ad cœnam inuitasse, inimicitiasque ita depositas & extinctas fuisse. De

fe. De Hegesio Nicefio Alexandri assentatore hæc refert Hegesander: Cum Alexander à musca se compunctum quereretur, ideoque muscas gnauiter abigere, ex adulatoribus Nicefias quidam tum præfens, Aliis profecto muscis, inquit, hæc, tuum sanguinem quæ degustarunt, præstantiores multo futuræ sunt ac strenuiores. Idem scribit Cheirosophum assentatorem Dionysij, cum procul videntem Dionysium vnâ cum familiaribus videret, & tanto spatio diffitus esset, ut exaudire non posset, risisse tamen, rogantemque Dionysio, cur rideret, cum ea quæ dicebantur minimè audiuisset, dixisse, Vobis credo esse risu digna quæ dicta sunt. Plures etiam Dionysio eius filio assentatores fuere, quos Dionysiocolas appellarunt. Ii, quia Dionysius minus oculis perspicax esset, inter cœnandum obrusè cernere se fingentes, apposita fercula tanquam visu non discernent, temere contrectabant, quoad manum Dionysius ad patinas perduceret. Cum sputator Dionysius esset, faciem sputo conspergendam ij obiciebant, saliuam, & quæ vomitu egressæ, delingentes, eaq; melle dulciora esse affirmantes. Timæus libro vigesimo secundo historiarum tradit, Democlem assentatorem iunioris Dionysij, cum mos Siculis esset domi Nymphis sacra facere, ac temulentos circa illarum imagines pernoctare, & circum earum simulachra saltare, omillis Nymphis, dixisse nihili faciendos esse deos qui anima carent, saltantemque ad Dionysium perrexisse: Eundem cum aliis missum legatum ad Dionysium, vna trirème vectis omnibus, accusatum fuisse à legationis sociis, tanquam in ea peregrinatione seditiosum, & publicis rebus quæ ad Dionysium pertinebant, officientem. Irato verò grauer Dionysio, eum dixisse, cum suis collegis inde natum dissidium, quod ex illis cœnati nonnulli Phrynichi, Stesichori, Pindari prænas iterum atque iterum canerent, ipse verò cum iis qui vellent, à Dionysio compositos absolueret cantando, eiusque rei manifestum hoc argumentum se præbiturum pollicitus est, quod accusatores sui ne numerum quidem tenerent canticorum ipsius, quæ omnia memoriter recitare paratus esset. Placata sic ira Dionysij, rursus Democles ait, Hoc mihi beneficium ac gratiam, ô Dionysie, te conferre postulo, ut tuo iussu aliquis eorum qui didicere, me Pæana doceat quem in Æsculapium edidisti. Te namque his versibus pangendis occupari delectarique fama est. Ad cœnam Dionysius aliquando vocatis amicis cum cœnaculum ingressus diceret, à militum ductoribus, quos Neapolim miserat, literas sibi redditas esse, interfatus Democles dixit, Rectè, per deos, illi fecerunt, ô Dionysie: at coniectis in eum oculis Dionysius inquit, Vnde nosti, quæ scripserunt an sint ex animi sententia, an contra quam vellem? Benè, sic me deus amet, inquit, ac iure me reprehendisti, ô Dionysie. Satyrum quendam vtriusque Dionysij assentatorem recenset Timæus. Hegesander obtusorem Hieroni visum fuisse tradit, acideo qui cum eo cœnarent familiares & amicos de industria, à cibis quos appetebant solitos aberrare, ut cum manum illorum ad patinas Hiero perduceret, acutiùs cernere quam alij videretur. Hegesander scribit, Eucliden cognomine Seurion, qui parafitus & ipse fuit, cum illi cœnanti Sonchorum multum quidam apposuisset, dixisse, Capaneus in Supplicibus inductus ab Euripide, urbanus profecto supra modum fuit, mensarum inimicus, quibus nimium aliquis ἐγομαιτο. Idem autor scribit Athenis oratores, qui rempublicam administrabant, Chremonidio bello populo assentantes pro concione dixisse, cum Græcis esse sibi communia cætera, at viam quæ in cœlum itur, solis Atheniensibus compertam esse. Satyrus in Vitis scribit Anaxandrum Eudæmonicum philosophum, vnum ex assentatoribus Alexandri, cum rege iter facientem ut stupendo fragore inopinatoque tonuit, omnibus pauore consternatis dixisse, Hoccine fecisti, ô Alexander Iouis filii: regemque ridentem illi respondisse, Non equidem formidabilis esse volo, quamuis id me doceas, suadeasque: ut regum & satraparum abscissa capita mihi cœnanti afferri iubeam. Aristobulus Cassandreus refert Dixippum Atheniensem quinquertionem, cum vulneratus aliquando fuisset Alexander, manante sanguine, dixisse,

Est sanguis qualis diuis fuit ipse beatus. Epicrates Atheniensis apud regem Persarum cum legationem gessisset, ut inquit Hegesander, multisque muneribus ab eo cumulatus fuisset, absque vilo pudore tam apertè & insolenter regi adulabatur, ut

In adagis, pro uerbo, Musca, hic locus malè versus est.

Victorius, cap. 24. Variar. Virg. Hæc tibi semper erit, & cum solennia vota reddimus nymphis, & cum iustitiam agros.

Ad extremum usque recitaret.

Bocaccum. in Extumesceret: Sono uesceret. locus est ambigua notione.

Erasmi adagio, in hostio formosus. Xenophonius Chremon, vnus ex triginta tyrannos quos Athenis Lyfander inuictis. Thucydides Chremon Mæfentis, dux iunioris Atheniensibus in eo bello quod Demosthenes infelicitè gessit contra Aetolos.

Adipungit φιλῶσφοι Λαέρτιο dicuntur δὲν ἔσθ' ἀβότρωα, ab insistentibus, qui de ista hecra discipulorum p. Iliada.

dixerit quotannis ad regem qui mittantur creandos esse populi suffragiis legatos nouem potius, quam totidem summos in gubernanda republica magistratus: quam hominis audaciam & impudentiam ego equidem miror Athenienses iudicio non vltos fuisse, qui Demadem antea decem talentis ideo multassent, quod Alexandrum ut pro deo agnoscerent persuadere conatus esset, & Euagoram capitis damnassent, quod dum apud regem legatione fungeretur, illum adorasset. Timon Philiastus libro tertio Sillorum¹, Aristonem Chium narrat Zenonis Cirtienfis necessarium, & familiarem, adulatorem fuisse Persae philosophi, qui cum Antigono rege amicitia quoque iunctus erat. Phylarchus libro sexto historiarum tradit Nicessiam Alexandri assentatorem, cum regem videret sumpto medicamento cruciari torminibus dixisse, Quid, o rex, nobis fiet, quando vos dei haec tormenta premunt? Alexandrumque respondisse vix sublatis oculis, Quales deos esse nos ais? vereor equidem ne inuisi diis inimicique simus. Idem scriptor libro vigesimo octavo tradit Antigoni, quem Epitropum² vocarunt, eius qui Lacedaemonios debellavit³, assentatorem Apollonem dixisse, Antigoni fortunam *Ἀλεξανδρῶν* *εὐχρησῶν*⁴. Euphantus libro quarto historiarum Ptolemaei, scribit eius⁵, qui tertius in Aegypto regnavit, adulatorem fuisse Callicratem in assentando peritissimum & callidissimum, ut qui non solum in annulo signatorio Vlyssis imaginem circumferret, sed liberis quoque suis Telegoni⁶ & Anticleae nomina indiderit. Polybius libro decimotertio historiarum scribit, Philippi a Romanis oppressi adulatorem Tarentinum Procliden eius totum regnum labefactasse, ac eueruisse. Idem libro decimoquarto scribit Agathoclis filio assentatorem fuisse Oenam, regi Philopatori Philonem, inter amicos adscriptum, Hieronymo tyranno Syracusarum Thrasonem cognomine Carcharum⁷. Cato Sinopenfis idem libro de tyrannide Hieronymi tradit, ac eum insuper refert saepius merum affatim largiusque bibisse, & a Hieronymo tandem occisum, alterius assentatoris fraude & consilio, cui nomen Osis erat, & qui Hieronymo persuaserat, ut diadema lumeret, cum purpurea veste, & alio toto cultu quo se Dionysius tyrannus ornabat. Agatarchides libro trigesimo historiarum scribit, Hærisippum Spartiatam, hominem supra modum improbum, & quem nullus esse frugi iudicasset, oratione valuisse dum assentaretur, ad persuadendum quidvis idonea, mirum artificem eos colendi qui opibus florent, quoscumque nactus esset. Eiusmodi fuit & Heraclides Maronites Scythæ regis Thraciæ assentator, cuius Xenophon meminit libro septimo Ascensus. Theopompus libro decimo octavo historiarum, Nicostratum Argium scribit regis Persarum adulatorem fuisse, his verbis: Nicostratum Argium merito nequam fuisse cur non existimabimus, qui antea praefectus ciuitatis Argiuorum cum fuisset, a maioribus clarum genus, pecuniae multum, & amplas facultates adeptus, omnes superavit assentationibus, & obsequiorum turpitudine, non solum milites qui tum in exercitu meruerunt, sed etiam quotquot post natos homines praecessissent. Primum enim ut esset apud barbarum in honore adeo concupiuit, ut quo gravior esset maiorque fides haberetur, obsidem regi filium⁸ tradiderit, exemplo nouo, cum ante ipsum hoc neminem fecisse constet. Idem quotidie cenaturus seorsim Genio regis instructam mensam apponebat, cibus & aliis rebus quæ epulis conueniunt, dapibilem, cum intellexisset a Persis id fieri qui in aula⁹ regia versantur, sperans ea colendi ratione regis munificentia plus nummorum se coaceruaturum. Fuit enim is sordidi quaestus avidus, & qui pecunia se duci atque vinci pateretur, si quis eo ingenio alius vnquam extitit. Attali regis assentator & doctor fuit Simachus¹⁰, quem Callimachus Theodorum nuncupat, & Hermippus inter discipulos Theophrasti recenset. Hic quidem de Attali educatione ac institutione libros conscripsit, quibus eius assentatio tota declaratur. Polybius libro historiarum octavo scribit Cauarem¹¹ Galum natione, virum alioqui bonum, ab assentatore Softrato genere Chalcedonio, deprauatum fuisse. Licinij Crassi, qui in expeditionem aduersus Parthos exiit, Nicolaus libro decimo quarto post centesimum, Andromachum Carpenum¹² assentatorem fuisse tradit, & ab eo Crassum omnia tentantem ut saluus euaderet, Parthis proditum perisse, quod scelus inultum dii non reliquerunt. Nam cum sui flagitij mercedem

q Salorum diciumque carminum.

r Curatorem, tuorem: quia Philippi uelam a Demetrio patre acceptam gessit.

s Eius auxilio Cleomene ad Sclasia uictus ab Achæis, expugnataque Lacedaemone. Pausanias lib. 2. Plutarchus in Vitis.

t Eam emulari, quæ Alexandri fuit. u Euergetis, Philadelphii filij. x Telegonus Vlyssis filius Ciro: Anticlea, Vlyssis mater. Omnis ex parte assentator ille festiuitate uolebat se Vlysses esse. y Asperum, acutum.

z Ad verbum: ad regem filium deponere.

a Verbum de verbo: qui circa ianuam regni: Sic Turca aulam sui principis hodie Portam vocant.

b Fortasse Symmachus.

c Vide proprium, an genus nomen sit. Cauares indigenis hodie, Ganois, Gallica natio est, Rhodano uicina, quæ a Valentia Cauaris, ad Auenionem usque Cauarum porrigitur: quidam per G scribunt.

d Carpenitem finem in Taurica Chersoneso Strabo memorat. Carpenum in Africa meminit Plinius. Eius meminit Plutarchus in vita Crassi.

mercedem Carporum, quæ illius patria fuit, tyrannidem obtinuisset, propter crudelitatem & iniurias Carpenis illatas, ab iis cum tota familia crematus est. Posidonius Apamensis, qui postea se Rhodium appellauit, libro quarto historiarum scribit, Hieracem Antiochenum, qui antea Lysiodis¹ tibia succinebat, assentatorem post fuisse Ptolemaei regis Aegyptiorum septimi, Euergetis cognomine, arte illa palpani egregium, qua plurimum apud eum regem potuit, deinde apud eius successorem Philometorem, a quo tandem est intersectus. Nicolaus peripateticus Mithridatis adulatorem Sosipatrum nominat, praestigiatorum hominem. Theopompus libro nono Rerum Graeciae scribit, Sisyphi Barsalij² assentatorem famulumque fuisse Athenarum Eretriensem. Fuit & in ore hominum celebris assentatio populi Atheniensis. Itaque Demochares Demosthenis oratoris consobrinus, libro vigesimo historiarum, cum assentationes explicat, quibus Demetrio cognomine Poliorcetae adblanditi sunt Athenienses, quamuis ipse nollet, ita scribit: Horum quaedam, ut apparebat, Demetrii offenderunt, quinetiam alia insuper, & alia, prorsus sceda, & humilia: nimirum Leanae³, Lamiaeque Veneris templa, & Burichi, Adecimanti⁴, Oxythemidis⁵ eius assentatorum delubra: horum cuique extructae arae, heroa⁶, libationes, Pæanum cantus, admirante ipso Demetrio quæ tum fierent, palamque dicente apud inferos nullum vnquam⁷ futurum magni excelsique animi ciuem Atheniensem. Thebani quoque Demetrio palpantes, ut inquit Polemon in opere De varia⁸ porticu Sicyonia, Lamiae Veneris templum confluxerunt, quam, ut & Leanam, amabat Demetrius. Fuit quidem certe praeter omnium expectationem quod Athenienses fecerunt, assentatorum assentatores, in honorem Demetrii Pæanas cantantes, & Profodia⁹. Demochares igitur libro vigesimo primo historiarum scribit, Athenas reuersum Demetrium a Leucade, ac Corcyra, exceptum ab Atheniensibus fuisse, non solum cum suffutibus, coronis, vini libationibus, sed etiam profodiis, choris scenicorum, ithyphallis, saltantibus, cum obuiam procederent, ac canentibus, qui vulgi turbis instantes ac interuenientes cum tripudiis, cantarent, & accinerent, illum solum verum deum esse, reliquos aut esse nullos, aut dormire, aut abiisse peregrè: Demetrium Veneris prolem ac Neptuni, corporis forma excellere, comitate humanitateque erga omnes comuni, cum precibus supplices cuius auxilium praesidiumque omnes implorarent. Hæc de assentatione Atheniensium memoriae Demochares tradidit. Duris autem Samius libro vigesimo secundo historiarum scribit, etiam ipsum Ithyphallum cecinisse, maximos tum adesse deos, & in ciuitatem maximè beneuolos: Demetrium oportune praesto esse, & aduenisse, ut veneranda mysteria virginis¹⁰ celebraret. Hilaris, sicut decet deum uenuste ridens, adest, inquam, ueneratione dignus, amicis omnibus conspicuis eum circumdantibus, in quorum medio illis ipse similis extat: verum amici instar syderum sunt, ille autem veluti sol. Salue o Neptuni dei potentissimi atque Veneris filii. Alij profecto dii vel absunt procul, vel auribus carrent, vel nulli sunt, aut rebus nostris curandis mentem non aduertunt, te verò nos praesentem cernimus, non ligneum, aut lapideum, sed verum numen. A te primum nos id postulamus, o charissime, & amicissime, pacem ut des. Penes te rerum summa est. Sphingem¹¹, non quidem Thebanam, sed tota Graecia peruagantem, Aetolidem cõfice, ac extermina, quæ insidens saxo, ut quondam¹² illa Thebana, omnium nostrum abstulit direpta corpora¹³, quia illi obsistere nequiterim. Est enim Aetolicum res¹⁴ vicinorum depradari. Tu verò, in posterum maxime, ne lentus & otiosus desideas. Quod si cessare uelis, Oedipum salte aliquem inueni, qui hanc Sphingem vel in praecipis agat, vel fame necet. Hæc scilicet canebat in Marathonio conspectu olim victores, non publice tantum, sed etiam priuatim domi, qui caesis innumeris Barbarorum myriadibus ciuem suum capite plecti iusserunt, quia regem adorasset. Alexis ergo in Medicamentario, seu Crateua, quendam vni compotorum propinantem inducit, & hæc loquentem:

Hæc tu puer poculum magnum porrige, affundeque Beneuolentiae, in hos qui adsunt, nostra, cyathos quatuor. Amoris tres alios mihi tu dabis postea:

e Scenica ex theatralibus musicis.

f Quidam, Pharsalij.

g Haec amicae Demetrii fuerunt, de quibus plura lib. 13. h Huius erga Philam uxorem Demetrii assentatio describitur posthac pag. sequenti.

i Quam ideo necant Antigonus, quod cum Demetrio filio scelerata multa facinora pertraxisset. Posthac libro 13.

k Basilice, monumenta publica, quæ hinc saltem heroibus ex praestantissimis viris edificari.

l Quidam, nulli sibi obuiam fuisse, ut dicitur.

m Multis variisque picturis ornata. Pausanias lib. 1. et quinto.

n Carmina supplicationum, obsecrationumque ad deum altaribus.

o Xægens: Puella: Proserpina: quidam, Cereris. Vide Cyraldam.

p Laccharin significat, qui ex consilio ex auxilio Caspandri Athenis tyrannidem inuastet, sauisimus in homines, in deos maxime impius. A Demetrio is electus, cui ornamentis omnibus quæ in arce fuerunt, ad Boeotias profugit, illicque Coroneis occisus est. Pausanias lib. 1. vel Demetrium Phalarum inuastet, quem exutum tyrannide Thebas addita praesidio duci iussit Demetrius Athenarum liberator. Plutarchus in Sphintio mouete.

q Nostras facultates.

r Vide proverb. Mens in Aetolis, manus in Clopide.

Finem

c Syria. Natali- d Pedes scalpsisse, cirilla...
e Paegobus in- ferere, inculcare, ingerere.

f Quod eius in- star traheret ho- minum ad se bene- uolentiam.
g Bellua, fera: Na- talis legit, qd eip.

h Homeri versus sunt: Καὶ οἱ μὲν εὖ εἶδον...
i Et non male qua- drauerit adag. In morsu pulicis deum inuocat.

k Ad fouendū mol- lium palpator.
l Si quando ob- uolens, uicus, aut alium quēuis mor- bum effene q̄ qui- bus affentabatur, fisciati. Sic antea pag. 186. Clisophus agriuidines Philip- si affimulabat.
m Eius memin- it Plin. cap. 5. 14. & cap. 4. 1.
n Differre eaman- scriptura, quod ἑ- λαῖ cum simplici λ, pingitur: καὶ ἑ- λαῖ uero, cum du- pliei λ.
o ἑλαῖ, uocatur- ὅς, uir humilis & abiecti animi, men- te quasi mutatus, inde ἑλαῖ.
p Iunius adagio, Vnde uita.

runt. Horum vnus ante lecti pedes sedens adolescentuli pedes suis genibus impo- sitos tenui panniculo Lydio contagebat. Quid autem praterea faceret, etiam si ego silentio prateream, sat manifestum est. Ab indigenis Parabytus ille uocatur, quia vel in eorum commercium ac consuetudinem, qui etiam respuunt, summo artificio assentando se inculcet. Alter uero in quadam sella reclinatus iuxta lectum posita, manui quam adolescentulus ueluti languidam remiserat, suspensa accidens, eam demulcebat, ac leniter contrectabat, digitos singulos uicissim ac sepa- ratim sumptos, trahens, ac distendens, ut ingeniosus & acutè dixisse uideatur, qui primus eum Cucurbitulam cognominauit. Tertius Ther fuit, horum genero- sissimus, & qui ministerij totius ueluti antesignanus primas obtinebat partes. Adstant ille capiti adolescentis, ceruicalium quoque byssinorum erat particeps, & in ea per- quam amanter ac familiariter reclinatus, sinistra manu adolescentuli capillum mol- liusculum adornabat, dextra uero Phocense suauiter flabellum dimouebat, clarum, sed non ita ut arceret quæ occurrerent. Quamobrem, ut equidem arbitror, daemone quispian liberalis, indignè ferens tantam molliem, adolescentulo iudicam h im- misit non aliam quam eam cuius confidenciam Menelao Palladem indidisse Home- rus scribit, ad eò robusta animoq; impanido fuit. Ad adolescentuli morsum, ob ac- ceptum vulnus exclamauit tam alta uoce custos ille, & sic indignatus est, ut vnus muscæ odio ex ædibus omnes eiecerit, unde cognitum est ei ministerio destinatum hominem fuisse. Huic Leucon tyrannus Ponti, dissimili hercle fuit, qui cum intellexisset ex amicis multos ab iis adulatoribus qui cum eo uersabantur, expilatos fuisse ac direptos, & quandam ex iis prædonibus conspiceret quempiam ex reliquis amicis calumniantem, ego per deos te, inquit, occiderem, nisi tyrannis uiris impro- bis egeret. Antiphanes comicus in Milite, iis quæ de regum Cyprioruna luxu retu- limus similia memòrat, inducto milite quem aliquis sic interrogat:

A. In Cypro, dicitur, an inquis uos diu Commoratos esse? B. toto belli tempore.
A. Quo in loco maximè, queso? B. in Papho, Vbi rem insigniter mollem uidere licuit, Et alioqui prorsus incredibilem. A. quam uerò? B. Ventus fiebat à columbis, & alio prater ea nemine, Cænantis regi. A. quo pacto? omisit enim rebus meis Sciscitari uolo ex te, id qui fieret. B. Vngebatur is Adueto è Syria unguento quopiam: E copioso semine confecto, quo columbas aiunt Libenter uesci: eius scilicet odore inuitata Aduolant, & adsunt, in regis caput Parata descendere: uerum assidentes pueri Assellunt: at illæ attolentes se paululum, Nec multum aut huc aut illuc omnino discedentes, Tantum uenti faciebant, quantum erat satis; Leni sic afflatu ac minime molesto is refrigerabatur.

Porro adolescentuli Cy- prij, cuius meminimus, adulator ille, ut ait Clearchus, fuit μαλακοβλάξ. Nam præ- ter tantam dexteritatem blandiendi, etiam corporis illorum quibus assentator erat, habitum & figuram imitabatur ac effingebat, obuios ab illis cubito repellens, tri- tisq; panniculis se uinciens: qua de causa ipsum quidam ἑλαῖ uocauerunt, id est, Cu- bito depulsorem, alij χιμαροβλάξ, id est, figurarum promptuarium illum uocauerunt. Idem certè cum Proteo esse uidetur adulator, ut qui non solum forma ob ingenium apprime uersatile & uasum, sed etiam oratione sit omnigenus. Androcydes me- dicus aiebat πολυκείων, id est adulationem, cognominatam inde fuisse, quod iis cum quibus habet commercium, adulator προσομιλάται, id est, agglutinatur: ut uerò sen- tio, ὁλαῖ ob magnam facilitatem dicitur, quia subit omnia, moribus animi uelut clirellarius ac dosluarius quidam, idq; perseveranter, nihil quod turpe sit grauius ferens. Adolescentuli illius Cyprij uita humidam si quis nominet, aberrauerit nihil.

Huius

q Foculo, quo ar- dens prima ferunt.

Huius multos Athenis esse doctores Alexis in Pyranno sic inquit:

Experimentum capere alterius uitæ cupio,
Quam solent omnes uocare humidam:
In Ceramico per triduum obambulans,
Eius, quam dico, uita magistros reperi
Ex una officina triginta circiter.

Crobylus rursus in Animo defecta:

Vita
Humiditas tuam aluit prodigalitatem:
Humiditatem enim quidam nunc uocant.

Antiphanes in Lemniis artem

quandam assentationem esse constituit his uerbis:

An uerò est, esse uere potest, ars incuuior
Aut reditus, quam si quis scitè aduletur?
Pictor in arte sua nonnihil laborat, & amarulentus est:
Quanta rursum agricolis imminenti pericula?
Nemo est quem non angat & cura, & labor.
Nobis autem cum risu uita & luxu traducitur.
Labor summus noster est, ludere,
Effuse uidere, dieterio quempiam incessere, bibere assatim.
Nome incuuium est: mea quidem sententia post diuitias optimum.

Quoad

eius fieri potest, assentatorem Menander in eiusdem nominis fabula diligentissimè expresse, ac designauit, ut parafitum Diphilus in Telefia. Alexis in Mendace as- sentatorem quandam hæc loquentem inducit:

Beatus ego sum, ita me amet Iuppiter
Olympius, ita Minerva: non quia
Ego in nuptijs epulabor, o uiri:
Sed quia disrumpar, mihi dij se faueant.

Hunc equidem, o amici uiri, helluonem

existimo non grauatim dicturum fuisse quod est apud Iouè tragicum in Omphale:

Annuum festum me dicere oportet
Nobis esse quotidianum.

Hippias Erythræus libro secundo historiarum

sue patriæ, cum narrat Cnopi regnum à suis adulatoribus euersum fuisse, inquit, Cnopo de salute sua oraculum consulenti, deum respondisse, ac iussisse, doloso Mer- curio ut sacrificaret. Paulo post, cum is Delphos properaret, comitibus illis qui re- gnum destruere conabantur, paucorum ut dominatum stabiliarent (fuerunt autem ij, Ortyges, Echarus, & Irus, inter eos qui regem obsequiosè colebant clari & nobi- les, ideoq; Assentatores uocati, & blandiloqui,) procul à terra in altum cum illis na- uigationis sociis prouectus, ab ipsis ligatus, & in mare proiectus est. Sic oppresso re- ge in Chium illi cursum cum uertissent, ab Amphyclo & Polytecno eius insulæ ty- rannis impetratis copiis Erythras noctu sunt reuerfi, quo tempore Cnopi cadauer in Erythrarum littus, quod nunc Leopodium uocant, fluctus ac æstus expulit: cuius uxor Cleonice, cum in parando funere ac iustis faciendis esset occupata, celebrare- turq; in ciuitate frequenti hominum conuentu festum Dianæ Stophææ, derepente tubæ sonus auditur, & ab Ortyge urbe capta, amici Cnopi multi necantur, Cleoni- cæq; re comperta Colophonem aufugit. Ortyges uerò iam tyrannus adiutus militè Chio, qui suis rebus & consilijs obstitere omnes è medio tollebat, proculcatiq; & antiquatis legibus, arbitrio suo rempublicam gubernabat, neminem eorum intra muros admittens, qui populares essent. Extra mœnia ante portas oppidi forum iu- dicialium idem ædificauit, ubi litigantibus ius redderet, pallio purpureo, purpureaq; tunica uestitus, calceos indutus per estatem multis incisuris diuisos, hyeme uerò cum muliebribus soleis assidue spatians. Alebat is præterea comam, & in nodum capil- lus ut obtorqueretur studiosè curabat, purpureo, melinoq; diademate caput redi- mitus: cetera, sceminarum instar ornamentis prorsus aureis splendens. Ciues idem coegebat alios sibi lecticiarios esse, alios listores & apparitores, alios uias purgare: quo- rundam gnatos in communem victum ac consuetudinem uocabat, quibusdam im- perabat

r Nos quotidie tam splendide epulari, ac si dies festus esse quocunq; recurret. s Erythrarum re- gi, Erythra ciuitas Ionie, Erythrarum Græcia, qua Tan- gra uicina fuerit, colonia. Strabo. Pausanias lib. 7. E- rythras dicitur pu- tas ab Erythro Rha- damanti filio, qui Cretes colonos in eam partem Ionie deduxit.

t Flauo, luteo, flammeo.

perabat suas vxores filiasq; ad se perducere, & si qui nō parent, extremo supplicio illos afficiebat: si quis è suis amicis & sodalibus diem obiisset, congregatos ciues cum liberis & vxoribus mortuum deslere cogebat, pectus validè plangere, lesumq; voce magna & acuta lamentantes ac eiulantes habere, instante flagellifero qui ad ea faciendā verberibus adigeret, donec Hippotes Cnopi frater, dum festi dies agerentur, Erythræis auxiliantibus cum exercitu improuisus urbem adortus est, illaq; positus in tyrannos irruit, multisq; ex iis contumeliosè discruciat, Ortygem fugam arripientem, & alios qui cum eo fuerunt, iaculis transfixit, eorumq; liberos ac vxores cum diris supplicii ac verberibus scdasset, patriæ libertatem restituit. Igitur ex his omnibus, ò amici viri, conspicuum est, quantis calamitatibus assentatio vitam hominum percellat. Theopompus libro decimonono Philippicorū autor est, ab Agathocle, qui & ipse aliquando seruierat, in eorum numero quos Thessali Penctas vocant, Philippum, ob assentationem magnæ apud ipsum autoritatis, quòd in conuiujs illi familiaris saltaret, ac risum moueret, contra Perrhæbos * missum fuisse, eorum agros vastaturum, totiusq; belli gerendi curam suscepturum. Eiusmodi homines semper habuit in comitatu suo Philippus Macedo, cum quibus ob bibacitatem, ac scurrilitatem, sæpius temporis multum terebat, in eorum consessu de maximis rebus consultans. De eodem narrat Hegesander Delphus, facietis & ridicula loquentibus in Herculis templo Dōmeorum⁷, coeuntibus non penitendā pecuniam donasse, ac quibusdā, vt quæ dicerentur lepide præscriberent, & ad se perferenda curarent, mandasse. Theopompus libro vigesimo sexto historiarum tradit, Philippum cum Thessalos intemperantes esse, ac lasciuæ petulantiq; vitæ perspiceret, eorum conuentus ac contubernia instituisse, iisq; vt placeret modis omnibus fuisse conatum, cum illis saltasse, comestatum fuisse, cuius libidini se ac nequitia tradidisse, nempe qui natura esset importunis salibus dicax, quotidie inebriaretur, & iis vitæ rationibus gauderet, quæ illò diriguntur, tum etiam hominibus quos ingeniosos⁸ vocant, & ridicula vel facientibus, vel dicentibus: qua victus cōsuetudine in amicitiam plures eorū qui illi se addixerunt pertraxit, quàm muneribus. Idem factum à Dionysio Siculo Eubulus comicus ostendit in fabula cui titulus est Tyrannus:

*Erga viros graues is est ferox nimis, & intractabilis,
Erga assentatores, & eos quibus est ludibrio,
Placidus, ac minime iracundus, illos existimans
Solos esse liberos, vel si sint mancipia.*

Verumtamen eos qui facultates suas in temulentiam, aleam, & huiusmodi flagitia dilapidassent, non solum Dionysius, verumetiam Philippus receptos colligebat. De vtroque Theopompus libro quadagesimonono hæc refert: Philippum modestos homines, benè moratos, & ad rem familiarem attentos contempnisse, sumptuosos autem, in comotationibus aleaq; vitam traducentes collaudasse, & honorasse: nec tantum iis vitijs vt adoperti forent adcurasse, sed etiam vt aliorum generū improbitatis ac iniustitiæ eximij propugnatores & athletæ periti forent. Ecquid enim turpe vel scelestum ab illis absuit? quid contra honestum probumve adfuit? Horum enim quidam iam⁹ viri barbam identidem radebant, & vellebantur: alij verò barbati citra pudorem vicissim se impudicabant, stupris intercutibus se flagitantes: regi verò duo vel tres circumducebantur, qui paterentur muliebria, & eandem operam nauarent alios subagitantes. Quamobrem illos iure aliquis non amicos regis, sed amicos esse credidisset, nec milites, sed prostibula nuncupasset, ingenio quidem ac natura sanguinarios, & homidas, moribus autem virilia scorta. Præterea sobrietatem ij perosi temulentia dediti fuere: ab omni modestia prorsus alieni, quos rapinis spoliarent, & trucidarent inuestigabant: vera loqui, & pacta seruare indignum sibi esse credebant, alios contra decipere, & peierare arbitrabantur esse maximè laudabile. Quæ ad manū erant ij negligebant: quæ deerant concupiscebant, idq; magnæ partis Europæ domini. Etenim sic existimo cum familiares & amici Philippo tum otingentis plures non essent, eos tamen fructus ampliores percepisse, quàm Græcorum millia decem, latissimam regionem & fecundissimam possidentium. De Dionysio idem autor libro vigesimo

⁷ Agathocles non Syracusarum reges, sed Atheniensis rei publicæ summum magistratum cuius meminit Diodorus lib. 13. sic intelligo. Regnante Philippo in rempublicam gubernauit. Quidam Agathocles sic dici volunt Lyfimachum filium à Geis in prelio captum, qui Lyfandri Ptolemæi primi & Euridices filiam duxit. Eius meminit Pausan. lib. 1. Verum nunquam in seruis fuerat, nisi captiuitatem eius seruauit fuisse intelligamus.

⁸ Thessalicæ gentem Pindo vicinā, y Dapetiar populus tribus Aegædus, sic vocatus à Domeo Herculis filio. Suidas.

⁹ d' opus, ameno & atri præditi ingenio.

^a a d' opus. Adnot. d' opus, molles, effeminati. Demetrius Phalereus lib. De Elocutione, quo loco agit De ornamento. Hec ipsa de amicis forijs Philippi recitat ex historijs Theopompi.

gesimo primo historiarum hæc tradit: Dionysius Sicilia tyrannus, eos qui patrimoniam alea, temulentia, aliq; id genus petulantia prodegissent, adscicebat, & benignè fouebat, quia perditis ac flagitiosis moribus suos velle esse comites. Ridiculis delectatum fuisse Demetrium Poliorceten scribit Phylarchus libro decimo historiarum. Idem decimo quarto hæc scripta reliquit: Gratum porro Demetrio^b fuit inter conuiuandum assentatores videre, soli Demetrio regi libantes, Ptolemæo verò classis præfecto: Lyfimacho custodi thesaurorum: Seleuco elephantorum magistro^c: quæ ad hunc modum distincta illi plurimum inuidia ac malevolentia conciliarunt^d. Herodotus tradit Amasin Ægyptiorum regem libenter iocari solitum, & conuiuas irridere. Cum adhuc, inquit, priuatus esset, comotationibus gaudebat, & iocis, vir alioqui minime ambitiosus. Nicolaus libro vigesimo septimo historiarum prodidit Syllæ Romanorum imperatori adeò placuisse mimos^e, ac ridiculos homines, quòd ex ludicris magnam voluptatem caperet, vt illis agri publici iugera multa sit largitus. Quantum ea re exhilararetur, ostendunt ipsius comœdiæ satyricæ patria lingua conscriptæ. Theophrastus libro de Comœdia scribit, Tiryntios iocosos, sed ad res serias inutiles, ad oraculum Delphicum se contulisse, eius monitu ab eo vitio liberari exoptantes: vaticinatumq; deum fuisse, immolatum Neptuno taurum si continentes risum in mare abicerent, cessaturam eam focordiam: illos autem metuentes ne quid peccarent aduersus dei responsum, sacro pueri ne interessent vetuisse: vnum tamen cum id resciuisset turba permixtum aliis cum clamore ipsum aspellentibus dixisse, Quorsum hæc: an Sphagium^f vestrum ne euertam timetis: oborto risu sic illi re ipsa cognouerunt deum inuuisse inueteratam cōsuetudinem emendari non posse. Socrates libro primo Rerum Creticarū ait, proprium id esse Phæstias vt statim pueruli in dicendis salibus exerceantur, ideoq; acciderè vt illi sententiosè, breuiter, ac scite quædam pronuntiant oportunè, quia primis annis ita consueuissent, ac ob id Cretenses omnes facetiarum leporem illis ridiculum tribuerent. Post assentationem secundo loco fastuosam^g iactantiam poluit Alexandrides comicus in Pharmacomanti^h, his verbis:

*Quod ostentator arrogans sim, hoc me increpas.
Sed quid ita? Hæc ars profecto omnibus longè ceteris
Nobilior est, assentatrice dempta, qua antecellit.*

Quò bone Psithyre, Colax, Samyrio,
Pergitis, scelesti ac perditii psomocolaces?

Reiuuenscente:

*Hic psomocolax est,
Semper ingressus psomocolacem is agit.*

Psomocolacisⁱ sic Antiphanes in Gerytade meminit:
Philemon in Renouata, vel

Philippides in Renouatione^k:
Colacis appellatio mirificè congruit.
Est enim κόλας, alimentum, vnde βουκόλ^l, & δουσκόλ^m, id est, morosus, ac fastidiosus: & κοιλία, venter, cibi conceptaculum. Diphilus in Thesæo Psomocolacum inflexione secunda sic dixit:

Esse te aiunt psomocolacem, ac fugitiuum.

Hactenus locuto hæc Demetrio & in bombylioⁿ Sambria vinum poscente, quis hic Sambrias est? inquit Vlpianus. Illo autem ad prolixam quandam^o & immensam se orationem accingente, famuli apparuere multi, cibos afferentes, de quibus rursum continuato sermone Democritus hæc disseruit. Ego equidem, ò amici viri, semper admiratus sum generis seruatorum continentiam, cum in tantis cupedijs versentur, ac tanquam volutentur, quas nō solum ob verberum timorem despiciunt, sed ob disciplinam, haud eam quidem, quam in Seruatorum magistro Pherecrates explicuit, sed ob veterem consuetudinem, nec quòd interdictum hoc sit, vt in insula Co, Iunoni cum sacra faciunt: Nam vt Macareus libro tertio Coicorum scribit, Coi Iunoni cum sacrificant, neque templum vltus seruus ingreditur, nec quidquam gustat ex iis quæ sunt apparatus. Itaque Antiphanes in Dyprato^p non abs re dicit:

*Appositos videre semesos Ametas,
Et aniculas, quas relictas à conuiujs, ne seruo quidem,*

^b Eadem Plutarch. in Demetrio.

^c Addit Plutarch. Agathocli Sicilia gubernatori.

^d Praefertim apud Lyfimachum, quia spadonem sic vocari se dicit, quòd ararū custodes spadones essent.

^e Plutarch. in Syll. l. 1.

^f Pelium qua hostia iugulate sanguis excipitur.

^g τὸ ἀναζωτικόν. h Medicamentario coniectore.

ⁱ Hæc vox somat adulatorem qui ob buccas assentatur.

^k In catalogo poetarum ea fabula citatur adastioeci.

^l Qui boues pascat.

^m Qui cibum rix admittit.

ⁿ Poculi genere, è quo dum bibunt, murmur edunt.

^o Pollux.

^p Iunius adagio, seruum non habet linguam. Erasmi. adag. Arabius tibicen, rix dicitur seruum dicitur. Hoc verbum reperitur pag. 101.

^q Infortunato, & misero.

Vt aiunt mulieres, comestestas est. Epicrates in Dysprato quendam stomachantem feruum sic inducit:

Quid molestius quam dum comitina potantes, puer, puer, Inclamant? quam imberbi adolescentulo Cuidam matulam afferre? appositosq; Semefos ametas conspiceret, & amictulas? Quibus derelictis seruo-uestei nefas, Vt aiunt femina: si quis nostrum bibit

Congium, gulosum vocant: eorum si quid comedit, belluonem. Collatis inter se versibus his iambicis palam est, ex Antiphane suos Epicratem mutuari fuisse. Dicu-chidas in Megaricis scribit Aras infulas inter Symen & Gnidon fitas sic vocatas fuisse. quod exorto dissidio, post interitum Triopae inter eos qui cum illo regionem inuaserant, alijs domum reuersis, qui cum Phorbante manserunt, Ialysum transfuisset, qui cum Periergo, Camirum tenuisset: verum Periergum Phorbantem diris inprecationibus deuouisse, indeq; in insulis nomen fuisse datam. Phorbantem vero paulo post nave fracta, simul cum Parthenia sua & Periergi sorore in Ialysi locum enatasse, quem Schedian appellant, & Thamea, qui tum circa Schedian venabatur, factum illis obuium, in hospitium domi saluos duxisse, seruo praemisso qui vxori id nuntiaret, ut accipiendis hospitibus quae opus essent pararentur: Verum eum domum peruenissent, Thameum, quia paratum nihil ostendisset, rriticu iniectum pistrino cum alijs quae conueniebant, permoluisse, ac eo cibasse hospites, Phorbantemq; adeo illa hospitali benignitate fuisse delectatum, ut moriens cum obtestatio-ne amicos sit precatus, sibi liberi ut homines pararentur, moremque illum adhuc seruari in Phorbantis sacrificio, in quo non nisi liberi ministrant, accessu per religio-nem seruis interdicto. Quoniam vero exiis quae Vlpianus proposuit, vnum hoc est, de seruis nobis vt sermo habedatur, agitedum, reuocemus in memoriam quae de iis iam olim nobis lecta sunt, de illis disceptaturi, Pherecrates in Agrestibus inquit:

Nec Manes tum, nec Sacis ulli sunt Seruus: illas oportebat domi elaborare omnia, Prater haec diluculo fruges molebant, Vt molaxum quas tractabant, strepitu personaret pagus, Anaxandrides in Anchise: Nulla usquam est, o bone vir, seruorum ciuitas; Transfert enim fortuna omnium corpora, Nunc quidem multi sunt nondum liberi, Cras autem Sumenses: tertio post die foro Idem venitur: clauum enim verti cuique deus.

Posidonius Stoicus vnde-cimo libro historiarum scribit, quosdam, & eos non paucos, quia propter imbecilli-tatem ac tarditatem mentis suam tueri nequirent, prudentioribus se ministros tradidisse; vt iis quae necessarij prouideri debent, ab illis defensi, vicissim reddant suam ipsis, quam possunt, ministrandi operam. Hoc sane modo Heracleotis subditi sunt Mariandyni, seruituros se perpetuo stipulati, si quae ad vitam necessaria sunt, ij suppeditarent; & insuper nominatum hoc pacti, extra Heracleotarum tractum nul-lam ex suis venam iri, sed in illorum tantum regione fore venalem. Fortassis igitur Euphorion heroicorum versuum scriptor sic Mariandynos vocat d'ωροφόνες:

Dorophari asceruntur cum fremitu & horrore suos reges formidantes. Calli-stratus Aristophanis in terpres Dorophoros appellatos fuisse tradit; vt acerba detra-heretur famulorum nomenclatura, quod & Spartiarum in suis Elotibus fecerunt, in suis Penestis Thessali, Cretenses in Clarotis, qui & domesticos seruos Chrysonetos nuncupant, Amphamiotas vero qui degunt in agris, indigenas autem, sed bello cap-tos, & in seruitutem redactos, κλαρότες, quod sortito diuisa praeda in dominorum potestatem venerint. Ephorus autem libro tertio historiarum tradit, Cretensibus seruos Clarotas appellari a sortibus ductis, cum distribuerentur, His in Cydonia fe-riarum quaedam legibus & antiqua consuetudine permittae sunt, quibus ab aditu ciuita-tis arcentur ingenui, seruiq; in omnibus rebus dominantur, vt liberos etiam flagris caedere

q Hec vox non Latina, sed Graeca, dicitur imprecatio- nes significat. Sic legendum e Stephano. r Strabo lib. 14. s Caria mariti- mam oram. t Pausania, libr. 1. Argi filij fuere Pirafus, & Phor- bas: Phorbantem ve- ro, Triopas. v Rhodi vicina Caria oppida, & Ialysi, vt con- iecto, quod ab eo, qui frater est, de- sereretur, nulla co- piarum bona par- to. y Quidam: ho- stis immolarent. z Nomina bar- bara seruorum. Can- terus cap. 5. libr. 4. a Danos & Getas appellatos magna ex parte fuisse. A- theniensium seruos adnotat Dionysij interpretis: Misale- rias. b Iunius adagio, Cras cerdo, hodie nihil. c Negotiatores di- uites, in Sappho ame- porij celeberrimorum. d Venales expo- nuntur. Iunius ve- ro, admoventur ci- uillium rerum gu- bernatores. e Gens ad Thra- ciam: Bosphori si- ta. f Beneficiarios mu- neribus & danis obligatos. g Suos dominos. Seruo dominus Iunius rex est. h Auro redemptos. i Oppido Creta.

caedere liceat. Soficrates libro secundo Rerum Creticarum tradit, publicam ac communem seruitutem a Cretensibus vocari μωϊα, priuatorum autem mancipia, Amphamiotas: Periecos autem, Subditos. Eadem memorat & Dosiadas libro quarto De rebus Creticis. Cum vero Thessali Penestas vocent non natalibus & gene- nere seruos, sed bello captos, Theopompus hac voce abutitur, cum inquit,

Penesta domini sordida curia semper est. Philocrates libro secundo Rerum

Thessalicarum, si legitimum id opus illius est, Penestas vocari quoque scribit The- salocetas. Quod Archemachus libro tertio Rerum Euboicarum scribit, ea Boco- tis in Arnam colonia deducta, qui in Bocoetiam non redierunt, amicitate & op- portunitate loci allecti, seipos Thessalis seruos manciparunt, ea pactorum lege, vt nec a dominis interficerentur, nec educerentur extra illam prouinciam, caetera do- minis agrum se culturos polliciti, & annum prouentum reddituros. Itaque tum illos, quod in pactis permanissent, & Thessalis se tradidissent, Menestas vocatos fuisse, quos nunc Penestas appellant. Horum multi suis dominis profecto sunt di- tiores. Euripides istos in Phrixo Latrias sic nominat:

Latrias Penestes meus antiqua domus.

Timaeus Tauromenites libro nono historiarum testatur, Graecis olim patrio more nullos fuisse emptitios seruos. Pro- fus, inquit, Aristotelem reprehendebant, ac errasse contendebant in explicandis Lo- crorum institutis. Non enim Locris seruos ancillaeve possidere legibus permittitur, nec Phocensibus, praeterquam vltimis & proximis temporibus, primaeq; omnium vxori Philomeli, qui Delphos occupauit, comites fuere duae pedilequae: similiter quoq; Mnaonem Aristotelis familiarem & amicum a Phocensibus accusatum fuis- se, quod centum haberet mancipia, quorum cibus alimenti ciuibus necessarij tan- tum detraheret: prisco enim more in domesticis negotiis senioribus iuuenes mini- strasse. Plato libro sexto de legibus tradit, quaestionem de seruis impeditam esse ac difficilem omnino. Elotum enim Lacedaemoniorum conditionem, praeter caeteris qui Graecis alijs seruiunt, maxima dubitatione ac rixa quosdam probare, damnare alios: minus vero controuersiae esse in examinanda Mariandynorum apud Hera- cleotas seruitute, ac Penestarum gentis, apud Thessalos: quae, & huiusmodi caetera omnia, considerare nos oportet, vt in comparandis seruis quidnam faciendum sit decernatur. Nihil enim probum ac sanum est in animis seruorum, nec huic generi hominum, si mens constet, fidendum est, quod nostrorum omnium poctatum fa- pientissimum ita pronuntiauit:

Alisonus mentis priuauit Iuppiter omnes Dimidio, quotquot fatum seruire coegit.

Itaque magno cum labore seruos possideri cognitum fuit in crebris Messeniorum defectionibus, & in eorum ciuita- tibus qui multos eiusdem linguae seruos possident, quod ob eam causam multa illis mala contingant. Documento sunt & quae memorantur seruorum in Italia omni- gena furta, facinora, & quae domini patiuntur ab illis detrimenta. Haec omnia si re- spiciamus, quidnam de omnibus huiusmodi sit iudicandum, nos haesirabimus. Ad ea incommoda duo nobis relicta sunt prudenter inuenta remedia, alterum ne inter se conterranei sint, quos facilius ac libentius seruire volumus, alterum vt, quoad eius fieri potest, maxime sint discordes. Eos autem debent recte alere domini, maio- rem tamen sui rationem habere, quam illorum. Sic vero nutriendi serui ac tractandi sunt, vt eorum nullus afficiatur contumelia, nullus item poenas nisi iustas ac meri- tas luat: blandis tamen ij perinde ac liberi monitis castigandi non sunt, vt propte- rea molliores ac segniores euadant: verum, quoties alloquimur, illis propemodum semper aliquid est cum imperio mandandum. Numquam certe cum illis est collu- dendum, siue mares, siue feminae sint, quod multi quidem valde inconsiderate fa- cere soliti, eos ad inertiam & vitae delicias tamquam inuitant, qua profecto stolidi- tate incommodiorem ac difficiliorem sibi vitam reddunt ad imperandum, seruisq; ad parendum. Chios e Graecis omnium primos emptis seruis vfos fuisse a Theopom- po scio proditum libro decimosextimo historiarum, his verbis: Post Thessalos & La- cedamonios omnium Graecorum primi Chij seruos in vsu habuerunt, sed diuerso

k Publica seruitus.

l Agricolas, vstifi- cas operas. Plutar- in Lycurgo, oi ebe- ouy, & apud r- tis κρητιν, διατηρ ελα- τες τοις λακωσι.

m Hoc tanquam proverbio notatur immundities ac il- luities Thessaloru. Poeta pro quouis Thessalo Penesten dixit.

n Thessalorum fa- mulos.

o Arna Thessalia oppidum, a quo post Troianum bellum Bocois profecti Coro- neam occuparunt. Strabo lib. 9.

p Deo & Apolo, id est, a manendo. Ta- les fere sunt, quos mortuae manus colo- nos Galli vocat. Eto- rodot. in Erato ser- uorum Argis domi- natu expositi. Apud eandem in Polymnia Cillyrij Siracusano rum serui vrbis do- minos caecere.

q Si quis exem- plar Graeci Plato- nis constraxit, cognos- set, Athenaei hac subtilim carpsisse, multum misit, quia, vt opinor, ad re- nil- hil facere crederet.

r Aliter hac legun- tur apud Platonem, quod exemplarium collatione immate- scit. Erasmi adag. Quot serui, tot ho- stes. Iunius prouer. Anima seruii ser- uitus.

s Aliquanto claria- ra haec sunt quam apud Platonem.

t Moribus ac volu- tatibus dissentiens. Serranus. v Ne amissu ob ini- quum & duru vi- ctum seruis iactu- ram faciant.

x Nec quisquam ni- si eodem & equali modo male miltite- tur. Serranus. Alij: Et minus, si feri po- test, priuatim cui- quam iniuria fiat, quam cunctis ex a- quo.

y Erasmi adag. Ni- quam otium seruis: & adag. Omnia he- rus seruo morosyda- bus.

Erasm. adagio, sparta maxime serui.

Erasm. adagio, Chios dominum emit.

ab illis modo. Nam Lacedaemonij atque Thessali seruitia Graeca instituerunt, incolae prius eius regionis quam nunc tenent, Lacedaemonij quidem Achiuos, Thessali vero Perrhaebos, atque Magnesios, eosque nuncuparunt in seruitutem redactos Eilotas Lacedaemonij, Thessali Penestras. Chij vero barbaros seruos possident numerata praesentique pecunia mercati. A Theopompo haec scilicet memoriae sunt tradita. Ego vero deos ob id Chius indignatos succensuisse arbitror. Nam aliquot post annis ob seruos sitos ij debellati sunt. Nymphodorus ergo Syracusius, libro quem Asiae praeternavigationem inscripsit, de Chiis haec prodidit, eorum seruos fugitiuos in montes secessisse, ac inde, cum iam esset numerosus exercitus, eorum villas irruentes vastasse. Insulam enim asperam illam esse, arboribusque densis obstitam. Parum ante nostram aetatem Chij narrant seruum quendam profugum in montibus concesso, illicque fuisse commoratum, animi quidem virilis hominem, ac bellicosum, & qui velut exercitus rex, fugitiuorum ductor ac imperator esset. Aduersus illum Chij cum expeditionem saepius fecissent, ac irrito conatu nihil promouissent, vt eos perire frustra vidit Drimacus, sic enim fugitiuus ille nominabatur, his verbis ipse est allocutus: Quod negotium vobis, o Chij dominique nostri, serui facti sunt, nunquam cessabit. Quo enim pacto desinere possit cum oraculo id euenturum deus praedixerit. At mihi si vos obtemperetis, & quiescere nobis per vos liceat, multorum vobis ego bonorum autor futurus sum. Fcedus ergo Chij cum iniuissent, ac inducias in aliquod tempus essent pacti, mensuras, pondera, & sigilla peculiaria sibi fabricatus, ea Chiis ostendit, ac dixit, quidquid ij daturum essent, eo se accepturum pondere, & mensura: acceptis vero quae satis sint, pretium relicturum notatum impresso eo signo, de fugitiuis postea illorum seruis se inquisiturum, ac fugae causam examinaturum: si quid atrocissimum & inexpiable passum fugisse videantur, eos secum habiturum: si iustam suae fugae causam non dicant, ad heros se remissurum. Eas fcederis & pacis leges reliqui serui cum viderent Chiis acceptas esse, multo minus fugiebant, illius iudicium metuentes: Eius autem comites fugitui magis ab eo sibi timebant, quam a dominis, & quae sui muneris essent omnia illius, vt imperatoris sui iussu, obediens exequabantur. Proteruos enim & extra suum ordinem palantes is puniebat, agrumque populari nemini concedebat, aut se nolente iniuste patrare quidpiam. Diebus vero festis ex montibus in agrum descendens, vinum, opimasque hostias auferebat, & si quid aliud domini largirentur: si quem autem sentiret insidiantem sibi, aut exitium molientem, ab eo poenas exigebat. Cum vero ciuitas per praconem denuntiaisset, magnam se pecuniae vim daturam, si quis eum caperet, aut abscessum caput eius afferret, Drimacus iam natu grandior amasium suum in secreta locum seduxit, & sic affatus est. Ego equidem omnium hominum te maxime dilexi, tu porro mihi puer es, filius, & alia omnia. Iam temporis satis vixi: tu vero iuuenis es, aetatis est iste vigor, ac flos. quorsum haec strenuum esse te ac fortem virum oportet. Quandoquidem Chiorum ciuitas si quis me interficiat, percussori plurimam cum libertate pecuniam pollicetur, volo te amputari mihi caput Chium perferre, receptaque a ciuitate pecunia, te posthac beatam vitam degere. Abnuenti negantique id se facturum iuueni, morem sibi vt gereret tandem persuasit: exectum illius caput ad Chios iuuenis deferret: Chij quos praeco nummos promiserat soluunt: corpore fugitui sepulto in patriam is remeat. Verum cum ab infestis seruis Chij adhuc multis iniuriis afficerentur, & diriperentur, memores aequitatis ac lenitatis mortui, in agro suo Heroum illi extruxerunt, appellaruntque Herois mansueri, ac beneuoli: cui etiamnum fugitui decimas omnium quae depradantur, offerunt, illum quoque aiunt in somnis Chiorum multis apparere, & significare quid insidiarum serui machinentur: ac eos quibus noctu visus est, in Heroi locum profectos illi sacrificare. Haec scilicet memoriae tradit Nymphodorus. In exemplaribus multis eius nomen ego non reperi. Neminem vestrum ignorare puto quae elegans Herodotus scripsit de Panionio Chio, quot malis, & iure quidem, afflictus sit, quia pueros ingenuos castraret, ac diuenderet. Nicolaus Peripateticus, & Posidonius Stoicus in suis historiis vterque narrant, Chios captiuos & in seruitutem abreptos a Mithridate Ponti

te Pontico vinctos fuisse ac traditos propriis seruis, vt in regionem Colchorum eam inhabitaturi transfuerentur. Sic illis reuera deus iratus est, qui primi emptis mancipiis vsi sunt, cum tenuis fortunae homines ad ministeria multi suppeterent. Inde scilicet natum est proverbium, Chius dominum emit, vsurpatum ab Eupolide in Amicis. Athenienses vero serui etiam fortunae consulendum esse rari, legem sciuerunt vt de iniuria seruis illata daretur actio. Itaque Hyperides rhetor in oratione contra Mantitheum: Accusari ob fceda verbera lex, inquit, statuit, non tantum liberorum hominum, verum etiam seruorum, vt si quis eos contumeliose flagris caedat, reus iniuriae postuletur. Eadem Lycurgus in oratione prima contra Lycophronem, & Demosthenes contra Midiam dixere. Malacus libro de Siphniorum finibus tradit, Samiorum seruos numero mille Ephesum incoluisse, qui principio rebelles in insulam ontem cum abiissent, grauibz damnis Samios affecerunt: ac anno post sexto oraculi monitu Samij cum percusso certis pactis fcedere, illa seruos dimississent, insula nauibus egressi Ephesum illi tenuerunt, horum qui nunc sunt Epheforum maiores, & atai. Chrysippus in libro De seruis, id est, seruum discrepare censet, τὸ οἰκέτης, id est, a famulo, libro secundo De consensione, quod serui adhuc sint, manumissi, famuli vero nondum exierint de potestate ac possessione dominorum: etenim famulum esse adhuc obnoxium domino qui eum possidet. Clitarchus in Glossis tradit seruos etiam vocari ἕξες, δεσποτικὰς, ἀποδοτικὰς, διακονικὰς, & praeterea πάλμανας, ac λάτρεις. Amerias Hercitas vocari scribit ruris seruos: Hermon vero in Glossis Creticis Mnotas, ingenuos famulos: Seleucus ἕξες tam ancillas quam famulos: ἀποδοτικὴν & βολεῖσιν, ancillam: Sindrona, seruolum: ἀμφοτέρωθεν ancillam quae dominae inseruit: πρόποδον, eam quae ante dominam ambulat. Proxenus libro secundo de Republica Laconica, scribit ancillas vocari Lacedaemoniis Chalcidas. Ion Chius in Laerte, οἰκέτης, id est, famulum pro seruo, ἀντί τῷ δόλῳ, sic vsurpauit:

Hei mihi: domum claude famule, ne homo quispiam

Aliger huc adueniat.

Achaeus in Omphale de Saryro loquens dixit:

Quam vobis, quam vobis fuit:

significare proprie volens eis δόλος

οἰκέτης, id est, in seruos atque famulos clementissimum ac maxime benignum fuisse: οἰκέτης sane illum vocari qui domi versatur, etiam si liber sit, in propatulo est. Veteris quidem comediae poetae de praeconum vita differentes, nullum seruorum tum vsu fuisse cum ostendunt, huiusmodi multa scriptis mandarunt. Cratinus in Plutis:

Quorum olim Saturnus rex fuit: cum panibus

Depositis talos iacerent: & in palaestris

Aeginenses maia premia victorum erant:

Oliueque, drupa, & herbose glebae.

A. Itane vero nulli seruus futurus est? ancilla nulla?

Verum etiam senex ministrabit sibi.

B. Haud ita sane, viator, omnia illa ego conficiam.

Atque adeo amplius. A. Quid quaeso? B. Vasorum

Vnumquodque, cum vocabitis, accedet, apponet

Que seipsum, Hec mensa, instrue teipsum:

Mortariolum, maia pinse: Cyathe vinum affunde:

Vbinam calyx est? teipsum diligenter laua:

Ascende maia: ex olla teipsum, beta, oportet exerere.

Huc ades piscis: at assus nondum sum parte altera:

Itaque, te conuertito, & oliuo te inungito.

Paulo post qui deinceps ex aduerso

respondet, ait:

Tu contra haec nostra cum tuis comparato: primum ego

Meos ad mare & calida omnino ducam balnea:

Eorum singulis aqua sponte fluet

In solium: exundansque & effusa illabetur.

Deinde unguenti mox aderit alabastrer

Vltro, spongiaque, & solea.

His autem melius Teleclides in Amphityonibus.

1 4 Dicam

b Οἰκέτης qui adhuc domi seruiant: δόλοι, & qui seruiunt, & qui olim seruiunt, tamen si libertate donati fuerint.

c Dominos colentes: dominos obseruantes: affectu: clementer, dominis obsequentes, ad dominorum vocem trepidantes: vel mercenarios, vel nimium pauidos.

d Quidam πάλμανας, id est, quae ante dominam ambulat, interpretantur, affutis, calidis, perfutis, & serpentes, & cortales.

f Non pecunia. g Locu constitutus ad ludos, & corporum exercitationes. h Praegrandes. i Inde forsibus natum adagium, Herbam porrigeret.



ATHENAEI DEIPNOSOPH.

Oratio haec Saturni est. Proverbij species: de his que copiose, & voluminose adfuit. in Venena, serpens est.

Trichinorum.

Tale xruuigeni. Erasmi adag. omnia obnoxiata.

Primus citatus est, qui de hac re scripsit, Erasmi adag. Lampada cursu tradente.

quod dicitur i pueris, excauato pectore, cochlearis loco insorbere, vnde quidam, pueri ad id, pro pulgari pane. Nasti, id est, melitum, & aromatis bus conditum praesto fuisse.

in eadem, ad verbum, id est, bene habita, Caechylion vas quo lauantes aquam balneatores affundunt. Situlam veritatis Pollucis interpretas, ego hauriam.

visu relinquo, tot voluptati. dux expletam ac si fiatam, urinari, & dicitur, comice, & stitine.

Ad verbum, pulchra pulchrorum, quod propter spem insipienter pulchra significat, sic Galli dicunt, le bon des bons, bonum bonorum.

Ve auellere laboriosum esset, Ad verbum, pitari.

De his huiusmodi, quo vocabulo significatur etiam iuuentutem laetitia, & putantia.

Dicam igitur vitam ego quam initio mortalibus praebui. Primum quidem omnibus pax fuit, tanquam manibus aqua: Nec qua metum afferrent, nec qua morbum, terra genuit; sponte prodibant ad vitam necessaria.

Torrentis alueus cuiusq; vino manabat: maxae pugnant cum panibus, Circa hominum ora, supplicantes ut deuorarentur, Si quid placerent, candidissima: pisces egredi domo sua Assantes seipso in mensis porrecti iacebant: Iuris fluebat prope lectos amnis, feruentes carnes prouoluens; Inriti condimenti riuus, illis si cuperent, aderat. Nardiq; recentis tanta copia, ut ad singulas buccas liceret Plenis deuorare peluib; punicorum auulsa grana condimentis inspersa erant. Asti turdi cum ameticis ad fauces aduolabant. Placenta festinanter in maxillas sese protrudentes tumultuose fremebant. Depositis vuluae fructis, & placentarum fragmentis pueri talis ludabant.

Ovesi tum homines fuere, & vasti gigantes. Per Cererem obsecro vos, socij, haec ita si fuerunt, quid seruis opus erat? Suis mehercle prisca carminibus veluti perlusum admonuerunt, & docuerunt, ut nobis ipsi ministrare assuescamus, oratione sua venusta tanquam epulis rescipientes. At quoniam veluti lampada succussit Cratinus cum primis admirandus recitatis versibus, & posteri, velut eius imitatores, perpoliuerunt quod inchoarat, ordinem sequens fabularum, & temporum quibus acta sunt, nisi vobis molestus ero, (nam de Cynicis ne tantillum quidem laboro,) per ordinem vobis commemorabo quae aliis etiam poetis dicta sunt. Ex illis vnus Pherecrates elegantiss Atticis venustissimus in Metallicis inquit:

A. Cum Pluto haec omnia promissa & subacta fuerunt, Bonis omnibus omni studio confecta, & absoluta Amnes pulce, nigroq; iure pleni Per angiportus murmurantes fluebant: Pueris iusculum sorbituris Nastorum suppetebant delicta, Sponte omnia facileq; adueniebant, atq; adeo Pel in gulam mortuorum subibant uncta buccae, Lucanica, & feruentia hillarum frusta Oistreorum vice prope fluuios dispersa stridebant: Piscium dissecta pulpamenta rosta quoque aderant: Scitamentis omnigenis apparatus Et illis proxima integra perna, coctura tenera, ac distabescentes, In patinis: elixiq; bis artus extremi Suauem afflantes vaporem, intestinaq; boum: Et pingua porcorum latera Lautissima adiacebant, amyliis insidentia, Elota lacte aderat & insuper alica In caechylis, peluib; demersa.

B. Eheu tu me enecas, in hac qua adhuc vita moreris, Cum tibi ad inferos urinari liceat. A. Quid postea dices, cetera cum audieris? Asti turdi, & adhuc feruentes, conditi, Circa os volitabant, deglutiri se supplicantes, Sub myrri fronde & dispersis anemomis Mala pendebant, aspectu eximia Pulchra super capitibus, nusquam adhaerentia: Puella induta pallis tenuissimo filo rextis, Pubescere tantum incipientes, deceptis rosis ornata, Plenos calices atro & odorato vino haurientes Per insundibulum bibere volentibus inuergebant.

Horum

Horum omnium quidpiam si biberet, aut comesset aliquis, Continuo rursum duplo copiosius id redibat quam initio. Quid tuis nobis opus est aratoribus? aut ingorum fabris? Aut falcium? aut ararijs? aut plantarum seminibus? Aut ridicis admoris viuib;? Sponte namq; per triuia Nigri iuris fluuij, inspersis pinguib; & Achilleis maxis, exuberantes Affluenter scaturiunt, ex Pluti fontibus: Et hauriri se postulant. Iuppiter vero nullo fumo condito vino pluet, & è dolio ministrabit. E regulis vuarum ameticorumq; riuu, & nasticorum, Casco multo conditorum, calentes defluent Cum pulce.

Idem poeta in Leiriopoanemonis: Montanae arbores pro folijs, haedorum lactibus frondescent, Paruulisq; loliginibus, teneris, ac turdis feruentibus. Quid attinet praeterea lepidi Aristophanis versus ex Tagenistis addere? Ex Acharnensibus adeo multa carmina tenentis, vt vobis nihil desideretur. At si memorauero quae Metagenes scripsit in Thurioperfis, sinem dicendi faciam, ac longum valere iubebo Nicophonis Sirenas, in quibus haec scribuntur:

Ningat palentis, rorescat panibus: Pluat pulce. Per vias iusculum deuoluatur cum caribus: Placenta se mandu iubeat. Metagenes vero haec inquit: Crathis fluuius nobis defert Maxas maximas, que sese vltro pinsuerunt: Alter vero fluuius, quem Sybarin vocant, Nastorum, & carniuum factum pellit Elixarum, & raiarum, que eodem ex loco aduoluuntur: Inde quoque amnes exigui oriuntur Loliginum affarum, paguorum, locustarum, Ac indidem, hillarum, ac mixtalium, Hinc elixorum, fricorum illinc: Piscium quoque pulpamenta sponte rosta Supernè in os labuntur, quaedam, alia iuxta pedes: Amyla vero in orbem circumfluunt.

Potro mihi compertum est Thurioperfas, illamq; fabulam Nicophontis actam nunquam fuisse, quamobrem illarum postremo loco memini. Hac Democritus cum iuculenter & celeriter prompteq; differuisset, eum quidem conuinae laudabant, Cynuleus autem inquit, Me profecto vehementer esuriens, & viri sodales, non iniucunde refecit ac cibavit Democritus, traictis ambrosiae & nectaris amanibus, quibus tameris mentem irrigauerim, nihilo scicis aucta yalde fames est, quia verba tantum deglutierim: itaque immensa iam orationis illa prolixitate rejecta, quod Praenienis orator dixit, eorum participes nos simus quae nec robor indant, nec mori suant. Vacuo namq; ventri formosorum nullus amor inest: & quod Achaus dixit in Aethone Satyrico, Famelicis amara Venus est. a quo sapiens Eutripides eandem sententiam sumpsit: Saturis Venus adest, non ijs quas premit fames. Eius vero fere semper aduersarius Vipianus tum dixit: Plenum forum est oleribus: plenum panibus: tu vero semper, & canis, & furis, nec his sermonibus pulchris nos ac copiosis frui finis, imo vero cibari potius. Est enim mentis cibus elegans oratio: tum ad famulum contersus, Leuce, inquit, si quidquam panis è stabuli tui purgamentis habes, da canibus. Tum Cynuleus, Si ad sermones, inquit, audiendos inuitatus fuisset, pleno foro non ignorabam veniendum esse. Tempus enim harum ostentationum ac disputationum sic vocabat sapiens quidam, ideo cognominatus à multis Plethagoras. Sin nobis iam lotis cenandae sunt orationeulae, vt ait Menander, ob hanc auscultationem exiguam

Idem in Persis:

a Xaagruais: vallo, castro, palatione. b Vel grandibus, quas Aeginetes vocatas fuisse notauimus pag. 199. vel ex ordo Achillea confectas. c Koçvδύvτες.

d Narcissus, & Anemona herbi.

e In sartagine frigidibus.

f Erasmi prouerb. Longa valere iussit.

g Tais edulium paratum ex oleribus & caribus minutim censita.

h Toruons amara & noxiosa. vide pag. 195.

i Demosthenes.

k Nec animos insistent, iurgiosq; ac superbos reddant: nec ad extremam nos redigant calamitatem.

l Erasmi, adagios sine Cerere & Baccho friget Venus.

m Qua diei parte frequentissimum est Eorum tertiam Suidas intelligit, Brodeus sextam.

n Lauabant cum à foro iam discessissent.

gua quam conferam symbola futura est. Itaque nihil prohibeo, quin, sicut ventrose, isto te cibatu pascas, & ingurgites. Nam, quod in Circulo Achaus Eretrienis inquit, Esurienti magna est auro, & ebore pretiosior est. Hæc locutus protinus surrexit, tamquam abiturus: at obuersus, & piscium magnam vim, apparatusque obsoniorum aliorum omnegenus contutus in orbem circumiectum, cervicali manu pulsans, exclamauit,

Iam patiens esto paupertas, & verbosos stultos hos tolera;

Obsoniorum domat te multitudo, tristisq; fames.

Ego namque inopia cibi, non quidem, ut Socrates, dithyrambicos versus eloquor, sed heroica iam carmina. Hos enim versus qui componuntur & cantant, egestate fere laborant, atque fame, ut in Funda recte dixit Amipias, qui de te vaticinatus, o Laurenti, hæc præterea scripsit: *Locupletum, per Vulcanum, tibi nemo similis est;*

Lauti mensa nullus splendidus, nullus item

Pingue sorbere qui velit iusculum:

Quod enim miraculum est incredibile, conspicio

Piscium varia genera circa litus? maris extremum

Lusitania, gobios, sparos, passeris, erythrimos,

Mugiles, percas, asellos, thymos;

Congros, caniculas, melanuros, sepias

Aulopias, mullos, elodonas polypos, scorpios;

vt est apud Hentochum in Curioso. *Quoniam igitur*

Pro carna decertare auis est auspiciatissima,

Hæc mihi patienter ferenda sunt.

quod ait Metagenes Comicus, Illo ergo tacente Maslurius inquit, Quandoquidem intractum superest adhuc nonnihil eius sermonis, quem de seruis habuimus, conferam & ipse Democrito viro sapienti, mihiq; amicissimo, amoris ergo cantionem quandam. Philippus Theangelensis in opere De Caribus & Lelegibus, posteaquam recensuit Lacedæmoniorum Eilotas, Thessalorum Peneftas, Caras tradit Lelegibus nunc uti, olimq; vfos fuisse pro seruis. Phylarchus libro sexto historiæ tradit Byzantios ita dominos fuisse Bithynorum, quemadmodum Eilotum Lacedæmonios. De iis quos Epeuactos, (sunt autem & illi quoque serui,) Lacedæmonij vocant, Theopompus libro trigesimo secundo historiæ hanc dilucide scripsit, in bello quod contra Messenios gesserunt cum occisi fuissent Lacedæmonij multi, reliquos superstites, veritos ne se commilitonibus esse destitutos hostis animaduerteret, in singulos eorum lectos, qui obierant, Eilotas aliquot traduxisse, & eos postea donatos ciuitate Epeuactos appellasse, quia in lectos mortuorum eos suffecissent, & retulissent in militares ordines. Idem libro trigesimo tertio historiæ scribit, appellari seruos quosdam Sicyoniis Catanancophoros, similes Epeuactis. Similia tradit & Menæchmus in Sicyoniæ, nimirum Catanancophoros seruos esse non absimiles Epeuactis. Præterea Theopompus libro secundo Philippi corum scribit Arcadibus esse Prospelatarum, qui Eilotibus non sunt dissimiles, triginta myriadas. Quos autem Lacedæmonij vocant Mothacas, liberi quidem sunt, sed non Lacedæmonij. De illis Phylarchus libro vigesimo quinto historiæ hanc prodidit: Sunt autem Lacedæmoniorum coalumni Mothaces. Nam cum singulis ciuium filiis, quantum sufficit res familiaris, vnum, duos, pluresve educandos Lacedæmonij curant Mothacas, liberos sanè, disciplinæq; ac institutionis vniuersæ participes. Ex illorum numero fuisse Lylandrum aiunt, qui Atheniensibus nauali prælio victis, ob fortitudinem adscriptus est ciuibus. Myron Prienensis libro secundo Messeniæ, Lacedæmonij seruos, inquit, sæpe manumiserunt, & quosdam Aphetas, alios Adespotos, nonnullos Erycteras appellarunt, in classes ac ordines distributos, quosdam etiam Neodamodas, ab Eilotibus diuersos. Theopompus libro septimo Rerum Græciæ Eilotas vocari quoque Eleatas his verbis indicat: Eilotum natio prorsus crudeliter & acerbè tractatur. Sunt autem hi per longum iam tempus à Lacedæmonis in seruitutem redacti, alij quidem Messenij, alij vero Eleata prius incolæ eius oppidi Laconicæ, quod Helos nuncupant. Timæus Tauromenites oblitus

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Epitheton septimum, quæ sunt xgi- λδφθαλμοι, nempe oculi canis & de- presis.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

In mortuorum locum suffecios.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

oblitus sui, quod in eo reprehendit Polybius Megalopolitanus libro decimotertio historiæ, negat consuetum fuisse Græcis vt seruos haberent, in ea re tradenda profecto Epitimæus: sic enim Callimachus Ister eum nominat in suis aduersus illum contradictionibus, quia scripsisset alibi Mnaconi Phocensi plures quam mille seruos fuisse. Idem Epitimæus libro tertio historiæ prodidit, Corinthiorum oppidi fuisse tantam felicitatem, vt seruorum myriadas quadraginta sex possiderent, quamobrem vocatos à Pythia Chænicometras existimo. Ctesicles libro Chronicorum tertio scribit, centesima & decima Olympiade Demetrium Phalereum Atticæ incolæ recensuisse, inuentasq; Atheniensium duas myriadas fuisse ac insuper mille, inquilinos decies mille, seruorum autem quadraginta myriadas. Nicias Nicerati filius, vt lepidus Xenophon testatur libro de vectigalibus, quos habuit seruos mille Sofæ Thracio ad fodinas argentarias locauit, obolum quotidie singulis reddentibus. Aristoteles in Æginetarū republica seruorum quadraginta septem myriadas fuisse tradit. Agatharchides Cnidius libro trigesimo octauo Rerū Europæ scribit, è Dardanis aliquè seruos mille possedisse, quendā etiam plures: ac eorū vnumquemq; pacis tempore agrum colere, belli verò, militiæ nomē dare, suosq; illis duces esse dominos. Hic Laurentius interfectus, Atqui, o bone Masluri, probè nosti Romanos, inquit, quamplurimos seruos possedisse, ex illisq; permultos habuisse mancipiorum & decem millia, & viginti, atque etiam plura, non quæstus & prouentus gratia, qua spe Nicias Græcorum ditissimus seruos comparabat: verum magna ex parte, vt Romanorum cuiq; comitum, anteaambulorum, & assecularum ingens sit numerus. Seruorum quidem Atticorum tot myriades vinctis pedibus in metallorum fodinis exercebantur: Itaque Posidonius philosophus, cuius frequenter meministi, tradit eos aliquando rebelles metallorum præfectis ac custodibus in teremptis, arcem occupasse promontorii Sunij, & Atticam diu populationibus vexasse, quo tempore in Sicilia excitata est seruorum secunda defectio, nam multæ illorum seditiones fere, in quibus seruorum perierunt plus quam centum myriades. Cæcilius rhetor, in Acte pulchra genitus, librum edidit de bellis seruilibus. Spartacus gladiator, Thrax genere, ab vrbe Capua fugitiuus ex locis conterminis Vesuuii, seruorum maximo numero à dominis vt desciscerent, cum persuasisset, fuit enim ipse quoque seruus è Thracia, totam Italiam longo tempore vastauit excursionibus, seruis quotidie militis ad eum confluentibus: ac nisi cum Licinio Crasso congressus is occubuisset, nostratis sudoris haud parum excitasset, quemadmodum Siculis olim Eunus. Prudentes quidem, temperantes, & omnibus virtutibus excellentes præci Romani fuerunt. Scipio, cui Africani cognomen fuit, à senatu legatus vt terrarum orbis regna componeret, ac in manum eorum quibus reddi æquum fuit, illa restitueret, seruos tantum quinque secum duxit, testibus Posidonio & Polybio, vnoq; in itinere vita functo ad familiares literis datis emptum alium vt mitterent ad se, mandauit. Iulius verò Cæsar, qui primus omnium hominum cum mille nauibus in insulam Britanniam traiecit, seruos habuit tantummodo tres, vt autor est Corta sub eo militum ductor, libro De republica Romana, lingua nostra vernacula scripto. Alij Smindyridæ Sybaritæ mores sanè fuerunt, o Græci viri, qui ad Agorastes Clifthenis filix nuptias properans, præ luxu & deliciis mille seruos eduxit, piscatores, aucupes, coquos. Idem vir quam felicitate viueret ostentare cupiens, vt tradit Chamæleon Ponticus libro De voluptate, quod opus Theophrasti nomine circumfertur, iactabat annis se viginti nec orientem solem vidisse nec occidentem, idq; admirandum esse & magni ad felicitatem momenti existimabat. Vesperi quidem, vt credibile est, admodum sero expergeret solitus; manè is dormiebat, vtroque tempore miser. Estiæus verò Ponticus honestè gloriabatur se nec ortum solis nec occasum vnam aspexisse, quod literis operam iugiter nauaret, vt refert Nicias Nicaensis in Successionibus. Quid igitur? Scipioni atque Cæsari mancipia desuerunt? Minime quidem: sed patrias leges violandas ij sibi cum non putarent, publici moris obseruatores curiosi, aridiorem vitam castigatioremq; vixere. Prudentis siquidem est ac circumspècti antiquos imitari, nec ab eorum exemplis discedere. Itaque hostes illi

Locus ex allusione nominis, accusandus, culpandus.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

Ad verbum, fames sic est vñaphodia.

illi aduersus quos in expeditionem exierunt, profigarunt, & si quid apud illos honestum ac pulchrum fuit, imitatione dignum, vt priscis temporibus Romani facere consueuerant, simul cum captiuis ad suos retulerunt. Nam integris patriis legibus, ab iis quos subegerant, si quas exercitationis honestae reliquias inuenirent, Romam illi reportabant, inutilia superuacuaque; ipsis relinquentes, ne aliquando sperarent ea se recuperare posse quae Romani ademerant. A Graecis igitur cum machinarum & obsidionalium instrumentorum fabricam didicissent, illis ipsos praelio ^b superarunt, Tyrreni eos docuere acie per phalangium turmas instructa pugnare, Samnites scuto se protegere, Hispani caesis dimicare, alij alia, quae ipsi melius absoluerunt quam qui erudiissent. Tidem cum Lacedaemoniorum disciplinam sibi tenendam esse decreuissent, constantius in ea vel ipsis Lacedaemoniis permanere. Nunc vero quamuis adhuc eorum quae utilia sunt, delectum habeant, ab aduersariis tamen etiam victorum imitamenta reuehant. Patriis quidem institutis, vt ait Posidonius, familiaris tolerantia, tenuisque victus illis fuit, & aliorum omnium quae possiderent, simplex, & absque morosa cura facili & vulgaris usus: deinde pietas in deos, religioque admirabilis, summa iustitia, & ne quid erga omnes homines peccarent diligens cautio, cum agriculturae studio, ac labore. Cognoscere id porro licet e patriis sacris, quae a nobis sunt. Certis enim quibusdam viis nos incedimus, ac praesentis praesentia quaedam gestamus, precibus loquimur, & in sacrificiis cum parsimonia & frugalitate nos agimus. Nihil enim amplius quam quod natura poscit nobis vestium est, nec proximae corpus, nec indumentorum externorum: exigui pretij amictus, calceatusque pileo caput opertum ex ouium pelle, villosa: vasa quibus ministrant, vel fictilia sunt, vel ex aere, ac in iis cibus potusque minimè exquisitus, quod absurdum esse credamus, ea diis offerre quae iubent patriae leges, nobis autem suppeditare, quae ascititia & aliena sunt. Quae nobis impenduntur ea nos vtendi necessitate metimur: oblati vero primitiis deos veneramur. Romae igitur Fannia ¹ lege Mutius Scaeuola tertius, Nautius, Caecilius, Tubero, Rufus, qui patriam historiam scripsit, adstringi se voluerunt, qua scitum erat ^m ne praeter domesticos conuiuae plures tribus exciperentur, aut ad summum quinque, & id singulis mensibus ter tantummodo fieret: ne plures quam duabus drachmis & dimidia obsonarent e foro. Eadem carnis fumo inueteratae in annum talenta quindecim absumere permisit, & olerum ac leguminum quaecunque terra gignit decocta. Victus autem cum esset tenuior in tam paruo sumpto, quia sprete lege qui largius & profulius impendebant, rerum venalium auerent pretia, ad liberaliorem modum salua lege progressi sunt, Tuberoque ex agri sui villicis drachma gallinae emit: Rutilius ex suis seruis piscatoribus tribus obolis libram obsonij, eius praesertim, quod Thuriarum nominant: est autem id canis marini frustum ⁿ, ac palpamentum: Mutius autem ab iis qui ^o acceptis beneficiis ei fuerunt obnoxij, ad eundem modum aestimabat, quanti valerent ea quae mercaretur. Ex tot igitur hominum myriadibus ij soli religiose tanquam obligati iureiurando hanc legem seruauerunt, ac ne minimum quidem munus vnquam acceperunt, immo vero maxima tum aliis, tum amicis sunt largiti, qui hac disciplina instituti ad res praecelaras contendere. Stoicorum namque placita illi amplectebantur. At sumptuosae huius magnificentiae quae nunc viget, dux & auctor fuit Lucullus, debellato, vt inquit Nicolaus Peripateticus, Mithridate. Romam enim ille reuersus post Mithridatis cladem, ac Tigranis Armenij, acto triumpho, & redditis eorum rationibus quae bello gesserat, ex antiqua teperantia delapsus est in sumptuosum victum, primusque Romanis deliciis inuexit; quia regum duorum quos antea diximus opibus frueretur, Catone ^p illo, vt Polybius tradit libro trigesimo primo historiarum, quiritante, ac ideo stomachante, quod peregrinus luxus Romam a quibusdam inferretur, salamenti pontici fictile drachmis trecentis ementibus, bellumque adolescentulum maiori quam agrum pretio, cum antea tam inopes Italiae fuissent incolae, vt, quod scribit Posidonius, etiam nostro saeculo qui valde rebus vitae necessariis abundant, abstemios vt plurimum alant pueros, & cibo quicumque forte occurrerit, nutriant, saepeque, vt idem scriptor ait, pater matrem filium interroget, an velit cenaturus pyris vesci, an nucibus, illo si quid horum

^k Ad verbum, praelio nauali expugnatum.

^l Sumptuosae, et baria.
 ^m Orchia prima sumptuosarum de conuiuarum numero statuit: Fannia vero anno post vicinosecundo lata, de sumptibus. Macrobius cap. 17. lib. 3. Saturni.

ⁿ Plin cap. 16. 32. Thuriarum romae vocat: et ab alijs nominari Xiphias scribit. Cartharina partem esse vide posthac lib. 7.
 ^o ff. de sumptibus 207.

^p Rigido seueroque visitorum censores.

horum comederit, contento, placideque dormiente. Nunc autem, vt libro primo Philippicorum Theopompus inquit, nullus est vel mediocriter opulentus, qui non sumptuosam apponat mensam, coquos, aliosque ministros ad ea curanda multos possideat, & impensa quotidiana plura non insumat, quam olim festis diebus & ad sacrificia expendere. Sed quia ad idoneam iustamque longitudinem haec commentaria protracta sunt, orationem hic finiamus.



ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBER SEPTIMVS.



INTEREA dum cena perageretur, Cynici arbitrati eas ferias celebrari, quas Phagesia ^a nominant, quam caeteri magis laetabantur: tum Cynulcus, Tantisper dum cenamus, inquit, o Vlpiane, (dicendi namque epulis ^b tu nos accipis,) hanc propono tibi quaestionem, Phagesia festa, & Phagesiposia quisnam dixit? Haesitans ille, vt pueri patinas circumferre desinerent, iussit: Atqui, tamen iam vespera sit, inquit Cynulcus, non tamen, o vir sapientissime, cum his circumagor: itaque hoc vt explices iam est tempestium, quod suauius ac libentius coenes: vel, si gratiam habiturus es, cum id te docuero, ego dicam. Annuente Vlpiano, Clearchus Aristotelis discipulus, genere Solensis, inquit Cynulcus, libro primo Circumscriptionum ^c, eius namque orationem memoria teneo, quod vehementer ardeat mihi, ad hunc modum scripsit: Phagesia, vel, vt alij pronuntiant, Phagesiposia, festum vocarunt, iam abolitum, quemadmodum & rhapsodorum festum, prisco ritu celebrari solitum in Bacchanalibus, deorum singulis qui praeterirent velut tributum persoluentibus, rhapsodiam ^d. Haec scripsit Clearchus, quod verum esse, o amice, si diffidis, librum naetus vnde perquam multa discas, quorum cognitio harum difficilium quaestionum copiam suppeditabit, eum tibi non inuidebo. Callian Atheniensem inter caetera is memorat tragediam edidisse, e qua Euripides in Medea, & Sophocles in Oedipode suarum fabularum dispositionem, ac versuum exemplum sumperint. Eruditionem Cynulci cunctis admirantibus, similiter, inquit Plutarchus ^e, in Alexandria mea solenne fuit festum Lagenophoriorum, de quo Eratosthenes, in opere, cuius titulus est Arfinoe, haec prodidit: Ad festi celebritatem Prodemaeus cum omnigenas hostias pararet, eas praecipue quae Baccho immolantur, Arfinoe illum rogauit qui thallos ac thyrsos ferebat, ecquis ille dies festus esset: respondit is Lagenophoria nominari, quod cenaturi discumberent in thoris e palea, fronde, gramine stratis, ac reclinati e lagena quicquae sua, quam domo attulisset, biberent. Vt autem ille discessit, inspexit nos Arfinoe, illosque sordidos conuentus esse, ac contubernia spurca dixit, quod necessum esset illum conuentum fieri promiscua turba varias ^f epulas, rancidasque & inconditas sibi admoente. Quod si festi genus hoc reginae placuisset, nunquam fuisset molestum ea sibi praeparari, veluti fit in iis feriis quas Athenienses ^g appellat, in quibus

^a Ab edacitate, et auaritate.

^b λῶπος ἐπίσης. Frequenter Platonem hanc dicendi modum esse videtur vsurpare.

^c Eorum quae induta et delata sunt.

^d Versuum quorumdam recitationem. Quidam, Singulis caeteris, dum praeterirent, velut tributum quoddam diis pendentes nominant, quos recitabant versus.

^e Suspicor legendum, Alcides. Alexandriae is fuit, non Plutarchus.

^f ἀσκήσεις. Alij iudicant, Visumque reddidit.

bus viritum quidem ac separatim epulantur, eo qui ad epulum inuitavit, cibaria praebente. Grammaticorum autem praesentium quidam apparatus coenae intuitus. Enimvero, inquit, nos haec tam multa coenare fortassis pergemus *εὖ νυκτός*, id est in ferā noctem, quemadmodū festiuis Aristophanes dixit in *Æoloscione* his verbis: *Καὶ αὖτ' ὅτ' ἐστὶ νυκτός.* Tale est Homericum illud:

g Odyss. i. Corpore iam vasto, ut in omnes suas pecudes exporrigeretur.

Ἰατὸς ἵακτο ² *διεστύεντο* in antro *ὄψα μύλων*, id est, per suas oues ³, eius magnitudinem declarans. Hunc compellauit Daphnus medicus hac oratione: Vtiliores sunt, o vir amicissime, cunctis corporibus nocturnae coenae. Coctionibus enim alimentorum prodest Lunae sydus, quod putredinem efficit, quia putredine fit coctio. Hanc ob causam celerius putrescunt quae noctu mactantur hostiae, & quae ad lunae radios caduntur ligna: ex fructibus plurimi ad eius splendorem murescunt. Multi vero pisces cum iam essent parati, adhucq; pararentur, & varietate insignes, & magnitudine, haud immerito quidem, Myrtilus ait, o amici viri, ex omnibus quae nunc *πρὸς ὄψα*, nunc *ὄψα*, id est obsonia vocant, obtinuit tanquam victor solus piscis, quod egregius cibus sit, ut ita nuncuparetur ab iis qui ad insaniam usque id edulium appetunt. Opsothagos igitur nos appellamus, non eos qui bubulam comedunt, qualis fuit Hercules ⁴, qui cum bubula carne fisis recentibus vesceretur: nec ficorum avidos, qualis fuit Plato philosophus, ut scribit Phanocritus in libro De Eudoxo, qui & Arcefila uvas placuisse tradit: sed in foro piscario frequentes, Dorotheus libro sexto historiarum Alexandri Philippum & Alexandrum eius filium malorum esu impensè delectatos fuisse prodidit. Chares autem Mityleneus refert, Alexandrum cum mala pulcherrima in agris circa Babyloniam reperisset, iis scaphas compleuisse, ac illorum iactu è nauibus ut pugnarent ⁵; imperasse, periuicundo eo spectaculo, quod inde *μυλόμελαια* appellarunt. Ego equidem certè non nescio proprie *ὄψα*, id est, obsonium vocari quidquid ad cibatum igne paratur, vel quod *ὄψα ὄψα*, id est, elixatur, vel *ὄψα ὄψα*, quod affetur, ita nuncupatum, Pisces ergo multos cum aduexerunt, quos singulis anni partibus manducamus, o Timocrates imprimis admirande: (nam, ut est apud Sophoclem,

Plutarchum Symposiacis, quæst. 4. lib. 4.

k Culorone Allo brogii, quam Græci anapolum vocant, & Monpessuli Nictobrigum, adhuc ea pugna eius inter se conflagunt.

l Κόλλος, id est, mutilos vocat, quia tanquam mutilati pedibus careant. Gasterus Pisticum Cylam, siue Scylam canem marinum interpretatur. m Lautis, delicatissimi.

n Mutos.

o Cap. 1.4. De part. & cap. 15. i. Hist. p. Hoc minime verum esse Ronderiius monstrat, nec apud Aristotelem id legi.

Μυτοῦν κατὰ πῖσκιον ἀστρεπεῖα
Καυδὶς πύσαντιον, non mare quidē, sed patinas: vel quod Achæus in Parcis ait:
Τὴν πολλὰ πῖσκιον ¹ *μυτοῦν τοῦ ἁλίου*
Conciato cursu sumptus summonet, & si quis insperet,
Καυδὶς σέδατ' ἀνὰ τὴν ἀσπίδα ² *inquit Amphiscus in Leucade. Ut autem memoriae facilius hæc mandentur, ordine literarum nomina digerentur. At cum in Aiace flagellitero pisces *εὖ νυκτός* ³ Sophocles nominarit, hoc versu,*

Cum

Epicharmus in Sirenibus:

Cum Amias pingues come debes.
Ἴψο σταῖμ δι' ἄνυλον, ὀμνῖνο ὑπὸ ἀυροῦ
Ἀφθα, τερτες ἰν πρὸν ἄ ττορεβamus, ἄσασq;
Porcellorum carnes, ac polypos: dulce
Vinum deinde bibebamus. Heu me me miserum
Ad sepulchrum me vocat, & sistere parca vult:
O quam graua mala.

Idem:

Adfuere quoque nulli, ac duas pingues Amiae, per medium
Dissecta: adfuere & palumbi totidem, & scorpij.

Aristoteles eius nominis ratione cum reddidit, Amias sic dictus ait, quod simul eant cum sui similibus. Nam gregatim is pisci dedit. Icesius in libris de alimentorum materia scribit tenerum esse hunc piscem, boniq; succi, minus alere, mediocri facultate ad egestionem incitandas. Archestratus opsothagos ⁴ in sua Gastrologia ⁵, sic enim inscribi Lycophron ait libris De comœdia, veluti & Cleostrati Tenedij Gastrologiam, de Amia sic inquit:

q Variorum obsoniorum magister. r Libro De capedijs ventris.

Amiam autumnio post Vergiliarum occasum
Omni studio parare oportet quemadmodum exponam:
Eam, ne si velis quidem, ita possis corrumpere.
Scire itaq; si optas, o amice Moscho,
Apparare illam optime, qua ratione tu debeas,

6639

In ficis folijs, & origano multo
Omitte caseum, & id genus alias nugas, simpliciter hoc accura,
In ficis, inquam, folijs supernè funiculo obligato,
Deinde sub calidum cinerem introrsum pellito, menteq; tempus
Cognosce, quo percocta erit, ne illam exuras,
Sit autem ea tibi ex amano Byzantio,
Lautam habere si cordi est, qua propinqua mari est area:
Eximiam inde fumes: nam procul à mari
Hell' spontiaco deterior est: quod si & vicinum
Pertransieris Aegæi maris tractum, non amplius similis
Gignitur, sed pristinam gloriam suam maculat.

6640

Hic scilicet Archestratus, præ voluptatis studio vniuersam terram, omniaq; maria impigre lustrauit, mea quidem sententia, quod diligenter examinare ventris delicias is statuisset, ac eorum instar qui terrarum descriptiones & circa illas navigationes suas scriptis mandarunt, exactè omnia vellet explicare, ubi præstantissima sunt edulia nobis indicans, quod in præfatione illarum, si diis placet, egregiarum præceptionum facturum se pollicetur, quas amicis Cleandro & Moscho nuncupauit; illos admonens, ut suo Pichia quondam oraculo,

1 Erasin. adagio, Mezarenjis neque terij, neq; quartij.

Equam ⁶ *è Thessalia, uxorem è Lacedamone,*
Viros qui pulchra Arethusa aquam bibunt, quæri oportere. Chrysippus autem reuera insignis philosophus, & omnium rerum cognitione instructus, ducem illum ac præceptorem Epicuro, Epicurijq; sectatoribus fuisse tradit, voluptatis, quæ labefactauit omnia. Non enim obscure dicit, sed alta voce clamat Epicurus: Quod bonum sit ego nihil agnosco, detracta voluptate quæ labris & venere percipitur. Etenim sapiens hic, vir existimat luxu perditorum hominum vitam improbandam non esse, si accedat intrepidus & tranquillus animus. Quamobrem comici poetæ Epicuri sociorumq; voluptatem & in temperantiam præscindentes vociferantur, Plato quidem in Imposstore, inducto patre qui filij magistro succenseret, & sic obiurgat:

A. Quem tibi commisi adolescentulum
Perdidisti scelestè: vitam persuasisti
Alienam & inassuetam ut institueret:
Diluculo statim ille nunc consilio
Tuo potat, antea minime solitus.
B. Itane quia didicit ille viuere, o here, me increpas?

s 2 Id

Id quidem vivere est, ut sapientes asserunt.

Epicurus profecto summum esse bonum

Voluptatem affirmat, aliunde vero ipsam

Comparare nequeas, pulcherrimè quam si vixeris,

A. O. Sofia mihi prorsus tu pœnas dabis:

Vidisti' unquam, dic mihi, quendam philosophum

Temulentum? Et in ijs voluntatem se que memoras?

B. Omnes etiam illos qui attollunt supercilia,

Prudentiamq; in suis ambulationibus queritant,

Ac in suis scholis, & disputationibus, tanquam fugitivam;

His assum si quis Glauciscum apponat,

Sciunt quis primum attingendus sit locus,

Et caput mox petunt, ut ea de re

Attoniti stupeant omnes,

Idem in Homocida illudens modesto cuidam se-

datoq; philosopho, inquit;

Licebat huic cum vxore formosa cubare,

Accipereq; duas Lesbij vini ollulas:

At prudens iste homo quod bonum est despicit.

Epicurus illa dixit que nunc ego referam:

Si omnes eam quam ego vitam viuerent,

Nullus improbus, nullus adulter foret,

Epicurus sapiens flagitante quodam

Sibi ut diceret, quodnam illud sit bonum

Quod inuestigant assidue, voluptatem esse respondit.

Euge vir optime, ac sapientissime,

Manducatione præstantius nullum fuerit

Iam bonum, inquit, voluptas se bonum est.

Non solum autem Epicurei volu-

ptatem amplexantur, verumetiam Cyrenæi, & quos Mnesistratios appellant. Hi namque, ut autor est Posidonius, voluptuaria vita gaudent. Ab his Speusippus Platonis auditor & cognatus præcise non aberat. Itaq; Dionysius tyrannus suis ad eum epistolis cum eius auariciam voluptatisq; studium verbis executus fuisset, pecuniam à multis corrasisse obiicit, Lathenæ Sardianæ meretricis amorem exprobrat, & post illa omnia subiungit: Auaritiæ cur nos insimulas, qui nullum turpis quæstus genus unquam omiseris: eius rei causa quid non molitus es, cum etiamnum pro ea quam Hermeas debuit, & persoluit, pecunia, munera tentes coacturare? De Epicuro hæc Timon libro tertio Sillorum scribit:

Indulget ventri, quo nihil est auidius,

Gulam scilicet ut expleret, & aliis volu-

ptatibus corporis inseruiret, Idomenci ac Metrodori assentator bonus ille vir fuit. Quin & ipse Metrodorus non dissimulante, aut clanculum, has sententias prædicabat, omni studio tractandam esse orationem, quæ de ventris secundum naturam voluptatibus differit. Epicurus certe horum doctor clamans iactabat, omnium bonorum radicem ac fontem esse ventris voluptatem: ad eam referri quæcunque sapienter, eximius rationibus, & grandioribus verbis disputantur. Idem libro De finibus bonorum & malorum sic ait: Ego nihil esse bonum possum intelligere dempta laborum Venerisq; voluptate, aut si iucundus ille motus qui fit aspectu rerum pulchrarum nos non titillet. Progressus idem, In honore debet esse, inquit, quod bonum est, virtus, & hulusinodi cætera: verum nisi voluptatem præbeant, ea longum valere iubeamus. Sophocles quidem tragicus Epicuro prior, in Antigone hæc de voluptate scripsit:

Voluptatis enim

Proditorum, qui eam negligit, non ego censeo.

Vivere, sed animatum esse cadaver:

Esto domi, si vis, admodum locuples,

Vive tyranni habitu, & fastu, in his abest.

Alij, mali tu mihi consilium quidpiam. Citantur et hi versus aliquanto emendatioris paginæ, 78. Erasmus adagij, Atollere supercilium: Contrahere supercilium. Eadem pag. 78.

in deo et insul- sus, inceptus. y Amici, et necessarii.

In eo opere fuit et arrogantia philosophi mordet, et exagitat. In- nius adag. Vir si- su plenus.

a Cicero Tuscul. 3. Nec equidem ha- beo quod intelligi bonum illud, deira- hens est volupta- tes que sapore per- cipuntur. Et lib. 3.

Ex exemplari Athenæi corruptos hos versus emenda- vit Camerarius. Ci- tantur et hi ver- sus lib. 12.

Si lata mens, reliqua ego sumi

Umbra præ voluptate non emerim.

Mortalem hominem quid ego facere postulem?

Præterquam in diem viuat ut suauiter?

Dummodo sit quod ad id suppetat:

Verum si quis rerum humanarum statum considerat,

Eum cogitare planè oportet, ac sedulo

Prouidere, quidnam in crastinum reliqui

Futurum sit: cætera, valde stulte est anxietatis

Domus argentum recondere quod otiosum & inane sit.

Quotquot mortalium

Miserè viuunt, opibus eam affluant,

Infelices esse illos ego hercle autumo.

Post mortem anguillam tu non comedes.

Vita suntis nuptiales non coquantur epula.

Grammatidopæo:

O vniuersi homines, cur iucunda vita

Spretæ incommodis vos mutuis afficere satagitis,

Inuicem belligerantes? An, per deos,

Vitam præses nunc vestram regit quadam

Rustica fortunæ literarum, humanitatisq;

Expers omnino, quid malum sit, quid bonum

Ignara prorsus? veluti nos temerè

Huc illuc versans, prout fortuito contigit?

Sic equidem puto. Nam, quis re vera Græcus

Optarit magis videre suos

A seipsis afflictos, ac casos cadere,

Cum liceat ipsis hilaribus, ludentibus, appotis,

Accinente tibia lætis, hæc dicere, ô dulcissima

Rusticam nostram fortunam coercere, ac reprimere.

Id per deos vivere non est,

Quod viuere dicunt: quanto lætiores

In ciuitatibus res nunc forent

Vita commutata si nos degeremus?

Si potent Athenienses omnes, trigessimum

Iam annum qui attigerunt: si Corinthum equites

Egressi adeant, comessaturi per decem dies,

Coronati, & diluculo unguentis delibuti:

Si Megarenses elixam brassicam vendant,

Lauent in balneis, adiungant se nobis socios,

Ex Eubœa vinum misceant: hæc delitiæ fuerint,

Veraq; vita: sed nos indocta ac stolidæ

Fortuna seruiamus.

Voluptati quoque deditum fuisse priscum illum Tan-

talum poëtæ memorant. Atridarum itaque in patriam reditum qui scripsit, narrat, ipsi cum ad deos peruenisset, & in eorum consortium fuisset admittus, Iouem optionem dedisse petendi quidquid vellent: cum verò qui voluptatibus nunquam satiaretur, illarum mentionem fecisset, ac vitam diis si similem petiuisse, Iouemq; indignatum ea de re, quia pollicitus esset, præstitisse quod optauit, at ne frueretur appositis, verum mœstus & anxius semper esset, super caput saxum appendisse, quod obstat, ne quid eorum quæ admota sunt capere possit. Ex Stoicis quidam etiam voluptatis blanditiis ducebantur. Eratosthenes Cyrenæus, discipulus Aristonis Chij, è Stoicis vnus, in opere quod Aristonem inscripsit, magistrum suum ad voluptatem, iam senescentem, animum applicuisse his verbis tradit: Iam & cum deprehendi nonnunquam suffollo virtuti ac voluptati intergerino & interiecto pariete apud volupta-

Philetærus in Cynegide:

Erasm. adagij, Fumi umbra: Viuū cadaver. d Venatrice.

Idem in Oenopione:

Apollodorus Carystius in

Grammatidopæo. Leopard, cap. 13. 9. Grammatidopno: Gy raldus è Suida, Epi stolarum, Cænarū descriptore. f Alij, Misera cala- mitasq; vobis ve agatur vita procu- rati? g Imperita, rudis, inepta.

Idem progressus:

h Leopardus loco cita- to, et cap. 3. 10. i Hæc, et ut stultis coarctat.

k Megarensium for- des et inopiam co- mico sale videt. Me- garensium opes et- publicas et priua- tas quotannis fræ- mariimū terrestri- busq; Atheniensem copijs vexari solita- tas scribit. Eusebi- nus lib. 1. l Erasm. adag. Tan- tali lapsu.

Si lata

m In Silla. Erasmo. adag. Malum est bonum. n Histriones, scenicos versus pronuntiantes. o Kαλαρὸν ἔργον. Hinc ad ἄσπερον opponitur. p A ceruice ad caudam spinas tenui membrana commixtas, minime separatas. q Zoolo. de enis vocis notatione consule Rondelium. r Libro De piscibus. s Ob colorem subaureum, cum extrahitur maris, conspiciunt. Quidam legunt, Alphestia ceruice, ac coracini. t Iunius adagio, Michæus cum sit pag. 85. u Exmpl. nostr. Sciphus Rondel. nil mutat, ut nec Gesnerus, hi versus corrupti citantur sub fine huius lib. 7. x Plinio. Erythrii, & Chromyes feminae sunt omnes, itaque ex se concipiunt veris tempore, quo pisces ad verem incitantur. Tum ergo Chromyes auram generalem, que pro mare sit, quemadmodum Perdicæ, & Iusticavari equæ, avidè hauriunt, ut concipiant. Hinc locum Gesnerus non attingit. R. Delectus cap. de Chama, in explicanda piscis eius natura haec similia tradidit. y Lumborum scriptor. z In canis dem catulmam poni solitam, eamq; celebrem fuisse adhibere apud Plinium. Hippocrates eam recenset inter cibos confectos. a Galen. vulpis que vni die pasta est, carnem odore superius placere tradit. b Intritum condimentum ex alio, porro, aceto, casteo. c Cap. 37. lib. 9. hætor. d Adag. Rondel. xuvpov: album. e Xuvpov dicitur pascendi. Rondel. xuvpov dicitur. Gesner. cap. De scorpione. Vide post hoc lib. f Oppianus tamè hinc ἀσπερον eius scribit, ac xuvpov dicitur. Vide Rondel. g Nummi genero, Poluci, Plinio. h De Telchinibus vide Strabonè lib. 10. i Erasmo. adag. Sacer piscis. k Leoncentium lib. De varia historia, Achianni lib. 15. cap. 13.

tem visum fuisse. Aphanes quoque Aristonis etiam familiaris in libro cui Aristonis titulum similiter præfixit, voluptuarium fuisse doctore suum ostendit. Quid autem de Heracleote Dionysio attinet dicere? Aperte quidem & palam virtutis exuta veste, cum indumentum mutasse & alienum sumptuose criminarentur, gaudebat, quamvis iam natu grandis à Stotcorum schola defecisset, & transfuisset ad Epicurum. De illo non inveniuntur Timon scriptis:

Ille voluptati se tradit, iam moriturus.

Tempus amandi, tempus habenda coniugis, est quod

Rebus ab his tandem moneat desistere tempus.

Apollodorus Atheniensis libro De temperantia, quem edidit adversus mimos viros, quendam nominatim propositum Alphestis esse dixit magis Cynadum: Alphestia pisces sunt coloris magna ex parte lutei, quibusdam tamen partibus purpuræ. Eos fama est capi binos semper, sic ut ad caudam alter sequi videatur alterum. Quod igitur ad nates alter comes alterius sit, ex antiquis nonnulli Alphestas vocarunt incontinentes, & ad venterem propensos. Aristoteles libro De animalibus unam & indivisam spinam esse tradit Alphestico, flavum autem colorem. Eius meminit Heracleotes Numenius in Halicuitico, ad hunc modum:

Phycidas, Alphesten, rubro tingentemq; colore

Scorpionum.

Misculi, Alpheste, Coraciniq; cerei.

Item Epicharmus in Nuptiis Hebes: Eius quoque in opartytico suo Michæus meminit. Anthias, siue Callichthys. Huius meminit Epicharmus in Nuptiis Hebes: Et Xiphias, & Chromis, verno tempore cum auram avidè vorat, omnium piscium optimus: Anthias verò hyeme. Ananius.

Vere quidem optimus Chromis: Anthias hyeme.

At inter pisces lautos præstat locusta cum ficus folijs:

Esu capella caro suavis est autumno, porcelli verò,

Vnas post vindemiam cum calcaverint.

Tempestivus quoque est tum è cane cibus,

Lepore, vulpe, quemadmodum ætas cum viget;

Cicadæq; strident: deinde thynnus è mari

Edulium non malum: omnibus quidem piscibus

Myrtotos convenit: bos verò saginatus

Et medijs noctibus, ut videtur, interdum cibus est gratius.

Plures ex Ananio versus ego adduxi, liguritoribus & cupidariis præceptorum loco eos fore arbitratus. Aristoteles libro De moribus animantium scribit, ubicunque Anthias fuerit, maleficam nullam bestiam illic stabulari, eoq; indicio fidentes spongiarum piscatores vrinari, qua de causa piscem eum sacrum nominant. Meminit eius Dorion quoque, libro De piscibus. Anthian quidam vocant & Callichthyn, & Callionymum, & Ellopem. Icessus libro De alimentorum materia, scribit à quibusdam vocari Lupum, ab aliis Callionymum, esseq; vilem ac vulgarem quidem, sed boni succi, excerni facile, ventriculo tamen grauem: Aristoteles verò Callichthyn serratis esse dentibus, carniuorum, & gregalem. Epicharmus in Musis Ellopa quidem enumerat, Callichthyn verò & Callionymum silentio præterit tanquam iidem cum eo sint. Eius de Ellope verba hæc sunt:

Magni pretij Ellopem, chalcò venalem:

Solus è captus est: Iuppiter illum sibi ocyus

Et uxori apponi iussit.

Dorion libro de piscibus inter se differre ait Anthiam, Callichthyn, Callionymum, & Ellopem. Qui Telchiniacam historiam composuit, siue Cretenfis Epimenides fuerit, siue Teleclides, siue alius quispiam, sacros pisces vocari docet Delphinas & Pompilos. Est autem Pompilus in amore propensus, utpote simul cum Venere genitus è cæli sanguine. Nicander libro secundo Oetaicorum inquit:

Pompilus

λεωπύριον: album. e Xuvpov dicitur pascendi. Rondel. xuvpov dicitur. Gesner. cap. De scorpione. Vide post hoc lib. f Oppianus tamè hinc ἀσπερον eius scribit, ac xuvpov dicitur. Vide Rondel. g Nummi genero, Poluci, Plinio. h De Telchinibus vide Strabonè lib. 10. i Erasmo. adag. Sacer piscis. k Leoncentium lib. De varia historia, Achianni lib. 15. cap. 13.

Pompilus qui nautis anxius viam tutam Indicare libenter solet, vel quovis animante vocali melius. Alexander Ætolius in Cricæ, si legitimum ipsius opus est:

In summo clauo, nauem Pompilus gubernat,

Sacer piscis, dijsq; propitijs inferiorem partem pone regit.

Pancrates Arcas libro quem inscripsit Marina opera, præfatus, *Pompilus, quem sacrum piscem vocant in mari navigantes,* haud solum Neptuno, verumetiam diis Samothraciæ præsidibus charum Pompilum esse narrat, aureoq; hominum sæculo huic pisci senem quendam piscatorem graues pœnas dedisse, natum in Icaro insula, Epopeum nomine. Eum namque simul cum filio piscantem, alios captura nullos pisces adeptum quam Pompilos, ab illorum esu non abstinuisse, sed omnes cum filio comedisse, ac non multo post eius impietatis luisse pœnas. Ceterum enim factò in eius nauem impetu vidente filio Epopeum deglutuisse. Idem Pancrates scribit Pompilis hostes esse Delphinos: si tamen iis vescantur, impunè non abire, sed dolentes ac inquietos fatiscere, & infirmos lassari, posteaquam manducaerint, ac tandem in litus eiectos fluctibus, prædam ac cibum fieri gaudiis, & laris, ac interdum ab iis qui cetariis assident, in frustra diuidi. Timachidas Rhodius libro nono Cœnatum sic Pompilorum meminit:

Gobij marini, & Pompili sacri pisces.

Pompile piscis, qui nautis felicem cursum immittit,

Qui amicam suauem meam ad puppim deduxisti.

Corinna, vel is qui opusculum condidit versibus scriptum, quod Corinna tribuunt: *Pompile piscis, qui nautis felicem cursum immittit, Qui amicam suauem meam ad puppim deduxisti.* Apollonius Rhodius, siue Naucratis, in Naucratis ædificatione, inquit, Pompilum, hominem prius, in piscem mutatum fuisse ob amorem quendam Apollinis. Imbracum namque fluuium alluere Samiorum ciuitatem, *Cui Ocyrrhoën nympham, virginem pulcherrimam Chelias magnis orta natalibus peperit ex eius concubitu: Ocyrrhoën, inenarrabilem pulchritudinem cui Hora largita sunt.* Huius amore incensum Apollinem rapere conatum fuisse, Cùm ergo Miletum ad festum Dianæ quoddam illa traiecisset, ac iam esset rapienda, vt pudicitia sua confunderet, piscatorem quendam Pompilum nomine, sui patris amicum, obsecrasse vt in patriam saluam se reuereret, his verbis:

Quoniam mei patris amicus es, ac consors vnanimis,

O Pompile, frementiq; ponti rapidas & profundas

Nocti voragine, serua me:

illiq; in litus perductam cum transportaret, Apollinem apparuisse, & virgine rapta nauem mutasse in lapidem, Pompilum autem in piscem eiudem nominis, eumq; fecisse *Per mare celeriter natantem, equoreum nauibus famulum.* Theocritus Syracusius in opusculo cui titulus est Berenice, quem piscem λεωπύριον, id est, Album vocant, sacrum esse putat, his verbis:

Hominum si quis ad capturam felicem è mari

Vnde vita est, poscit, quod aratrum est alijs, sibi rete dari:

Hinc dea si vesperi sacrum piscem immolet,

Quem Leucon appellant, est autem omnium is sacerrimus,

Proiectam in mare sagenam is plenam extrahet.

Dionysius cognomine Iambus in opere De dialectis ita scripsit. Piscatorem quendam ac remigem, aliosq; multos piscatores nos audiuimus, qui sacrum piscem Pompilum nominarent. In alto degit procul à littore, colore varius, pelamidi similis. Circa naues is crebro visitur. Hunc igitur apud poetam quidam *In prominente littore sedens sacrum piscem trahit,* nisi fortè alius quispiam sit quem sacrum piscem appellant. Callimachus in Galateæ: *Chrysothryn, vel supercilij aureum, sacrum piscem, Vel percas, & quotquot alios immensum salis profundum creat.* Idem poeta in Epigrammatibus ait:

i Nam quidam sunt fluuiatiles. m Proserpa nauigationis index ac comes es.

n Hora cæli iantrices, & eorum que homines agunt obstruunt. Dionysius à Ione non Horis, sed Gratijs datum esse vult, & que ad oris speciem, formamq; ac decorem parium corporis spectat largiantur. Cyraldus. Pau sanias.

o Anthie secundum genus ita vocari Rondelius scribit.

p Linguarum proprietate. q Igenia: quidam ipse ad hunc piscem.

Apud Homerum, Virgil. Quid nou mortalia pectora cogit Auri sacra fames? ...

Sacer quidam, sacer inquam piscis. Sacrum piscem interpretantur alij deo cuiusdam dicunt, quo modo & sacrum bouem dicimus, consecratum: alij magnum, ut sacrum robur Alcinoi: quidam ad aquae fluentis auidam.

Captura portionem sua reliquerunt viuos adhuc iulos, Aut barbatur nullum: aut coloris varij surdum: Aut velocem cursu aureis super cilijs, piscem sacrum.

Post hanc nostram de obsonijs disceptationem quae fuit probus Vlpianus quam obrem Arcestratus in suis lepidis praerceptionibus locutus sit de Bospori falsamentis, ad hunc modum, Alia tibi candidissima parentur, sed quae Bosporo enatarunt: Pisci namq, alumno Paludis Maeotidis auctoq, in illa, Sed quem appellare carmine non licet, carnis solidae nihil est.

Quisnam ille piscis est, ait, cuius nomen versu includi non posse dixit Arcestratus? Aphyae, Numero singulari Aphyam etiam dicunt. Aristonymos in Soletigente: Nec mihi iam plane Aphyae est. Aphyae plura genera sunt. Quam Aphritin vocant, e semine non gignitur, ut docet Aristoteles, sed ex spuma in superficie maris fluitante, cum post imbres multos spissata illa concretataq, fuerit.

Alteram Aphyam Cobitin nominant: Ex pusillis ea, vilibus, paruulisq, Gobii in arena diu permanentibus, ac vitam tolerantibus, nascitur. Praeter hanc Aphyam, generantur & aliae quas Encrasicholos nuncupant. Est & aliud Aphyae genus fetus Mænidum, aliud Membradum soboles, aliud insuper mugilum paruorum, qui ex arena ac caeno generantur. Aphritis omnium est praestantissima. Dorion libro De piscibus, Aphyam Cobitin, & quae fit ex Atherina, Epleton vocat. Est autem pisciculi nomen Atherina. Idem & Aphyam quandam Triglitin memorat, quae ex nullis provenit. Epicharmus in Nuptiis Hebes inter Membradas & Cammaros Aphyam recenset a minutulis pisciculis quos γόνοϋ, id est aliorum foeturam ac prolem vocant, eam distinguens. Aphyarum Icesio quaedam est alba, valde tenuis, spumosa, quam vocant nonnulli Cobitin: alia grandior, & sordidior. Praestat tenuis & pura. Arcestratus opus adalalus inquit:

Stercus omnis Aphyae est praeter Atheniensem: Eam γόνοϋ appello, Iones Spumam vocant. Recentem ipsam pete, captam in sinuosi Phaleri sacris anfractibus. Est tamen & in circumflua Rhodo nobilis: praesertim si adueniat indigena. Eam gustare si tibi cordis est, Cnidias sine Vrticis Vndiq, solijs comantes obsonari oportet, Deinde ubi triueris in oleo fragranti eum florem holereis, In unum miscenda sunt omnia, & in sartagine assanda.

Clearchus peripateticus libro De proverbijs Aphyae, scribit, quia igne pauco egeat Aphyae, dum frigitur, Arcestratum iubere tolli cum iniecta fesuenti sartagini stridet: simul enim stridere veluti oleum, ac percocctam statim esse, vnde proverbium hoc sumpserunt, Ignem vidit Aphyae. Chryssippus libro De iis quae per se optabilia sunt, scribit, Aphyam obsoniam Athenis vilem esse, ac mendicorum obsonium: in alijs vero ciuitatibus, quanquam deteriore, in admiratione summa esse, pretioq, maximo: Sic, inquit, gallinas Adriaticas, quamuis deteriores, hic quidam alere solliciti student, nostratibus inutiliores, ac idcirco multo inferiores, Adriatici contra nostras ad se curant aduehendas. Singularem numero sic Hermippus dixit in Popularibus:

Nunc autem ne mouere quidem Aphyam videris. Callias in Cyclopiibus: Ante suauissimam Aphyam. Aristonymus in Rigente sole: Nec mihi iam plane Aphyae est. Aphydia sic in Tagenistis dixit Aristophanes: Neque parua haec Aphydia Phalerica. Lynceus Samius in epistola sua ad Diagoram laudans Aphyas Rhodias, & multa ex iis quae Athenis gignuntur, cum

iis quae Rhodi proueniunt, comparans, nimirum cum Aphyis Phalericis, quas vocant Aeniaticas, Ellopem cum Glaucisco, & Orpho, pro Eleufiniacis passeribus ac Scombris, & si quis alius piscis Ceecropis, fama gloriaq, superat alios, velut spofione facta, quem Vulpem nominant, fatidat. Qui vero Hedypathiam scripsit hortatur, si quis quod cupit assequi & conficere pretio non potest, edendum obsonium vt iniuria sibi quaerat. Lynceus Arcestratum catillonem & lurconem appellat, qui in suo famoso poemate de Galeo ita scripserit:

In Rhodo vero Galeum Vulpem, vel si Moriendum fuerit, vi eripe, vendere si nolint, Quem pinguem Canem appellant Syracusij: deinde Postea quidquid fato destinatum est, a quo animo patere. Acharnus. Callias in Cyclopiibus:

Citharus affus, batis, thymni caput, Anguilla parua dua, locusta, Acharnus ex Aeno. Batis, vel Batus. Batrachos. Batidis & Batrachi meminit Aristoteles libris De animalibus, cartilagineis piscibus vtramque adnumerans. Eupolis in Adulatoribus: Apud hunc Calliam multum voluptatis fuit: Aderant enim Batides, locusta, lepores, ac mulieres totum incedentes.

Epicharmus in Nuptiis Hebes: Adsuere torpedines, batides, zygena Presties humi iacentes, tectaq, aspera cute squatina. Idem in Megaride: Latera vos habeatis veluti Batides. Posteriora vero omnino veluti Bati. Caput osseum, veluti Cernuus: Ilia veluti Scorpius maris filius. O Batides: o Glaucorum caput.

Sannyrion in Risu: Aristoteles libro quinto Historiae animalium cartilaginea esse tradit, Bouem, Raiam, Lamiam, Turturem, Aquilam, Ranam, Torpedinem, & omnia Squalorum genera. Sophron in Mimis virilibus piscem quendam Botin sic appellat, Cestra Botin deglutientes. non autem herbae speciem. De Rana sapientissimus haec Arcestratus consulit in sententijs suis: Ranam sicubi videris, obsonator, ipsiusq, ventrem

Apparata, Elixam batidem hyemis tempore mande, Cum silphio & caseo: item quotquot carnem Pinguem non habent, maris filios. Quo vero modo Sini preparandi, rursum tibi iam hic eloquar. Ephippus comicus in fabula Philyra: (est autem Philyra scorti nomen.) A. Vtrum ego Ranam in frusta discissam Elixabo? quid ais? an affabo Siculorum modo? B. Siculorum modo. Bocas, Aristoteles libro qui inscribitur De animalibus, vel De piscibus, in tergo picturatum esse Bocem tradit, Coliam vero lincis obliquis notatum. Epicharmus in Nuptiis Hebes: Praeter hos etiam Bocas, Smarides, Aphyae, Cammari. Numenius in Halieutico Bocas sic appellat: Aut candidam Synpodonta, & Bocas, & Brinchos. Speusippus & alij scriptores Artici Bocas nominant. Aristophanes in comedia cuius titulus est, σκῆνακτα ταλαβάνεσαι:

Mihi Boacibus venter plenus cum esset, domum reuertebat. Sic autem voce piscis hic nuncupatur, quam obrem Mercurio sacrum esse fama increbuit, velut Apollini Citharum. Pherecrates in Myrmecanthropis cum dixisset: Inbiungit, A. Alium omnino piscem vocem habere negant, B. Nullus per deos alius piscis vocalis est quam Boax. Aristophanes Byzantius male nos piscem hunc Bocas nominare contendit, appellandumq, esse βόωντα, ex eo quod

Seu Galeum Rhodiam, seu Ellopem: Sturioni simillima. f. ad resyoneas. & Vite delicias, ac mollissem. i Thracia oppido. h. Raia, Rana. i. ellopem, curuatis & inuertis pedibus, ob femora implicata piscis. tatur & hic locus lib. 9. m. Mollia. n. Raia femina. o. Nates duras & solidas. p. Raia maris. q. Batidas tanquam mensarum delicias hic poeta nominat. r. Sphyrane, Suda. s. Sic libro nono legimus, ex Menemacho. incognitis piscis. t. Incusos opprimensia vel theatra, vel tentoria. v. Erasim. adagio. Magni mutus quam piscis. x. Formicibus hominibus.

quod parvus corpore μυγῆλος ὄψας, id est, magnos oculos, habet, ut ille βῶας pro-
pterea vocatur, quod βῶς ὀφθαλμὸς ἐχέει, quia bubulis oculis, id est, ampliis, sit prædi-
tus. At respondendum, id malè si nos appellamus, cur Coracinum & non Coro-
cinum dicimus, cum nomen inditum sit ἐκ τοῦ κόραος λιναῖον, quod pupillas frequenter
moueat? Cur itidem οἰλαροί, & non οἰλαροί pronuntiamus, cum nomen impositum sit
ἐκ τοῦ οἰλαρὸς σιωχῆς τὴν ὄρα μὲν, id est, quia caudam assidue quatit? Bebrades. Phry-
nicus in Tragœdis:

O aureis capitibus ornata Bebrades marina. Epicharmus in Nuptiis Hebes
Beβραδῶνας ipsas vocat:

Bebradones, Turdi, fortesq; Dracones. Sophron in Mimis virilibus:
Cum Bebradone Acus. Numenius in Halicutoico:

Bebradonas autem
Cum piscaturus venaberis, hanc escam meditare. Dorion libro De pisci-
bus: Bebrada, inquit, ablato capite si grandior est, cum tenui⁷ fale & aqua laueris,
eodem modo quo Triglitem², elixaro. Idem scribit è Bebrade sola edulium pa-
rari, quod Beβραδῶνιον nominant, sic memoratuta ab Aristonymo in Sole rigente:

Siculus Carcinobates^a Bebraphya adsimilis est. Attici quidem Bebradas
dicunt. Aristomenes in Præstigiatoribus:
Bebradas emptas obolo. Aristonymus in Sole rigente:

Nunc aperte ne^b apua quidem est mihi,
Nec rursus bebras: heu me miserum. Aristophanes in Senectute:

Bebradibus nutrita, quibus cana curis est. Plato in Legatis:

Dij boni, quæ bebrades? In Eupolidis Capris reperitur & ea dictio scripta
cum μ. Antiphanes in Cycœstideæ:

Absurdo de piscibus^c praconio
Alta voce proclamat nunc quispiam,
Habere se melle dulciores Bebradas.
Hoc si ita est, nihil prohibet
Eos qui mel vendunt, dicere ac denuntiare populo,
Mel se vendere puii^d Bebradibus. Alexis in Choregide cum μ etiam dixit:

Qui edenda Tetradistis^e apposuit
Nuper piscum, Membradas, vnam passam. Idem in Protochoro:

Molestiori, ita me Bacchus amet, conuiuio
Non interfui, ex quo parasitari capi:
Membradas satius fuit habere me,
Et Atticè posse^f colloqui.

Hoc scilicet inuasset. Belennus. Huius meminit Sophron in libro,
cui titulus est, Piscator:

Villicum laboriosum^g Belemno. Est autem is figura Cothio^h persimilis.
Epicharmus in Hebes nuptiis Bæonas pisces quosdam sic vocat:

Agedum, nullos gibbos adducito, & ingratos Bæonasⁱ. Apud Atticos vul-
gare properbium est:

Mihi Bæon ne contingat, malus piscis. Booglossos, id est, Solea, vel Lin-
gulaca. Archestratus ob suam abstinentiam & temperantiam Pythagoricus sci-
licet, inquit:

Passerem deinde magnum accipe, & subasperam
Buglossum: hanc venare ad Chalcidem^j inchoyam. Epicharmus in Hebes nuptiis:
Et Cithari, & Buglossi aderant. A Buglossis differunt Cynoglossi, de qui-
bus idem Epicharmus dixit:

Variæ Plates, & Cynoglossi, & aprica Umbra^k
Adfuerunt. Attici Cynoglossum Passerem vocant. Congri. Hos
Icesius durissimos inter gregales^l esse tradit: rariore ac laxiore carne: minus alere:
succum bonitate illis esse multo inferiores, sed ventriculo gratos. Nicander versuum
heroicorum scriptor, libro tertio Glossarum eos quoque Gryllos vocari scribit. Eu-
doxus

y Sale trito, mi-
nute.
z Parulium mal-
lum.
a Edulium para-
tum è cancri.
b Gesnerus iniqua
proverbio dici posse
arbitratur. de eo,
qui sp. adquirendi
quidpiam, quo tam-
men non est poti-
us, charum ali-
quid amiserit.
c Citharus cap. 14.
d Aquenibus sumi-
liaribus, quattuor
mensis die coëunsi-
bus.
e Indignè fere pa-
rastus, quod bar-
bare & ineptè lo-
quentibus conuiuia
fuisse.
f Sub. Alere oportet:
vel aliquid ali-
ud huiusmodi.
g Gobio. Hermol.
h Iunius adag. Ne
Bæon piscem mole-
stus sit. Erasm. pro-
verb. Bæon malus
piscis.
i Gesnerus, ad
Chalcidem inchoyam.
Alij pro eo, Chal-
cis olim, Eubœa,
Chalcis insula an-
te Aetoliam.
k Cynoglossi sunt
ōstres. Possit hæc in
Sphyrenæ.
l Quosdam Anguil-
li duriores, quos
egressus inchoyam
esse.

doxus libro tertio Ambitus terræ scribit, Sicyone congros multos capi qui homi-
nem ferentem onerent, quosdam verò etiam plaustris^m euehentos. Philemon com-
icus poeta quo loco nobilium pariter congrorum meminit, quos Sicyone piscan-
tur coquum de arte sua superbè gloriantem fingit hæc loqui in fabula quam Mil-
tem inscripsit:

Quanta me inuasit cupido caeloⁿ ac terra
Viatoriq; explicandi obsonium qui parauerim?

Ita mihi propitia Minerva sit, volupe admodum est
Ex animi sententia cum succedunt omnia.

Mihi piscis ille quam tener fuit?
Qualem apposui? non oblitum caseis
Tamquam medicamentis: nec alio quam suo colore supernè tinctum^o,
Sed qualis viuus, talis & assus fuit,
Ignem aded mollem^p & lenem adhibui:
Assum piscem fuisse mihi non creditur.
Ac veluti gallina cum rapuerit
Mains quidpiam quam ut deglutire possit, in orbem circumcirca
Procurrit vorare cupiens, circum eam verò
Festinat persequens altera: idem fuit spectaculum.
Nam voluptatem illam ex conuiuiis qui primus expertus est,
Simul cum patina exiit, eamq; retinens
In orbem profugit, alij verò insequabantur, pedatim insistentes
Vestigijs. Clamitabant omnes: & alij quidem
Magnam portionem abrupuerunt, alij nihil,
Alij verò prorsus abstulere nomihil, cum murmure.
Pretiosum eum piscem tuburcinantes,
Quid si tum mihi datus fuisset Scarus, aut ex Attica
Glanciscus, & Iuppiter seruator, vel ab Argis
Aper^q, vel ex chara Sicyone, quem dijs
Neptunus Congrum in calum usq; feri.
Facti omnino essent dij quicunq; manducassent.
Ambrosiam ego reperi: iam mortui,
Si olfecerint, ut reuiviscant efficiam.

Hæc, per Mineruam, ne Menecra-
tes^r quidem Syracusius, quem Iouem cognominabant, prolocutus fuisset, licet ani-
mo elatus sentiret magnificè de se, tanquam medicinæ peritia hominibus vitæ solus
esset autor. Eos igitur quos à morbo sacro curasset, cauere & scripto polliceri cog-
bat futuros sibi obtemperantes seruos, vbi conualuissent, ac comites. Ex illis vnus
Nicostratus Argius liberatus à morbo comitali Herculis vestitu incedebat, Hercu-
lesq; dicebatur. Eorum sic meminit Ehippus in Peltaste:

Sic esse deum se iactabat Menecrates:
Nicostratus verò Argius alterum se Herculem,
Alius verò quispiam se Mercurium, chlamyde
Ornatus, caduceo, & aliis insuper:
Nempe Zelites Nicagoras, qui patriæ
sua tyrannidem occupauit, ut testatur Batton libro De tyrannis Ephefi. Hegesan-
der scribit A stycreontem, quem sanauerat, ab eo vocatum fuisse Apollinem: alium
item eius auxilio morbo defunctum Æsculapij vestitu sumpto in eius comitatu fuis-
se: ipsum verò amictum purpura auream coronam capite gestantem, sceptrum te-
nentem, soleas indutum, cum illo deorum cœtu regiones multas circumiuisse, da-
tisq; literis ad Philippum regem, ita scripsisse: Tu quidem in Macedonia regnas: at
ego in Medicina. Tu bene valentes, si liber, perdere potes, ægris autem sanitatem
ego reddere, à morbo vindicare robustos, mihi si parcant, præstareq; ut incolumes
perueniant ad senectutem. Itaque Macedones tibi stipatores sunt, ac satellites. mi-
hi verò qui à morbis superflites futuri sunt: ego namque Iuppiter vitam illis tribuo.
Ad eum sic atræ bilis vitio insanientem, Philippus rescripsit: Philippus Menecra-
ti & ynduq.

n Erasm. adagio,
Cælo ac terra la-
queri.
o Gesnerus veritè
nulli desuper flori-
bus assersum.
p Victorius cap. 3.
29. Var.
q Piscis, non qua-
drupes.
r Iunius adagio,
Nihil ad medicorū
arrogantiam.

s Sanitatem optat, minimum bonam mentem.

ti ὕψιστον. Eadem scripsit Menecrates & ad Archidamum, regem Lacedaemoniorum, & ad alios ad quos literas mittebat, Iouis sibi nomen arrogans. Ad cenam aliquando Philippus invitatus cum cum suo deorum agmine, in mediis lectis omnes ut accumberent, curavit, altissimis; magnificentissimè, ac decentissimè pro ritu sacrorum ornatis, deinde ara superposita mensam admovit, cum omnium terræ fructuum primitiis: quo tempore conuiuii cæteris afferebantur edulia, pueris Menecrati, ac eius diis, libantibus, & ad suffutis odoris incenditibus, tandemq; ut narrat Hegesander, nouus ille Iuppiter cum subiectis ac morigeris diis irrisus aufugit è conuiuiis. Meminit huius Menecratis & Alexis in Minoë. Themison verò Cyprius, Antiochi regis delicta, ut scribit Pythermus Epheus octauo libro historiarum, non solum in publicis hominum conuentibus ac celebritatibus voce præconis renuntiabatur, Themison Macedo, Antiochi regis Hercules, verum indigenæ sacra illi omnes faciebant, acclamantes, Themisoni Herculi: & quoties ex illustribus viris quispiam sacrificabat, aderat ille, seorsim in lecto cubans, leonis pelle vestitus, arcum Scythicū ferens, clauamq; tenens. Menecrates ergo talis qualem nos ostendimus, nunquam adeo tumidus ac inflatus fuit, quantum supra dictus coquus:

s Enasim sames ca Aristophane, pro verb. Coquinaria verba, blanda, dicitur, placida, mollis, interpretatur.

Ambrosiam ego reperi: iam mortui Si olfecerint, ut reuiuiscant ego efficiam. Est autem fastuosa & insolens vniuersa coquorum stirps, ac natio, qualem repræsentat Hegesander in Delphis, inducto coquo hæc loquente:

s Iunius adagio, Apud Sirenas herere. Eadem fere lib. 14. ex Anaphane in Philothetæo.

A. Multis, ô vir optime, de arte culinaria multa Dicta sunt: aut fac ut videaris mihi noui quidpiam Præter cæteros commemorare, aut ne me obtundito. B. Vnum quoddam tantummodo coquinariae Inuentum ne me didicisse puta: eius finem consecutus sum: Non enim perfunctorie biennio edoctus sum, Ventrali pracinctus, sed toto vite cursu Particulatim exquirens artem, examinanti Holerum species: membrades cuiusmodi sint. Omnifaria lenticule genera: in summa, hoc scias volo, Cum in silicernio ego ministro, Vbi primum ab exequijs rediere, Adhuc funebri veste atrati, olla mox operculo Sublato, perficio ut rideant, qui stobant prius: Taliq; interiora corporis Percurrit titillatio, ac si fiant nuptiæ, Lenticulam statim & bembradas cum apposui. Sed leuia hac obiter aguntur: verum si dentur mihi Quæ opus sunt, semelq; coquinam apta uero, Quod olim apud Sirenas accidebat, ô Syre, Id ipsum tu quoque rursus nunc videbis contingere. Præ odoris suauitate nemo quidem poterit Planè hac angiporti præterire via. Si quis verò ad has propius accedet fores, Aperto statim ore stupefactus consistet, velut affixus clauis, Accurrens nares sensim prehensas Vellat. B. Magnus es artifex. A. Nescis cum quo verba Facias: permultos noui ex accumbentibus Mea qui causa bona sua dilapidarunt.

s Καὶ ἄλλοι ἄλλοι Exempl. nostr. corruptum.

s Delisimentis, bladiis. Quæ Sirenes Homero sunt, esse uandæ vocat Pindarus, homines ad se voluptatis suauitate pellentes. Ludiones, histriones.

Nunc vos, per deos quæso, à Cleodibus Pindari quid hic distare videtur, quæ eodem modo quo Sirenes alimentorum oblitos auditores ob voluptatem, ad tabernam redigebant? Nicomachus in Lucina, coquam etiam inducit vel Dionysiacos artifices insolenti vaniloquentia superantem, qui cum à quo fuerat conductus, sic alloquitur:

A. Mores

A. Mores valde urbanos præfers, Ac placidos: verum oscitanter ac negligenter fecisti. B. Quidnam? A. Hac in arte quinam sumus, tu non perpendisti: Nec illos prius interrogasti, exactè qui me nouerant, Et ita me conduxisti. B. Per Iouem id faciendum Non putavi. A. Fortassis quantum differat A ministro coquus, nescis. B. Sciam si dixeris, A. Emptum & acceptum obsonium reddere Antea concinnè preparatum ministri cuiusuis est. B. Papa, Hercules. A. Perfecti coqui alia nota & affectio est. Artes multas proferam celebres admodum, Quas rectè si quis ediscere negligat, non licet Hanc adire confestim. Antea namque conuenit Picturam attingere. Hanc scilicet ante culinariam Oportet didicisse, artesq; multas alias, Astrologiam, Medicinam, Geometriam. Me priusquam accereres, notum hoc esse tibi satius fuit. Piscium enim facultates, & parandi artem Inde cognosces, si considerabis tempora Quibus cibus tempestiuus quisque est, aut intempestiuus. Voluptatis enim permagna hinc est differentia: Interdumq; boax est thymno longè suauior. B. Sit ita sanè, verum quis usus tibi Geometria? A. Coquinam globum esse nos fingimus: Is porro diuiditur: una inde sumpta portio Solerter distribuitur pro artis varijs officijs. Ex Geometria translata hæc sunt in culinariam. B. Sic arbitror, reliqua missa facito. At medicina tibi quenam utilitas? A. Ciborum Quidam instant, quidam agrè coquuntur, Quidam noxam potius quàm alimentum præbent: Aliena mensa quicumque canat, manu promptus est. Ac intemperans. Talibus cibus remedia B medicina reperta sunt, & accommodata culinaria. Si verò quàm intelligentè & moderatè Sigillatim à me disponantur omnia, explicandum sit. Numeris coquorum enumeranda sunt omnes species, Quod præterea dicam tibi aliud nihil est. B. Ausculta me paululum, ac vicissim loquere. A. Neque tibi molestus esto, neque mihi: Sed hoc toto die in aurem utramque dormito. Coquus verò apud Philonem iuniorem, magistri autoritatem sibi vendicans, huiusmodi quædam ait: Sic esse vos sinite: ignem tantummodo Ad ea quæ assantur facite, nec eum lentum, Blandior enim elixat, non assat: Nec violentum: exurit hic contra quidquid tangit Extrinsecus, nec in carnem subit: Coquus est, non qui cochlear habens Cultrumve, ad aliquem venerit, Nec qui lancibus pisces inicit, Sed hac in re quadam est prudentia. Apud Diphilum in Pictore, his verbis docet quibus operam suam locare debeat, coquus alius: Mea non equidem tibi sumam, nisi prius videro Quo in opere mihi sit impendendus dies

☉☉☉

☉☉☉

☉☉☉

☉☉☉

☉☉☉

☉☉☉

☉☉☉

s Ad hoc, condicio, eruditio.

s Ad verbum, ille diem animo tranquillo ac sicuro struducio.

s Vasa & instrumenta coquinaria.

Mensis

Mensis bonis omnibus affluenter instructis.
 Nusquam enim prius vado, quam explorauerim
 Equis sacrificet, aut cuius rei gratia
 Pareat canam, aut quos aduocarit homines.
 Est autem mihi omnium generum descriptio,
 Quibus me locare, & à quibus cauere debeam.
 Verbi causa, ita si placet, in mercatorum genere,
 Nauticator rem diuinam faciat, amisso nuper
 Malo, aut nauis obruto gubernaculo,
 Aut eiectis mercium fascibus, quia non posset exantlari sentina,
 Hunc dimitto, quia nihil hilariter
 Faciat, sed tantum dicit causa, pro hominum moribus recepta consuetudine.
 Præterea inter libandum rationem init
 Cum ijs qui simul nauigarunt, quantum pro sua portione sit numeraturus:
 Illic apposita quisque viscera sua comest.
 Alius contra adnauigauit Byzantio
 Friduo, malorum immunis, copia rerum abundans, perlatus,
 Quod ad libra unius sortem decima usura fuerint, ac duodecima.
 Exactis nauis, senoris sui quæstum iactitans
 Administris quilenonibus eleganter vestitis sacrum
 Veneri facturus sit, nauis egressum confestim oculis aspicio nitentibus:
 Dextram porrigo: seruatorem inculco Ionem,
 Ministerio grauiter inhæreo, ac totus incumbo.
 Ingenium sic meum est. Rursum, adolescens quispiam amat
 Helluaturq, ac patrimonium dissipat, ad eum pergo,
 Familiare per Ionem sociosq, ad canam collata pecunia cogentem,
 Refegmina que supersunt in fictile non conyicientem,
 Fimbrias non exprimentem, non clamorsum.
 Obsonij nonnihil si parari vult in foro qui quæstui vacat,
 Vociferari permitto, Ad illum enim si me conferam,
 Perpetienda verbera sunt, totaq, nocte continuandus ministerij labor:
 Mercedem verò si petas, matulam mihi
 Redde prius, inquit, acetum lenticula defuit,
 Si posces iterum, flebis inquit, diu,
 Coquorum primus, alia innumera
 Huiusmodi recensere possum. B. Quo te duco nunc
 Lupanar est: Adonia magnifice
 Scoræ quoddam celebrat cum alijs sparsim meretricibus.
 Tu verò ubi te ipsum atq, sinum composueris,
 Ed procurre.
 Apud Archedicum in Thesauro alius quidam cauillator &
 arguator pusillus coquus, hæc loquitur:
 Primum quidem iacent adhuc
 Crudi pisces, & inuitati iam adsunt: da
 Sub manu promptè obsonium, cum hinc abibis, paratum auferes,
 Igni ollas ego lanceq, imposui, carbonem
 Oleo irrorauim: ubiq, flammam accendi:
 Dum hæc agitur, & olus, & paropsidum
 Acrimonia valide me delectant,
 Elixum piscem quod redditurus sim
 Eo gustu, ac sapore ita pungente muria,
 Ut cuius liberaliter nato iminctus incundus ea futura sit.
 Insumpta quidem olei hemina
 Ad triclinia fortassis quinquaginta suffecerit mihi.
 Philostephanus in De-
 lio celebrium coquorum nomina sic recitat:

d Aristoteli, nauigatio mercaturæ pari est.
 e Quod in nauigatio periculo sit cogente tempestate.

f De sua pecunia cenat, quam inuisit, & cum magno animi dolore conuulit. Hoc proverbijs fieri habet.
 g Ad verbum, & ruffianis: ipsi dicitur.

h Manillam, & mapharum, ut si quid inest olei exillit. Hæc omnia faciunt anari, paratq, senes.
 i Nihil respondeo conducere me rolentis, & clamantibus roganti.
 k Coquus esse sitracas ostendit Euclio Plautinus: Quid sit merogast? qui mihi omnes angulos sitrum implens in edibus misero.
 l Grauidis & acerbitas quam quibus unquam alius coquus sapulabile, & quæc dicitur.

m Ut citius exardescat.
 n Acer nidor, & halitus.

Omnis

Omnes artis scientia antecellere, te non sum ignarus,
 Ingenijq, acumine, d Dadale. post Thimbronem
 Atheniensem, quem artis finem & culmen nuncupant.
 Huc ego te adduxi: nunc autem venio
 Daturus quam poposcisti mercedem.
 Sotades, non Ionicarum cantionum
 poeta Maronites, sed mediæ comœdiæ scriptor, coquum etiam inducit hæc lo-
 quentem in fabula quam Inklusas vocat:
 Quas accepi squillas primum, has omnes
 In sariagine fixi: Squalus magnus captus est,
 Mediam assani partem: aduectos in pera reliquos pisces
 Elixabo, addito condimento quod è moris tritis fit.
 Glauci fero capita duo prægrandia
 In magna patina, adiectis, quod scitamentum frugale est,
 Oleo, aqua, sale, cumino, olerum folijs.
 Post hæc perpulchrum mercatus sum lupum:
 Pinguem illum elixabo cum oleribus in muria.
 Sepositis ac traditis, ut par est, in veru que assari debent.
 Mullos pulchros, pulchros turdos emi,
 Eos, quales sunt aduecti, prunis iniecti,
 Origanog, conditi, addito pingui muria.
 Loligines accepi deinde, ac sepias:
 Elegans visa est succo loligo maculat a suo.
 Bella quoque fuere simpliciter asse pinna sepia.
 Inritum his accommodaui luculentum, ac floridum
 Ex omnigenis rebus. Epsei secuti sunt loligines:
 Oxyliparon his scitamentum præbui:
 Emptum postea congrum valde crassum
 In floridiore suffocauim muria.
 Allati sunt & pusilli quidam gobiones, ac saxatiles
 Pisciculi quidam: eos posteaquam auulsis capitibus
 Vndique farina candida inquinavi,
 In eam dimisi viam in quam & Squillas.
 Amiam post viduam d: dere, valde pulchram bestiam,
 Eam oleo paucò rigatam ficus obuolui folijs,
 Omniaq, illa origano circumfasciavi,
 Ac sub multo cinere velut iitionem abdididi.
 Aphyam rursum Phaleritam tradidere mihi:
 Eam lauit affusus aqua cyathus vnus.
 Concisominuim multo post holere
 Trullam, etiam duas heminas si caperet, oleariam inuergo.
 Cætera, hoc ipsum ars quidem est, aliud nihil:
 Nec partitionibus illa nec commentarijs addiscitur.
 Sed de coquis fati: de
 Congro iam agamus. Archedictratus in Gastronomia, eius quoque vnde singulæ
 partes emi debeant sic declarat.
 E Sicyone, d amice, Congri quidem caput habeas,
 Pinguis, validi, magni, intestinaq, omnia,
 Deinde circumsparsum virens holus in muria elixa diu:
 Idem præclarus orbis
 descriptor tractans de Italiæ locis, inquit,
 Capitur illic eximius Conger, qui tantum
 Obsonijs antecit cæteris omnibus, quantum
 Pinguissimus Thymus vilissimis Coracinis.
 Alexis in Septem ad Thebas:
 Congri simul artus conaceruatos adipe
 Refertos. Archedicus in Thesauro, quendam inducit de iis quæ obsona-
 tus fuerat, loquentem coquum.

o Videntur hic deesse quadam. Nul-
 lus enim coquorum
 illustrium hic est ca-
 talogus.

p Vel pallido, qui
 in magna loligine
 purpurascit, vel a-
 tramento.
 q Tæritipugna. A-
 ristoteli in 10. 2. 2.
 r Ex oleo, & ace-
 to compositum.
 s Puriore.

t Eodem modo pa-
 rari & ceci, quo-
 locustas.
 u Solam, incomi-
 tatam.

x E Phalereo por-
 tu.

y Condiendi pe-
 rita, & coquendi.

z Ut cum eorum
 pingui coquatur pi-
 sci.

a Fabule nomen.

t 2 A. Drachmis

b Propiora capiti,

c Qui spondyli vocantur,

d Miliq; nihil impertuntur.

e Sic Plinius ex Columella Galeum veterunt.

f Canicula m. scutellum. Rondel.

g Tanquam calidum. Quidam vocant ex visceribus quasi hinc hunc locum sic emendat Rond.

h Corruptu hunc locum sic emendat Rond.

i Hec apud Aristot. nasq; leguntur.

k Ob aculeos in dorso rigentes.

l Immo iuxta r. tramque dorso sunt ex Acambis aculei, sed minus excipit ac manifesti.

m Et aculeos.

n De marino Acipenseris sive sturio ne hac intelligi debent, qui in dulcibus aquis non sicut monatus, et opimatus.

o Unde petita sit hac vel historia, vel fabula, doctiores inquirent. De Tlepolemo, Hercule, et Astioches filio, a sarpedone interfecto, multa poeta scripsere. Quidam legunt Triptolemo.

p Vir bonus Tlepolemi praedicti munus habuit. quid.

q Ex oleo et acceto confecta.

r Nam maiore parte ruffi, alicubi nigrescunt. Rond.

s Sic aliquando post legitur libro octavo.

t Minime fluctibus agitatae, quiescit, hinc etiam dicitur.

u Vel testudines: vel misuli concha. et insula in qua Theseus mortuus est.

v Tho xolo. Quidam exponunt viride condimentu paratum e triu oleribus virentibus. Et versus rursus citantur lib. 14.

A. Drachmis tribus Glauciscum, Congri vero caput, ac priora b frusta Drachmis rursus quinque. B. b miseram vitam! A. Drachma Trachelos c. Verum per solem Alium mihi Trachelum sicunde liceat accipere Aut emere si possim, hunc quem habeo, Et istac, priusquam huc afferam, strangulem me potius. Laboriosius quam ego nemo ministravit unquam. Cum multa, et magno valde pretio emi, Tum pereo: illa conuive dehorant d: sic autem mecum reputo, Isti me contemunt: caro humi Cum talis sim: va misero mihi.

Squalus e. Hicseus libro De alimentorum materia scribit ex Squalis teneriores esse quos Asterias, id est, stellatos vocant. Aristoteles plura genera Squalorum esse tradit, Acanthiam, Latnem, Varium f, Scymnum g, Alopeciam, Zygaenam h, quam aiunt ad caudam vnicam pinnam habere, in dorso nullam. Aristoteles libro quinto De animalibus Centrinam scribit Squali i genus esse, eandemq; vocari etiam Notidanum. Epænetus in Opfartytico Epinotidem k vocat, deterioremq; aliis Squalorum generibus esse prodit, ac foetidam: dignosci vero ab illis, quod aculeum iuxta priorem l pinnam habeat, quo carent congenere: nihil esse pinguedinis aut adipis hisce piscibus, quia cartilaginei sint; peculiarem Acanthia figuram esse cordis, angulis quinque distinctam. Parit vt plurimum Squalus tres fetus, editosq; in os recipit, ac rursus emittit, Varius praefertim, ac Vulpes, reliqui non item ob cutis asperitatem m. Arcestratus, qui vitam Sardanapali vixit, de Galeo Rhodio cum verba facit, cum esse putat quem Acipenserem vocant Romani, & cum tibiis ac coronis circumferunt in coenis, coronatis etiam illis qui portant. Verum Acipenser n minor est, rostro longiore, & corporis figura magis triangulari quam Galeus, Praeterea minimus Galeus atque vilissimus non minoris venditur quam mille drachmis Atticis. Appion Grammaticus libro De Apicij luxu, quem Ellopeim nominant, Acipenserem esse illum ait. Arcestratus quidem paterna fere benevolentia familiaribus suis consilium dans, inquit: Apud Rhodum Galeum vulpem, etiam mortis

Periculo, vendere si nolim, praeripe, Quem pinguem Canem appellant Syracusij, deinde Quod satis destinatum fuerit, postea iam feras. Horum versuum memor Lynceus Samius in epistola sua ad Diagoram, poetam inquit adhortatum iure fuisse, si quis pretium soluere nequeat, vt quod cupit vi ac iniuria sibi paret: quandoquidem Theseus vir bonus, Tlepolemo, vt opinor, piscem o hunc minimè praebenti p eripuit. Timocles in Digito ait: Squali, Raie, et quotquot huius generis In intrita oxyliparo q preparantur, Glaucus. Epicharmus in Nuptiis Hebes: Scorpj vary j, Lacerti, Glauci, pingues, Numenius in Halieutico: Hyccam, vel e Callichthyn, vel Chromin, vel Orphon, Arcestratus: Vel Glaucum permeantem algas molles e, At in Olyntho Glauci mihi caput obsona, Et in Megaris venerandis: capitur e in limosa maris elunie, Antiphanes

in Probat: Anguilla quidem Baeotia: mures v Pontici: Thynni Megarici: Manides Carystia: Phagri Ereici: e Scyro x locustae. Idem in Philotide: Paruum itaque Glaucum, vt alias, Aio elixandum in muria: pusillum vero hunc lupum Integrum assandum: ac Squalum cum intrito: Postulat haec Anguilla parua Ialem, organum, Aquam: Conger eadem: Raia virens y olus:

Adest

Adest Thynni frustum, affabis: haedi carnem Assa e vtrinq; contra Eubulus in Campylione. Licet sarcindus est, ac intestinum z. Lantem vnam, Glauci marini ferentem Anaxandrides in Nerco: Generosam faciem, elixumq; lupum in muria. Qui primus inuenit Glauci ora execta Grandia, magni pretij, thynnij, satis nunquam laudati corpus, Ac edulia cetera qua vdim mare suppeditat, Nereus locum hunc totum incolit. Amphis in Septem ad Thebas: Integri Glauci, eorumdem secamenta Idem in Philetæro: Capitis carnosae partes. Puram habere anguillam parua quandam Antiphanes in Cyclope lur-

conem Arcestratum exsuperans, inquit: Esto nobis mugil Hymettius: torpedo Sub testu coctæ: perca discissa: sarctæ loligo: Synodon assus: glauci pars superior: Congri caput: rana venter: thynni ilia: raia tergum: Cestra lumbi: passer: merula: maris: squilla: Nausicrates in Nauiculatoribus: Mullus: phycis: horum abesto nullus. A. Teneri quidem ac pulchri duo, nautis sapius In vlnis aquoris iam conspecti, Quos mortalibus aiunt ea qua b imminent predicere.

B. Glaucos ais? A. Rem nosti. Glaucum maris deum Theolytus Methymnaeus in Bacchicis carminibus scribit Ariadnes amore captum fuisse, cum in insula Dia Bacchus eam rapuit, eumq; per vim a Baccho aliquamdiu vitis sarmentis ligatum, solutum, liberatumq; tandem fuisse, ita de se loquentem:

Anthedon ad maris litus sita est, Ex aduerso Eubæe, fera contra Euripi fluxus, Promathidas Heracleotes in Hemiambis ex Polybo Mercurij filio, & Eubæa gnata Larymni, Glaucum tradit genitum fuisse: Mnæas vero libro tertio Europæorum, Anthedonen & Alcyonien parentes eius fuisse affirmat: natandi, vrinandiq; apprime peritum, ideo Pontion, id est, Marinum, vocatum fuisse: raptaq; Syme, Ialemi ac Dotidis filia in Asiam traiecit, ac prope Cariam, desertam quandam insulam habitasse, quam Symen ab vxoris nomine appellauit. Euanthes, heroicorum versuum poeta, in suo de Glaucio hymno, Neptuni filium d Naidisq; nymphæ, illum fuisse tradit, & cum Ariadne a Theseo derelicta, quam deperibat, in insula Dia concubuisset. Aristoteles in Republica Deliorum scribit, ipsum cum Nereidibus incolam eius insula, diis vaticinatum e fuisse. Possis Magnus libro tertio Amazonidis, nauis Argi Glaucum architectum gubernatoremq; fuisse tradit, & in Iafonis cum Tyrrhenis nauali pugna e solum eum nullo vulnere fauciatum fuisse, sed, vt Ioui placuerat, in fundo maris apparuisse, deumq; maris ita factum, a Iafone solo visum. Nicanor Cyrenæus in Transnominatis e ait Melicerem nomine mutato Glaucum appellatum fuisse. De eo narrat Alexander Aetolus in libro quem Piscatorem inscripsit, in mare demersum fuisse,

cum herbam gustasset, Quam ardente Sole In fortunatorum insultis pura vere gignit terra: Eam suis equis gratam in canam Sol exhibet, Sylvarum incolam, eursum vt absoluant Indefessi: ac ne medio cursu interueniat quadam molestia.

Æschrion Sanius in quodam ex iambis suis tradit marinum Glaucum Idenem amasse, Scylli Scionei filia, priuatim vero de herba h loquitur, cuius esu immortalis est factus, hoc modo: Deorumq;

Tu gramen

z visio. Est e m m gila species Nestis.

a Sphyræna.

b Profferam nauigationem: vel, vt Hesychius exponit, tempestatem: unde prouerbum, iEu yadous, vsurpari solitum ab is qui tempestato in mari periclitantur: quous id quidam exponant de Glaucio deo, non de pisce. c xaxods, quasi remigem dicat.

d Alius est Glaucus apud Erasmodag. Glauci ars. e Quod paulo post e Nicandro subiicitur, artem vaticinandi Apolline Glaucus docuit.

f De illo constituta nihil vsquam reperio. Credibile est Iasonem, cum suis ac sociis in Adriaticum mare Argo transportasset, illic cum Tyrrhenis sive Italiis dimicasse.

g Erasmo adag. Glaucus comea herba habitas in mari e adagio, Glaucus potio melle remissit.

c 3

Quidam Poly-
podium herbā fuf-
fo scribunt, quam
ob radicis figuram
Draconē vocant.

k Veneream, fupra
Amathitin, quae af-
fertur ē mari ru-
bru. Propert. Venit
ex rubro concha
Erycina falu.

l Apud Arifto-
tem, cap. 24. 6. 6. ni.
7. Jōdāna, Gal. 2.
veritē fullonē, gre-
galem pifcem, li-
toribus tranquillo
gaudentem. Vide
Rond. cap. de Tim-
ca.

m Vide lib. 14.

n Mopfus alter,
huus ex Argonau-
tis: alter Apollini
ex Mantus filius,
Colophoniū condi-
tor, vepentis rates.

o Cap. 2. lib. 3. Hiff.

Tu gramen ¹ inuenisti Saturnus quod fenerat. Nicander tertio Colopho-
niacorum ab Europa Nereide Glaucum amatum fuisse prodidit. Idem in Aetoli-
corum primo tradit Apollinem à Glaucō didicisse vaticinādi ſcientiam: Glaucumq;
in montolo tractu venantem, (montem verò excelſum illum eſſe in Aetolia,) lepo-
rem fuiſſe perſecutum, ac eum, quòd acius ſectando inſtituſſet, defectum animo &
captum prope fontem quendam tuſiſſe, ac iam refrigeratum exanimatumq; abſter-
ſiſſe herba vicina, cuius vi & contactu recreato ac rediuiſio lepore, cognita eius her-
bae poteſtate Glaucum illam guſtaſſe, afflatumq; numine, hyme proxima, vt à Ioue
ſtatutum erat, in mare ſe proieciſſe. Hedylorus Samius, Athenienſisve, ſcribit Glau-
cum amore Melicerti ardentem in mare ſe præcipitaſſe. Hedyle verò huius poëtae
mater, ac filia Moſchines Athenienſis, quæ iamboſ condidit, in opere, cuius titu-
lus eſt Scylla, ſcribit Glaucum amore Scyllæ accenſum ad eius antrum veniſſe:

Afferentem pro munere concham ex Erythraeis ^k ſcopulis,
Vel Alcyonium pullos adhuc implumes

Inexorabili nymphæ oblectamenta: cuiusq; lacrymas

Propinquam Sirenem virginem miſeratam fuiſſe:

Cum prope littus illud nauigaret, & vicina

Aetnae loca. ^l rvaφevs ¹, id eſt, Fullo.

Dorion libro de piſcibus ſcripſit,
humore in quo elixatus eſt Fullo, maculam omnem purgari. Epænetus eius memi-
nit in Opſartytico. Anguilla. Anguillae marinae mentionem fecit Epichar-
mus in Muſis. Dorion libro De piſcibus, anguillarum iniecta mentione, Copaidas è
Copaide lacu in primis commendat, in prodigioſam magnitudinem augeſcentes.
Agatharchides igitur lib. 6. Europicorum tradit, Bæotos ^m Anguillas Copaidas, inu-
ſitatae magnitudinis hoſtiarum modo coronare, aſperſaq; mola cum precibus diis
immolare, ac cum peregrinus quiſpiam inopinato ſacri genere obſtupescens cur id
fieret, ſciſcitaretur, Bæotios aliud nihil poruiſſe reſpondere, quàm ſeruanda eſſe ma-
iorum inſtituta, nec decere rationem aliis ſe conſuetudinis patriæ reddere. Mirum
autem eſſe non debet ſi victimarum inſtar anguillas Bæoti ſacrificent, cum Antigon-
us Caryſius libro De diſtione ſcribat, piſcatores quo tempore thynnos piſcantur,
poſt ſcelicem rerium iactum ſacrum Neptuno peragere, immolareq; deo thynnus
captum, ac vocari ſacrificium illud Thynnæam. Phaeſelitæ quidem ſaſſamenta diis
offerunt. Itaque Heropythus libro de Colophoniorum finibus, vbi narrat quo pa-
cto Phaeſelis condita fuerit, tradit Laciū, qui eò colonia dedit, Cylabrae paſto-
ri ad pabula tum illic oues agentis, ſoli in quo vrbe ædificauit, pretium dediſſe ſaſ-
ſamenta, quæ ille popoſcerat. Nam cum pro fundo Laciū propoſuiſſet vel ſalem,
vel polentam, vel ſaſſamenta, prætulit ſaſſamenta Cylabras, ideoq; Phaeſelitæ ſaſſa-
mentis quotannis Cylabrae etiamnum faciunt. Philoſtephanus libro primo de ciui-
tatibus Aſiæ ſcribit, Laciū Argium, vnum ex iis qui cum Mopſo ⁿ redierant, &
quem Lindium fuiſſe quidam aiunt, fratrem Antiphemi Gelæ conditoris, à Mopſo
cum viris quibuſdam miſſum, oraculo & iuſſu Mantus, Mopſi matris, quia nauium
ipſius puppes ad Chelidoniaſ inſulas diffractæ colluſi fuiſſent, cum focis retardatum
ſerius noctu appuliſſe, emiſſeq; terram vbi extructum oppidum eſt, vt Manto prædi-
xerat, à Cylabra quodam, dato ſaſſamento, quod ex omni com meatu nautico is ha-
bere maluit, indeq; morem inualuiſſe, vt Phaeſelitæ Cylabram tanquam heroem ve-
nerantes, annuatim oblaro ſaſſamento ſacris operentur. De anguillis Hiceſius li-
bris De alimentorum materia ſcribit, fucci bonitate anguillas omnes alios piſces an-
tecellere, eſſeq; ventriculo gratiores plurimis aliis piſcibus: multum ſatiare, ac cor-
poris efficere plenitudinem, abundè nurrire. Idem Anguillas Macedonicas inter
ſaſſamenta repoſuit. Ariſtoteles ^o ſcribit Anguillas gaudere aquis puriſſimis, ac ideo
qui alunt in viuariis limpidas ipſas affundere: turbidis enim ſuffocari. Quamobrem
aquam turbant qui eas piſcantur. Tenues enim illis branchiæ ſunt, quarum meatus
ſtatim obturatur cæno: quamobrem tempeſtatibus aquis conturbatis ſtrangulan-
tur. Coeunt ſeſe complexæ, ſtrigmentitium deinde lentorem emittentes, quo in
limo tepescente animal procreatur. Affirmant qui ipſas alunt noctu paſci, interdium
verò

verò in cæno pigras & immotas iacere, veluti quieſcentes ^p, ſicut & terræ lumbrici-
cos, vt aiunt: quamobrem Homerus ab aliorum piſcium natura eas ſeparans dixit,
In aqua voriticibus anguille ac piſces latitantes vexantur. E conuiuis autem
Epicureus quidam Eicadistes ^q appoſita nobis anguilla, A deſt, inquit, cænarum He-
lena, at ego Paris futurus ſum, & cum nullus adhuc manus intendiſſet, eam inuaſit,
arreptumq; latus nudauit ad ſpinam vſque. Idem aduecta placenta quæ nondum
feruere deſierat, & abſtinentibus ab ea cunctis, exclamauit,

Adverſus hanc gradior:

In ignem manus iniecit:

hiſq; dictis præcipitanter aggreſſus, deglutiendo
peruſtus elatus ^o eſt: tum verò Cynulcus ait, Gulæ prælio victus Larus auferitur. De
Anguilla ſic Eraſiſtratus narrat:

Anguillam quidem omnem laudo: longè tamen præſtantiſſima

Ad Rhegium capta, trans maris fretum:

Ibi tu in medio ſi locaueris omnium ciborum ei genti familiarium,

Edulium huiusmodi, quod ad guſtum ſpectat, vniuerſis præualeat,

Excellentiæ tamen gloriæ valde magnam adeptæ ſunt

Copææ, Strymoniaq; utpote grandiores,

Ac mirum in modum craſſæ. omnium ſanè, vt arbitror,

Quibus veſcimur, anguilla tanquam regina, voluptatiſ

Obiinet principatum, ſolaq; piſcium

Natura eſt Apyrenos ^r.

Vexantur ^s *εγγελευς*, ac piſces,

Multas recepiſſit cacas ^t *εγγελευς*:

numerum vnitate ſua loquendi conſuetudine per v, proferunt, multitudinis verò
non item ad ſingularis portionem. Itaque Ariſtophanes in Acharnenſibus inquit,

Aſpiciſſe, ò pueri, optinam ^u *εγγελευς*,

Bæotiam ^v *εγγελευς*.

Læuis vt ^w *εγγελευς*.

Thynnus, Orphus, Glaucus, Camis, ^x *εγγελευς*.

quàm Homerus Attici pronuntiant. Ariſtophanes in Equitibus:

Id pol accidit tibi quod venantibus ^y *εγγελευς*.

Imagines ^z *εγγελευς* meas imitantis.

Nec raiſ deleſtor, nec ^{aa} *εγγελευς*.

Natus eſt in ſluuijs ^{bb} *εγγελευς* conſobrinus.

Tanquam ^{cc} *εγγελευς* in ſuo ſtrigmento ¹.

Ardea cum offendiſſet Triorchim anguillam

Maandriam comedentem, illi eripuit.

Ariſtoteles libris De animalibus ^{γγ} *εγγελευς* cum ¹, dixit. Cum verò in hiſ carminibus Ariſtophanes inquit,

Accidit id tibi quod ^{dd} *εγγελευς* venantibus,

Stagno tranquillo nihil illi accipiunt:

Si autem ſurſum deorſumq; cænum permiſceant,

Præda tum obuenit, ſic tu quaſtum facis cum ciuitatem perturbaueris.

apertè
declarat ^{ee} *εγγελευς*, id eſt, à cæno, ^{γγ} *εγγελευς* ¹ nominari, quapropter in vs, ea vox ter-
minatur. Poëta quidem, cum indicare vellet ad profundum vſque vadum amnis in-
cendium ſubire, ſic dixit ^{ff},

Vexantur ^{gg} *εγγελευς*, & piſces.

Amplius namque inſignius, & peculiare
magis eſt quòd anguillas dixit, vt exuſtarum ^{hh} aquarum altitudinem demonſtraret.

Ariſtophanes in Lycone Aegyptios comico ſale notans inquit:

Cætera prudentes eſſe ac intelligentes aiunt

Aegyptios, quòd ⁱⁱ *εγγελευς* parem anguillam exiſtiment,

Multo namq; magis dijs eſt honoranda:

Precibus enim ſolis ac votis propitiatus deos,

At anguillas drachmis cum minimum duodecim

Vel pluribus impenſis odorari vix licet,

^p Quieſcentes. Vt
plurimū annos octo
vixunt. Rurſus ali-
bi eas naſci tradit
Ariſtoteles, nec ex
ouis, nec è genitall
ſemine, nec è coitu,
ſed è putredine li-
mi, ac cæni, quem
admodū terra lum-
bricos. Quamobrè
ex. Natalis ira le-
git, ſive ex Ariſta-
tele tranſcripſerit,
ſive in exemplari ſuo
repererit.

^q Epicureorum id
cognomen eſt. Sic
autem vocantur,
quòd vigintiſi ſex
diebus Epicuri na-
talem q; colant. Ca-
lius cap. 33. lib. 11.

^o Quòd animus
deſciſſet, peruiſi
ſaucibus ^{rr} gula
ſeruatis eius cibi
calore.

^r Apyrenos fun-
tus proprie dicitur,
cui nullus eſt
nucleus: Apyrenos
anguillam ^{ss} *εγγελευς*
Archeſtra-
tas vocat, omni ex
parte teneram, ac
ſuccoſi ſuctus in-
ſar, dum mandu-
catur, in ore liqueſcen-
tem.
^s Cum v in plu-
rali numero.

^t Junius adagio,
Anguilla in ſtri-
gamento. Eraſm. a-
dagis, Anguillam
captas: Cauda te-
nes anguilla: ^{tt} Fo-
lio ſiculo tenes an-
guillam. ^{uu} *εγγελευς*
Iun. ^{vv} *εγγελευς* interpre-
tatur ſacè olei vni-
dam, ego verò ſtri-
gmentitium mucçū
ac lentum, cuius ſu-
pra mentio facta
eſt.

^x *εγγελευς* enim,
quaſi ^{xx} *εγγελευς* dicitur,
dicitur ^{yy} *εγγελευς*,
è ^{zz} *εγγελευς* ¹ *εγγελευς* ¹
quòd in
cæno retineatur, ac
capiatur.

^y *εγγελευς*,
Scamandri, què
igne Vulcanus in-
iecto peruſſerat, ne
Achilles exundanti-
bus illius aquis
hauſtus periret.

Aedē sancta prorsus est haec bestia. Anaxandrides in Ciuitatibus ad Aegyptios oratione conuersa eos sic alloquitur:

Vobiscum ego militare nequeo:

Nec concordēs mores nostri sunt,

Nec leges, sed ab inuicem disident plurimum,

Tu bovem adoras, illum ego dijs sacrifico:

Maximum esse numerū anguillarū putas,

Obsonium verō nos multo lautissimum:

A suilla tu abstines, ego verō precipue

Illam appeto: canem veneraris, ego verberis

Sicubi offendam vorantem obsonium.

Sacerdotes hic omnibus esse partibus integros

Leges sciuerunt: apud vos, ut constat, omnes sunt delibati.

Tu selem si malē habentem videris,

Ploras: ego autem occisum maxima cum voluptate excorio.

Araneo muri apud vos maxima dignitas est, apud me nulla. Timocles in Aegyptiis:

Ibys quo modo, Canisve me seruaueris?

Nam in deos omnium consensu recepto

Impie si quis se gerat, non statim

Pœnas luit: ecquis verō

Ara felis obtuleris? Quod autem obuolutæ betis anguilla in cibo fuerit, multis in locis veteres comici testantur. Eubulus in Echo:

A. Inrupta nympba oblecto beta corpore

Alba carne anguilla en adest. B. O splendidum tibi,

O splendidum mihi iubar manifestum.

Thynnorum post asporum abdomina

Ad nauigantē diuisima, & in palude nata.

Aderant anguilla Bœotia, diua betis amicta.

Virginis Bœotia Copaidis: etenim nominare deam

Illam vrecurodor. Strymonias anguillas in pretio fuisse ostendit Antiphanes in Thamyra:

Est eiusdem tecum nominis mortalium fama celebratus

Thraciam irrigans fluuius, Strymonem vocant,

Anguillas is maximas procreat. Nobiles quoque fuerunt ad Eucleum fluuium, cuius meminit Antimachus in opere quod Tabellas seu Pugillares inscripsit:

Ad vorticosi Euclei fontes profectus. Demetrius Sceptius libro decimo sexto

Apparatus Troiani has anguillas tradit excellere. Ellops. De hoc supra

quædam nos differuimus. Cæterum & de ipso Arcestratus scribit,

Ad inclytas Syracusas Ellope tu potissimum vescere,

Est enim præstantissimus, si quidem illic

Primum natus est: at circa insulas

Aliamve regionem captus, aut circa Cretam,

Terpis, durus, fluctibus percussus emaciatusq; adueniet. Erythrinus. Aristoteles in opere De animalibus. Speusippus ac Dorion libro De piscibus, similes

esse tradunt Hepatum, Pagrum, Erythrinum. Cyrenæi Dycam Erythrinum vocant, ut Clitarchus asserit in Glossis. Encrasicholi. Aristoteles horum meminit in opere De animalibus, ut minorum pisciculorum. Dorion libro De piscibus inter eos pisciculos quos Epsetos vocant Encrasicholos, Iopas, Atherinas, Gobios,

Mullos, pusillos omnes, itemq; Sepiolas, Cancellos, minutas Loligines. Epsetus. Ex paruulis his piscibus est. Aristophanes in Anagyro:

Epsetorum non adest patina.

Aphya occurrit Epsetus, illamq; deglutit.

O Gratia, quibus cura sunt Epseti,

Archippus in Piscibus:

Eupolis in Capris:

Eubulus in Cygno, seu νεσορνια:

Contentus

Apin.

Amibia.

Compositio, m... illati vel recuti... Apella, vel ca... strati. Herodotus li... bro 2. Aegyptij sa... cerdotes semper ra... dunt caput, quod... genui est & amas... tie. Apud Home... riu, & aegyptio... naphodis deus est... uoxi Cadme. Idem... scriptor eodem loco... eradic Aegyptios vi... lilia circumcidere;... ut mundiores sint;... d indignanti con... semper fuisse nu... men suum.

Aristophanes in... Thamyra. E... thos deus pare... re.

Antimachus in... Tabellas. De... hoc supra.

Demetrius Sceptius... libro decimo sexto.

Ellops. De hoc supra.

Antimachus in... Tabellas. De... hoc supra.

Demetrius Sceptius... libro decimo sexto.

Ellops. De hoc supra.

Contentus vel Epseto cum betis unico, Elixo iam antea diebus duodecim.

Alexis in Apeglaucomeno:

Epsetorum quidam nobis adfuerunt, sane Dadalei:

Idem rursum:

Nam quæcumque pulchra sunt, opera vocantur Dadali.

Non igitur quales sint Ceracini experiris,

Epsetos multitudinis

numero vt plurimum vulgò dicunt. Aristophanes in Fabulis, siue Niobe:

Nihil, per Ionem, dicam de Epsetorum patina.

Menander in Perinthia:

Aduenit puer Epsetos afferens.

Singulari tamen numero in Hesiodo Ni-

costratus protulit:

Bembrada, Aphyam, Epsetum.

Posidippus in Exclusa:

Epsetum quendam mercari. Apud Naucratin meam Epsetos pisciculos

vocat in fossis derelictos, cum Nilus post restagnationem intra ripas suas reuertitur.

Hepatus, siue Lebias. Diocles faxatilibus hunc accenset. Speusippus

Hepatum Phagro similem esse tradit: Aristoteles verò carniuorum, solitarium, den-

tibus ferratis, colore nigrum, maioribus oculis quam pro mole corporis, cordē trian-

gulo, albo. Arcestratus cœnarum veluti ductor ac præfectus inquit:

Ingentem Lebiam Hepatum accipe è circumflua

Delo, ac Teno.

Elacatenes.

Mnesimachus in Equifone:

Scomber, Thynnus, Gobius, Elacatenes.

Cetaceus hic piscis est, & idoneus

ad falsamenta. Menander in Cluiis:

Gobius, Elacatenes, & Canis vraon.

Mnaseas Patrensis inquit:

Ex Ichthye ac eius sorore Hesybia, genita sunt Galene, Myrana, Elacatenes,

Thynnus. Hunc Aristoteles tradit in Pontum nauigantem dextrum littus ra-

dere, exireq; læuo, quod oculo dextro plus cernat, hebere sinistro: habere sub pin-

nis quem Oestrum nominant: apricatu gaudere: ideoq; in arena commorari: in ci-

bo placere cum pungi ab cœstro deserit. Coire Theophrastus inquit, dum latet

abditus: ægre capi, tantisper dum parui foetus sunt, ac cum adoleuerint, quoniã agi-

tatur ab cœstro, capturam esse faciliorem; occultum delitescere quamuis in alto ma-

ri degat. Arcestratus:

Circa sacram spatiosamq; Samum videbis

Captum Thynnum perquam magnum, quem Orcynum

Alij nominant, alij Cetum. Ex hoc dijs pro obsonio

Apponendum quod deceat, atque Cerevi, honoris gratia.

Est autem Byzantijs quoque generosus

Et in Carysto, & in inclytis Siculorum insula: capite suauior:

Multos id genus thynnos alunt etiam Laconica littora:

Quod si Italia sacra oppidum Hipponium tu adest,

Aut aquarum Metauri fluuij ostia, illic quidem sunt

Omnium longè optimi, summam qui victoria metam attingant.

Qui verò hic sunt, ex illis locis palantes aduenere,

Aequoribus nullis peragratis, per horridum maris vndas,

Illos nos Herele venamur intemptinos.

Thynnus porro nominantur &

το δειν & δειν, id est, à ruendo, impetuq; faciundo. Est enim huius piscis maximus

impetus, quoniam asilum capiti affixum parte quadam anni habet, à quo, vt Aristoteles

inquit, exagitur. Philolophi hæc verba sunt: Instante Canis exortu Gladius

& Thynnus cœstro perciti fuerunt. Tum enim prope vtriusque pinnae veluti

quidam vermiculus in hærescit, scorpio similis, aranei magnitudine, qui morsu illos

adeò stimulat, vt non minus quam Delphines exiliant, & in naues haud rarò deci-

dant. Theodoridas:

Thynni cœstro concitati cursu Gades petunt.

Polybius Megalopolitanus libro

trigesimo quarto historiarij de Lusitania Hispaniæ regione tractans scribit, in pro-

fundo maris quo alluitur, glandiferas quercus gigni, quarum fructu thynni vescan-

tur, & pinguescant: quapropter à vero minime aberraturum qui Thynnos esse di-

n Iunius adagio, Dadali machina. Erasim. proverb. De dali opera.

o E Perinthia Menandri partim con stata est Andria Terentij, in qua videtur locus hic sic expressus, Etiam pueru cœueni Chremi inde abien: sole ra, Et pisciculos mi nutos ferre, emptos obolo, in cœnam seni. Victor. cap. 8. 5. Var.

p Albo hepate. Ron del. Vide supr. pag. 81.

q Fortassis, Co las. Gesu. Rond.

r Palpamentum caude proscium. s Omnia hæc nomina propria maris, vocari, filiaru. Alias tamen piscem Ichthys significat Hesybia quietem: Galene tranquillitatem. Quidam pro Galene, legunt Glania.

e Pinguescit post latebra, vt inquit Theophrastus. Gesu. ex Arist.

y ποδωχρησθη. w. Natali vero, πολυειδη.

z Deorum matri, cui porcu & suem immolabant. Est autem Thynnus veluti porcus marinus, vt paulo post dicitur.

y Erasim. proverb. Thynni sunt, δειν- ται.

Citantur & hi versus pag. 224.

xerit marinos porcos, quia veluti fues glande pascantur, & augetur. Abdomen in hoc pisce commendatur, Eubulo teste, qui ait in Ione:

Afforum post thynnorum abdomina Admarabant diuissima.

Aristophanes in Lemniis:

Non anguillam Bæotiam, non glaucum, Non abdomen thynni.

Strattis in Atalanta:

Abdomen thynni, extremasq; partes, drachma emes, & fili. Abdomina thynnorum suauia.

Idem in Macedonibus:

Eriphus in Melibœa:

Hæc quidem inopes non possunt emere:

Thynnacis abdomen: lupi caput, congruæ: aut sepias,

Quas ne deos quidem beatos aspernari puto.

Quoniam verò Theopompus

in Callæschro dixit:

Piscium autem τρωγέσσιον, id est, abdomen, & Ceres: obseruandum τρωγέσσιον de piscibus vsurpari, ac rarò de suis, aut cæteris animantibus, efficq; incertum de quibus Antiphanes in Pontico intellexerit τρωγέσσιον, cum ait:

Quisquis obsonatus est execrandas has mustellas

Abdomine relicto, eum Neptunus male perdet:

Generoseq; affare praterea

Latus iubebit cum illis suum,

Alexis in Vlyse texente, caput thynni laudans inquit:

Piscatores in barathrum etiam deturbabo, Libertorum qui vilis hac mihi captant obsonia, Pusillas trischidas, sepiolas, & alios quosdam aridos.

Ab hoc prius thynni caput si accepero,

Anguillas misellas, non thynnium habere me suspicer.

In pretio fuerunt &

thynnorum, vt appellant, claues: Aristophon in Pirithoo:

A. Atqui prorsus corruptum est obsonium,

Affa claues due iam dudum preparatae.

B. Claues dicis quibus aperiuntur fores? A. Immo verò thynni,

Venerandum profectò edulium: & nullus Laconicus.

Antigonus Carystius

in libro De dictione, Neptuno, vt antea diximus, Thynnium sacrificari tradit. Heracleon Ephesius scribit Thynnium ab Atticis Orcynum appellari: Softratus verò libro secundo De animalibus, Pelamida vocari Thynnidem affirmat: auctiorem, Thynnium: grandiorum, Orcynum: & posteaquam in eximiam magnitudinem creuit, Cetum. Thynni Æschylus sic meminit:

Malleos sumere hunc, ac cudere iubeo

Ignitas ad is massas, qui, velut Thynnus, olim

Absque suspirijs, tacitus superbiebat.

Idem alibi:

Thynni more obliquè sinistrum admouit oculum: nimirum quia læuo thynnus oculo minus videat, vt inquit Aristoteles. Menander in Piscatoribus:

Obstreperumq; mare, magnum quod thynnium alit. Apud Sophronem θυννοβάτης, id est, thynnorum venator, legitur. Thynnus. Thynnidas nonnulli

vocant eos pisces, quos Athenienses Thynnos. Aristoteles scribit à maribus differre Thynnidas, id est, generis eius fœminas, quòd pinnam habeant sub ventre, quam ἀφάρτα nominant. Idem in opere De animantibus, eam discernens à thynno, parere scribit æstare, circa mentem Iunium, sacculo folliculum similem, quo multa continentur oua pusilla. Speusippus libro secundo Similium, & Epicharmus in Musis, has distinguunt à thynnis. Cratinus in Plutis:

Ego verò an Thynnus sum? an Mæna? an Thynnus?

An Orphus? Glaucus? Anguilla? Canis?

Aristoteles in libro De piscibus,

Thynnium esse tradit gregalem, ac locum mutare. Archestratus, minutarum rerum ac vilium anxius enucleator, inquit:

Thynna grandioris, quam appello Thynnida, Vream

Fac vt habeas: eius Byzantium metropolis est.

Eam

a Sive piscium, sive quadrupedum. Locum restituius γαλακταίας.

b Locus in Athenis fuit profundus, puto similis, in quem nocios precipitabant.

c Ad verbum, fricos, tostos, & posillos. d uides: alij uolunt dicitur partes brachij & faucibus proxima.

e Hæc thynnorum differentia pro ætate variatur, supra explicata est.

f Videtur hoc tanquam prouerbio dicitur in thynnos & ar rogantes, quasi ep sit ingenio thynnus & Quales edunt in opere suo fibri.

h Erasmi adagio, Thynni more.

i θωγέσσιον: alij canosum, imosum. k Erasmi adagio, Thynnissare, scribit Æschylus. Æschylus legit θωγέσσιον.

l Pulpa mentum cauda proximum. m Byzantium ea laudatissima est ac frequentissima.

Eam in frustra dissectam rectè assato Tuso sale tantum inspersam, oleoq; illitam: Frustraq; adhuc calida in muriam acrem demerge; Siccis post illis si uesci libet, generosa quidem sunt: Et natura & specie dijs immortalibus similia. Sin delirus & fatuus aceto rigabis, eaq; perierim. Optima quoque Thynnidis Byzantia Frustum medium in beta laceris Operimentis abicitur.

Antiphanes in Pædicone:

Thynnidis Vream laudat & Antiphanes in

Nouacula his verbis:

Quoniam ruri dego Nullo marino pisce vescor, Præterquam si iuxta littus, conger aliquis, vel torpedo capta sit. Aut thynnidis inferior pars cum oleribus apponatur. Hos comesse non de dignor: alios quidem omnes puto Hominum vorare carnem.

Idem & alibi:

A. Interdum ego comedo Flute huius tergus. B. anguillam dicis Aedepol Copaidem, valde rusticè.

& alibi:

A. Quoniam terram prope paludem aro. Anguillas, quod aciem deseruerint, & ordines, Accuso: prorsus enim nulla usquam fuit. Ex his versibus iambicis quosdam reperire licet in Acestria, quosdam in Agresti, sive Bubulco, Hipponax, vt Lyfias citat libro de Iamborum scriptoribus, inquit:

Hic enim ex ipsis vnus tacite & affatim Thynniam ac myttoton totos dies Abliguriens, quemadmodum Lampfacenus Eunuchus Hereditatem absorpsit: ideo effodere nunc cogitur. In montibus saxa, modicis ficis victitans, Ac collicibus ordeacetis, seruorum pabulo.

Thynnium meminit & Strat-

tis in Callipide: Hippuri, Aristoteles libro quinto De animalibus scribit veris tempore Hippouros oua parere, eaq; è minimis fieri maxima, vt & oua Muræna. Dorion libro De piscibus Coryphænam etiam Hippurum nominari tradit. Hicetius Hippureas nuncupat. Horum meminit Epicharmus in Nuptijs Hebes:

Oxyrrhynchi, Acus, Hippuri, Chrysothryes.

Numenius in Halieutico na-

turam huius piscis exponens, inquit, frequenter ipsum exilire, ac propterea vocari εἰσπυρῆ. Eius de Hippuro hæc verba sunt:

Aut magnum Synodonta, aut arnentem Hippurum, Hippurus Carystius optimus est

Archestratus:

Cum boni alioqui obsonij Carystia regio ferax non sit. Epænetus quoque in libris De obsoniorum condituris, Coryphænam appellauit. Equus. Fortassis is est quem τρωγέσιον, id est, Equuleum nominat Epicharmus, cum ait:

Coracini pingues, cerei; Equulei laues

Numenius in Halieutico:

Ac Passeres delicata virgines, Aut scarum, aut lauem Cynedum, aut Corbum bene educatum, Channasve, aut Colias, aut fuscum Coracinum, Aut Musculos, aut Equos, aut glaucam Cordylam.

Huius sic meminit An-

tiphanes Colophonius in Thebaïde: Vel Hycam, vel equum, vel quem Turdum appellant, Iulides. Has Dorion libro de piscibus scriptum reliquit, elixandas esse in muria, vel affandas in farragine. Numenius:

Fatum iam illum contemplare, voracemq; Iulida

Lumbricos,

Multam auersandam: ac venenum eiuculantem Scolopendram. sive terræ intestina, Iulos sic idem scriptor appellat:

Escharum

n Quam duram vocant. p Absq; condimento. q Suauia. r Exolest ac euanescent gratia sa por.

r Ideoq; abominandos esse nec attingendos.

s E diuersis fabulis citari hos versus paulo post notatur. t Hæc magis pertinet ad superiorem dispositionem de anguilla, quam ad hæc de thynno.

u Medicatrix, vel sarvice. y Edulium sive condimentum ex intrito allio, cepa, caeseo, ouo, allio, porro.

z Ignotus, panes qui seruis dabantur.

a Ob pinnam ere etiam crista modo, que incipiens à capite continetur ad caudam usque porrigitur. b Quasi agniti: quid agni demisso capite, parte posteriore sublimi ita se liant.

c Absque spinis, & suauia.

d Citantur & hi versus posthac, hoc lib.

e Quia morsu venata est. Vide R. delect.

d Lumbri, e igitur, Gesta, expositio litorales, & spales vermes, multus ac longis pedibus repentes, idoneos piscibus inest: Quam recte, ut dicitur, in p...
f Saxis aqua marina madida infidentis.
g Quo esca piscatores condunt.
h Non xiphias, i Scylla, Scilla, glaucen, hirudo, certamen, mergetes.
k Nebula, garm, stirps, splendor, canum, nullus, turdus.
l Turdus inter faea degit, non quilibet, sed ubi frequens alga est, Oppianus.
m Glaucus, Secidum genus Rondelii.
n Membrades, o Primi generis, Rondelii.
p Kubentem, undecim genus Rondelii.
q In nostris exemplaribus, Chromis, An Cremys, Chromis, & xiphias, & xiphias, diversi piscis sine, vide Geopon.
r Id est Apro, Caprisco magis haec est, mening quam Capro quidam putat.
s Nasse, siscina.
t Aprum lautissimum piscem haec significant, nec videndum nec gustandum est, qui in eo piscando non laborant, ut agricolis.
u Praesertim specie id docet nihil esse tam lautum, prosperum, letum, cui non sit adhaerentia quaedam molestia.
x Libro de voluptate, lautissis, cupedij. Sic interdu suam Gastrologia h vocavit.

Escarum tu memento. Has in summis terrae collibus Prope litus inuenies: illa quidem Itali^d Vocantur, nigri, terram comedentes, telluris intestinae: Sunt & cicada^e pedibus longis, cum areosa Saxa fluctuum aspergine spumosa^f, ad summum Usque consperguntur: inde petende Traherenda^g sunt, & in vas^h conferunt iacienda.

Turdi, ac Merulae. *χλυσ*^h, id est, Turdum Attici ideo dicunt, quod nomen femininum in *λα*, definitum si ante *λ*, alterum quoque *λ*, habeant, accusatiuus exit in *α*, vt in *σκύλαα*ⁱ, *σκύλαα*, *σκύλαα*, *σκύλαα*, *σκύλαα*, *σκύλαα*; non item eorum quorum nominatiuus in *λ*, terminatur: qualia sunt *κίχλη*^k, *φύτλη*, *γυβέλη*, *πρόβλη*, *πρόβλη*, *αγύλη*, ac similiter *κίχλη*. Cratinus.

Turdum si mandat belluo vir aliquis. Diocles libro primo De tuenda valetudine, piscium quos saxatiles vocant, mollem esse carnem inquit, vt Merulae, Turdi^l, Percae, Phycidis, Gobij, Alphefici. Numenius in Halieutico:

Glauci, orphive marinum genus, aut colore nigricantem Merulam, aut mari similes^m turdos. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Membradesⁿ, turdi, lepores, draconesq. fortes. Aristoteles in opere De animalibus pisces quosdam atris maculis notari scribit, vt Pancrates Arcas in Operibus marinis Turdum nominibus multis appellari tradit:

Vinosum^o praeterea Turdum: quem piscatores Et Lacertum vocant, & Aeoliam, Orphis Capite similem.

Nicander libro quarto Eorum quae mutantur: Vel Scarum, vel appellatum diuersis nominibus Turdum. Aper, & Cremys^p.

Aristoteles in opere De animalibus scripsit, pisces quosdam laeues esse, ac edentulos, vt Acum: quosdam in capite habere lapidem, vt Cremyn: quibusdam carnem esse durissimam, & asperam cutem, vt Capro^r: quosdam duabus lineis distingui, vt Seferinum: quosdam multis, ac rubris, vt Salpam. Apri quoque mentionem fecere Dorion, & Epānetus. Archestratus:

Ambracia beatam in regionem si te conseras, Aprumq. videas, cum mercare, ac inemptum ne relinque, Vel si auri tantum rependendum sit, afflatu ne te Nemesis deturbet.

Irata & infesta dea: is enim flos metaris est: Nec cuius mortalium fas eo vestit, Atque adeo ne oculis quidem intueri: praesertim ijs qui plicatum^s textum Iunci, paludis alumni, manibus cauis tenentes, Maris calculos commouere non solent^t, famelica vita ratione Ouille stercoreis excrementa terre inijcientes.

Citharus. Aristoteles libro De animalibus, siue De piscibus, tradit solitarium Citharum esse, dentibus ferratis, lingua soluta, corde lato & albo, vesci alga. Pherocrates in Doulodidascalo:

A. Suavis piscis est Citharus: hunc eme: B. Id per Apollinem valde me conturbat quod aiunt, Est & in Citharo mali quidpiam^u, o boni viri.

Epicharmus in Hebes nuptiis: Hyantides adsuere, Solea, ac Cithari. Apollini sacrum esse piscem hunc, ob nominis affinitatem cum cithara scribit Apollodorus. Callias, siue Diocles: Elops, Cithari^vve assus, Raia, & hoc Thymic caput. Archestratus in Hedypathia^w:

Citharum iubeo, Albus quidem si fuerit, ac carne dura, Elixare, in puram muriam cum oleribus deiectum, Sin aspectu rufus est, nec valde magnus, assare, Corpus gladio recto & nuper exacuto ubi compunxeris. Casco postea multo ac oleo inungendus est.

Impensa profusa is gaudet, est enim intemperans. Cordylus. Hunc Aristoteles

Antiphanes in Lamponce: Alexis in Phryge: Ameipsias in Cottabo ludentibus: Euphron: Philemon in Comorientibus: Aristophanes in Gerytade:

Intus.

stoteles in terra pariter^y & aqua degere scribit: eumq; mori, ad solem cum^z exaruit. Numenius in Halieutico eum Corylon^a vocat:

His adaptata sunt omnia: tu nunc exarmato^b Myrum Sphyrnam, Corylon, vel marinam Cicadam. Corydelidis idem sic meminit: Aut Myas^c, aut Equos, aut glaucam Corydelin. Cammari. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Praeter hos Bocas, Smarides, Aphyra, Cammari. Sophron in Muliebribus eorum meminit. Est autem Squillarum^d genus. Romani sic appellant. Charcharia. Numenius Heracleotes in Halieutico:

Verum interdum Charchariam, interdum vndarū illis fluctuantē Psammastidem^e. Sophron. Venatur alius Thynnos vestra, Charcharia carne vobis opus^f est. Nicander Colophonius in Glossis Carcharian etiam Lamiam vocari tradit, & Scyllam.

Mugil. Hicelius scribit Leuciscorum^g plura esse genera: Cestreus enim quosdam appellari, quosdam Cephalos, quosdam Chelonas, alios Myxinos. Saporis palato suauissimi esse Cephalos, optimiq; succi: secundos ab illis Cestreus: deteriores Myxinos: Chelonas verò, quos & Bacchos nominant, reliquis omnibus: Leuciscos omnes parum alere, succum bonum gignere, excerni facile. Dorion libro De piscibus Mugilem marinum laudat, fluuiatilem improbat: mariniq; species duas enumerat, Cephalum, ac Nestin^h. Idem echinumⁱ, qui est in capite Cestrei, Spondylum^k vocat, & à Cephalo inquit differre Cephalinum, quem & Blepsian nominant. Aristoteles libro quinto De animalium historia^l scribit Decembri mense ex Cestreis Chelonas, Sarginos^m, Cephalos, & quos Myxonas dicunt, parturire: diebus triginta parere: quosdam è Cestreorum genere minime coitu nasci, verum ex arena & limo procreari. Idem alibiⁿ scripsit Cestreos mutuo se non vorare, veluti qui sunt dentibus ferratis, cum ne carne quidem vescantur. Cestreorum autem species esse Peræan, Cephalum, Chelonem, qui prope terram pascatur arena & limo, & Myxonem, qui alio cibo non alatur, quam mucco eum oblinente. Cestreorum foetus à nullis piscibus denorari aiunt, quia nullorum piscium aliorum foetus ipsi mandant. Euthydemus Atheniensis libro De falsamentis inquit, Cestreorū species esse Sphenoneum, & Dactyleum: Cephalosq; sic appellari, ob grauius illorum caput: Sphenos autem, quoniam graciles, angusti, adductosq; ventre sunt, & quadrati: Dactyleos^p verò minus duobus digitis latos esse. Excellunt Cestrei ad Abderam capti, quod etiam Archestratus asserit, deinde ad Sinopen. Polemon libro De fluminibus Siciliae scribit, Cestreos à quibusdam Plotas vocari. Illos profecto Epicharmus in Musisita nominat:

Aeolia^q, Plotas, Cynoglossiq. aderant, & Kimbra. Aristoteles libro De moribus & ingenio piscium scribit Cestreos viuere etiam cauda mutilatos. Cestreum vorat Lupus, vt Congrum Muræna. Quod proverbio iactant, *λεσπεύς υνσώψ*, id est, Cestreus ieiunat, de illis exponitur, qui iustam^r & innocentem vitam agunt, quandoquidem carnem prorsus non comest. Anaxias in Monotropo^s, Matonem sophilistam gulæ ac hellpationis insimulans, ait:

Abreptum Cestrei caput denorauit Maton, Ego verò nullus sum. Archestratus elegans:

Ex Aegina circumflua Cestreum eme, Cum viris lepidis ac urbanis versaturus. Diocles: In mari saltat Cestreus pra gaudio. Cestreorum speciem Nestin esse Archipus in Hercule vxorem ducente inquit:

Cestreos Nestias, & Cephalos. Antiphanes in Lamponce: Alij quos habes milites, Cestrei Nestias^t sunt. Alexis in Phryge: Ego verò Cestreus Nestis domum recurro. Ameipsias in Cottabo ludentibus:

A. Rem conspicatus, id facere conabor, vt in foro quidquam mihi sit negotij. B. Minus ergo, veluti Cestreus, Nestis, me sequeris. Euphron: Midas sane Cestreus Nestis est: ieiunus obambulat. Philemon in Comorientibus: Cestreum Nestim sum mercatus, assum, non magnum. Aristophanes in Gerytade:

Intus.

y Esse Amphibiū. z Cum aqua egressus ex solū rē dīs exsūsus in flumē redire non potest, quāmadmodū ex flūte exsiccata sole demergere se amplius nequeunt. a Deracta litera d. b Desquamato, exsiccato, edorsuato. c Val Muscalors, vel Carificum piscem, de quo vide Rond. d Gammaros, lege in opere Rond. cap. de Squilla calata. e Porcum, ab arena dictū, quod arenam rostro fodiat, vt lucum sus. Gess. f Qui voracem ingluuiem vestram fuer. g Hic Leuciscos genus ad omnes Mugilum species. Cestreus, Muril speciatim dictus: Cephalus, Caput: Chelom, Labeo: Myximus, Mucosus, Leuciscus species. h Ieiunum: idem est cum Cestreo, Nestis, Peræa, Sarginos, Rond. i Asperum echini modo lapillum. k A similitudine verticilli, quo sic mulieres aggrauant, Rond. l cap. 11. m Cestreos speciatim dictos. n lib. 8. hist. cap. 2. o Sparum inftar vel, vt alij, cuneorum, crastorum supra, infra graciliū, & quadratorum. p Pauld post, Dida Etyleos, quasi bis digitales. q Coracini, vide pag. 230. r A aliorum iniurijs abstinens, quā tamen ab innocētia sua nihil laudis aut compendij reportat. Eraf. adag. Cestreus ieiunat. s Ea vox significat hominem simplicit, ac minime versipetlem. t Famelici, malè pastis, malè curati.

Abundare pos-
tam ad Cestrinam
Chloantia pariem
Erasim. adnotat.
x Lunius adagio,
Mugilis vitam de-
gere.

y Lanat; balneo
vitae.

z Alij vesperi
serius accedens: ve-
stimus.

a Quinto, quo ma-
liores a cibo absti-
nebant; tota enim
diebus nouem semis
na in Casto Cereis
erauit. Virg. Perij
uonem noctes ve-
nerem, taletusq; vi-
riles in vestitu pu-
merant.

b Cullus cum ole-
ribus. Infires ole-
ribus minutim con-
cisis nutriuntur, cui
firinas, & aqua.

c Astute, callide,
Sic apud Erasim. a-
dagio. θεασαλο; τό-
φιμα.

d Mutus, indoctus,
Vulgare est prover-
bium. Pisce magis
mutus.

e Hec analogia
si vera est, Anguila
λε ιδιοτης νό στε-
ριμι.

f Cynicos philo-
sophos per conuicti-
onem sic appellat.

g Citatur & hic
pursus pag. 229.

Intus ne hominum Cestreonum colonia est?
Nestias quidem esse a quoniam cognoscitur.
Sapius incarnatus spatiatur; Cestrinus ille Nestis est,
Quartum iam diem in aqua mergitur,
Misellij Nestios Cestrei vitam agit.
His tandem de lauto hoc obsonio re-
citatis accedens Hesperius vnus e Cynicis inquit, Ieiunium, o amici viri, nos quo-
que ne celebremus, quod sit medio Thesimophoriorum die. Cestreonum more
profecto nunc ieiuno. Nam, vt ait Diphilus in Lemniis,

Hi canarunt, ego vero miser
Extremum ob ieiunium Cestreus sacro,
Sermone illum excipiens Myrti-
lus, quod ait Theopompus, inquit,
Adstretis deinceps Cestreonum Nestium
Suauis ne gratiosus carnis, oleribus
Anserum modo tractatus, ac cibatus.

Vos autem nullius horum partici-
pes esse patiar, priusquam vos, aut condiscipulus vester Vipianus, exposueritis, cur
solus ex piscibus Cestreus Nestis appelletur. Quoniam, inquit Vipianus, animatam
escam nullam mandit, nec allicitur inescaturve aut carne, aut aliis id genus quæ ani-
mata sint, vt inquit Aristoteles, qui nisi ieiunus sit, vilem in cibo esse tradit Nestin,
in metu caput occultantem, perinde ac si corpus torum abdiderit. Plato in Feriis in-
quit: A. Excunti mihi occurrit piscator asserens Cestreos.

B. Ieiunos ille pisces & malos aduexit tibi. Tu vero id mihi dicito, o Thesfa-
le iustator, cur pisces a poetis ελωπιες vocentur? Tum ille, quia voce carent. Volunt
enim quidam ελωπιες tanquam ελωπιες dictos fuisse, ob eius vocabuli rationem ac
compositionem. Est enim ελωπις, ερωπις, arceri & prohiberi: οφ αυτημ, vox: id quod
tu ignoras, quippe qui ελωπις etiam sis; Ego vero, vt est apud sapientem Epicharmum,
Quandoquidem nihil respondit canis,
Quæ ante hoc seculum aiebant homines
Tanquam debitum es alienum, adduco;

& ελωπιες dictos affirmo, quia squa-
mis tegantur. Ego autem, quamuis propositum non fuerit, id explicabo, cur Py-
thagorici modicè aliis quidem animatis vescentes, quædam etiam sacrificantes, so-
los omnino pisces ne gustant quidem, nimirum quia silentium colunt, diuinum quid-
piam existimantes esse taciturnitatem. Verum quoniam, o Molossi canes, perpe-
tuo vos siletis, nec tamen estis Pythagorei, alios pisces ego persequar. Coraci-
nus, Marinus, inquit Hicetus, parum alit, excernitur facile, succi est medio-
criter boni, Aristoteles libro quinto de Animalium historia, contingere omnibus
ferè piscibus asserit, vt celeriter augeantur, sed potissimum Coracino. Parit is iuxta
terram, in locis algæ & musco densis. Speusippus libro secundo Similium, Melanu-
ro & Coracino eandem esse formam tradit. Numenius in Halieutico:

Facile is attraxerit Aeolian Coracinum. Considerandum igitur an Cora-
cini sint Aeliæ Epicharmi in Musis, hoc versu:
Aeliæ, Plotess, ac Cynoglossi. Nam in Hebes nuptiis idem Aeliæ me-
morat vt discrepantes;

Mus, Alpheste, Coracini cerei, Aeliæ, Plotess, Cynoglossi. Euthydemus li-
bro De fallamentis scribit Coracinum a multis Saperdam vocari. Idem quoque tra-
dit & Heracleon Ephesius, & Philotimus in opere de obsoniorum preparatione. Par-
menon Rhodius libro primo De disciplina coquinaria, Saperdam Coracinumq; Pla-
tistacum etiam nominari affirmat. Aristophanes in Telmissensibus:

Coracinarum quibus nigra pinnae sunt. Diminutiuo nomine in Obliuoso
Pherecrates sic est vsus:

Cum Coracini & Menidijs commercium habes. Amphip in Ialemot
Coracinum quisquis marinum comeit
Præsente Glaucio, mente is captus est.

Nilotici Coracini quàm delicata, iu-
cunda, & suavi carne sint, experti nouere. Coracinis inditum nomen est, quod effidè
ροζας κινδισι, pupillas mouent, nec vnquam cessant. Platacas Alexandrini vocant ob-
rotundam

rotundam & latam figurâ qua ambiuntur. Cyprinus. Gregalem esse hunc pro-
didit Aristoteles, ac minimè carniuorum. In ore linguam non habet. Eius loco
palato carnosio natura illum donauit. Dorion inter fluuiatiles & lacustres, his verbis
recenset. Ex squamosis est quem Cyprinum vocant. Gobij. Succum mul-
tum præberent, vt inquit Hicetus, gustu eximie placent, excernuntur facile, malum
succum gignunt. Suauitate gustus nigris candidiores præstant. Flauescunt la-
xior & minus pinguis caro est, succumq; paucior ac tenuiorem suppeditat: plus
tamen ob piscis magnitudinem alimenti præber. Diocles faxatiles Gobios esse mol-
liores autumat. Numenius in Halieutico eos Corthos appellat:

Aut Scarum, aut Corthum bene habitum, aut Cynadum dederim. Sophron in
Rustico, thynnorum piscatoris filium inde Thynnopyten & Corthonium fortassis
vocat. Gobium à Siculis Corthonem appellari scribit Nicander Colophonius in
Glossis, & Apollodorus in suis commentariis de Sophronis versibus. Epicharmus
in Hebes nuptiis Gobios nuncupat:

Pastinaca parte posteriore aculeata, mollesq; Gobij. Antiphanes in Timone
laudat Gobios, & vnde optimi aduehantur his verbis docet:
Iam aduenio sumptuose mercatus ad has quæ opus sunt nuptias:
Obolo dijs ac deabus thura
Omnibus, mellita liba heroibus dispartiar:
Nobis vero mortalibus emi Gobios,

Quos vt inspicendos admouere iussi effactarium
Ac scelestum pisces qui vendebat, en, inquit, propono tibi,
Illorum gentem ac populum, sunt enim Phalerici:
Alij vero, vt manifestum est, vendunt alienigenas,
A. E piscarijs quidam nuper quatuor
Drachmis Gobios aestimabat. B. nimio. Fluiuatilium Gobiorum meminit
Dorion libro De piscibus: Cuculli. Epicharmus:
Et miidi Cuculli.

Quos omnes diffisos nos ipsi assatos & conditos cum voluptate edebamus. Do-
rion eos iuxta spinam diuisos assari præcipit ac condiri sale, caseo, olero, rhoë, oleo,
lafere: inuersosq; vngere oleo, paucum sale inaspergere, & cum ab igne remouen-
tur, aceto irrorare. Rubrum à colore Numenius sic vocat:

Alias rubrum
Cucullum, paucasve Pemptheridas; alias Lacertum. Canis. Carcharias.
Horum meminit Archestratus helluonum Hesiodus, aut Theognis, qui, vt his versi-
bus de se testatur, voluptati quoque deditus fuit:
Statim ac Sol in æthere solidipedes equos
Ostenderit ad meridiem usque dudum peruenisse,
Cena finiatur in obcundis negotijs ardor, cuiusq; animus iusserit,
Omnifaria bona ventri largiturus:
Aquam lauandis manibus confestim è foribus ac coronas intro ferat
Molliusculis Lacedæmonia formosa puella manibus.

Quin & amore se
puerorum teneri non negat sapiens ille vir, his carminibus:
Hymnum deinde cantare permisit amabilem virginem.
Pramiumq; nostri certaminis fuit formosus puer, ætate florens.
De illo tu & ego contendamus, qui certamus de sapientia.
Vt quanto nulli præstantiores sint asinus, cognoscas.

Archestratus igitur in
suis præclaris præceptis hortatur sic gulones:
In Toronæorum ciuitate Carcharie canis oportet
Caua opsonari subdita inferne abdomina:
Deinde cymino conspersa saleq; non multo assare,
Quibus, o charum caput, addendum insuper nihil
Præter Glaucum oleum: ubi vero
Assata iam fuerint, ea cum inuito suauiter afferenda sunt.

Quotiens
v 2

h Corruptus hic
locus totus ex Ari-
stotele restitutus est

i Qui maximi
sunt, vt minimi al-
bi, medij nigri.

k Quid thynnos
à patre captos esse
rot.

l Toronæorum.

m T. A. G.

n Erasim. adagio,
Multi præstantiores
asin.

Quotiens autem in pleno lancis alveo iurulentia coques,
 Nec aqua gelida fontem, nec confectum è vino acetum
 Commisce, verum oleum affunde solum,
 Arido cum cymino, & olentibus suauiter herbarum folijs,
 At super pruna id elixa, nec flammam admoue,
 Agita crebro, ne te infacio exuratur.
 Non ita multis hominibus notum est diuinum hoc edulium:
 Eo vesci recusant quibus fatua & leuis
 Mens contigit, & qui stupidi sunt ac inter mortales attoniti,
 Quia hominum carne pascatur hac bellua: piscis enim
 Quibus humana delectatur carne, obuia scipi sit.

Plin. cap. vii.
 Thuriarum tomum, sive Xiphid.
 Vide supr. pag. 455.

Quod enim Onidius & Oppianus scribunt rete circumdatus, arenam cauda fudit, & iacens: rete quod supra trahitur, effugit.
 Erasmi adagio, Labrae Milesis.

Aetolie ciuitate, & Thessaliae lacum. Natale legitur, Boonhon. Mari vicinus est. Strabo.

Huius piscis pars est quam Thurianum obsonium Romani vocant, laurissimum & suauissimum. Lupi, Huius quod Aristoteles prodidit, carniuori sunt ac solitarij. Adhaerentem in linguam habent & ossicam: cor triangulum. Idem libro quinto Historiae animantium parere Lupos scribit, veluti Mugiles, & Chrysofryas, iis potissimum locis ubi fluuij mare subeunt, idq; bis, & hyeme. Hicessio teste Lupi bonum succum gignunt, nec alunt multum, sed minus facile egeruntur, at gustus suauitate primas obtinent. A voracitate huic pisci nomen dederunt. Aliis piscibus hunc anteire prudentia vulgo credunt, quod in se tuendo & conseruando ingeniosus & solers sit. Quapropter Aristophanes dixit:

Lupus piscium omnium sapientissimus. Alcaeus, carminum Lyricorum scriptor, sublimem eum in summis aquis natate prodidit. Arcestratus vero sapiens: Miletum cum adieris, ex Gæsonè tu accipe Cestreyum Cephalum, & prolem deorum Lupum. Illic enim optimi sunt, ob eius loci proprietatem. Alij quidem pinguiore multi ad celebrem Calydonem capiuntur. Et abundantem opibus Ambraciam, stagnumq; Bæbeida, Verum suauiter olens ventris pinguedo, grataq; Acrimonia pungens, illis deest: superiorum autem, ô amice, Virtus admiranda est: integros illos cum squamis Posteaquam sic assaueris, vt optime tenerescant, appone cum muria. Hoc autem obsonium cum tu preparabis, Nec Siculus, nec ex Italia quisquam interueniat, Nobilissimos pisces illi condire nesciunt, Sed caseo dum insarciunt omnia, illos male corrumpunt: Dum acetum inspergunt, ac laseris muriam liquidam. Pisciculos quidem saxatiles ter excorandos Omnium optime illi preparare nouerunt, Elegantesq; multas species adornare in conuiujs possunt Paruulorum obsoniorum, scitamentorumq; nugatoriorum.

Aristophanes in Equitibus lupos qui circa Miletum nascuntur, vt excellentes memorat, his verbis:

At Milesijs lupis cum te ingurgitaueris Tumultum factes. Idem in Lemniis: Non lupi caput, non locustam emes, tanquam in pretio sit lupi caput, velut & glauci. Eubulus in Nutricibus: Apparatu magnifico ne nos accipe, Sed mundo: ad te beneuolentiae causa venimus. Sepiolas prabe, loligines paruas, exilia polypi flagella, Nestin quendam, vuluam, intestina pinguis, Lupi caput ingens.

Gæson autem, cuius Arcestratus meminit, Gæsonis ve, lacus est mari iunctus, inter Prienen & Miletum, vt scribit Neanthes Cyzicenus libro sexto Rerum Graeciae, aut, vt Ephorus tradit libro quinto, fluuius Prienae vicinus, in eum sese lacum exonerans. Archippus in Piscibus, cum luporum meminit, inquit;

Aegypt

Aegyptius scelestissimus piscium
 Instititor Herymus, detracta vi pelle
 Squatinas cumctis & Squalos vendit, ac Lupos
 Exenteratos. Latus. Hunc in Italia optimum esse tradit Arcestratus

his verbis:

Latum quoque nobilem in Italia syluosa
 Scyllaeum fretum habet, cibum mirificum.

Qui Lati in Nilo gignuntur, ea nonnumquam inueniuntur magnitudine, vt plures quam ducentas libras pendant. Candidissimus hic piscis est, ac, quocumque modo praeparatur, delicatissimus, Glanidi ex Istro similis. In Nilo generantur & piscium aliarum multae species, omnes lautissimae, ac praecipue Coracini, in multa diuisi genera, & quos Maotas vocant, ab Archippo in Piscibus his verbis memoratos:

Maotas, Saperdas, ac Glanidas. In Ponto quidem multis piscibus à Maotide palude nomen est tributum. At Nilotici pisces, si meminisse queo, multis iam annis peregre degens, sunt, Torpedo lautissima, Porcus simus, Phagrus, Oxyrrhinchus, Allabes, Silurus, Synodontis, Eleotris, Anguilla, Thripla, Abramis, Typhla, Lepidotus, Phyla, Cestrea, & alij non pauci. Leiobatos. Squatinam etiam Baton, id est, Raiam, vocant. Raiæ læuis, vt inquit Epænetus in Opfartytico, candida caro est. Plato in Sophistis:

Sive Squalus fuerit, sive Leiobatos, sive Anguilla. Muræna. Theophrastus libro quinto de iis piscibus, qui in sicco perdurant, inquit Anguillam, Murænam, & si quis alius piscis huiusmodi est, serpentine similis, extra humorem posse diu viuere, quod parua illarum branchiarum humoris parum admittant. Non minus alimenti Murænas exhibere quam Anguillas, vel Congros Hicessius scribit. Aristoteles libro quinto De animalibus illam è paruula tradit celeriter crescere, esseq; dentibus ferratis, ac exigua omni tempore oua parere. Epicharmus in Musis absque σ, Myrænas his verbis appellat:

Nec Congrorum crassorum, nec Myræna. Sic & Sophron. Plato vero, siue Cantharus, in Symmachia cum σ, profert:

Raia, Smyrnaea, adest. Dorion libro De piscibus, fluuiatilem nostram Murænam vnam spinam habere tradit, Acello, quem Gallariam vocant, similem. Andreas libro de iis quæ morfu venenata sunt, tradit ex Murænis illas interficere, quæ viperæ fatu procreantur, esseq; minores ipsas, rotundas, maculosas. Nicanter in Theriaco:

De Muræna hoc stupendum, eam miseros piscatores. Saepius demorsos è suis nauiculis deturbare In mare, fugere cupientes, quæ è vipera prognata est, Si modo verum, illam cum venenum ei aculantibus viperis Coire, relicto maris pabulo, vt in continentem exeat.

Andreas libro De iis quæ falso creduntur, eos mentiri scribit qui aiunt Murænam in iurulentam maris oram progredientem cum vipera misceri, quæ in cænohis non versatur, sed nemorum solitudines amat. Softratus in opere De animalibus, (sunt autem ij duo libri,) iis assentitur, qui à vipera Murænam impleri aiunt. Myrus. Myrus, vt inquit Aristoteles libro quinto De animalibus, à Muræna distat, quod vnicolor sit, validus, dentes habeat intus atque foris, Piceæ colore similis: Muræna vero imbecillior, ac varia. Dorion autor est, Myrum carere spinis per carnem sparsis, totumq; supra modum esse tenerum, ac in cibis vtilem. Esse vero illius genera duo, alterum nigrum, alterum subrufum, ac meliore qui nigricat. Arcestratus voluptuarius philosophus:

Inter Italiam, quæ fretum angustum & fluctuosum est, Si quando capta Muræna fuerit, quam Flutam vocant, Illam emas, edulium scilicet admirabile. Mænides. Hicessius meliorem

has succum generare scribit quam Gobios, minus tamen palato gratas esse, alijq; minus excretionem adiuuare. Specusippus libro secundo Similium Mænidi similes esse tradit Boacas, & Smaridas, quarum Epicharmus in Terra & mari sic meminit:

v 3 Bocas

Quam detractâ vendat fabrica ligna politeri ac laugaturâ.
 Porcasis, vt Lupi hepatis gustu suauissimâ scorfim videret, quod assumit Arabij mali sic co conditum, galli uacuo anserinoq; de licatus est. Rond.

Raja læuis. Vide Rond.
 Corruptus hic esse locus videtur.

Lagunatur hæc in libello Theophrasti de piscibus, quæ nos veritimus.

Belli societate.
 Lampetra vulgi.

Sturioni vulgi, d'Exitio sum hominem, & autorè perniciosa calamitatis olim & Murænam vocant, & Viperam, & Draconem. Comicus ad oedipon tragœdij, sub-pura. Imus adagio. Muræna. ex Suida.

Et Siciliam, fredo quod R. hegiu à Mefana dissepit. Varro apud Agellium cap. 16. 7. laudat Murænam è Taranto, Pelamidem Chalcedoniâ, Asellum Pefinuntiam, Rhodiâ Elopem, Scaram Cælicium, Pefinuntiam Chium, Ostrea Tarantina, Martiali Gerres.

g. Κωδός οὖν, vel dicitur. Masarius Cynofina: legendum puto κωδός i- quibus, quid post eor- tum in pisci formā quidam oleat, in- stat canis marini, quemadmodum et Mama masob id di- ctus regis, id est Hircus, cui natura simillimus est. Ci- tatur et hic ver- sus sub finem huius lib. h. Viliſſimos nam- que, minimos, et contemptiſſimos pi- ſces habet in deli- cijs: Hecate, Eraſm. adag. Hecates co- na. i. αὐτῶν ποφῶν, et cum accenti in pe- nultima, hominum vorator: αὐτῶν ποφῶν, cum accen- tu in antepenulti- ma, quem homo vo- rat. Quidam αὐ- τῶν ποφῶν mag- nos et pretioſos piſces vocant, pro- pter impetum, qui- bus turconum et prodi- gorum opes abſu- munt. Geſta. Citan- tur et hi verſus lib. 3, ſed depravati in codice Græco. k. Eraſm. adagio, Perca ſequitur Me- lanurum. l. αἰγῶν, turpem. Rond. m. Nigrum, ſqual- lidum. Rond. n. ἀντιζῶν, me- raphora ſumpta ab oculorum initio et deſpecto conſpectu.

Bocas multos & Smaridas an non vides? Epenærus in Opſartytico: Smarida, quam Canis cubile quidam vocant. Antiphanes in Ruſtico ſive Butaione, Mænidas Hecates h. cibum appellat ob corporis breuitatem, his verbis:

A. Hos ſanè magnos piſces omnes exiſtimavi Ἀὐθῶ ποφῶν. B. Quidnam loqueris, o amiçiſſime? Ἀὐθῶ ποφῶν? quid ita? an quia homines illos comedunt? Ea quidem certè ſunt Hecates cibaria

Quæ iſte narrat, Mænides, & Triglides. Quidam Leucomænidas vocant, nonnulli & Boacas nominant. Polyochus in Corinthiaſte:

Hoc tibi, per deos, aliquis ne perſuadcat, Eò cum veneris, Leucomænidas

Vi appelles Boacas. Melanurus. De hoc in Halieutico Numenius inquit: Scorpium, vel Percarum ducem h. Melanurum. Hiceſius Sargo eum ſimilem eſſe tradit, ſed nec ſucci bonitate, nec ſaporis gratia parem: nonnihil adſtringere, & alere fatiſ. Eius in Hebes nuptiis Epicharmus ſic meminit:

Aderant & Sargini, & Melanuri. Ariſtoteles in opere De animalibus ſcribit ex piſcibus Melanuris & Sargis caudam caudæq; vicinam partem maculis eſſe notatas, ac in eorum corpore ſpectari nigras multaq; lineas. Melanderinus Melanuro ſimilem eſſe aiunt: Speuſippus libro ſecundo Similium, vocari Λογερῶν, & à Numenio Λόγγον, hoc verſu:

Aut Pſoi bum, aut Salpas, aut littoſalem Draconeſq;. Mormyros. Pluri- mum hic alit, vt inquit Hiceſius. Epicharmo in Hebes nuptiis Myrmas vocatur, ni- ſi forte inter ſe piſces illi diſcrepent. Numenij verſus eſt:

Hirundines, Myrmaç, Porci, Colie, & Myxones adſunt. Lynceus Samius libro De arte obſonatoria, quem ex amicis cuidam Dyſoni, vel Zenoni dicauit, in- quit, inutile non eſſe aduerſus ichthyopolas, qui rigida & immobili peruicacia nun- quam ſectuntur, vel ad oblatum pretium ſe demittunt, expoſitos piſces vituperare, citato Archeſtrato qui de Cupediis ſcripſit, vel aliquo alio poëta, & vnum ex ver- ſibus huiusmodi quempiam adducere:

Mormylus littoſalis piſcis malus eſt, nunquam bonus, & Aniam autumnno mercare, nunc autem ver eſt, &

Ceſtreum admirandum, hyems cum acceſſerit, Eſt verò nunc aſtas. Talia multa ſunt quibus ex tempore pronuntiatſ ad- ſtantes licitatores fugare, & ſummouere queas, vt cum hoc fiet, quod tibi viſum fue- rit cogatur is accipere. Torpedo. Plato ſive Cantharus in Symmachia:

Torpedo namq; incundus cibus eſt. Plato in Menone: Etenim mihi pror- ſus videris, ſi quid iocari licet, ſpecie alijsq; rebus, latæ huic marinæq; torpedini ſi- millimus eſſe. Nam illa ſemper appropinquantem & tangentem torpore ſtupefa- cit. Apud Homerum diſtio νάρκου extat:

Ad carpum manus νάρκωτος. Menander in Phano, per æ extulit, Toti meo corpori νάρκωτος ſupergreſſa eſt, cum veterum nemo ita fuerit uſus.

Hiceſius tradit eam minus alere, ſucciq; parum gignere, habere tamen cartilagi- neum quidpiam, laxum ac molle, ventriculo impendio gratum. Theophrastus li- bro de iis quæ ob frigora latent, ſcribit Torpedinem terram ſubire vt ſeſe abſcondat. Idem libro de iis quæ morſu aut percuffu venenata ſunt, ſcribit eam, ſuam vim tranſ- mittere per ligna & fuſcinas, quæ torporem manu tenentibus inducat. Clearchus Solenſis in libro De Torpedine, cauſam reddidit: at eius oratio quia prolixior eſt, memoria eſſugit, ideoq; librum eius vt legatis vos adhortor. Eſt autem Torpedo, Ariſtotele teſte, ex cartilagineis, & catulos parientibus. Piſculos ad pabulum ea ſi- bi venatur, ſi qui forte illam attingerint, torpore immobiles efficiens. Diphilus Lao- dicenſis ſuis commentarijs in Nicandri Theriaca adnotauit, non totum id animal torpore afficere, ſed certam quandam eius partem, experienciãq; ſe multa id cog- nouiſſe. Archeſtratus:

Elixam quoque Torpedinem cum aceto, & oleo,

Olercq;

Olercq; fragranti, & exiguo caſci ramento. Alexis in Galatea: Torpedo ergo, vt aiunt, condimentis peruncta, Integra aſſanda eſt. Idem in Demetrio: Deinde Torpedinem accepi, mecum cogitans Mulieris que aſſerebat, digitos

Molluſculos ab ea torporis nihil pati. Gladius. Hunc Ariſtoteles ſcri- bit breuem habere roſtri partem inferiorem, ſuperiorem autem oſſeam, longam, to- tius corporis magnitudini parem, quam Gladium vocant, tantumq; piſcem eden- culum eſſe. Archeſtratus:

At Byzantium proſectus, è Xiphia ſaluſum pulpamentum accipe: Nimirum prope caudam ſpina vertebram. Eſt autem & nobilis In ſiculo ſreto, ad extremum illius exitum iuxta Pelorum.

Verum, quiſnam quaſo fuit tam diligens monitor, & adeo curioſus de obſonijs iudex, quam non ſo- lum riſu, ſed etiam ludibrio dignus hic poëta, qui tam diligenter ventris gratia fretu quoque Siculum nauigio traiecit, & ſingularum in piſcibus partium qualitatem, ſuc- cum, & ſaporem, gulæ vt ſeruiret, perſcrutatus eſt, quaſi vtilem vitæ hominum labo- rem ſuſciperet. Orphus. ὀρχῶν vulgus cum o, ὀρχῶν cum ω, Pamphilus vocat. Ariſtoteles libro quinto De animalibus, quo loco ſcribit piſces quodam celeriter augetere, Orphon ſcribit ex paruo breui tempore magnum fieri. Carne Orphus paſcitur: dentibus ſerratis eſt, ac ſolitarium. Huic peculiare quod nulla genituræ via reperiatur, & diſſectus diu viuat. Latet & gelidiſſimis diebus, littoraq; terræ propin- qua magis amat, quam altius mare. Longius quam in biennium huius vita non pro- rogatur. Eius Numenius ſic meminit:

Hiſce a ſummo cubili procul Scorpium, aut Orphon vnde quæque aſperum ſublaturum abduxeris. Idem ruruſum: Glaucos, vel Orphorum marinum genus, vel atrii coloris Merulam. Dorion iuniorẽ Orphon ab aliquibus vocari Orphacinen

prodidit. Archippus in Piſcibus: Dei ſacerdos Orphus illis aduenit. Orphi ſaluſum pulpamentum tepidum, Te namq; domum reduxit, o anus, putrem, Cratinus in Vlyſſibus: Plato in Cleophonte:

Orphis, Phagris, & cartilagineis piſcibus acnorandam. Ariſtophanes in Veſpis: Orphos ſi quis emat, nolit autem Membradas. Nominatum huius diſtio- nis ſingularem cum acuto accentu proferunt Attici, vt ex Archippi verbis in piſci- bus ſupra nos oſtendimus: Genitiuum autem Cratinus in Vlyſſibus:

ὀρχῶν ſaluſum pulpamentum tepidum. Orcynus. Dorion libro De piſci- bus inquit, Orcynos ex mari, quod columnas Herculis circumluit, tranſmeantes in noſtrum venire, ac idcirco plures in Hiberico & Tyrrhenico mari capi, illincq; in alia maria diſpergi. Hiceſius eos qui Gadibus capiuntur pinguioreſ eſſe tradit: poſt eos, qui in Sicilia: at qui procul ab Herculis columnis intercipiuntur, minimè pingues eſſe, quod per regiones plures enatauerint. Gadibus ſale condiuntur eorū iuguli, vt Antacæorum buccæ, maxillæ, ac palatum. Saliuntur & ex iis pulpamenta quæ Me- landrya vocant. Hiceſius pinguia eorum abdomina guſtus ſuauitate alijs partibus multum antecellere iudicat, illis tamen palato magis ſapere iugulos. Onos, & Oniſcos. Quod ſcribit Ariſtoteles in opere De animalibus, huic b. apertum os hiat, ſimiliter vt Squalis. Gregalis hic piſcis non eſt. Solus hic piſcium in aluo cor habet, & in cerebro lapides molæ ſimiles. Aſtuofiffimis ſub canicula diebus ſolus hic ſe occultat, cæteris gelidiſſima anni parte latitantibus. Horum ſic meminit Epicharmus in Hebes nuptiis:

Channe valde hyantes, variõq; ventre aſelli. Ab Ono diſtat Oniſcus, vt in- quit Dorion libro De piſcibus ad hunc modum: Onos quem Gadon aliqui nomi- nant, Galleridas, quem Oniſcum & Maximum quidam vocant. Archeſtratus: Onon Anthedon præbebit, quem Callariam nuncupant, Bene habitum, ingentem, verum circa eius corpus caro alitur.

v 4 Multis

q. Sub. oſcu. r. o. e. p. s. s. Iunius adagio, Ambitiſtor Cleo- phonte. t. Mortuam in ma- re ſe abijciant. v. Eubius in p. p. m. d. a. n. t. u. a. i. u. e. s. m. e. p. e. c. y. d. a. s. O. v. r. e. s. d. i. v. a. r. i. e. t. i. a. n. t. i. a. u. t. i. n. t. e. u. a. n. d. i. Statim pro- pinquus dicit qui ve- dit Membradas, Ty- ranni. modo obſo- nari videtur hic ho- mo. Niſpe quod ve- gius piſcis Orphus ſit. Membras ple- beia. Superioribus hac addita rem cla- riorem ſciunt. a. Oceano tam ra- ſto, vt olim prouen- bio ſtatim ſit, et- tra columnas Her- culis circumluit, quæ- tu eſt, vide pro- uerb. Ad Herculeſ columnas. y. T. a. v. e. d. i. v. e. Idea quod aſſu- lu quernis ſimilia ſint. Plinius. a. Aſinus, et Aſel- lus. b. De Aſello Gale- rida, ſive Acipen- ſere hac intellexit Rond. c. Falſum hoc eſ- ſe Rond. diſputat. Iun. adagio, Aſella ſimili. e. u. g. i. l. a. Dijus Clemens lib. 2. Radagog. e. u. g. i. l. a. d. P. a. u. i. d. e. o. z. a. n. o. s. Iunius ex Epi- charmo o. e. r. g. a. r. i. s. l. a. y. a. n. t. e. p. o. r. t. e. n. ſ. o. v. e. n. t. r. e. o. b. c. o. r. d. i. ſ. u. m. e. Merlanus noſter. f. Acipenſer. g. Canterus cap. 5. 4.

h Polypus.

Multis quidem bonis, & suavis, mihi verò fatida: sic alijs alia placent. πολυπὺς h, sic Attici proferunt, quemadmodum & Homerus:

Veluti Polylope è cubili extracto. Conuenit proportio. Nam à dictione πῶς vox illa originem habet. Accusandi casus est πολυπῶν, vt ἀλκίον, & οἰδῶν. Æschylus πολυπῶν lebeta dixit, in Athamante, à primaria simpliciq; dictione πῶς, qualis est, & πῶς, πολυπῶν dicere Æolicū est, Attici πολυπῶν enuntiant. Aristophanes in Dédalo:

Habentem ista, nimirum, πολυπῶς, & Sepias.

Idem: Τὸν πολυπῶν ἔσθ' ἔφαθ' ἔμην.

Idem rursus: Πλάγῃ, vt dicunt, πολυπῶς τῆσι.

Alcæus in Sororibus vitiatis: Stolidum esse, ac Polypodis habere mentem.

Ameipsias in Lurcone. Multis scilicet Polyypis usus erit.

Plato in Pueris: Vt Polypodas, primum te.

Alcæus: Meipsium, vt πολυπῶς, comedi.

Quidam Polyypoda declinant seruata proportione, cum πῶδ'ος, πῶδ'ι, πῶδ'α, casibus nominis πῶς. Eupolis in Populis:

Tu rempublicam tractas, esto Polyypus moribus.

Diocles libro primo Salubrium, Molli carne pisces, & suaues gustu sunt, & ad Venerem conferunt, præcipueq; Poly-podēs. Aristoteles Polypo refert octo pedes esse, duos quidem supernè, ac infernè totidem, minimos, medios autem, maximos; cum acetabulorum ordine duplici, quibus ori cibum admouet: oculos, supra duos pedes: os & dentes in pedum medio: Dissecto ac explicato cerebrum bipartitum videri. Atramentum habere, non quidem vt Sepia, nigrum, sed rubescens, in vesicula quam μήκωνα m vocant. Iacere illam supra ventrem, similem vesicæ. Vt sepia, ac loligines, visceribus caret. Frequentissimum ei cibum esse conchularum carnem. Extra cubile testas earum euicere, quo signo qui venatur subesse deprehendunt. Complexu coire, longoq; tempore coitum absoluere, quoniam exanguis est. Fistula quæ corporis meatus est, oua racematim parere. In penuria cibi aiunt se ipsos comesse. Hoc scripsit Comicus Pherecrates in fabula cui titulus est Agrestes, his verbis:

Syluestribus anthriscis & braccanis eos victitare, ac strobilis.

Fama est, cum autem impensus esuriunt, Polypodum more digitos circumrodere suos.

Diphilus in Mercatore: Polyypus omnia hic habet integra brachia:

Sepium is non circumarrosit, è amicissima.

Hoc autem falsum est. A con-gris, persequentibus & infestis eius sic pedes lacerantur. Vulgo creditur si quis ante ipsius cubile salem disseminet, statim egredi. Memoriam quoque proditum est, ob metum fugientem colorem mutare, & ad similitudinem loci in quo se occulit, ostendere, quod & Megarensis Theognis in Elegis ita scripsit:

Plicatilis mentem habe Polyypus: cuiusq; saxo

Is adhaeserit, talem se colore & aspectu monstrat.

Clearchus libro secundo Prouerbiorum idem memorat, appositis etiam his carminibus, sed cuius poetæ sint, non indicans:

Polyypus, mi fili, Amphiloche heros, mentem habe,

Et ad quorum gentem veneris, te ipsi accommoda.

Olim circa Trezenen, vt idem Clearchus memorat, nec Polyypum, quem Sacrum vocant, nec alterum, quem Remigantem, faserat venari. Veritum nempe id fuit, sicut & marinam testudinem comesse. Est autem Polyypus tabi obnoxius, & alioquin brutus. Etenim ad eorum manum qui captant, accedit, & à persequentibus interdum non aufugit. A partu elanguescunt, & tabe pereunt eorum femina: quamobrem tum facile capiuntur. In siccum exire nonnunquam visi sunt, asperis præcipue locis. Læues enim odere. Ex plantis olea delectantur. Eius truncum flagellis amplexos sæpe offendunt. Ficis quoque ad mare natis affixi, & fructum mandentes nonnunquam deprehenduntur, vt Clearchus scribit De iis quæ in humore degunt. Oleam illos appetere hoc etiam documento est, quod eius rami si quis in mare demittat vbi polyypus habitant; ac parum illic contineat, quotquot volet nullo labore ramo impactos extrahet. In polyypis

o Alcimou, & Oedipum.

† Erasmi, adagio, Nū septem plagis Polyypus contusus. κενεσθῶσα: De-uoratore, Gurgite. I Subaudi prædix-tem esse volo, aut eiusmodi quidpiam aliud.

m Papauer qui- ad interpretatur. Ab oblonga figura potius ego dictam sic arbitror.

n Molibus enim viscera nulla sunt, sed partes que visceribus portione re spondeant. Rond. cap. De sepia.

o Torcills vibra- ta Pampino. Plin.

p Olerum sylue- strium hæc nomina sunt. Iuuius adag.

Agrestibus oleribus vicitat.

q Strobilis Æschy- chio, Cædrii spec- ies: mihi verò po- tius, Cædrii caput.

r Erasmi adag. Ex- os suum, vnde pedes.

s Præcipua brachia venasq; vt lacerata caudas; autor est Plinius.

t Erasmi adagio, Polyypus mentem ha- be.

v Amphilocheus Amphiarai & Eri- philes filius. Eadem- sero citantur prin- cipio lib. 12.

w Nautilum, sive Nauplium, Mutia- na sive Polyypus on- ti.

y Mares à colu- n. Opiarius.

lypis alia quidem corporis partes validæ sunt, imbecilla ceruix. Marem aiunt in vno ex brachijs, cui magna duo insunt acetabula, pudendo simile quidpiam habere, idq; nervosum totum, ad medium vsque brachium adhærescens. At Aristoteles libro quinto De animalibus, inquit Polypos hyeme coire: vere parere: duos circiter menses condi: numerosa prole fecundos esse, à femina differre marem, quod caput is longius habeat, ac illud in brachio præterea, quod verendum piscatores nominant. A partu ouis incubat: quocirca illo tempore deterrimus est. Edit in cubili Polyypus oua, aut sub aliquo figlino, aut in aliquo alio cauo, è quibus post diem quin- quagesimum factus numerosus, phalangijs similis prodit, ac serpit. Femina verò nunc qua corpore sœuet, nunc ostio cubilis assidens super ea brachia porrigit. Theo- phrastus libro De iis quæ colorem mutant, scribit, Polyypum è iis locis fieri similem quibus se admouerit, idq; in metu, sibi vt caueat. Idem libro de iis quæ in sicco ver- santur, scriptum reliquit, è mari Polypos egredi. Idem libro De locorum differen- tijs tradit, circa Hellespontum polypos non generari, quia frigidius illud mare sit, ac minus falsum, quod vtrumque polypo noxiū est, Quæ verò Nautilum dicitur, in- quit Aristoteles, Polyypus quidem non est, sed ei brachijs similis. Testa huic dorsum trahat: resupinatus verò, post nauigat, sublatis brachijs duobus, inter quæ tenuis in- ternata membrana distenditur, qualis est illa coriacea quam in pedibus auium digi- tis interpositam conspiciamus: alia verò brachia duo in mare demittit, iisq; se guber- naculi vice regit, cum autem viderit quidpiam accedere, pedibus contractis aqua testam implet, & se demergens in profundum celeriter abit. Idem libro De animalibus, Polyypum diuidit in Nautilum, & Trepfichrota. In Nautilum circumfertur Callimachi Cyrenæi hoc epigramma:

Concha ego sum, è Zephyriti, vetus: at nunc tu me

O Venus, Selenæ primum habes donarium,

Nautilum, mari olim innatantem: si ventus flaret

E proprijs rudentibus expanso velo;

At in nitida tranquillitate celer ego totus remigabam

Multis quos habeo pedibus, vt nomen indicat.

Iulidis tandem in litus incidi, vt essem

Tibi charum & ludicrum, è Arsinœ,

Iam non opto, quandoquidem expiravi, vt in cubili me iacente

Alcyon miseranda, veluti quondam, oua pariat.

Veriam in Clinia filiam beneficium conferas, que & honesta

Facere didicit, & nata est ex Aeolide Smyrna.

In hanc etiam Venerem, quæ in Zephyrio colebatur, Posidippus hoc epigramma scripsit:

Hoc, è flumine veſti, è terra ambulantes, Philadelphi.

Veneris Arsinœs templum veneramini:

Quam littoris Zephyry præsidem

Primum, classis præfatus consecrauit Callicrates.

Felicem eam nauigationem dabit, ac in media tempestate

Latum supplicibus æquor tranquillabit.

Polyypus meminit & Ion Tragicus in Phœnissis, his verbis:

Saxatilem cum exanguibus cirrbis

Odi mutantem colorem Polyypum.

Aristoteli & Speusippo genera Polypo- rum sunt, Eledone, Polypodine, Bolbotine, Osmylus. Idem Aristoteles in opere De animalibus molles esse tradit, Polyypum, Osmylen, Eledonen, Sepiam, Loliginem. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Polyypus, Sepia, venerandaq; Loligines,

Et que mare olet Bolbitis, ac erithaci colore, Græcæ.

In Thaso & Caria Polyypus sunt optimi,

Corcyra magnos etiam alia, numeroq; multos.

Simonides. πολυπῶν, vt Epicharmus.

z Falsam esse il- lam opinionem mon- strat Rond. a Porrectum ad medium vsq; bra- chium, totumq; in marem femina in- ferti Rond.

b Ex litera Theo- phraſti correctus le- cus.

c Et si quid pauca- ris interueniat: Vli- nius.

d Colore mutabi- lem.

e Scriptum est hoc epigramma in gra- tiâ Selenæ Smyr- nenſis que Nautil- lon in templo Vene- ræ Zephyritis dicitur- uerat.

f Iulio polu Aegy- pti ciuitas; ab Ale- xandria distans pas- suum duobus mil- libus.

g Arsinœ in Asia suspenſum, vt me- dia; videri possit.

h Placidum ve- maras.

i Selenam.

k Zephyrion Aegy- pti promontorium, in quo extitit de- ſubro Arsinœn Phi- ladelphi vocatæ Ve- neris Chloridis, & Zephyritidis nomi- ne Aegyptij colue- re. Vide Scaligerū in Catullis, & Tur- nebium cap. 7. 1. A- nimaduert.

l Turn. cap. 7. 1. m Ποντογεν.

n Ποσειδών, aliq; ποσειδών; aliq; πο- ρείων, volucres. Lo- ligo extra aquam vultat.

o Veliarū Rubra- cula, vel Cerinthi, sive glutinis, quo suos apes obtinet, ne spiritus interue- niat.

p Qui pisces Græ- cæ sunt, nondum con- stat. Græcæ serpen- tis genus memorat Artianus.

ρωλύων

α Μελίος λέγεται, αβανόριδες.

δ αβανόριδες, αβανόριδες, αβανόριδες.

ε Πισκίβις, quae antea nominabatur.

f αβανόριδες, αβανόριδες, αβανόριδες.

g Per iocum piscis nomen effert, sapquam viri.

h A colorum varietate, ut episcopus, pisces, piscium sapores.

i Dentices Colymbelle.

k Siculo.

l Lacertus.

m Μελίος λέγεται, αβανόριδες, αβανόριδες.

n Paulo ante, Tricus.

o Ob colorem sordidum, αβανόριδες, αβανόριδες.

p Exiavon, q Sciathidis.

Euvones. Phagrag, pingues Lupi, & stercus Porantes obscura Salpa, astate tamen laeta.

Aristoteles libro quinto De animalibus Salpam tradit semel parere, idq; autumnno. Lineis multis illa virgata est, aureis, solitaria, dentibus ferratis: cucurbita delectatur, ac idcirco hoc allecia cibo capitur. Archemstratus:

Salpam malum ego equidem Piscem omni tempore iudico, maxime tamen edendo est Cam triticum metitur. E Mitylene Hanc pete.

Panocrates in Marinis operibus:

Salpaq. pisces aequales magnitudine, Quas quidem Boes, in mari vitam agentes piscatores nominant, Quoniam algam, ventri cibum, dentibus molunt.

Variis hic piscis est. Quapropter Mnaseam Locrum, Colophoniumve, qui in scriptos Lusuf composuit, ob varietatem eorum quae collegit, familiares Salpam nominabant. Nymphodorus Syracusius in Asia circumnavigatione, Lesbiam quandam feminam Salpam etiam vocatam fuisse inquit, quod de variis iocis librum condidisset. Aleimus in Siculorum rebus, Messenae, quod oppidum insulae est, Botryn quendam extitisse tradit, inuentorem salium, & disteriorum, qualia sunt quae Salpae tribuuntur. Archippus masculino genere dixit, αβανός:

Præco Boax fuit, Salpes verò rubra cecimur, Obolorum septem mercede conductus.

Salpa similis in rubro mari piscis gignitur, quem Scromateum, vocant, toto corpore lineis distentis virgatus, auri colorem non nihil emulantibus, ut narrat Philo in Metallico. Synodontes, & Synagris. Meminit horum sic Epicharmus:

Grandiores Synodontes, coloreq; rubro variantes Synagrides, Numenius in Halieutico Synodontem cum u, dixit: Aut albam Synodontem, & Boacas, ac Trinco.

Idem rursum:

Hic estis venare, capere si piscem cupis, Vel grandem Synodonta, vel subfultorem Hippurum,

Dorion autem αβανόριδα

cum, effert, ac insuper Archemstratus his verbis:

At Synodontem si pinguem esse cupis, Illum, b amice, ex freto ut habeas, adnitero, Hæc omnia Cyro mando, & tibi quoque Cleone.

Antiphanes in Archemstrate:

Ecquis anguillam pusillam mandat? vel Synodontidis caput? Sauros.

Huius meminit Alexis in Leuce, coequum inducens hæc loquentem:

A. Lacertus quo modo sit præparandus nostin? B. Equidem novi, si docueris. A. Exemptis branchijs Primum lana: deinde in orbem spinas circumcide, Dissindito post recte, & ubi dispescheris totum, Rite ac probe lasere pulsato.

Ephippus in Cydone, alios quoque multos

pisces enumerans, Lacerti his etiam verbis meminit:

Thymni salsa pulpamenta, Glanidis, Squati, Squatina, Conger, Cephalus, Perea, Lacertus, Phycia, Phycides, Brincus, Mullus, Cucullus, Phagros, Myllus, Lebias, Sparus, Aeolia, Thrissa, Hirundo, Squilla, Loligo, Passer, Dracenis, Polypodium, Sepia, Orphus, Gobius, Aphya, Acus, Cestra. Mnesimachus in Hippotropho:

Cum Carcharijs Torpedo, Rama, Perca, Lacertus, Trichias, Phycis, Brinchnus, Mullus, Cucullus.

Scepinus. Huius meminit Dorion libro De piscibus, & Artageinon vocari scribit. Vmbra.

Epicharmus in Hebes nuptiis: Aeolia, Flutaq; Cynoglossi, & marina Vmbra.

Numenius piscem hunc αβανόριδα sic appellat: Hic

Hic venabere cupere piscem si cupis, Aut magnum Synodontem, aut subfultorem Hippurum, Aut sublimi ceruice Phagrum, & interdum gregatim coeuntem Vmbra.

Syagrides. Meminit harum Epicharmus in Hebes nuptiis, ac in Terra & mari. Sphyrænæ. Has plenius nutrire quam Congros inquit Hicestus, gustui tamen ingratas esse, oriq; insuaues, ac succum generare mediocriter laudabilem. Dorion: Sphyrænā quam Cestram nuacupant. Epicharmus in Musis Cestra nominata Sphyrænā non ampliùs memorat, tanquam eadem sint:

Chalcidas, Canes, Cestras, versicoloresq; Percas. Sophron in Mimis virilibus: Cestra Batin mandentes. Speusippus libro secundo Similium, Acum,

Sauridem, Cestram vt valde similes recentet. Attici vt plurimum Cestram Sphyrænā appellat, admodum rarò Sphyrænā vocabulo vtentes. Apud Stratini igitur, in Macedonibus, quod Attico, tanquam nomen ignoraret, interrogante, ac dicente,

Quisnam Sphyræna piscis est? Cestram vos Attici nuncupatis. respondet alter, Antiphanes in Euthydico:

A. Oppidoquam frequens hic Sphyræna est. B. Atticè Cestram oportet dicere.

Nicophon in Pandora:

Epicharmus in Hebes nuptiis: Aristophanes in Danaidibus:

Cestra, ac lupi. Cestras percasq; varias. Sepia. Idq; Sepias habentem, ac Polypos. Vocis omnia penultima acuto notatur accentu, vt & harum dictionum, αβανός, αβανία, αβανία, αβανία.

Sepiam Aristoteles scribit octo pedes habere, ac inferiores duos ex iis, maximos: promuscides duas: & inter pedes ac promuscides os, & oculos: dentes duos, alterum supra, alterum infra: in dorso testam: atramentum in Muti, quæ prope os iacet, & vesicæ figuram imitatur.

Lata & lauis alius est, bouis omafo per quæ similis. Pusillis pisciculis aluntur Sepiolæ, distentis suis promuscidibus, veluti lineis piscatoriis, illos venantes. Cum sequit tempestas, Sepiam aiunt prehensis minoribus faxis vtraq; sua promuscide, velut anchora, stabilitam quiescere. Perfecite piscatore suum, atramentum effundit Sepia, antrosūm profugere, se simulans. Aiunt quoque, femina tridēte percussæ ac captæ maris auxiliari, eam in auersum retrahentes: maribus autem captis in fugam feminas se conicere. Ad bimatum Sepiæ vita non producit, veluti nec Polypi. Idem libro quinto De animalibus autor est, Sepias & Loligines coire amplexas inter se corpora, adaptantesq; mutuo ex aduerso nares, & brachia. Ex mollibus, vere, primæ omnium pariunt, omni tempore grauidæ: quindecim diebus vtero gerunt. Post partum oua edita mas persequitur, & afflatu pleniora, floridiora, solidioraq; vt sint, præstat. Coniugatas incedunt: mas quàm femina magis varius est: dorsoq; nigror. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Polypi, Sepia, volucresq; Loligines. Adnotandum hoc quidem est Speusippi gratia, qui similes esse Loliginem ac Sepiam scripsit. Hipponax in lambis hyposphagma Sepiæ dixit. Interpretes atramentum exponunt. Aristophanes in Opfartytico, intritum esse vult, his verbis: Hyposphagma fit e carnibus assis, vel elixis, ac sanguine, cum sale, caseo, cumino, lasere. Glaucus verò Locrensis in Opfartytico scribit, hyposphagma parari ex elixo sanguinis, sapa, lasere, melle, aceto, lacte, caseo, & olerum foliis bene olentibus, concisis. Archemstratus plurimarum rerum cognitione instructus,

In Abderis Sepia, inquit, ac in media Maronea. Aristophanes in Thesinophoriazusis:

Emptus est piscis aliquis, vel Sepiola? Ofmylia, Memidia, Sepiola. Idem in Danaidibus: Theopompus in Venere:

Sepiam, quæ exiguum Polypum hunc intercepit, arrode. Sepiolæ quo pacto elixandæ sint, Alexis in Improbata docet, inducto coquo hæc loquente:

A. Sepia quanti? B. vna drachma Tres. A. harum brachia

r Λοβίου. Vide Rindel. capis. De Centrina.

s αβανόριδες. Natalis αβανόριδων irrestiam.

t Sudei. Plinio. Rodeletius paruis alevæ quàm Congros multus rationibus ostendit: itaque ex illis iudicio (minus alevæ) scribendū putat. Idē repetitur lib. 3.

v Hæc modò citata superuacua videntur.

x Causis: ludus piscium domus.

y De hac re consule Rodeletium.

z Τελ λολίγγα. Bonus triplex est: ventriculus, ut apud Aristophanem, reticulus: huius sporosoma sumi: Echinnus.

a Μυδιός. Fittor lam qua coeunt, et parunt, ita vocat. b Κολύμβη. Rindel. autem, referentur in edendū omni dies quindecim.

c Καλοφυσία, ην γλυκὴν φασί. Gesticus, oum, tanquam cum spiritu, gentilem humore offundis, (mucosum ac viscidum,) quo agglutinantur, solidescunt, rursusque exarantur. d Saffusum in succillatione creuorem.

e Δραχμή. Natalis legit, Δραχμή.

x Et pinnas

Alias Carchariam, alias impetu ruentem Psammathidem. Hyccas. Hyccam sacrum piscem in Hymnis Callimachus sic appellat:

Divinus ac sacer Hyccas. Numenius in Halieutico: Vel Sparum, vel Hyccas gregatiles, vel Phagrum, Ad saxa caprum.

2. Quod dicitur vagum & errantem: quidam. a Apud Plinium, cap. 8.3. Imacaren- sis, perperam, pro Hyccarense.

b Quem ultimam inter pisces vestri commentos inuenio.

c Rondeletio id dubium est.

d Apud Plinium: vel in statu flore, carnosum, pinguis, suavis, ac succulentum esse. Rond. legit, raris, par-

e Supra in Orpho haec citantur ex Platone in Cleophide.

f Oris suaves, Non facili ex-

g In exemplari suo hinc Natalis legit, in meo deside- rantur.

h Anguillarum.

k Mutus hic locus, integer citatur pagato.

l Civitas ea Macedonia est, Philippi & Alexandri natalibus clara. m Epiphoniam sumptum a Venere cognominem in Mare subeunt.

caro Siciliae oppidulo verba facit, sic appellatum refert, quia in eum locum primi homines qui venerunt, pisces vocatos Hyccas cum illic reperissent, praegnantes, eo augurio & omine, agrum Hyccarum nominauerint. Zenodorus scribit Erythrinum Hyccam a Cyrenais vocari. Hermippus Smyrnaeus suis commentariis in Hippo- nactem, Hyccam esse Iulidem autumat: eamque vix capi tradit, quamobrem Phil- etas dixit:

Nec Hyccas, ultimis piscis, effugit. Phagrus. Speusippus libro secundo Similium; Hepatidum, Erythrinum, Phagrum similes esse scribit. Meminit eius Nunianus in verbis antea citatis. Aristoteles eum scribit esse carniuorum, solitari- um; corde triangulo, vigore vere. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Acus, Phagrus, ac Lupi. Meminit & Phagri in Thuriopercis Meragenes. Ameipias in Barba:

Orphis, cartilagineus, Phagrus cibus eris. Hiccius scribit Phagrum, Chro- min, Anthiam, A carnancem, Orphum, Synodontin, Synagridem genere similes esse, nempe dulces, subadstringentes, multum alere, & vt par est ad proportionem, excerni difficile. Carnosi ex iis, magis terrestres, & quibus minus est pinguedinis, largius nutriunt. Arcestratus inquit, ex oriente Syrio edendum esse Phagrum:

In Delo, Eretriaque, ad maris litora bene portuosa: Caput eius solum eme, ad posteriora, Reliqua piscis huius ne domum feras. Strattis in Limnomena: Idem in Philoctete:

Deinde in macellum profecti adultos obsonantur Magnosque Phagros, & tenerarum Copaidum, falsa frustra, & rotundis lateribus, Est & lapidis genus Phagros. Cretenfes enim cotem Phagron vocant, vt inquit Simmias. Channæ. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Ac multum hiantes Channas, vario ventre Cestras, Afellos. Numenius in Halieutico:

Channas, Colias, & fuscum Coracinum. Dorion quoque libro De piscibus hanc commemorat: Aristoteles libro 7. de Animalibus, aram e rubro esse tradit, ac Pæ- cijlogranimon, quod atris lineis varia sit. Chromis. Epicharmus sic huius meminit:

Xiphias, & Chromis. Quod scribit Ananias piscium omnium hic vere est optimus. Numenius in Halieutico:

Hyccam, vel Callichtyn, vel Chromin, & alias Orphum. Arcestratus:

Pelba, Chromin accipies, astate Pinguem, & in Ambracia. Chrysofryus. Archippus in Piscibus:

Veneri sacer Cytherias, Chrysofryus. Hiccius hos pisces gustatu saporisq; gratia alios omnes anteire scribit. Plurimum quidem alunt. Pariunt, vt inquit Ari- stoteles, similiter ac Cestrei, qua fluunt amnes. Horum Epicharmus in Musis, ac Dorion libro De piscibus, meminere. Eupolis in Assentatoribus:

Centum drachmis pisces mercatus: lupos Tantum octo: Chrysofryas duodecim. Arcestratus ille sapiens in suis Praeceptionibus:

Chrysofryon ex Epheso pinguem ne praetermittas, Quem illi vocant Iomiscum, hunc compara, Alumnum Selinuntis veneranda: recte illum abluito,

Deinde integrum assum appone, vel si cubitorum decem fuerit. Chalcides, & simi- les illis pisces, Thrissa, Trichides, Eritimi. Hiccius scribit, quas Chalcidas nuncu- pant,

pant, Hircos, Acus, Thrissas acetosus esse, minimè pingues, & exsuccas. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Chalcides, Sues, Miltui, & opimus Canis. Dorion Chalcidicas appellat.

Numenius, Tu verò & illam Chalcida.

Hoc modo experire, ac pusillam Menida. Chalcis, à Chalceo, id est, Fabro,

discrepat. Fabri Heraclides in Opfartytico meminit; itemque Euthydemus libro De falsamentis, eum scribens in Cyzicenorum regione nasci, esseque rotundum ac orbiculatum. Thrissarum mentionem sic Aristoteles fecit libro De animalibus & piscibus. Locum non mutant Thrissa; Encrasicholos, Membras, Coracinus, Ery- thrinus, Trichis. Trichias Eupolis in Assentatoribus nominat:

Parcus ille fuit, qui toto vita spatio Ante belli tempora Trichias opsonatus est semel, Cum semibolo veniret caro Samæ.

Trichides si vendantur obolo centum. Aristophanes in Equitibus:

Thrissa meminit, Trichidaque Trichiam vocat. Dorion libro De piscibus, fluuatilis Nicochares in Lemniis:

Trichidas verò, & Premnadas: sic autem Thynnidas vocat. Plato

in Europa:

Eum aliquando, dum piscaretur Andrachmes, vidit, cum Premadibus, & quia Boax esset, dimisit.

Similiter & Aristoteles libro quinto De animalium historia, & in libro 7. de Animalibus, Thrissam Orchestridem vo- cari scribit, quod saltatione & cantu gaudeat, eoque audito exiliat e mari: Eritimos Dorion memorat, cum Chalcidibus eisdem putat esse, ac cum hypotrimmate pla- cere inquit. Epænetus libro De piscibus: Mustellam, Smaridem, quam xuvovvov, Chalcidas quas Sardinios vocant, Eritimos, Miluum, Hirundinem. Aristoteles libro quinto historiae animalium, Sardinios Chalcidas appellat. Callimachus in Gen- tium nomenclaturis, ita scribit: Encrasicholos Eritimos Chalcedonij nuncupant: Chalcidas Trichia: Atherinam Istar. Idem in alia parte sui operis cum piscium no- mina recenset, inquit: Ozenam Ofmyliu Athenienses vocant: Eritimos verò, Thu- rios, & Iopas. Iopum sic meminit in Bœotiaco Nicander:

Ut cum circa greges Iopum generosus Aut Phagri, aut lautiores Boopes, aut Orphis. Aristophanes in Holcadibus:

Me miserum, qui in Trichidum muria primus sum demersus. Pisces enim,

qui vt super pruna coquantur, idonei sunt, intingebant muria quam Thasiam voca- bant, vt in Vespis ait idem poeta: Ne prus muriam bis ille Ankracidum bibit. Quoniam verò ad hunc sermonem ventum est, & de Thrissis iam disseruimus, agedum, qui pisces Thrattæ sint apud Archippum, in Piscibus fabula, hic explicemus. Nam in ea scriptioe pi- scium Atheniensium is nomina & appellationes recitat:

Reddamus inuicem quaecumque habemus: Nos quidem Thrattam, & Atherinam tibicinam, Ac Thyrsi filiam Sepiam: & Triglias. Et qui summum magistratum gessit, Eucliden.

Et ex Anagyrensi tribu, Coruzos, Et Coby Salaminiensis fatum: Et assefforem consulariumque, Baitrackon ex Orco.

In his poetæ versibus aliquis fortassis quæsierit, apud pisces quænam Thrattæ sint, quas hominibus se red- dituros paciscuntur. At quoniam priuatim de hoc scriptoris loco quædam conscri- psi, quæ ad hanc rem maximè faciunt, explicabo. Thrattæ reuera marinus piscicu- lus est. Huius meminit Mnesimachus comædiæ scriptor mediæ, in Hippotropho,

Myllus, Lebias, Sparus, Acolias. In his poetæ versibus

Thrattæ, Hirundo, Squilla, Loligo. Dorotheus Ascalonites libro centesi- mooctauo Collectionis vocabulorum, Thertam scribit, vel deprauato codice eius

fabulæ

x 3.

o Menarum sati- dos mares, post sa- menarum concepti. p Vel Thrassa: vel arida carne: & que succi parvi præsent.

q Thrissa, Alau- sa Ansony, Clupea Callisthens, apud Plutarchum lib. De fluminib. Trichias, Sardina maior: Tri- chis, Sardina mi- nor, vel, vt vniuers loquuntur, Sardella.

r Tocus comicus in clamoium, & tur- giosum.

s Vide quod adno- tatum est pag. 214.

t Quod dum in ma- ri natans, exiliant sepe.

u A piridi, caru- los, colore ocu- lum.

x apertior: præstā- tior.

y Alii qui Trichidæ primus in muria.

z Pisciculorum mi- nutorum, qui in pen- na assuntur.

a scortorum, que tum Aclenis fano- sa fuerunt, hac no- mina.

b Atheniensium, vt fusticor, familiam, a Miltui cognomi- natam.

c Anagyrenses, po- pulus tribus Ere- chideidæ.

d Colera nigros, xopauavras.

e Cuius quendam Salamme oriundæ.

f Hæc vox Ranam significat, quæ poë- ta marinam intel- lexit.

g Euhææ civitate.

h Thrattæ klauisa marina, parua, ari- dus, exsucca: Thrissa verò idem piscis a- quis dulcibus, in- quis migrans, opti- matus, & succulen- tus.

i Musimachi, fabulæ ¹ deceptus, vel insolitam cam dictionem correctam sic pronuntians. Prorsus enim apud Atticorum nullum extat Therra vox. Quod autem marinum pisciculum Thrattam nuncuparunt, Anaxandrides in Lycurgo palam facit his verbis:

Coire cum Coraciniâs, Percidiâs, & Thrattidiâs, itemq; Antiphanes in Tyrrenho: *A. Hic quidem mihi piscator est: solum id mihi restabat, male ut audirem.*

k Hac & piscium nomina sunt, & meretricum,

B. Quid ita? A. Thrattam, vel Psettam quandam, Vel Muranam, vel malum ingens quodpiam dabit Alarinum.

l Sub. lati sunt, vel quidpiam eiusmodi.

m Vel Orithragoriscus, vel Caprificus, n Oculatam Soleam esse Roudelphinus putat.

Hos Diocles reponit inter sicciore. Spensippus libro secundo Similium, Passerem, Soleam, Tæniam, valde similes esse tradit. Aristoteles libro quinto historię animalium hæc scribit. Similiter ex pisciculis plurimi semel pariunt, veluti & Fusanei, quos multos simul retibus circumdant, Chromis, Passer, Thynnus, Pelamys, Cestreus, Chalcides, & id genus alij. Idem libro *αδελφ. & Κοινον*, Cartilaginci, inquit ¹, vt Bos, Pastinaca, Raia, Torpedo: ac præter illos, Solea, Passer, Porcus^m. Dorion libro De piscibus ita scribit: Lati sunt Solea, Passer, Escharus, quem & Corinⁿ vocant. Buglossos, id est, Soleas in Hebes nuptiis Epicharmus sic memorat:

Hymides, Buglossi, & Cibarus. Lynceus Samius in Epistolis inquit, circa Eleusinam Atticę gigni optimos Passeres. Arcestratus:

Accipe deinde Passerem magnum, subasperamq; Soleam, ad venerandam Chalcidem^o.

Romani Passerem etiam Rhombum ² vocant, nomine proculdubio Græco. Nausicrates in Nauiculariis, antea de Glauco pisce locutus, subdit,

A. Flavo colore; quos ³ suctus Aexonicus

Omnium optimos suis in locis alit,

Quibus & decem virginem Luciferam honorant,

In cenam muner a cum nauta mittunt.

B. Mullum dicis. A. Lacteus ⁴ Rhombus quem

Sicula plebs comest.

Hanc verò de piscibus Deipnosophistarum garrulitatem cum expleuerimus, & Timocrates, hic orationem finiamus, alios cibos nisi præterea desideres, adiectis iis tamen quæ in Laconibus Eubulus dixit, siue in Leda:

Præter hæc thynni salis pulpamentum aderit tibi:

Porcelli caro; lactes, tetinumq; intestinum hœdi:

Apriecur: veruicis testes: exta ⁵ bouis:

Agni caput, leporis venter, omasum ⁶, flexuosa ⁷

Intestina, pulmo, lucanica.

His satiatus per mitte quoque nos corpusculum curare, vt, velut æquum est, possis iis quæ sequentur vesci.

o Vel Eubæam; vel insulam quæ sita est ante Aciliã.

p Lati piscis genus, Passeribus cognatum. Parisiensibus, Turbot. Menpestensibus seruato veteri nomine, Rhomb.


q Vide pag. 243. r Aliq. lacti simili Rhombus, Quod Sicula plebs comest.

s Xanthi

t Intestinum, quo fit lucanica.

u Xopda, Simnosus intestinum anfractus.

ATHEN



ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBER OCTAVVS.



VISITANIAE, (ea regio Hiberiæ est, quam Hispaniam vocant Romani,) felicitatem Polybius Megalopolitanus cum explicat, libro trigesimoquarto historiarum, & Timocrates virorum optime, illic narrat ob cœli temperiem & homines fecundos esse, & animantia reliqua, & fructus qui in ea prouincia gignuntur minimè corrupti: olas quidem illic, violas, asparagos, & cætera his similia, non minus quàm trimestri spatio durare: obsonium autem marinum copia, bonitate, pulchritudine ab eo multum distare quod nostrum mare suppeditat; ordei siclum, (modius ea mensura est,) drachma tantum emi: tritici verò, Alexandrinis obolis nouem: metretam vini, drachma: mediocrem hœdum, obolo: leporem, tanti: agni pretium esse tres aut quatuor drachmas: suis iam cœnis apti, centum librarum pondo, drachmas quinque: ouis, drachmas duas: ficuum talentum, obolis tribus constare: vitulum, drachmis quinque: iugatorium bouem, decem: agrestium verò animalium carnes pretio fere nullo cœferi, sed gratuito dari, & auctarij vice, cum merces alias permutant. Nobis quidem certè Laurentius sapiens præbet Lustaniam, ac quotidie nos satiat omnifariis bonis, vt est vrbauitatis ac magnificentię studiosus, domo nihil afferentes, præter oratiunculas. Cum igitur de piscibus multa iam disputata fuissent, apertè Cynulcus videbatur indignari: eum tamen præuertit lepidus Democritus, ac, quod est apud Archippum, inquit, nonnihil certè prætermisit, & viri pisces: paululum enim insuper obsonari vos oportuit piscium quos fossiles vocant. In Heraclea, & circa Tium, Milesiorum in Ponto ⁴ coloniam, gignuntur autore Theophrasto. Idem philosophus de piscibus qui deprehensi glacie ⁵ torpidi rigent, tradit, illos nec sentire nec moueri priusquam in parinas coniecti elixentur, & id ⁶ maximè pati Gobios videri. At præter hos peculiare id est quod fossilibus, vt vocant, accidit Paphlagoniæ piscibus. Hos enim ex altis scrobibus effodiunt, magisq; iis in locis vbi nullus ⁷ est annuum affluxus, alijsve ⁸ aquæ, & tamen illic viui reperiuntur. Mnaseas Patrensis in Circumnauigatione scribit, vocales esse Cleitoris fluij pisces ⁹, quamuis Aristoteles vocem edere solos tradiderit Caprificum, & fluuiatilè Porcum ¹⁰. Philostephanus ortu Cyrenæus, Callimachi familiaris, libro de iis quæ mixta inopinata obseruantur in fluuiis, prodidit in Aorno fluuiio per Pheneum ¹¹ labente pisces esse Turdis similem emittentes vocem, eosq; vocari Pæcilias. Nymphodorus Syracusius in suis Circumnauigationibus refert, in Eloro fluuiio ¹² lupos esse, Anguillasq; magnas, tam cicures, vt ex illorum manu qui offerunt, panem sumant. Ego verò in Chalcidid ¹³ Arethusa cum admiratione vidi, quemadmodum & fortassis vestrum plurimi, Cestreos mansuetos, & Anguillas aureis argenteisq; ornatas inauribus, qui, & quæ, tum obiectum cibum à spectatoribus acciperent, tum à sacerdotibus victimarum exta, & musteum casticum. Semus libro sexto Deliadis scribit, Atheniensibus in Delo sacrificantibus, lauantis manibus aquam haurientè puerum vrbana demersisse, ac è phiala simul cum aqua pisces effudisse, oraculumq; ipsi à Deliacis vatibus redditum maris fore dominos.

d Hinc emendanda in Theophrasto scriptura.

e Qui ob hyemè rigens glacie circumdatus, Theophr. codex Græc.

f Addita hæc è Theophrasto. g Nulla est fluuiorum inundatio, a quarumve collectio. Theophr.

h Nulli fruentium aquarum cod. nostr.

i Erasmi adagio, Magnus quam piscis. Cleitor Arcadiae lacus, vel fluuius, & oppidum.

k Eum Apri nomine pinxit & de scripsit Belonius.

l Plinio Aornos, Epiri locus, ab exhalatione que auius pestifera est, dicitur. Pheneum Arcadiae oppidum, & lacus. Lego ex Pausania in Arcadicijs Aorano. Notus est Iopon lacus, vicinus Baigi.

m Sicilia. Plin. vel castello, vt idem cap. 1. 36.

n Oppidi Eubæe. Plin. qui & cap. 2. 32. scribit, anguillas in Iouis Labradij fonte in aures additas gerere.

ATHENAEI DE IPNOSOPH.

Idem Strabo lib. 4.
Castreos, Strabo.
q Nagam & erabundam fluio- rum aquam: Qui- dam. Prope tinnis- tiffimas arces, Sal- sae, & Locatam, in solo peludoso, ar- bufcularumq; plu- rimum suspensa radibus, aqua per uos, tales pisces etiã hodie reperiuntur.
Mena.
Que placido ma- ri circa litora pa- sciuntur.
e Coryb Alcyones mares: Trochili, Galls Beceafines: Elarius, Galls Cor- lis: Cretæ, Gesturi Falconellus, aures, cum mare pertur- hatu non est, in lit- toribus versantes, nihil ut comparat. Et tamen, Alcyo- ne dempta, pisces non vitruos, sed uermiculis, & interdum cœbulis, sed varentidistie sunt.
in Blyca. Plin. cap. 19. q. quod reli- quum legitur, & in 20. cap. 1.
Strabo sub si- num lib. 12.
Prystago pra- fuerunt: sanatum magistrati gessit: ut dixerunt. 2. Sarmatis, & Bulgaria.
a Diodotum co- gnomine Trypho- na, cuius meminit Strabo libro 14. & 18. Vide Iosephum cap. 11. & 12. lib. 23. De antiquit.
b Strabo lib. 16. pugnatu cum Sar- pedone, non Deme- trij, sed Ptolemei copiarum dux, tra- dit.
c Cilicia urbem helle fluuio vicina.

nos. Polybius libro trigesimoquarto historiarum scribit iuxta Pyrenæos^a montes Narbonam vsque campos esse, per quos Iberis & Ruscino fluuij iuxta ciuitates eiusdem nominis à Celtis habitatas decurrunt, ac in iis campis fossiles quos vocant pisces^b reperi. Eius namque loci tenuis solum esse, ac subnascente multo gramine herbosum: sub eo verò, cum ad duos tresve cubitos arenosa terra sit, quam ad- mouent aquam^c fluuij, labi, & cum effusa illa pisces sub terra meantes pabuli caus- sa, quod radice graminis impensè delectentur, subterraneis piscibus vniuersam oram illam replere, quos egeita humo capiunt. Theophrastus memoriæ prodidit, apud Indos, pisces in terram egreffos è fluminibus, ranarum modo subsultantes in aquam rursus abire, forma iis similes quos Myxinos vocant. Clearchum peripateticum li- bro quem inscripsit De aquatilibus, non me latet hæc de Exoceto pisce tradidisse, (autoris enim ipsam orationem, nisi fallor, memoria teneo), huic pisce, quem & Ado- nin quidam appellant, nomen inditum fuisse, quod sapiusculè extra maris aquam dormitans quiescat. Eum verò piscem colore subrufum esse: ab eius branchiis vtra- que parte corporis lineam albam vnam continuo tractu ad caudam vsque duci: corpore minimè lato, sed tereti, littoralis & pusilli Celtrei magnitudine, cui digitorum octo longitudo maxima est, pisciculo^d quem Hirum nominant, ut paucis comple- ctar, omnino simillimum, præter nigram sub aluo maculam, quam hirci barbam vo- cant. Saxatilis quidem Exocetus in saxosis locis degit, & tranquillo mari cum flu- ctu exiliens, in paruulis cautibus iacet, ac in sicco diu quietus ad solem obuertit se: deinde quod satis est ubi putat quietuissè, in mare se deuoluit, quoad exceptum flu- ctus reciprocus in altu rursus deferat. Cùm autem in sicco vigilat, ab auibus quas Pareudistas^e vocant, quales sunt Cerylus^f, Trochilus, ac Elorius similes Creci, sibi cauert. Eas namque à ventis mare cùm silet, in littore cibum quæritantes, & sapius inuadere solitas, statim ac prospexerit, palpitans subsultim aufugit quoad in mare se demergat. Idem Clearchus multo clariùs quàm laudatus iam antea Philostephanus Cyrenæus, scribit, pisces quosdam, tametsi gutture^g careant, vocales esse, talesq; reperi in Arcadiæ fluuio quem Ladonem appellant, qui vocem perfectam mul- tumq; sonoram edant. Nicolaus Damascenus libro centesimoquarto historiarum tradit, circa Apameam^h Phrygiæ, rēporibus Mithradatici belli, post terræ motum, in ea regione lacus erupisse, ubi antea nulli fuerant, itemq; fluuios, ac fontes terræ concussu reclusos: multos verò qui priùs extabant, euanuisse: scaturisse verò in eodem agro qui à mari plurimum sciunctus erat, aquæ tantum cœruleæ & amaræ, ut vicina loca omnia ostris & aliis piscibus quotquot mare nutrit oppleuerit. Multis quoque in locis piscibus deum pluuisse non ignoro. Phanas igitur libro secundo De iis qui apud Erethiosⁱ fuerunt, tradit, in Chersoneso piscium imbrem toto triduo cecidisse. Phylarchus scribit piscium multis visam fuisse pluuiam, non pau- cis in locis, multotiesq; & tritici, & ranarum accidisse. Heraclides Lembus libro vi- gesimoprimo historiarum narrat, in Pæonia^k & Dardania tantam vim ranarum è caelo delapsam, ut publicas vias, priuatasq; domos implerent: primis autem diebus incolas passim eas occidisse, ædibusq; ocellis aliquandiu patienter eam molestiam pertulisse: sed cùm nihil proficerent, domesticaq; supellex illis rota obtegeretur, ac cum cibariis elixas assasq; ranas ostēderent, aquarum erepta commoditate, & quia coaccruatis illis non erat pedem ubi ponerent, mortuarum odore ad extremum ve- xati, patriam deseruerunt. Possidonium quoque Stoicum de multitudine piscium hæc noui memoriæ commendasse, Tryphonem^l Apamensem, qui regnum Syriæ per vim occupauit, Sarpedonem copiarum Demetrii^m ducem, à quo bello lacessit- us fuerat cùm ad urbem Ptolemaidemⁿ viciisset, illo cum exercitu suo in mediterræ- nea secedente, parta victoria, militibus suis stipatum, per maritimam oram iter fe- cisse, repenteq; elatum in sublime maris fluctum ad incredibilem altitudinem sur- gentè, in terras irruisse, exundantemq; illos omnes obrutos suffocasse, ac in alueum suum redeuntem, cùm mortuorum cadaueribus eiectos aceruatim pisces multos re- liquisse: quam Tryphonis calamitatem Sarpedon cùm intellexisset, eò celeriter re- uersus, hostium quidem corporibus perpercit, pisces verò abundè multos collegit, & ante

ante suburbium oppidi, Auersori Neptuno sacrificauit^d. Ego equidem de iis mihi tacendum non duco, qui in Lycia ex piscium obseruatione vaticinantur, de quibus hæc Polycharmus libro secundo Lyciaeorum scripsit, Cùm ad mare transierint, ubi iuxta littus Apollini sacrum nemus est, ac in arena vorticofus aquarum gurges, eos qui oraculum consulunt, cum duobus ligneis veribus, & in vtroq; assæ carnis frustis decem accedere, sacerdote tacito prope nemus assidente, eo verò qui augurium ex- pectat in vorticem iactis veribus, quod euenturum est contemplante: proiectis ve- rubus mari gurgitem mox repleti, aduenireq; tantam piscium^e multitudinem, ut qui cernunt attoniti obstupescant, & ea magnitudine vt interdum oporteat, ne quid lædant, prospicere: piscium autem species vati cùm renuntiarit qui oraculum petit, responsum tum dari à sacerdote de iis quæ rogauerat: videriq; affluente mari Or- phos, Glaucos, & nonnunquam Balænas, ac Pristes, multosq; alios incognitos, & inuisitata peregrinaq; forma. Artemidorus libro decimo Geographiæ, scribit ab in- colis narrari aquæ dulcis fontem illic scaturientem in gurgites manare: horum in vorticofis recessibus pisces ingentes esse, quibus, qui sacris operantur, in veribus li- gneis eorum quæ immolantur primitias offerunt, nimirum assas & iurulentas carnes transfexas, mazas, panes: eumq; locum ac portum Dinon appellari. Ecquid de ma- gnis piscibus, & recentibus ficis simul cum illis ad Antigonum missis à Patroclo Pro- lemei duce, obscurè animi sui sensum ostendente, Phylarchus prodiderit, non igno- ro. Dario quidem olim regionem suam inuadenti Scythæ, vt scribit Herodotus, sa- gittam^f, auem, & ranam misere: at Patroclus, Phylarcho teste libro tertio historia- rum, aliqd inuens, ad Antigonum forte tum comessantem, piscem ac ficus supra memoratas cùm misisset, ambigentibus cunctis quid eo munere significaretur, ri- dens Antigonus amicis dixit intelligere se iis donis quid portenderetur: Patroclum enim velle aut imperio maris nobis esse potiundum, aut rodendas^g ficus, Præterea scio in vniuersum pisces omnes ab Empedocle Camasenas^h vocatos fuisse, hoc versu: Velut & arbores procera, & marini Camasenes. Qui Cyprios versus com- posuit, siue Cyprius aliquis fuerit, siue Staphis, siue alio quouis nomine vocari gau- det, Nemesin fingit, eam cùm Iupiter vrgeret, ac persequeretur, in piscem muta- tam fuisse, his verbis: Post hos tertiam Helenam vidit, hominibus miraculum, Quam olim crinibus formosa Nemesis, amantis concubitu Iouis delum regis peperit, vim ab eo passa. Instantem enim fugiebat: amplexuq; recusabat Iouis patris Saturnij, quia mentem verecundia pungeret: Nemesis ergo per hanc insulamⁱ, prope indomitas^j & nigras undas Profugiebat: insequatur verò Iuppiter, exoptans eam capere. Nonnunquam sub resonantis maris fluctibus Piscis assumpta forma vastum aquor peragrarè cogebat: Nonnunquam fluuios, oceanum, & ultimos terræ fines: Interdum continentem glebosam, ac tum in feras Quotquot alit terra transformabatur, illum vt euitaret. Quænam verò ad lacu nomine Bolycen fuerit^k Apopyris optimè noui. De illa Hegesander in Com- mentariis ad hunc modum scripsit: Apolloniam Chalcidicam annibus duobus al- lui, Olynthiaco & Ammite: vtrumque horum in lacum Bolycen defluere: ad Olyn- thiaci ripam tumulum esse Olynthi, Herculis & Bolyæ filij: narrare indigenas men- se Nouembri ac Februario, Apopyrin^l Bolyan immittere, id est, eo tempore infi- nitam piscium copiam, è qua salsamentorum, quod satis ad vsum sit, parent omnes qui circumhabitant: quod autem mirandum est, vltra sepulchrum Olynthi pisces non cammeare: prius, quod aiunt, in Apollonia, Februario mensè vita functis pa- rentare solitos, nunc autem id fieri Nouembri, ac ob eam causam solis his mensibus ascendere pisces quibus honore afficere mortuos consueuerunt. Hastenus ista, o viri pisces. Vos enim coaceruatis^m omnibus, vorandosⁿ piscibus nos obrufistis, hac de re tot effati, quot nec eloquatur Ichthyas philosophus Megarensis, nec Ichthyon,

d Neptuno trer phei exeat, qui- dam. Etac de re ni- hil Plutarchus in Demetrii vita.

e In Lycie Myræ in fonte Apollinis quem Curium vo- cant, pisces ter fi- stula euocati veni- unt ad augurium. Diripere eos car- nis obiectas latum est consultantibus, caudæ abigere, di- rum. Plin. cap. 1, 32, Aelianus cap. 1, 33. hist.

f Auem, murem, ranam, & sagittas quinque Herodo- tus lib. 4.

g Vel fortassis, aut siculum me esse ho- minem.
h Vel dicitur ka- raxodid est, barax- thro: vel dicitur ka- raxodid, id est, ve- ro dicitur pro quibus- dam, quod aqua na- tanet quæritant.

i Cyprium.
k Iuxta mariu lio- rum.

l Piscium ingens proventus & tan- quam annueta- ria mensura.

m Vagabundæ.
n aut 7.

o Que de hac re & in hoc argumen- to adducuntur.
p Nos ratio ac prolixitate eneca- uissu.

Ichthyon, (proprium viri nomen aio,) cuius meminit Teleclides in Amphictyonibus. Ego vero puero mandabo vestra omnium gratia, quod est apud Pherecratem in Myrmecanthropis:

Nunquam piscem, Deucalion, mihi, Etiam si petam, admoueris.

Semus Delius libro secundo Deliadis scribit, apud Delum cum Brizo sacra faciunt, (est autem illa dea vaticiniorum in somnis praeses, Beisay enim veteres dormire dixerunt,

Vbi ἀποβέβηκας, cum dormiuissemus Auroram Dinam expectauimus.)

Brizo, inquam, Deliadis cum sacrificant, scaphas ei bonis omnibus refertas offerunt, exceptis piscibus, pro omnium salute deam precantes, praecipueque nauigia ut seruet. Chrysiptum, o amici viri, Stoicorum ducem ac principem, ego, me hercle, in multis admiro, ob id tamen impensius laudo, quod famosum suis de obsoniis scriptis Arcestratum in eodem loco ac numero semper collocat cum Philanide, cui turpissimum de Venereis opus adscribunt, quamuis Aeschriion Samius, Iamborum scriptor, Polycraten Sophisten tradat, ut honestissimam foeminam calumniaretur, ei tribuisse. Sunt autem Aeschriionis carmina haec iambica:

Ego Philanis magni apud mortales nominis Longo confecta senio hic iaceo: Ne, o stulte nauia, cum ad promontorium stetes nauem, Illud, irride, insolenter conuiciare: Non enim per Iouem, non per iuuenes inferos In viros libidinosos, aut prostibulum fui, Verum Polycrates Atheniensis genere, Maledictus aut usque blatero, ac improbe lingua, Quaecumque scripsit maligne ac flagitiose scripsit: Ea vero qualis sint, nescio.

Ceterum imprimis admirabilis Chrysiptus libro De honesto atque voluptate ita scripsit: Philanidis libros, Arcestrati Gastronomiam, Alimenterum facultates, ancillas pariter horum motuum ac figurarum experimentis peritas, ac in iis meditandis exercitatas. Idem rursus: Addiscere ipsos quae huiusmodi sunt: penes se habere quae de his prodidere Philanis, Arcestratus, & reliqui scriptores eiusmodi. Idem libro septimo: Nam sicut Philanidis carmina ediscere, aut Arcestrati Gastronomiam, tanquam ad bene beateque viuendum quidquam conferant, non debemus. Vos quidem certe hunc Arcestratum saepius inculcantes intemperantiam conuiuium maculauistis. Etenim quid elegans iste versuum scriptor omisit, quod hominum mores obrerere ac deprauare possit? solus imitator vitae Sardanapali Anacindaraxis filij, quem genitoris appellatione scribit Aristoteles esse ignotiorem. In eius sepulchro haec incisa fuisse Chrysiptus autor est:

Sardanapalus Cyndaraxis filius Anchilan & Tarsum uno die condidit: Tu autem, o viator, ede, bibe, lude: Cum mortalem esse te bene scias, animosus & iracundus ne esto: Fastis epulis oblectator: mortuo nullus rerum tuarum fructus erit. Ego namque Nini magna quondam rex nunc cinis sum. Habeo quod comedi, quod proterue feci, quod in amoribus Voluptatis percepi: multa vero felicia exoleuerunt: Sapiens est hominum vita haec adhortatio: eam nunquam obliuioni Tradam: qui uolet aurum infinitum possideat. De Phazacibus haec poeta scripsit: Nobis semper placent epula, cithara, chorea, Mutatorie vestes, calida balnea, lecti. Alius quidam Sardanapalo similis haec etiam illis suadet qui temperantes non sunt: Cunctis hominibus id consilij dare uolo, In diem ut leui uiuant: nam mortuus Nihil aliud est, quam sub terra umbra.

p Odyss.

q Plutarch. in Sympos. quae 8.8. nulum dicit piscem imolari scribit.

r Philanis Leucadia, Elephasia, Cyrene de dicitur cognominata, & Atyanassa liberos scripsere: moichon, quae dicitur a Phileidem perditam libidinis, & aduicium inuentricem quoque fuisse aiunt, ob qua male audiuit Sappho mascula. Scalliger. Consultamus. Leucadis. Castoris & Poluxem.

s Iunius adag. Philanidis commentarij. Eadē sere li. 10.

t Ad uerbum repleuisti. Quia sere nemo sit qui de Sardanapali mollissima uita quidquam non audierit, cum eius pater Anacindaraxis, qui & qualis fuerit nemo sciat. lib. 12.

u Ad ista haec fignunt ex Strab. & libro post hac 12. a Nini. apud Strab. Nini uita relicta sunt. b Haec apud Strab. non leguntur: sed eorum loco ista: Nam hoc digniorum tropium ne digna quidem sunt res hominum alia.

c Odyss. d Erasmi adag. Sardanapalus. Vide lib. 12.

e Horat. ode 7.4. Nos ubi decidimus Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Aeneas, Puluis & umbra sumus. Lambinus in eum locum: Nihil est, ac sub terra umbra.

Amphis comicus in Ialemo:

Vita breuitate uinos oportet frui. Quicumque mortalis, uita non studet, Neglectus omnibus alijs, uoluptatem adhibere, Stolidus est, mea quidem sententia. & omnium Qui sapienter de hoc iudicant: quin etiam Responsis deorum miser. Bibe, lude: uita mortalis est. Breue super terra tempus: Immortalis mors est, si quis obierit.

Bacchidæ, qui eandem cum Sardanapalo vitam egit, sepulchro haec insculpta sunt:

Bibe, comede, animos, indulge omnia, Bacchida loco hic ego lapsus sto: Alexis in Afotodidascalo, ut citat Alexandrinus Sotion libro quem de Timonis Sillis composuit, nondum enim fabulam eam nactus sum, & quamuis comedia, quam uocant mediam, plures octingentis fabulas epuluerim, habito delectu, nusquam tamen Afotodidascalus occurrit, atque adeo nec ullum quidem scio eius tituli meminisse. Nec enim Callimachus; nec Aristophanes, nec qui Pergami fabularum inscriptiones collegerunt, hanc memorant. Sotion igitur in ea fabula induci famulum Xanthiam inquit, cōseruos ad delicias cohortantem his uerbis:

Quid haec mugaris, quid sursum deorsum blateras Lyceum, Academiam, Odeum, Portas, Sophistarum nugamenta: in his pulchri nihil: Paremus, ebibamus confertim calyces: Gaudeamus, animam alere tantisper dum licet, Nullis eum turbis vexemus. Ventrem nihil incundius: Is tibi solus pater esto, rursusq; mater. Virtutes, legationes, exercituum imperia, Inanes fastus nobis obstrepunt, tanquam somnia. Fatali hora te perstringet deus: Sola tua futura sunt quae comederis, ac biberis, Reliqua cinis, ut Pericles, Codrus, Cimon.

Aptius, inquit Chrysiptus, uersus de Sardanapalo scripti sic inuenterentur:

Te mortalem esse genitum quandoquidem compertum est, maeste animi esto: Confabulationibus te oblecta: edacitas inutilis est: Ego quippe improbus qui plurima abligurierim, uoluptatisq; succubuerim, Ea mihi supersunt quae curiose didici: eorum subsidio Multa bona consecutus sum: cetera, uoluptatesq; omnes, reliqui.

Lepidiffime Timon sane dixit: Ex omnibus malis, grauissimum est cupiditas. Clearchus in opere suo Adagiogram, Arcestrati doctorem fuisse Terpsionem inquit, qui Gastronomiam primus scripsit, & discipulis, quibus abstinentum sit eduliis, praecipit: eundemque ex tempore dixisse,

Testudinem aut comedendam, aut non comedendam. quod alij sic efferunt, Testudinis carnem aut edendam esse, aut non edendam. Unde uero, o sapientissimi, uobis in mentem uenit obsoniorum scriptor Dorion, quasi scripta quaedam ille memoriae tradiderit, quem scio nominatum fuisse, χρωματοποιος, & φιλιχουρ, minime uero scriptorem. De illo haec scripsit Machon comicus: Chromatopeus Dorion aliquando Mylon, Cum accessisset, nec meritorium usquam diuersorium Reperire posset, in quodam luco sedens Qui ante ciuitatis portas forte situs erat, Et uidit sacrificantem quendam adituum, Per Mincruam quae, & deos omnes, inquit, o uir optime, templum hoc dei cuius est? Respondit ille, Iouis, hospes, ac Neptuni:

Idem in Gynaecocrazia: f Mulierum imperio.

g Horatius, Cum est manus auidas fugient heredis, amico Que deditis animo. h Lapidea pila, quae sepulchris imponitur.

i Structum gradatim uelut exiguum theatrum, in quo certamina muscorum, poetarum, rhetorum fiebant. Vide Suidam & Pausaniam. k Nicias Amphictyonum ad Thermopylas concilia, & conuenit. l Laetitiam, inuere, ac recreare. Anima extinguit qui se cuius & marore cruciant. m Victorius sap. 30.5. Var.

n Erasmi adagio, Testudinis carnem aut comesse oportet, aut non comesse.

o Canticum, quae modorum frequentamentis substitit ac solerter uariata, magis delectans, inuentorem ac magistrum. p Pifium auidu. q Urbem Aegypti.

Vita

Tim

n Hec vox signi-
ficat ex pupilla ex
pucillam, seu pingu-
em.

Kopas iam Callimedontis cura
Quartiduo. B. Huius ne vasa filia sunt?
A. Kopas oculorum ego equidem dico,
Has nec Melanthus sanè, qui solus Praetidas
Ab insania liberavit, suum in locum restituit.
Idem eum, in Concurrentibus fabula, tradit, & in Phædone, siue Phædria tãquam obsonij voracem sic taxat:
A. Aedilius futurus es, dijs si visum fuerit,
Vt, si me amas, Callimedontem toto die
Obsonijs, procella modo, irruentem, coerceas.
B. Quod faciunt tyranni dicis, non quod adiles:
Est enim homo ille bellicosus, civitatisq; utilis.

o Famina vsu
Mandrachore vel
scipita, vel deliya,

p Pisco.

q Cognati, affini-
satis iuncti.

guntur in fabula cui titulus est, Ad puteum: at in Mandragorizomena:
Si quos vobis magis diligam
Alios peregrinos, Anguilla siam,
Callimedon me Carabus ut emat.
Callimedonve Carabus, cum Orpho?
In ijs que decreui minus discedam à proposito,
Quam ab emendo Glauci capite Callimedon destiterit.
Eubulus in Conferuatis:
Alij verò cum dijs complicati?
Familiars Carabo sunt, qui solus hominum
Deglutire potest è feruentibus patinis
Conferim salamentorum pulpamenta, sic ut nil edant cateri.
Theophilus
in Medico, ipsum ieiunamq; ac frigidam ipsius orationem sic deridet:
A. Filius adhuc adolescentulus magna patri diligentia
Anguillam pusillam apposuit. B. Loligo fuit è feminarum
Provisissima. A. deinde Carabum, dixitq;
Ecquid tibi Carabus placet, è patercule? Apage sodes.
Inquit, frigidus est: rhetores fastidio.
Philemon in Transfuga:
A. Argyrus appositum sibi Carabum
Vt aspexit, Salve pappa charissime,
Cum dixisset. B. Quidnam fecit? A. comedit patrem.

r Locustam,

s Facile tanquã
piscis euolatorem
ipius gallina est, &
quodvis alia. Volu-
cris.
t Plutarch. in Sym-
pos. Quest. 4. 4. Plu-
nius eius meminit
inter nobiles pisci-
tes.

Herodicus Cratetius
quoque obsonijs cupidarius fuit Antagoras, poëta, qui piscem non eluere, sed oli-
uo inungere puerum sinebat. Idem scribit, Congrorum patinam in exercitu cum
Antagoras elixaret, Antigonom regem adstantem interrogasse an Homerum pu-
raret cum Agamemnonis res gestas celebraret scriptis, Congros elixasse, respondi-
seq; non incite, an verò cenfes Agamemnonem ea præclara facinora patrantem, so-
licitum fuisse, quis in exercitu Congrum elixaret. Idem poëta gallinam aliquando
cum elixaret, in balneum ire noluit, iusculum pueri absente se ne sorberent. Phi-
locyde verò dicente matrem asseruaturam, Marti an credis, inquit, volucre iusculum
me commissurum? Androcydes Cyzicenus, pictor, quia pisces illi essent gratissi-
mi, vt tradit Polemon, adeo voluptati fuit addictus, vt maximo studio circa Scyllam
pisces ad viuam repræsentaret. De Philoxeno Cytherio Dirhyrambico poëta hæc
comicus Machon scripsit:
Supra modum aiunt Philoxenum
Dirhyrambicum poëtam, fuisse
Obsoniorum voracem: eum igitur bicubitalem Polypum
Aliquando Syracusis cum emisset, ac preparasset, integrum
Fere, excepto capite, comidisse, ac cruditate correptum
Pessime habuisse: deinde medicum quendam
Eum inuisentem, grauius vt illum agrotare vidit,
Dixisse, Rerum tuarum si quid est de quo non statueris,
Statim Philoxene testamentum condito,
Hora namq; septima tu moriturus es:

Philoxe

Philoxenumq; subicisse: ad finem perducta mihi sunt omnia,
O Medice, ac iam dudum recte disposita:
Dirhyrambos relinquo deorum virtute in aetatem
Virilem adultos, ac coronatos omnes:
Hos Musis coalumnis meis dedico:
Curatores illorum esse volo, Bacchum, ac Venerem:
Testamenti mei tabula id declarabunt: at quandoquidem
Timothei ac Niobes Charon mihi negotium exhibet,
Et transfuchendus ad Lethes vt fretum accedam, inclamat,
Accersitq; parca tenebricosa, cui mos gerendus est,
Vt cum meis rebus omnibus procurram ad inferos,
Quod Polypi reliquum est, mihi vos date. Idem comicus alibi de Philoxeno scripsit:
Philoxenus, vt fama est, aliquando Cytherius
Tricubitalem optauit habere gulam,
Quod aiebat, longissimo tempore vt deglutiam,
Et omnium cibariorum diuturna voluptate persuar.

u u u

Diogenes Cynicus po-
lypum crudum cum manducasset, aluo magno impetu deturbata, supremum diem
obiit. De Philoxeno hæc scripsit Sopater parodus:
Duplici piscium vehe in medio posita
Latus ille medium Aetna signum conspicatus est.
Hyperides quoque Rhe-
tor obsoniorum fuit audus, vt inquit Timocles comicus in Delo, eos recensens quos
Harpalus muneribus corruerat, his verbis:
A. Habet talenta quinquaginta Demosthenes.
B. Fortunatus, si nemini quidquam impertiat.
A. Auri multum accepit Metrocles.
B. Insanus est qui dedit, beatus qui accepit.
A. Accepit & Demon, & Callisthenes.
B. Ignoscendum hoc est: sunt illi quidem pauperes.
A. Habuit quoque vehemens orator Hyperides.
B. Piscarius ille sanè ditabit nostros:
Est enim obsoniorum audus, vt Lari sunt omnes Syri.

v Laadatos, pra-
batosq; ab omni-
bus, nec pupillorū
modo egres turore,

x Timothei ac
Niobes Charonta,
vocat, vt suspicor,
à se descriptum in
Dirhyrambis, quos
de illis coposuerat.
Hominem ingenij
præfacti, quæ mo-
dus, steterit, exo-
rare nequeas, Ni-
ben dici Iunius ad-
notat, prouerbio,
Niobes archetypū.
y Iunius ad ego,
Cabitū adolefcere.
z Bubulum pe-
dē, Laetius: quod
minus est verisimi-
le.
a Craterem, quē
ex igne ac fumo e-
micantibus agno-
scunt.

Idem poëta in Icaris:
Præter obsonij voracitatem aleatorem quo-
que fuisse Hyperiden, scribit Philetærus in Æsculapio, quemadmodum & Callian
rhetorem Axionicus in Phileuripide:
A. Bicubitalem magnitudine piscem quendam,
Glaucus quispiam è Ponto aduexit in hac loca,
Squalum: obsoniorum lurconibus futurum edulium:
Popinonum delicias hominum: illum humeris gesto.
B. Quem huius apparatus explicabis? A. Primum intrito
Viridi cum asperferis, agrestiq; muria leuigata
Corpus inunxeris, ignis luculentæ flamme tradito.
Cum calente muria vir quidam vt mandat,
Nempe Moschion tibiarium studiosus: Callia verò
Vociferatu dedecus exprobra suum ad hunc modum:
Tu circa ficus exultas, pulpamenta, salsa,
Et bellum piscem hunc cum muria præsentem non attingis.

b Hyperidem Sy-
rum natione fuisse,
non Atheniensem,
comicus inuicit.
c Obsonijs tan-
quam spiritibus acri-
mento insuscit.
d Moschion, cele-
stis verbis tumidus,
ac insolentibus al-
legoria sumpta ab
aucti fluminis in-
undatione.

e Sycophanta. Allu-
dit ad Cratetis di-
ctum de frugalitate.
f Icarosus aofphos
adphos aofphos
g Hemicus Ste-
phan. in Parodij.
f Dura.

Ficus Calliæ pro-
bro dat poëta quod esset Sycophanta, salsa verò pulpamenta, forsitan quod faceret
turpia. Hermippus libro tertio De Hippocratis discipulis, scribit Hyperiden ma-
tutino inter mappelli pisces, obambulare solitum. Timæus Tauroménites Aristote-
lem quoque obsoniorum appetentem fuisse tradit, vt & Matronem Sophistam: Id
y 2 testatur

g Irrumaret, auo
fellaret. Quidã le-
gunt, aofphos ut e-
dos aofphos: quod
turpe lutrum secta
retur, hoc magia
probo.

restatur Antiphanes in Cirhaeodo, cuius fabulae hoc principium est:

Is profectio non mentitur, oculum accedens quispiam, Exculpfit, piscibus veluti Matron solet, Cestrei deuorauit caput

Anaxilas in Monotropo¹:

Raptum Matron, ego verò nullus sum. Extremæ quidem est ingluuici cibum rapere, præsertim Cestrei caput, nisi forte harum rerum scientes, ac experti, in eo quidpiam vtile subesse intelligant. Hoc certe apud vos helluonem Arcestratum² fuisse palam facit. Antiphanes in Diuitibus gulones recenset his versibus:

Eubynus cum sandalijs & annulo, unguentatus, Rerum suarum nescio quid animo cogitabat: Taureas verò, Phœnicidesq, mihi charissimus, Viri iam senes, obsoniorumq, liguritores, Qui vel omnia fori salsamenta tuburcinari possent, Id videntes, emoriebantur præ indignitate rei, Admodum molestè ferentes obsoniorum penuriam.

Hominum corona tandem coacta hæc illi locuti sunt: Nec vitæ conducit nec est tolerabile Mare quosdam ex nobis peculiare sibi Vendicare, ac in id pecunia multum impendere, Obsonij verò ad nauigare nihil, ne gry quidem³.

Quidnam ergo profunt nobis triremium præfecti? Coercendum id legibus est, & qui adseruntur pisces Pompa publica cunctis ostendendi: at Matron omnes corradit, Piscatoribusq, & Diogiton, vt per Iouem, omnibus Persuasit, ad sese ferant,

Ciuile id me hercle non est quod facit, qui tot absorbeat: Etiam si nuptia celebrarentur, aut iuuenum comotationes.

Euphanes in Musis:

Phœnicides vt vidit in magna iuuenum turba Feruentem Nerei liberorum plenam patinam, Ira contigit irritatas manus,

Ac dixit: è publico cibum capere quis didicit? Quis peritus artifex nouit in medio posita, vel feruentia diripere?

Vbinam Corydnus⁴, aut Phylomachus è publico vilitans? Ad nos concedito: horum fortassis non futurus est particeps.

Eodem ingenio

fuit & Melanthius tragicus, qui etiam elegias composuit. Voracitatis eum infimulant Leucon in Contribulibus, Aristophanes in Paçe, Pherecrates in Iuuenula. Archippus verò in Piscibus fabula vt helluonem, vinctum, piscibus tradit vicissim ab illis deuorandum. Fuit & obsoniorum audus Aristippus Socraticus aliquando reprehensus ob id à Platone, vt Sotion, ac Hegesander referunt. Aristippus, vt Delphus tradit, obiurgante Platone quòd multos pisces emisset, obolis dixit eos tantum duobus constitisse: tanti verò se mercaturum Plato cum affirmaret, Ergo vides, inquit, non helluonem me, sed te auarum esse. Antiphanes in Tibicina, siue Gemellis, Phœnicidis voracitatem notans, inquit:

Menelaus annis decem bellum gessit Cum Troianis, ob aspectu pulchram feminam, Ob anguillam verò Phœnicides cum Taurea.

Demosthenes orator, Philo-

crati, posteaquam scorta & piscium lautitias auro ob prodicionem dato coepit emere, intemperantiam ac nepotatum acerbissima oratione exprobrat. Dioclem piscium voracem, vt inquit Hegesander, cum interrogaret quispiam piscis vter delicatior est, Conger an Lupus: hic quidem assus, dixit, ille verò iurulentus. Obsonij quoque audus fuit Leontes Argiuus, tragicus, Athenionis discipulus, olim Iubæ Mauritanie regis domesticus, vt tradit Amarantus libris De scena, qui & à Iuba in eum scriptum fuisse hoc epigramma refert, qui malè Hypsipylen egisset:

A me iam Leontes tragicus helluo, qui voce

Per

¹ Homine simplici, ac minime versato.

² Raptus piscium, & obsoniorum inter edendum.

³ Qui multum in locis facundum id esse præcipiat.

⁴ Vrasia adag. Ne gry quidem.

⁵ Hæc vt verum publicum latro- nem patet infamissim.

Per theatrum malè dispersit¹ Hypsipyles animum, oculos auertit: Bacchi² ego equidem olim amicus fui: at quos oportebat Sonos auribus meis, quæ aurum explorare sciunt, non emisit: Fictiles eum olla pedibus subnixæ, aridaq, sartagine Indulgentem ventri clara voce priuauerunt.

Phoruscum gulosum narrat Hegesander, cum non potuisset, quantum volebat, piscis auferre, magna tamen parte manum eius secuta dixisse:

Quæ resistunt, pereunt stirpitus: ac mox piscem totum absumpsit. Bion, superiorem piscis partem quidam cum præripuisset, eum conuertit, illoq; abundè satiatus, post dixit,

Ino altera³ parte confecit. Theocritus Chius defuncta vxore Dioclis helluonis, parato eius causa silicernio, cum maritus simul & fleret, & obsonijs se ingurgitaret, Plorare, inquit, desine, ô miser, nihil helluonatu⁴ proficies. Idem cum alienati agri pretium in coemendis obsonijs dissipasset, feruentem piscem mandens, exustum sibi *ἀγῶν* querebatur. Id tibi reliquum est, inquit Theocritus, mare vt ebibas, sic maxima tria è conspectu sustuleris⁵. Clearchus in libris De vitis, quemdam memorat piscium audum his verbis: Technon antiquus tibicen, piscium helluo, cum excessisset vita, Charmus tibicen, apopyride⁶, id est congestis in tumulum piscibus mortuo parentauit. Alexis poeta catillo etiam fuit, vt inquit Lynceus Samius. Eum locutuleijs quibusdam ob edacitatem arguentibus, ac sciscitantibus, quidnam libentissimè comederet, Spermologos⁷, inquit, tostos. De tragico Nothippo ita scripsit in Fatis Hermippus:

Hæc etate strenuum bello si foret hominum genus, Exercitumq, duceret assa magna Raia, Cum suis lateribus, domum quidem alios custodire Oporeret, Nothippum verò militem cum exercitu voluntarium Mittere: is enim solus Peloponnesum totam abligurierit.

Eum poetam fuisse liquido monstrat Teleclides in Hesiodis: Myniscum tragediarum actorem voracitatis Plato infimulat, in Syrphace⁸, his verbis:

A. Anagyrensis⁹ tibi Orphus adest, Quo vescatur amicus meus Chalcidensis Myniscus.

B. Quod dicis, æquum est. Eandem voracitatem in Lampon¹⁰ vate Comici notant, Callias in Vinctis, Lyssippus in Bacchantibus feminis, Cratinus in Fugitiuis, his verbis:

Lampon quem vel ab amicorum feruenti cæna, Arcere hominum decreta nequeunt.

mox subnectit:

Rursum ille nunc¹¹ ructat: Nullum profectò edulium apponitur, quod non mordeat: Cum Mullo etiam num¹² pugnabit.

Hedylus in Epigrammatibus obsoniorum audos recensens Phædonis cuiusdam sic meminit: Phædon cantor Phycia laudat, & lactes: Est enim obsoniorum audus.

Agidis verò his verbis:

Elixus est Callischthys: sere clauem indiro Ne adueniat Agis patinarum Proteus: Fit enim aqua, fit ignis, & quidquid vult: sed excludendus est¹³.

In ea transformatus accedet, ac fortassis Iouis modo Vt aureus nimbus in hanc¹⁴ Acrisij patinam. Feminam quandam nomine Clio, ob hoc quoque vitium idem insectatur:

A. Obsonij auda est Clio: ore compressum illa te Vorare nitetur. C. L. Quidquid Congri est drachma consistit.

B. Fascia, vel cinctus, vel inaure, vel huiusmodi re quapiam Signum dato nobis: conspectum tuum solum nos refugimus: Nostra tu Medusa¹⁵ es: quæ vides omnia lapidescunt,

Vt olim à Gorgonibus¹⁶. A. Caterum miselli qui coquuntur in patina, congni sunt.

Arifodcmus

¹ Representans Hypsipylem erga patrem, & Argios ad Thebanam expeditionem proficiscentes beneuolentiam. ² Trag. alij, dioc. o Artificum Dionysiacorum.

³ Hemistichij cuiuslibet tragedie. ⁴ de supra. ⁵ Expectabant omnes, vt *ἀγῶν* id est, ploratu diceret, at ille *ἀγῶν* id est, helluonatum, ex inopinato dixit. ⁶ Palatum, colum, & Erasim. adag. Proteritiam fecit. ⁷ Pag. 249.

⁸ Spermologus & auem significat, & blasphemiam, ac vaniloquum.

⁹ Populi face.

¹⁰ Anagyrens, populus tribus Erechthidij. ¹¹ Erasim. adag. L. Æpon iurat per anserem.

¹² Nimia satietate.

¹³ Quamuis cibo disticius, nullum tamen si adstratur, inuadet.

¹⁴ Deest versus pentameter.

¹⁵ Nota est de Acrisio, Danaë, & Ioue fabula.

¹⁶ Aspectu terribili, toruo, horribili. ¹⁷ Erasm. adag. T. Æquam Gorgone conspecta.

Aristodemus in ridiculorum commentariis narrat, Euphranorē helluonem cum rescuisset, alium lurconem suffocatum interiisse dum feruens falfamenti frustum glutiret, exclamasse, o sacrilegam mortem. Cindoni ac Demylo obsoniorum audis, cum appositus esset Glaucus, aliudque praeterea nihil, Cindus piscis oculum prior exculpit: at Demylus iniecta in eius oculum manu, per vim, ut dimitteret, cogere volebat, subinde clamans, Mitte, & ego mittam. In cena, lautī obsonij patina allata cum esset, nec alium modum inueniret ut solus deuorare posset, in ipsam Demylus inspuit. Quod scribit Antigonus Carystius in Zenonis vita, Stoicorum familiae conditoris, is helluonem quocumque diu vixerat, ingeniosè castigauit. Ingens enim piscis cum esset appositus, paratūque nihil aliud, totum acceptum ē patina, quantas fuit, Zeno mandebat: eo vero Zenonem crebro inspectante, Quo animo esse putas, inquit philosophus, sodales tuos [quotidie] J, qui meam edacitate vno tantum die tolerare nequueris? Ister scribit Chcerilum poetam cum ab Archelao quotidie libras quatuor acciperet, illas expendisse in obsoniorum cupedias, quia helluonem foret. Pueros quoque ab incunabulis piscibus nutritos fuisse, noui, memoratos à Clearcho libro De arenosis solitudinibus, quo loco scribit Psammeticum Aegypti regem, fontes reperire Nili cupientem, pueros ab ineunte aetate piscibus alluisse, ad sitimque perferendam alios exercitasse, qui arenosa Libyae deserta perferuntur, eorumque paucos euasit incolumes. Hoc etiam me nō latet ad Molyonem Thraciae, pisces in praesepibus obiectos à bobus comedi. Phœnicides iis qui symbolam conuulissent appositis piscibus, mare quidem omnibus esse commune dicebat, pisces vero illorum esse qui emerent. Apud alios reperitur etiam vox ὀλοφάγος, & ὀλοφάγος. Aristophanes in Nubibus secundis:

e Qui sordidus nihil tibi reliquerat: Latruncius.
 f Laertius addit, quodidie.
 g In Laertio hac non legitur.
 h Macedoniae regis.
 i Obsonia vorare.
 k Turdos venari.
 l In obsoniorum apparatu. Videtur quaedam hic desesse.
 m Musci vocant, ad oclauam vocis ascensum: conuulsum singulis adducendum esse scortū significat.
 n Erasmus, adagio, R. sus Ionicus, quidam ἄγος μωωω viciu resini: et ita dici putant, quae vltro, etiam non accide, adfuit. Eras. adagio, Myconius ricius.
 o Promontorium quae mare subit Alpheus. Vlinus.
 p Ad oclum Alphei exierit: Strabo. De Alpheo & Aethusa, vide fabulā apud Pausan.
 q Eretria, locus in Aethiopia: ora: et cinita Eritra, viciu procul ab Eripo. Eretricus in praetio forasū pisces fuerunt, Strabo lib. 10.
 r Absque illius permissu: vel, quum prius ad illam strarentur, ut quos vellet, sibi deligeret.
 s De Decete & Atergatis multi multa. Vide G. raldum.
 t Haec addita, res ut clarior sit. Imaginem dea, superiute parte fuisse similem summa, infiore, pisci, traditū scriptores.

Νε ὀλοφάγος, sed κηλάειον.
 Cum ὀλοφάγος sis, ne tantum garrias.
 ὀλοφάγος sum: artis id mea.
 Fundamentum est. Quo enim malo dignus non est, Apposita fercula qui non cura maxima vastat? an non ille malus est insigniter? Praeterea si tibi quidem puri sensus fuerint, Nunquam aberrabis. Elixia: salis quod satis est Non habet? adijce tu: est insuper alia quadam re opus? Tu rursus degustato, ad iustam ut portionem adaptes, Lyra fides perinde ac si intendas, omnia ut iucunda sint: Deinde concinere iam cum videbuntur omnia Consonantia quae διαρροσάω est, Lauidas Iovicas inducito.

Cephalodorus in Sue: Machon in Epistola:

Præter hos obsoniophagos, o amici familiaresque viri, scio apud Eleos Apollinem Opophagum coli, cuius meminit Polemon sua ad Attalum epistola. Scio & ad Ichthydem, tabulam in Alpheoniae Dianae templo consecratam esse, opus Cleantis Corinthij, in qua Neptunum pinxit Thynnū offerentem Ioui parturienti, ut scribit Demetrius octauo libro apparatus Troiani. Tot ego, inquit Democritus, vobis ut obsonarer me huc contuli, non autem ut obsoniis me vestris explerem, idque praestantissimi viri Vlpiani gratia, qui ut patriis Syrorum legibus est institutum, piscibus etiam nos priuare velit, vel aduectis ex Eretria: quamuis Antipater Tarsensis Stoicus libro quarto de Superstitione, fama iactatum esse inquit, Gatin reginam Syrorum in tantum obsoniorum auidam fuisse, ut edicto per praenonem vetuerit, piscibus ἀρεῖ γὰρ ὀ, id est, sine Gatide, vesci: rerumque ignoratione multos & illam Atergatin vocauisse, & à piscibus abstinuisse. Mnaseas libro secundo De Asia haec scripsit. Mihi quidem Atergatis videtur regina quaedam fuisse grauis suis, quae subditis duriter ac inclementer vique adeo praefuerit, ut etiam pisces comesse prohibuerit, captosque ad se perferri iusserit, quod illi magnopere placerent: atque ideo morem adhuc seruari, ut qui supplices deam adorant, aureos pisces & argenteos dedicent: eius profecto sacerdotes quotidie veros pisces obsonati iurulentos & asios mense ante illius simulachrum imponunt, quos absumant postea. Idem aliquantū progressus, rursus inquit: Atergatis

gatis verò, ut scribit Xanthus Lydius, à Mopso Lydo capta, cum Ichthye filio, in lacu Ascaloni vicino demersa & suffocata est, ob suam insolentiam, & iniurias multis illatas, à piscibusque deuorata. Fortassis & vos, o amici viri, prudentes scientesque piscem quemdam sacrum Ehippi comici praeteriistis, quem Geryoni poeta in eiusdem nominis fabula scripsit his verbis apparatus fuisse:

A. Huic regionis incolae piscem quendam cum ceperint, Non qualem videmus quotidie, sed mari circum sua Creta maiorem, Corpore: est autem patina quae possit illum excipere: illam Accole centum circumdant, Lydi, Lycij, Mygdoniota, Cranai, Paphij, qui ligna cedant, magnum cum piscem rex coquit, Eaque conuicta, mons ante civitatem quae erigitur, succendunt: Deinde pleni lacus aquas adducunt: Ad parandam muriam salem ipsi Afferunt per menses octo plaustra saepe centum: Per superiora maris littora iuxta promontoria quinque celoces circumnauigant, Quinque remis atque, quae Lyciorum summis magistratibus Accendant ut ignem, deuuntiant. b. Has frigidas nugarum ampullas effutire desine: Ne ante Macedonum praetorem celoces istas qui disperdat, supplex flectas genua.

v Fortassis, magnum: in versibus nulla si fieri mentio, sed magnum.
 x Duarum Balea ridum, & Ebusi regi, quae res fabulae postiarum locum scie, ut tricorporē fuisse crederetur.
 y Haec legitur parasitus impudens, mendaciorum suorum praestigis auditores ut in admirationem trahas.

Non ignoro haec ipsa Ehippum quoque scripsisse in Peltato fabula, in qua illis verbis & hos subdidit:

Hac blaterans cauat, & cum magna aestimatione Impensa iuuenum vicitat, rationum calculos non supputans, Grauis, grauitè lenam trahens. In quem verò Ehippus haec carmina tanquam intenderit, tibi iam tempestiuum est, o Vlpiane, perquirere, ac nos docere, & si quid in his quae recitauit aut balbum est, aut inuentu difficile, quod apud Aeschylum Prometheus inquit, Ea iterum atque iterum replica, & aperte cognosce qualia sunt: At tibi quidem, plus quam vellem, adest otij. Exclamat hic Cynicus, Ecquem, non dico piscem, verum ecquam magni momenti quaestionem hic animo concipere possit, qui spinas perpetuo seligat Epsetorum, Atherinarum, & aliorum si qui miseriore his sunt, piscium, magna falfamentorum pulpamenta negligens, Nam velut in generosi hominis epulo, quomuis adsit Amylum, estur tamen sapius Anethum, Aptum, vel harum nugarum quidpiam, Vel preparatum Nasturtium. Sic mihi videtur Lebetocharon, ut mei Ceridae Megalopolitani vocem usurpem, hic Vlpianus, nihil quidem eorum comesse quae homini conueniunt, & eos interim qui cibo famem placant, obseruare, an spinam oculis transfuderint, vel traganum, vel cartilagineum quidpiam ex iis quae apposita fuere. Nos verò semper animo volumus, illustris & elegantis Aeschyli dictum, qui suas tragœdias esse iactabat magnificarum Homerij cenarum frusta. Eximius sane philosophus Aeschylus fuit, qui in agendis fabulis aliquando iniustus suffragiis ab aduersario superatus, ut autor est Theophrastus, siue Chamæleo, libro De Voluptate, tempore se suas tragœdias consecrare dixit, non ignarum olim meritum honorem adepturas. Vnde verò ille nouisse potest, quae Stratonicus Citharista dixit in Propin citharcedum Rhodium? Clearchus in Adagio scribit Stratonicum aspecto Propide, proceræ staturæ, artis indocto, inepti paucique sermonis, interrogatum qualem esse illum existimaret, dixisse,

Nullus, magnus, piscis, malus: obscurè significans, primum, quod esset nihil, deinde quod ampla quidem mole corporis, sed ob infantiam piscis. Theophrastus libro De ridiculo, verbum id Stratonicum dixisse refert, verum in Simylam histrionem, idque diuisis eius sententiole vocibus, ad hunc modum: Magnus, Nullus, Putris, Piscis. Aristoteles in Naxiorum Republica, de hoc adagio ita scripsit: Eorum qui apud Naxios copia rerum abundabant, aliis in ciuitate domicilia fuisse, alios in pagis sparsim habitasse. In quodam ergo vico, quem Le-

Pisces: vel, blateranem.

Ad te audiendū.

b Vlpianus. c Lunus adagio, Spinam colligere. Su pra pag. 71.

d Vel abenorum, lebetum, & cacaborum veluti portitor, quale est apud infimos Charon: vel ollarū & apparatus coquinarū studiū.
 e Quidam: an in spina videnda sine hallucinati.
 f Teophrastus, maritima planta aculeata. Haec pueri quædam.
 g Cartilaginū istar durum, minime vescum, abijciendum.

Erasm. adagio, Citius Telestago-
ra dicitur. Leopardus cap. 3. 9.
Erasm. Simula-
ta benevolentia em-
pium piscem Tele-
stago aduenerunt,
quem, cum ille li-
benter. Er. adag.
Nullus, malus, ma-
gnus, pisci. Idē hoc
proverb. Er. aliter,
Telestago citius da-
mauerim, legi per-
petuo Telestago.
¶ 2. Sui diuis. Grae-
cia nunc significat,
colleclum numerū,
quo modo intello-
xit, tuas quod. La-
cini dicitur, deorum
ope, deorum virtu-
te, dijs bene fauen-
tibus. Erasm. pro-
uerb. Cum deo quis
que gaudet Er. sit.
n. Urbem Carie.
n. Oppidum Ma-
cedonie.
o. Quodlibet.
Leopardus cap. 3.
10. Vide apud Eras-
m. adag. Bos ad pra-
sepe.
p. Sui diuis. Er-
asm. affatum.
q. Quo ludos im-
pensa sua exhibere
decreuissent.
r. Ado vs. propo-
modum maior esse
proconū numerus,
quam ciuūm. Eras-
m. Hac vox signi-
ficat Er. proconem,
Er. Buccinum con-
chani, non quidem
clauatam, aut acu-
teatam, sed tuber-
culi nullis eminē-
tibus asperam Er.
inagulem. Bucci-
num pro aculeata
Bupura dicitur vi-
datur Stratonicus,
Neoptolēter Eras-
m. Hic ingrediens pra-
econū pedem offer-
dam.
s. Hac seris solen-
bant cum ingens
aliquod malū me-
morabatur, id dijs vs.
auertent.
r. Erasm. proverb.
Asinus ad lyram:
cum scire caneret
voce, ceterum ly-
ram non pariendo vs.
parit.
z. Olim asinus ad
lyram dicitur esse,
nunc vero hos est
ad lyram. Eras-
m. y. Et ad Strato-
nicum Er. ad regē
huc referri potest.

stadas vocabant, Telestagoras debebat, praediues, & omnium opinione probus. Eum populus in primis honorabat, tum aliis rebus omnibus, tum etiam muneribus quotidianis. Itaque ex oppido qui descendeabant, si venale quidpiam minoris licitarentur quam par esset, qui vendebant solebant respondere, Telestagora h malle se dare, quam addicere tanti. Quidam porro iuuenes piscem magnum cum mercarentur, ac piscator ea dixisset, indignati molesteq; ferentes verbum illud a se toties audiri, iam poti¹ & comestabundi² ad eum perrexerunt. Telestagoram autem, benignè cum excepisset aduenientes, illi & affecerunt iniuria, & nobiles eius filias stuprauerunt: qua contumelia irritati Naxij arreptis armis illos adorti sunt, excitata maxima seditione, & Naxiorum praefecto Lygdamide, quem repente ab eius exercitus imperio patriae tyrannum omnes viderunt. Non in tempestiuum ego hic duco, Stratonici citharædi quandoquidem iniecta est mentio, ex iis quæ ingeniosè & solerter respondit, quædam commemorare. Cum doceret ille citharistas adolentes duos in ludo ubi erant Musarum nouem imagines, cum Apollinis statua, quodam sciscitante, quot haberet discipulos, Cum¹ diis, inquit, duodecim. Mylasmam² peregrinatus idem cum appulisset, delubra multa, homines verò paucos intuitus, in medio sono stans, clamabat, Audite templa. Arguta eius dicta Machon hæc refert: Pellam³ profectus, à multis cum antea intellexisset lienosos incolas eius oppidi fieri, plures in balneo qui se exercere ad ignem, iuuenes offendit, floridi coloris, ac benè habitos exercitationis vsu, illosq; falli dixit, qui talia narrassent: at egredientes balneo cum obuius esset, cui duplo magis quam alius, tumeret lien, Sedens extemplo dixit, Videtur quidem hic sumptas vestes ac lienes illorū custodire qui introierunt, ne vlla sint intus angustia.

Cantor malus excepit aliquando conuiuio Stratonicum.
Epularum magnifico apparatu, & splendido;
Artemq; inter potandum ostendit suam:
Auscultans canentem¹ Stratonicus, nec habens cum quo
Colloqueretur alterum, exhausto poculo
Atinus poposcit, cyathisq; multis acceptis
Soli calyces ostendit, ac statim²
Potus obdormiuit, Fortuna permittens omnia.
Ad comessionem verò accidentibus cantoris quibusdam,
Alijs casu, ut sit, familiaribus,
Confestim terreo iacuit Stratonicus ebrius.
Illis autem cum quidam narraret epoto vino
Continenter multo, sic inebriatum hominem, extemplo respondit,
Hic enim insidiator ac execrandus cantor,
Ad cenam inuitatum me occidit, ut ad praesepe bouem.

Stratonicus cum Abdera se conuulisset, ad statutum illic ludorum spectaculum, ciues singulos peculiarem sibi praconem habere contuitus, qui eorum iussu, cum adlubuisset, Nouilunium³ ipsorum annuntiaret, contemplatus in ea ciuitate pracones⁴ portione ciuibus esse plures, summis vnguibus pedetentim incedebat, in terram defixis oculis. Interrogante verò eius hospite, ecquid mali pedibus tam subito accidisset, hoc inquit: Ego equidem totis pedibus valeo, & quouis assentatore ad cenas excurro celerius: Anxius tamen sum ac prorsus metuo, ne calcando⁵ & κερυκα⁶ pes transfigatur. In sacrificio tibias inflaturo incito quodam tibicine, bona ominari me⁷ oportet, inquit Stratonicus, libemus iam, atque deos precemur. Cleon citharædus cognomine Bos, nec rectè pulsabat lyram, & voce⁸ plurimum dissonabat ab eius fidibus: cum cum audiisset Stratonicus, Asinus, inquit⁹, ad lyram, adagium olim fuit, nunc autem dicendum, Bos ad lyram. In Pontum ad Berisadem regem Stratonicus nauigauit, longoq; ibi tempore commoratus in Græciam redeundi desiderio captus, regi nec id probanti nec permittenti respondisse ferunt, Bene profectò est, quòd statuisti hic manere¹⁰. Stratonicum citharædum Corinthi peregrinantem vetula quædam cum aspexisset, proferebatur, nunquam oculis alio dimotis: cui Strato-

nicus, Per deos, ô mater, te quæso, quid me vis? quid semper me sic aspectas? tum illa, An menses te decem mater gestauerit, & vterò continuerit, dubito, cum nostra ciuitas, quæ vnum tantum diem te habuit, iam doleat,

Nicoceontis¹ uxor Biothea
Spatiatum egressa cum ancilla domestica
Fortē fortuna proculcatam obtruit ansam
Sicyonci calcei, deinde magnum pepedit:
Tum Stratonicus: non dissimilis crepitus
Noctū, inquit: eiusq; ioci caussa
Liberioris pamas uocis in mare² proiectus luit.

Ephesi aliquando ineptus citharædus amicis quendam suum discipulum cum ostentaret, praefens, vt fortè accidit, Stratonicus, Hunc, inquit, iste vt se ipsum venditat, non, ἰδὲ ἀνακρύβει³. Clearchus libro secundo De amicitia, scribit Stratonicum citharistam dormituum puero semper mandasse, potum sibi⁴ vt afferret, non quòd sitiam, inquit, sed, ne sitiam. Byzantij cum citharædus bellè proœmium cecinisset, reliqua verò perperam, & praeter animi sententiam, asurgens Stratonicus veluti praconio significauit, si quis eum qui proœmium cecinerat, indicaret, mille drachmas accepturum. Interrogatus à quodam, è Pamphilia qui essent pessimi⁵, Phaselitas deterrimos esse dixit, at Sideras omnium totius orbis gentium improbissimos. Alio rursus percontante, vt refert Hegesander, vtri magis essent barbari, Thessali, an Bœoti? respondit Eleos. Trophæo in schola sua extructo inscripsit: DE IIS QVI MALE CITHARAM⁶ PVL SAN T. Quodam sciscitante, quænam sint tutissima nauigia: rotunda, an longa? respondit, quæ in terram subducta sunt. Rhodi cum artis specimen exhiberet, applaudente nullo abiit, theatro relicto, ac dixit, Quandoquidem id vos non praestatis quod nullius est impendij, quo modo à vobis sperare munus aliquod viritum possum? Idem dicebat: Ludos Gymnicos designent Elei, Corinthij Thynnico⁷, Scenicos Athenienses: ab his si quid peccatum fuerit flagris⁸ vapulent⁹ Lacedæmonij, illis consueta verbera & flagra tacitè innuens, vt scribit Charicles primo libro De vrbanis ludis. Ptolemæo regi de arte pulsandi citharam ambiciosus cum eo differenti, Aliud, inquit, est, ô rex, sceptrum, aliud plectrum, vt autor est Capito versum heroicorum scriptor libro quarto suorum commentariorum ad Philopapum. Aliquando citharædum vt audiret accersitus, posteaquam ille cantare desuit, Homeri carmen Stratonicus¹⁰ recitauit;

Huc alterum quidem pater dedit, alterum denegauit: subiecit tum quidam, quale nam illud est: vt male citharam pulsaret, concessit, inquit, at scitè vt caneret, abnuit. T rabis delapsæ ruina cum improbus quidam oppressus interiisset, Dij quidè, ô viri adstâtes, dixit, δὸκῶ¹¹ (vt arbitror), sunt: ac, si nulli sunt, tamen δὸκῶ¹² (trabes¹³) sunt. Idem scriptor eodè libro quarto suorum Commentariorū aliâ Stratonici dicta, post superiora, hæc commemorat: Chrysofonus liberorum duorum pater omnibus cōmodis abundaturum se gloriabatur. Operum namque se redemptorem esse ac sequestrem: natorum verò alterum musices fore doctorem, alterum tibicinem: Vna præterea re tibi opus est, inquit Stratonicus: Quanam? subdit Chrysofonus: Theatro¹⁴ conueniente, ait. Mirante quodam vniuersam Græciam quòd peragraret, nec in vlla maneret ciuitate, omnes Græcos Stratonicus dixit à Musis tributum accepisse¹⁵, nunc autem vicissim ab illis incitrix¹⁶ suæ mercedem exigi. Idem Phaonem tibia canere dicebat, non Harmoniam¹⁷, sed Cadmum. Eidem Phaoni se peritum esse tibicinem assimulanti, habereq; se Megaris chorū prædicanti, Nugaris, inquit, illic quidem non habes¹⁸, sed haberi. Satyri sophistæ matrem admirari se maximore dicebat, quòd menses decem illum vterò rulisset, quem decem dies ferre posset nulla ciuitas. Idem cum rescuisset apud Ilium Satyrum peregrinari: Semper, inquit, & Ilienibus & Ilio mala¹⁹. Minnaco de musica pertinaciùs cum ipso altercanti, animum se non aduertere dixit, propterea quòd supra pedis malleolum²⁰ loqueretur.

¹ Auditoribus qui de ac tuos filios insepit canentes patienter ferant. n. Qui bonas & liberales artes ab illis didicerint. o. Tis ἀνακρύβει quòd Musarum nihil habeant. p. Harmonis Martij & Veneris filia, Cadmi uxor, item concertus musicus. Hinc iocus. Cadmi vita fuit calamitiosissima. Qui malè & miserabiliter canit, in Cadmum canit. q. Significat discipulum esse doctus quam magistrum, aut chorū ipso doctorem. Erasm. ² Erasm. adag. Semper illo male. s. Leopardus cap. 2. 10. Calcearius Minnacus fuit. Affine huic dictum est Ἀπὸ τῆς, Ne fuit vltra crepidam.

¶ Vide Leopardū cap. 10. 1. Emend. Ei debetur huius loci emendatio, ac explicatio. Machon comici verus fuit, a Erasmo scribit, offenso rege Cypriorum Nicocle venenū bibisse, & mortem sic oppetiisse. b. Abi aliò Scythia: dictum veluti proverbiale in eos qui alium pro alio vel nominant, vel obtrudunt: quasi diceret, scipsum, ac neminè alium. Qui dam putant verba lusit puerili fuisse, in quo vnus lectū oculū à quodā circumstantium percussus, eius quem arbitratu recigisse nomen profert, si aberrauerit, acclamante toto cætu ἰδὲ ἀνακρύβει: Abi aliò Scythia: quere alium quem nominet. Inter Stratonici ἀποψηθηματος, Erasmo, credo quia correptissimū esset, nō recensuit, alia multa persecutus. c. Vinum sibi affuuderet. Eras. Sic solent pleriq; ad quiescē iuri bibere. d. Miserimi. Eras. in Apophth. e. Aduersus malè canentes cithara. Erasmo. Repetitur hoc dictum paula post. f. Thymicos, Carili, ex Eustathio. Vide Leopardū ca. 2. 10. g. De verberibus puerorum Lacedæmoniorum, ad arā Orthie Dianæ, & in illis pestrendis admirabili constantia, vide Plutarchū in Laconicū institutū. h. Excorientur. Plutarch. in Lycurga. i. Iliad. q. Erasmo. adag. Alia dantur, alia negantur. Plinius secundus epistola 7. lib. 1. alio sensu de se id dicit. k. Vi finia. l. Trabes. Oratioe latina exprimitur potest sermo. n. Greci venustas. Sensus est manifestus.

Specie laudatis vi superavit: Erasmi male. Vide supra pag. 238. & 241. Idem cum forte venisset Miletum: Erasmi. Leopold. cap. 4. no. & Amphio musice gloria fuit clarissimus: Zethus vero eius frater bellicosus quidem, sed musica penitus rudis. Vide Pausan. lib. 9. y nihil proficeret. Erasmi. Quod alij dicunt eis uaeoplas, existim imprecantes. Notatur & obiter Macedonum barbaritas. Erasmi. Idem adag. in beatu, alij esse putat ad Proverb. Domi Miletia. a Sordido. Erasmi. b Oppido Thracia. c Quod a nigro Cyrenensis colore dicitur, luxu & voluptatum studio est. Erasmi. Infr. hac pag. d Erasmi adag. Spissus. e Quod, ut Corinthus, nobilitate est, ac opulenta, verum non tot scortorum gregibus infamis. f Erasmi adag. Mafchalam tollere. g Quod de opibus Corinthiorum instar gloriatur, verum stolidum ac inanissimum. h Quia solum membratibus, vilioribusque, id genus piscium reseretur. i Alludit ad Megalopolim oppidum non ignobile, simulque ostendit, oportuisse sones illos plebsi capite, non sola ignominia. k Erasmi adag. Quae quisque nouit arte. l Cuius es Cicaronum est adita nequationi. Erasmi. m Telephanem infare tibiam austeritatem, ve catione sua modos ac sonu bene adaptare, id inepit faciem reprobedit, & veluti rullare dicit. Vide Leopoldum c. 21. g. n Erasmi in Arcadia: Cardia ciuitas in Chersoneso Thracia. Steph. o Refertur & hoc dictum supra pag. 261. p Erasmi adag. Carcini poemata. Aliquot locis huius operis citatur Carcinus tragicus. q Telo alicuius sordes malitiamque gentis illius notat. r Ciuitas est, sed vix, subaud. locus ad commorandum idoneus: aut aliud quodpiam eiusmodi. s Dithyrambicos. Vide Leopoldum cap. 14. & 15. lib. 9. t vobis, cauendi leges, cum certo intente remissae: vocis flexu: praeterea sapientissimorum hominum decreta & sanctiones: vobisque, plebsita legibus saepe derogantia. Nomos vobisque longe praestantior. Hinc iocum. u Erasmi adag. Ad coruati. y Infelix pellicia. uellus, pellicia uel capra aut arcticus iocum ex dictionum similitudine. z Supra, hac pag.

queretur. Ignarum medicum idem dicebat, aegros quos tractaret, vno die ad inferos ut migrarent, efficere. Idem obuiam factus cuidam ex notis atque necessariis, calceos eius intuitus bellè spongia deterfos, vicem eius, veluti miseri, & aduersis rebus afflicti doluit, quod arbitraretur spongia tam diligenter abstergi non potuisse calceos, ipse nisi absterfisset. In Teichiunte t. agri Milesij oppido cum variarum nationum miscellanei homines habitarent, omnia sepulchra peregrinorum esse ac conuenarum intuitus, Facessamus hinc, inquit, puer: soli mori videntur hinc alienigenae, ciues autem nulli. Zethum citharistam de musica disserentem, de arte illa loqui maximè dedecere inquit, nomen à Musis alienissimum sibi quia delegisset, quod Zethum se, non Amphiona uoluisset appellari. Macedonem quendam citharam pulsare cum doceret, stomachatus quod nihil eorum faceret quae conuenirent, In Macedoniam, inquit. Malo frigidum: balneo, Herois vicinum templum ornatum magnificè conspicatus, ut malè lotus egressus est, Non miror, inquit, dicatas hic esse tabulas multas: Quisquis enim hic lauit, quod saluus ac incolumis euaserit, cōsecranit tabulam. In Aeno cœlum octo menses frigidum esse dicebat, quatuor autem, hyemem vigere. Idem Pōricos multos in Græciam, è Ponto, velut è quodam exitio, venire dicebat: Rhodiosque vocabat Cyrenæos albos, ac eorum oppidum Procorum ciuitatem: Heraclæam, virorum Corinthum: Byzantium axillam Græciae: Leucadios, futiles ac vanos Corinthios: Ambraciotas, Membraciotas. Ex Heraclææ portis cum exiret, omnia circumspiciebat. Percontanti verò cuidam quid circumcirca obtueretur, Pudet, inquit, si tanquam è lupanari videar egredi. Idem victos in catasta & collari duos conspicatus, quàm exiguae ac inualidae ciuitatis indicium est, hoc perfici non posse, inquit. Quodam harmoniarum & concentuum musicorum peritiam sibi arrogante, qui prius olitor fuerat, de harmonia quidpiam cum illo disceptate, Quam quisque nouit artem, eam canat, inquit. Maronea cum quibusdam potas, si per ciuitatem oculis testis duceretur, quo in loco ciuitatis esset, cogniturum se dixit. Operis deductus oculis, interrogantibus vbinam esset, in caupona, respondit, tanquam caupona foret tota ciuitas. Inflare tibiam incipienti Telephani accumbens dixit, Tanquam ructantes. Cardia cum balneator detergendo corpori terram inutilem, & salfam aquam præbuisset, terra marique se dixit obfidere. Victis Sicyone qui aduersus illū certauerant, in Æsculapij delubro trophæum crexit, inscriptionemque hanc addidit, Stratonicus de iis qui citharam male pulsant, Cum quidam cantasset, cuius essent modi percontatus est: respondit ille, Carcini: multo id quidem magis, quàm hominis, inquit. In Maronea ver non fieri dicebat, sed æstuosum feruidumque teporem. In Phaselide, cum eius puero rixante de mercede balneatore, quod lege statutum esset, ut illic pluris lauarent externi homines, o scelestè puer, inquit, ob areum nummulum Phaselitem me propemodum reddidisti. Cuidam ipsum laudanti ut non nihil muneris auferret, maiorem se medicum esse dixit. In oppidulo cum doceret, Hic locus, inquit, non uolus est, sed uolus. Pellæ ad puteum accedens, an esset potu salubris aqua sciscitatus est: respondentibus qui hauriebant, illam se bibere: est igitur in salubris, ait, quia luridi essent incolæ, atque palcentes. Timothei versus de Semele Bacchū parturiente cum audiuisset, operarium manuariumque hominē si peperisset, inquit, ac non deum, quales edidisset clamores? Superbiente Polyda, quod Philotas, discipulus suus Timotheum cantu superasset, Miror, inquit, si nescis Timotheum uobis condere, Philotan verò ψυφισματε. Arco cantori quadam in re molesto, ac importuno, ad coruos cane, inquit. Sicyone conuitanti cuidam qui coriarius malus fuerat, respondit, κακὸς αἰμοῦ, κακὸς αἰμοῦ. Rhodios delitiis exolutos, & calidum bibentes contemplatus, albos Cyrenæos nuncupabat, Rhodumque oppidum, ciuitatem procorum: Rhodios quidem à Cyrenæis colore diuersos autumans, at ob luxu similitudinem, & procliuatatem eandem in volu-

ptates, cum procis urbem illorum comparans. Ephorus libro secundo De inuentis, in his lepidis dictis Simonidis poetæ imitatore Stratonicum fuisse tradit, Philoxenumque dicacitatis eiusdem fuisse studiosum. Phanius Peripateticus secundo libro De poetis, Stratonicum Atheniensem scribit existimari primum omnium nudis citharæ sonis multas fides adiecisse, primumque doctum concentus musicos, ac cantuum numeros varietatesque designasse, ac deformasse, fuisseque in ridiculis dictionibus non insulsum. Ob iocorum libertatem excessisse vita fama est, iussu Nicoclis regis Cypriorum veneno potu, quoniam eius liberos irrisisset. Aristotelem verò ego demiror, quem isti sapientes, o lepide mi Democrite, summo opere celebrant, quamuis eius scriptorum ut & aliorum philosophorum ac oratorum arbiter censorque sis optimus, quæ tandem cura & diligentia, aut à quo Proteo vel Nereo è profundo maris emergente didicerit, quid agant pisces, quo pacto dormiant, quis illorum victus sit. Eiusmodi namque ille conscripsit, ut, quod est apud comicum, fatuus miracula & portenta credantur. Primum quidem buccina, & vniuersum testaceorum genus oriri absque coitu is asserit: longam esse Purpuris ac Buccinis vitam: Purpurarum enim vitam ad annum usque sextum produci: quod ipsi, per deos immortales, vnde innouit: praeterea in coitu viperam diutissime persistere is affirmat: Columbum in eo volucrum genere maximum esse, deinde Inada, minimam verò Turturem. Vnde illi compertum equum annos trigintaquinque viuere, equam autem plures quadraginta, & quandam ad septuagesimum usque peruenisse: Idem refert ex pediculorum coitu nasci lendes: è mutato verme gigni erucam: ex hac Bombylium; ex isto postea, quem Nedydalem vocant. Idem affirmat ad sextum annum vitam apibus prolatari, & quibusdam ad septimum usque: Apum & vesparum nunquam visum fuisse coitum, ideoque discerni non posse marem à femina. Vnde illi cognitum apes prudentia homines antecellere, ut quæ vitæ perpetuam æquabilitatem ac immutabilem feruent, mel semper colligentes, idque sponte, à nullo edoctæ, qua in re homines apibus cedunt, inani stultaque existimatione sui tam pleni, quàm apes melle. Vnde id obseruauit? Idem libro De vitæ longitudine scripsit visam muscam quæ ad annos sex vel septem vixerit. Qua porro demonstratione id probauerit? Vbinam ille hederam ex cerui cornibus enatam aspexit? Noctuis ac Nycticoracibus interdum oculos esse hebetes, ac propterea noctu sibi quærere cibum, non quidem tota & in tempesta nocte, sed appetente vespera: oculorum species esse dissimiles: quibusdam glaucas: aliis nigras: nonnullis raudas: homini verò omnifarios esse oculos, & in illis morum ingeniique certa indicia. Quibus enim hominibus caprini sunt oculi, iis acutum natura visum esse, moresque probissimos: hominum verò aliis oculos extrorsum prominere, aliis introrsum condi: aliis medio situ collocari, & hos perspicacissimos esse, lenique ac sedato ingenio: pessimos contra, quibus exeruntur: quosdam nictare frequenter, impudentiamque id arguere, ut leuitatem ac inconstantiam oculos rigidos ac intentos, mediocres autem, mores optimos polliceri: omnium animantium soli homini cor esse in parte sinistra, reliquis in medio pectore: maribus plures esse dentes quàm feminis, idque animaduersum in oue, suæ, capra: nulli piscium datos testes: nulli mammas, sicut nec auibus: Delphinum solum carere felle: quibusdam piscibus in hepate nihil esse fellis, verum prope intestina porrigi, ut Elopi, Synagrudi, Muræna, Xiphia, Hirundini. Amiae iuxta torum intestinum distendi: Accipitri seu Miluo, secundum iecur: Aegocephalo aut ad hepar, & ventrem: hirundini, columbae, coturnici, partim iuxta ventrem, partim iuxta intestina: Quæ tenui crusta obducuntur, quæ testa operiuntur, cartilaginea, insecta, diutius coire: Delphinum, & alios quosdam pisces acclinatos congregari: Delphini coitum absolui tardius, aliorum piscium celerius: ossa leonis usque adeo solidescere, ut eorum collisum non aliter quàm silium, ignis emicet: ossa quidem inesse Delphinis, spinam verò nullam: cartilagineis autem & suam cartilagineam, & spinas: Animantium quædam esse terrestria, quædam aquatica, quædam & in igne generari: Ephemera quædam appellari, quibus sita vno die finitur: Amphibia esse fluuiatilem Equum, Crocodilum, & Lutram: omnibus animantibus duos esse pedes ingressus veluti duces, cancris verò quatuor: quot

Quos vox non somniansur.

Quasi Fibrosum, Mepesulani, apud quos frequens est, vocant, in Tarragona. Male Galenus imaginem reddidit, quasi legerit ovis. Plinius cap. 11. d. Bucorum, quidam inquit.

Coloris interfluum & casum me di.

Rana Natalis.

Passeri, Natalis. Non aut, sed pin.

Vite ancipitis, quia in terra pariter & aqua degit. h. i. i. Quiddam, aquatilem serpente.

Enchiridion: in-
quibus motu suo
paribus.

in Serpentes co-
secratur vertebrarū
articuli spina. Vi-
de, num legendum,
quod dicitur in Vertice
marinae.
in Aristotelem cur
ita vocet, paulo
post explicabit.
in Aristotelem, am-
bulacione, vel am-
bulato.

in Socrate magi-
strum. Vide Suidam,
et Cellum ca. 1. 5.
in Socrate magi-
stro philosopho, Sui-
dam, et Cellum ca. 1. 5.

Quaedam hic
desse videtur, et
que legimus, alium
de serapio abru-
ptam, non citato scri-
ptoris nomine.
De eo vide Laer-
tium.

Philoporem,
Laertius.
Hec addita ex
Laertio.
in Ex Laertio. In
nostro codice, au-
tibus, vel, gallinū.

Emendatus lo-
cus ex lib. 13. Erat-
osthenis. Sicutior Me-
litis.

Ad hanc magni-
tudinem, differre tā-
tum quidā voluit:
alij sexu.

quotquot sanguine praedita sunt, aut nullos habere pedes, aut duos, aut quatuor: quibus plures quam quatuor pedes, exangues esse: ac ideo, quaecumque mouentur, quatuor veluti signis¹ cieri, hominem quidem duobus pedibus, & manibus totidem: auem pedibus rursus duobus ac totidem alis: Congrum, & Anguillam, duabus pin- nis, & gemino corporis flexu. Praeterea manus habere quaedam animalia, vt homi- nem: in quibusdam manuum speciem videri, vt in Simia. Nihil enim expertes rati- onis animantes vel dant, vel accipiunt, quem ad usum condita sunt manuum in- strumenta. Animalium quaedam rursus Aristoteles scribit, commissuris articulo- rum compingi, vt hominem, bouem, asinum: quorumdam membra nullis articulis vinciri, vt Pulmonis marini, Ostreorum, Serpentis²: Animalium multa non appare- re quouis tempore, vt quae latent: quaedam se non abscondere, & tamen non vide- ti, vt Ciconias, & Hirundines. Multa oratione persequi desino, in quibus Septastia- rius³ hallucinatus est: haud ignarus Epicurum veritatis amantissimum in epistola De vitæ rationibus ac institutis, prodidisse, illum dissipato patrimonio, repentina quodam impetu animi stipendia fecisse, & cum parum foelix ei fuisset militia, medi- camentra vendidisse, patefactaq; deinde Platonis schola⁴, ei se adiecisse, proximūq; assedisse, orationis dexteritate & eloquentia alioqui promptum, paulatimq; ad re- rum contemplationem ita processisse. Ea solum Epicurum de Aristotele memoriae commendasse noui, nec Eubuliden aut Cephisidorum eiusmodi quidpiam ausum fuisse de Stagirite publicare, quamuis aduersus illum libros ediderint. In eadem epi- stola Epicurum Protagoram⁵ sophisten scribit, ex sportarum⁶ baiulo ac calone ama- nuentem primum fuisse Democriti, cum eius industriam singularem in positura iun- cturaq; lignorum admiratus esset philosophus, hisq; initiis admittum in eius familia- ritatem, literas in quodam vico primū docuisse, deinde ad artem dicendi animum applicuisse. Ego verò, o coepulones, post multos hos sermones aluum iam ex- plere cupio. Interfatus est tum quidam, coquos id satagere ne ferula ob prolixum sermonum cibatum refrigerata mensa inferrent: Bene est, inquit Cynulcus: etenim frigidis nemo vescetur: & vt comicus Alexis in Milcone scripsit,

Ego, nisi apponant calida omnia cibaria,
Ea non comedo⁷.

Quod bonum est, ubiq; bonum esse Plato ait,
Oportetq; id nos discere, quod incundum est

Semper ac omnino incundum esse: hoc ego quoque nunc assero.

Sphaerum⁸, qui cum Chryippo apud Cleanthem philosophiae nauauit operam, aiunt in Ale- xandriam euocatum ad Ptolemæum⁹ regem, cum oborta¹⁰ esset quaestio, an opina- retur sapiens, & cum opinari Sphaerum negaret, cercis tandem inter cenandum ma- lis¹¹ Punicis allatis, Sphaerum in ea manum intendiisse, regemq; illum retinuisse, fal- sae opinioni assentiri dicentem: Sphaerumq; cum ingeniosè nec inscitè respondiisse, non quidem se opinioni assentiri, quod essent mala Punicæ, sed quod esse mala Pu- nica probabile videretur: distare verò illam imaginandi vim qua quidpiam compre- hendimus, ab eo quod verisimile tantum est: illam enim mendacem nunquam esse, in eo verò, quod est probabile, aliud euenire saepe quam putamus. Nobis igitur ad vi- sionum perceptionem cereum quidpiam circumferatur, in quo hallucinetur aspectus, ne perpetuò loquacitate futili garriamus. Cœnam ergo repetituros omnes cohibe- re se Daphnus iussit, prolatis ex Mammacytho¹² Aristagoræ, siue Auris Metagenis, his iambicis:

Veluticum
Alicubi canamus, vniuersi loquimur tum plurima.

Aio equidem minus ac- curatè quàm par sit, tractatum fuisse de piscibus, multoq; plura de iis disceptasse Æ- sculapij filios, Philorimum in libro De alimentis, Mnesitheum Atheniensem, ac Si- phnium Diphilum. Hic enim libro quem inscripsit, De his quæ offeruntur agris ac sanis, tradit, ex marinis piscibus saxatiles facile corrumpi, bonum succum gigne- re, detergere, leues esse ventriculo, parum nutrire: Pelagios autem corrumpi diffi- cilius, multum alere: vix in corpus digeri: ex saxatilibus Phycena¹³, & Phycida re- nerrimos

nerrimos pisciculos, virus non respere, facile corrumpi: Percam his ad similem ali- mento non nihil discrepare: Gobios portione respondere Percæ: ex his paruos & albos teneros esse, minime virosos boni succi, coctu faciles: Pallidis, quos Cauti- nas vocant, siccam esse carnem ac minimè pinguem: Channis, mollem, durioresem tamen quàm Percæ: Scaro teneram, friabilem, dulcem, leuicem, coctu facilem, per aluum¹⁴ facile labi, promptè distribui, in pisce tamen recenti suspectam¹⁵, quia ma- rinum leporem venetur, eoq; pascatur: quamobrem eius intestina cholera morbum invehunt: Quam vocant Ceridem¹⁶, molli esse carne, per aluum facile descendere, ventriculo placere, eiusq; succum aluum¹⁷ pellere, & abstergere. Orphon, vel Or- phon, esse laudabilis, multiq; succi, glutinosum, vix corrupti, abundè nutrire, vrinam ciere: partes capiti vicinas¹⁸ esse glutinosas, ideoq; ventriculo grauioribus agris co- qui, carnosas autem facilius, caudamq; tenerioresem esse. piscem totum picuitam ge- nerare, magnoq; labore percoqui: Sadem, siue Sphyranam, parcius¹⁹ alere quàm Congrum. Palustrem Anguillam minus lautam esse quàm marinam, sed nutrire ma- gis: Melanuro Auratam proportionè asinem esse: Scorpis pelagios, & fuluos, plus alimenti præbere, quàm lutarios, & magnos ittorales. Sparus eodem teste acer est, molli carne, odoris minimè virosi, ventriculo gratus, vrinam ciet: elixus paruo negotio conficitur, fixus verò coctu difficilis. Mulus ventriculo iucundus est, sub- adstringit, duram carnem habet, agrè corrumpitur, aluum moratur, præsertim afflus in pruna, at in sartagine fixus grauis est, coctuq; difficilis: in vniuersum autem, quo- uis modo paratus sanguinem elicit. Eiusdem generis Dentex, & Charax²⁰, sed præ- stat Charax: Pagri sunt & fluuiatiles: marini tamen salubriores. Capricus vocatur, & Sus. Virus olet, durus est, agris coquitur quàm Citharus, cutis mandi non po- rest²¹. Acus, quàm & Rhaphidè vocant, & à Rhaphi²², agrè coquitur, ventriculo grauis est, sed bonum succum generat. Alofa, congeneresq; pisces, vt Chalcis, & Eritimus, facile digeruntur. Cestreorum²³ alius est fluuiatilis, alius marinus, alius in stagnis de- git. Huic similis est, inquit, quem Oxyrinchum nominant. Excellit è Nilo Coraci- nus. Niger bonitate inferior est albo, elixus aslo. Iucundus sanè hic piscis est ventri- culo, aluumq; mouet. Salpa dura est, insuavis²⁴ ori, in Alexandria²⁵ melior, & per au- tumnum²⁶. Tum enim humorem emittit²⁷ album, odorifque minimè scedi. Gryl- lus²⁸ Anguillæ similis est, sed insuavis palato. Accipitri seu Miluo caro durior est quàm Cucullo, similis autem reliquis cõgeneribus, dempto Coruo, cui caro eriam- num solidior est quàm Accipitri. Ouranoscopus, quem & Agnon, & Callyony- mum appellat, ventriculum grauat. Box elixus facile coquitur, ac digeritur, humo- rémque reddit aluo ducendæ vitalem: Suauior idem est atque tenerior afflus in pruna. Bacchus²⁹ virosus est, coctu difficilis, succi tamen boni. Passer, & Solea abundè nu- triunt, & ori suaves sunt: his quoque Rhombus portione responderet. Glaucisci, Ce- phali, Myxini, Chelones eodem gustu sunt. Cephalo minus est gratiæ quàm Ce- streo: Myxinum Cephalus suauitate vincit: postremus omnium Chelon. Thynnus & Thynnus ventriculum grauant, vberius tamen alimentum suppeditant. Acarnan- gustu placet, & subadstringit, multum alit, facile egeritur. Aphyra grauis est ventri- culo, agrè coquitur. Quæ in hoc genere aiba est Cibotis appellatur. Ad hoc referri quoque debet Epsetus, minutus pisciculus. Ex cartilagineis, Bos carnosior: melior autem è Squalis quem Stellatum cognominant: Alopecias rostro³⁰ est animali ter- reno similis, qua de causa hoc nomen indiderunt. Raia ori suavis est: tenerior & boni succi quàm Stellatum appellant: lauis Raia virosa est, aluumque difficilius per- meat. Torpedinis, quamuis coctu sit difficilis. partes circa caput teneræ sunt, ven- triculo gratæ, facile coquuntur: alia non item: meliores pusillæ, maximè simpli- citer coctæ. Squatina, quæ & ipsa cartilagineis annumeratur leuis est, nec operosa coctionis: plenius alit grandior. Cartilaginei pisces omnes, vt generatim comple- ctamur, inflant, carnosius³¹ sunt, agrè coquuntur, largius si edantur, visum hebetant. Elixæ Sepia tenera est, ori grata, concoctu facilis, & aluum mollit: eius autem succus sanguinem attenuat, purgationemque per mariscas prouocat. Loligo facilius quàm Polypus coquitur, nec ori est insuavis. Polypus ad vencrem inertes iuuat, durus, ac concoctu

a Anguilla.
b De Mullo solo
id Plinius tradit,
cuius testum Ron-
deletius suffragat-
ur.
c Turdigenu.
d Gesternus admo-
nat quod videri sic
non conuenit.
e Emendata hæc è
Rondeletij censura.
f Vide supra pag.
241.

g Synagridem ita
vocat Diphilus, à
dentii firmo vallo.

h Ob duritiem tã-
tam, vt ne gladius
quid penetraret
in eam: vel, ori est
ingrata: vt paulo
post de Salpa.

i Quod lento gla-
tino, mucoso hu-
more carcat.
k Maglum.

l Squilla.
m Ex Mivlene lau-
dat Archestratus,
ex Elyso Plinius.

n Per messem Ar-
chestrato: quis tum
grauida est: Rond-
o Dum coquitur.

p Vel Coger nigri-
cans, vel Rondele-
tij Ophidion.

q Mugilis speciosus,
quam & scipio, &
vni dicunt. Nata-
lis verò legit: Bac-
chus multum bo-
ni inque succu præ-
bet, & alimentum
copiosum: Erucas ra-
tò malum succum
gignit, diffi-
cile co-
quitur, maleq; olet.

r Tj. Sic le-
gitum esse primus
animaduertit Iose-
phus Scaliger.

s Ad naturam car-
nis quæ dicitur ma-
gis accedere, vt su-
perioribus.

k Verbulis rem
imminuentibus
tere: ut piscibus,
piscium loco.

Moderatiora quam petis, o miser. A. Quodammodo
Rerum nomina conscinde: fallo me: pisces mihi voca
Pisciculos. Libentius enim multo sic ego periero. Quoniam vero diis bene
fauentibus recitata sunt quae audiuistis, o charissime Vlpiane, iam vos grammatico-
rum filij nobis explicare quo sensu Philippus in versibus supra memoratis dixerit,

Coronae vitulum crastino die
Cenabimus.

Historiam quandam opinor subesse, & quanam sit, discere
percupio. Tum Plutarchus, Rhodiaca profecto historia est, inquit: quam memo-
riter exponere in praesens non possum, quia iam diu librum quo haec continentur,
ego non attigerim: scio tamen Phoenicem Colophonium iambicorum scriptorem
quorundam hominum mentionem fecisse, qui Coronae stipem poscentes haec
decantarent:

Hordei manipulum, o boni viri, Coronae date
Apollinis uxori, vel ad cubile stratum e tritico,
Vel panem, vel tunicam, vel quod quisque volet:
Date, o boni viri, nonnihil eorum quae quisq; habet in manibus,
Coronae: & alicam accipit illa, & salem:
Perquam gratum est illi haec comesse:
Salem qui nunc dat, rursus olim ceram dabit:
Dinitis Thorenes filia haec audiuit,
Coronaeq; statim virgo ficus attulit.
Id vos dy precor, puellam multi ambientem,
Locupletem & maritum ut maniscatur, ac illustrem,
Seuq; patri ut filiolum in manus,
Marri, ut filiolam deponat in genua,
Illam & educaet atate florens, quousque nubat, cum multis fratribus:

Ego vero, quod pedes ducunt oculos,
Transco, & ambulo, ad adium fores haec musis canens,
Eorum qui dant, atq; plura etiam eorum qui dant nihil. Sub finem vero ho-
rum iambicorum poeta inquit,

At, o boni viri, eorum quidquam porrigite, quibus abundat sinus,
Da mihi, o rex, multa, da quoque sponsa mihi,
Ut mos est Coronae, beneficium tuae poscenti manus:
Haec enim scias, da quidpiam, id tu mutuo ac saenori dabis.

Coronistas, ut scri-
bit Pamphilus Alexandrinus libro de vocabulis, nominabant qui Coronae stipem
emendicarent, Coronismataq; eorum cantilenas, ut autor est Agathocles Rhodius
in Coronistis. Rhodiis etiam χελιδονισται vocabatur aliud mendicandi genus, cuius
meminit Theognis libro secundo De sacris quae Rhodi fiunt, his verbis: Mendicandi
speciem quae sit Martio mense, χελιδονισται Rhodij vocant, propterea quod
mos est acclamare,

Venit tandem, venit hirundo, quae pulchra
Tempora, & annos adducit pulchros,
Aluo candida, tergo nigra: sicuum pinguium
Offas conuoluere, vinig, pateram, & casei camistrum,
E triticoq; pulmentarium hirundini parare quid
Cunctamini? ne nos repellite: utrum abibimus,
An aliquid accipiemus? discedemus si quid dabis:
Si nihil, te missum nunquam faciemus:
Ianuam vel nos auferemus, aut limen certe superum,
Vel quae intus sedet mulierem: Paruula quidem
Illa est: facile nos asportabimus: Si quid nobis affers,
Magnum id aho quod afferes:
Aperi, aperi fores, inquam, hirundini,
Et enim vetuli non sumus, sed pueruli.

Eam petenda stipis rationem Cleo-
bulus

Coronidi, apud
Pausaniam in Ca-
rinthiacu. Ample-
xus Apollinis a gra-
uida, vterq; Ae-
sculapium gerens,
Vchya sui copiam
fecit, a Diana illo
interfecta, sciatia
rescensse cōtume-
liam: puerum tamē
ē medea stama eri-
puit liberavitque
Mercurio.

Caeci haec can-
tabant.

Here, domine.

Hirandinis no-
mine stipē rogare.

Μηνιδονισται, co-
dex noster, Con-
demon Augusto.
Iunius adag. Hi-
rundo ver loquitur.
Erasim. prouerb. No-
na hirundo.

bulus Lindius primus ostendit, cum Lindi pecuniae colligendae necessitas vrgeret.
At enim, quandoquidem Rhodiarum historiarum mentionem iniecit, ex amce-
na Rhodo, quam venustissimus *ῥωδίου* Lynceus nominat, ad vos istuc venio, de pi-
scibus aliquid ratiocinaturus. Ergeas Rhodius libris de sua patria, de Phoenicibus
qui habitauerunt ac frequentauerunt insulam quaedam praefatus, narrat Phalanthum,
cum propere lalysum, oppidum praesidio teneret munitissimum, Achaeam nomine,
commeatumq; parca ac temperanter dispensaret per longum tempus Iphiclo resti-
tisse: oraculum enim e dei cortina redditum fuerat, corui donec albi spectarentur,
& in poculis viderentur pisces, ipsum ea regione potiturum. Sperans igitur nun-
quam id futurum, bellum securius ac negligentius cum administraret, Iphiclus quae
Phoenicibus deus responderat a quodam intellexit, insidiatusque occulte, ex fide-
libus amicis Phalanthi quendam, nomine Larcam, euntem aquatum interceptit, ini-
toque credere, ac interposita fide, pisciculos e fonte captos iniecit vnae, Larcæq;
mandauit, ut perlata aquam in pateram illam effunderet qua Phalantho vinum
misceretur, quod ab eo factum est. Praeterea Iphiclus venatus coruos, eos dimisit
oblitos gypso: quos Phalanthus cum aspexisset, ad pocula se contulit, in quibus pisces
conspicatus, non amplius in sua potestate regionem futuram credens, legauit ad
Iphiclum qui significarent, vtro se abiturum hac conditione, si excedere tuto per-
mitteretur cum suis. Pollicitus Iphiclus cum id esset, fraudem hanc Phalanthus
est machinatus: Hostis maeratis, purgatoque earum ventre, aurum & argentum illic
abditum exportare furtim conabatur: quod vbi sensit Iphiclus, prohibuit. At eo
iusturandum obiciente, quo fidem obstrinxerat efferre se permissurum quidquid
in vêtre esset, Iphiclus eam fraudem elusit ingenioso astu. Nauibus enim, quas dabat
ipsi ut aueheretur, detraxit clauum, remos ac vela, & naues se daturum iurasse dixit,
aliudq; praeterea nihil. Ita Phoenices anxii, consiliiq; inopes, multum suarum facultatum
defoderunt, locum obsignantes, ut post aliquando reuerfi eruerent, multis Iphiclo
relictis. Hoc itaque modo pulsus ex ea regione Phoenicibus penes Graecos illarum
gentium imperium fuit. Polyzelus, qui in Rhodiis historiis suis eadem prodidit,
scribit, quod oraculum de piscibus & coruis retulimus, soli Phacae cognitum fuisse, ac
eius gnatae Derciae, quae Iphicli amore correpta, & nutricis opera ei desponsa, tum
persuasit illi qui ferebat aquam, pisces ut tolleret, & in Phalanthi poculum iniiceret,
tum coruos a se dealbatos, ut prouolarent emisit. Creophylus in opere De finibus
Ephesiorum tradit, Ephesi conditores dubitantes quo in loco ciuitas esset aedifican-
da, multum perplexos, ad deum misisse tandem sciscitatuos vbinam oppidulum po-
nerent, deumq; respondisse, eo loco extruendum, piscis quem ostendisset, agrestisq;
suis hortaretur. Iam inde fama percrebuit, vbi nunc fons Iypelæos dictus scaturit,
& sacer portus est, piscatoribus ad prandium obsonium parantibus exillientem cum
pruna piscem quendam in congestam e stramentis & virgultis materiam decidisse,
accensaq; illa congerie, sub ea latitantem agrestem suam igne perterritum, magnam
partem montis, quem Asperum vocant, cursu peragraste irruentem: iaculo vero
transfixum procubuisse vbi nunc est delubrum Mineræ, ac ex insula Ephesios, in
qua annos vnum & viginti commorati fuerant, anno vigesimo secundo in continen-
tem traicisse, & in illo aspero monte ac locis quae ad Corissum spectant, vrbana aedi-
ficia inchoasse, Dianæq; templum in foro crexisse, & in portu, Apollinis Pythij. Eius-
modi multa cum vtro citroque dicerentur, auditus est per vniuersam ciuitatem ti-
biarum strepitus, cymbalorum sonus, ac insuper tympanorum fremitus, cum multo-
rum qui cantabant vocibus. Celebrabantur enim Parilium dictae quondam feriae,
nunc Romanas appellant, extructo dicatoq; Fortunae vrbis templo, ab optimo &
humanissimo imperatore Hadriano. Eum scilicet diem cum soleni celebritate quo-
rannis festum agunt, non solum Romani ciues, sed etiam quotquot externi homines
tum Romae sunt. Hic Vlpianus,

Quidnam hoc est, o boni viri?

Epulum, an nuptiae? conuiuium quidem symbolis paratum id minime est.

Respondit aliquis, omnes per ciuitatem in honorem deae βακχισσος, o probissime

2 3 vir:

q Bonis piscibus
abundantem.

Erasim. prouerb.
Ad coruos. Iunius
adag. *ῥωδίου* Lyn-
cei. Victorius cap.
13. 20. Var. lalyssus
insule Rhodi oppi-
dum, a lalyso voca-
tum, Soli & Acan-
thus filio, ut inquit
Arnob. lib. 4. aduer-
sus gentes, lalyssum
a Protogene pictis,
quae tabularum eius
palma fuit, scribit
Plinius.

Vel comitibus, vel
facultatibus.

Creophylus Samij
lib. 14. Strabo me-
minit.

Quod olim sub-
ditus sit.

Duodecimo Ca-
lidas Maij, qui dies
natalis fuit vrbis
Romae.

Odyss. a.
Ad tympana cre-
pitantia, cymba-
larum, saltu, & tri-
pud. Arunde Gallicae
bal, & baller.

a Comesturi.
b Sature.
c Erasmi adagio.
d Erasmi adagio.
e Sacrorum ministrorum.
f Pronuba.
g Facem, puto.
h Tamuliosa comestivo.
i Odyss. u.
k Inde, λαφύσιος, prodigus. Erasmi. Bello paria. Vide posthac.
l λαγόνες, illa, λαγύνη, placenta.
m Abdomen.
n Odyss. u.
p Dilaniarunt: disperferunt: vorarunt.
q δὲ πρὸς τὴν τρώϊας δὲ ἐστὶν: quod conuiuio bene esset: quidam.
r τὸν μέθω. Gyraldus.
s ἰσὶν. λυαίον. Gyraldus.
t Latania voc.

vir: Arrisit Vlpianus, ac inquit, Græcorum quis vnquam hanc saltantium hilaritatem βακχισμῶν nominauit, dicere cum oporteat, omnes in vrbe κομῆσιον^a, aut χορῆσιον^b, aut aliquid aliud ex iis quæ vulgo vsurpantur. Tu verò nobis ex terra fubulca vocabulum id mercatus aqua vinum infusa^c perdidisti. Tum Myrtilus: At planè Græcam esse dictionem illam probabo tibi, amice, quoniam reprehendis. Omnibus certè qui loquuntur, os obturare dum adniteris, incitiaz neminem conuincis, te ipsum verò Leberide inaniorem esse^d declaras. Epicharmus Siculus, ò vir in primis admirande, in Theoris^e meminit τῶ βακχισμῶ: est autem ab Italia distita non procul Sicilia. In ea fabula Theori, quæ in æde Pythij donaria viscebantur contemplan-tes, & de singulis verba facientes, hæc aiunt: Æneii lebetes ac crateres. Latonæ verò nuptiæ à Deliis oblatæ, & qui cum loto βακχισσοι, quàm egregia opera. Sophron in fabula cui titulus est Nymphoponos^f, ait:

Deinde accipiam^g prætendebat: illi verò ἐβακχισσοῦ. Idem rursus: βακχισσοῦτες genitalem thorum oppleuerunt stercore. Quin & Alexis in Nouacula: Etenim comestabundorum hominum video Turbam accedentem, qui boni scilicet ac probi Huc conueniunt: dij faciunt nunquam ut accidat Me solum noctu occurrere, cum ad votum βακχισσοῦς^h successit vobis: ego mehercule Vestem nunquam auferrem, nisi eratis alis. Scio & alibi extare illam vocem. Locum ego in memoriam cum reuocauero, proferam. Æquum verò est, te, qui hos versus ex Homero adduxisti,

Quod conuiuiumⁱ, quis catus ille sit, & ad quem usum, Epulum ne est, an nuptialis celebritas? & symbolis quidè minime paratū est conuiuium: nobis explicare quid inter se discrepent hæ voces δαίσιον, ἐπισησιον, & ἐλευσησιον. Ego equidem, quoniam taces id edisseram. Nam, vt est apud Syracusium poetam,

Quod antea dicebant viri duo, Adducam ego, idq; sufficit. Sacrificiorum apparatus splendorος εὐλαπίνας prisci vocabant, ac eorum participes, εὐλαπίναστες: ἐρανοὶ verò sunt hominum ad epulas conuentus collata pecunia facti, & πρὸ συνεσθῆν ἢ συμφορῆσιν ἕκαστον, inde appellati, quòd viritum quisque pecuniam numeret ac pendat. ἕρανον etiam θιασόν vocant, & ἐραναίους, qui coeunt in eiusmodi conuiuia, & συνθιασιώτας. Thiasum etiam nominant turbam quæ sequitur Bacchum, quo significato dixit Euripides,

Thiasos video tres chororum muliebrum. Thiasos istos ab appellatione dei quem Lacones σιδον vocant, nominarunt, εὐλαπίνας verò à sumptu & apparatu qui in illis fit: λαφύσιον^k enim, siue λαπαύσιον, impendere ac inanire est, vnde pro deprædari poeta εὐλαπαύσιον vsurpant, & quæ in ea vastatione diripiuntur, λαφύρα, id est, prædam ac spolia dicunt: epula verò huiusmodi εὐλαπίνας Æschylus & Euripides, & λελαπαύσαι nominant: λαπαύσιον verò τροφήν, est cibum concoquere: & λαπαύσιον γινώσκω, inaniri. A dictione λαπαύσιον formata diuæ sunt, nempe λαπαύσιον, & λαπαύσιον^l: à λαπαύσιον verò, λαπαύσιον^m. Est autem λαπαύσιον, abundè multumq; vacuare, ac exinanire: δαπαύσιον verò, id est, sumptum facere, & δαπαύσιον dicitur, vnde vox etiam δαπαύσιον ducitur. δαπαύσιον autem & δαπαύσιον est ferarū modo, auiditate insatiabili, vorare. Homerusⁿ:

Hunc profectò aues canesq; vorant δαπαύσιον. Eουχίας quidem, non δαπαύσιον, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparunt, sed quòd in iis rectè^o omnia fierent. Nam ad epulas conuenientes, primum deos venerabantur, deinde ad animi remissionem ac hilaritatem sese traducebant, potionem quidem δαπαύσιον^p appellantes, eiusq; largitorem deum Methymnæum, Lyæum, Euium, Ieium^q: quemadmodum & ἱλαρόν, minimè tristem hominem, sed cum comitate grauem. Deum autem cum ἱλαρόν, id est, sibi propitium esse cuperent, ἱλαρόν^r acclamabant, locum in quo hæc scribebantur ἱλαρόν, id est, templum vocantes. Quòd verò ἱλαρόν & ἱλαρόν eadem vocabuli notione dicerent, ostendit Ephippus, in fabula quam Negotiationem inscripsit, de quodam scorto loquens,

Deinde molestia si quis nostrum afficitur,

Inged

Ingredientem assentatione demulcet blanda, Osculaturq; non ore compresso Tanquam hostis, sed passerulorum instar Hiant: cantillans deinde consolatur, Protinus ἱλαρόν facit, molestiam Abstergit omnem, reddiq; ἱλαρόν. Prisci verò humana figura deos exprimentes, festas celebritates instituerunt. Nam cum illi perspicerent, à fruendis voluptatibus abstinere non posse hominum desideria, assuecereq; illarum temperato ac honesto vsui vile esse, ac conducibile, tempora præfinierunt quibus prius diis sacrificarent, deinde ad animi se remissionem & laxamentum verteret, vt dum putaret quisque ad primitias, & libationes deos venire, in iis verècundè ac pudenter versaretur. Itaque Homerus ait:

Venit autem Pallas ac rursus: Neptunus^y Occursura sacris. ac rursus: Neptunus^y Ad Aethiops transferat procul semotos Obuius futurus taurorum & agnorum hecatombis. præterea Iuppiter^z: Ad epulum heri profectus est: illumq; dij sunt omnes secuti. Quin vel si annosus quispiam interfit, vel instituto vitæ grauis & benè moratus, pudet omnes coram eo quidquam vel dicere vel facere quod inhonestum ac indecorum sit, & quemadmodum Epicharmus inquit,

At tacere bonum: adsunt enim præstantiores. Cum igitur deos prope sibi adesse crederent, modeste ac honestè festos dies transigebant. Quin, nec antiquis mos fuit accumbere, verum sedentes epulabantur, nec ad temulentiam vsque bibere, sed cum

Libassent^y, & bibissent, quantum animus iusserat, Domum quisq; redibat: At nostro sæculo qui sacrificare se diis fingunt, conuocatis ad sacra sua maximè necessariis & amicis, liberis suis malè imprecantur, conuiciantur vxoribus, obiurgant domesticos, seruis interminantur, tantum non Homeri hæc dicentes:

Ad canam modo venite pugnam ut conseramus: haud secum reputantes quæ scripta sunt ab eo qui Cheironem cõposuit, siue is fuerit Nicomachus rhythmicus^z, siue Pherecrates, siue alius quiuis:

Ad lautum conuiuium amicum si accessas, Tantisper dum presentem videbis, ne unquam stomachator: improbus hoc vir facit: Sed mente valde letus esto, illumq; exhilara. Horum quidem nihil prorsus memoria tenent, at quæ subiungam deinceps ediscunt, ad imitationem illorum omnino scripta quæ Hesiodo tribuuntur in libro Dierum ac operum, & Magnarum Eocharum^z:

Nostrum quendam ad canam, dum sacris operatur, si quis inuitet Quod veniat agrè fert, presentem limis ac deiectis oculis intuetur. Et quam citissimè foribus ille ut exeat, optat. Id autem conuiuia posteaquam nouit, consuetudinem reformidat: tum verò aliquis E compotioribus, inquit: hunc iam cur à metu non liberat? Conuiuator sic reprehensus ei succenset, Qui ne id faciat, prohibere conatur, statimq; ait, Nullum apud nos inuitum detine, manere ve coge, Dormientem nullum experrige, ò Simonides: domi Cenam cum paramus, amicum esse virum eiusmodi non dicimus. Verbis istis nos præterea hæc addeamus:

Conuiuio multi cum adsunt hospites, ne id displiceat. Inde gratia plurima comparatur, cum minimo sumptu. Nos equidem cum diis sacra facimus, quod Menander hortatur in Temulentia, ad sacrificium quamminimū impendimus, nec id exquisitum: Tum etiam, omnia non agimus, dijs.

z 4

Cum

y Odyss. u.

z Iliad. u.

y Hemistichia hæc sunt Homericæ.

z Muscorum numerorum magister ac doctor.

z Adnotauit Canterus cap. 3.3. opus Hesiodi, de laudibus mulierum, iocose appellatum, quod omnium fere versusum initium esset, òu. Citatur & id opus libr. 10. & 13.

h Mendisus, Pli-
pio. Aegypti pre-
fectura est. Sunt et
Menda in Macedo-
nia.
c Drachmis dec.
d Que talento
constant.

e Vide supra pag.
271.
f Adicitur et ac-
cessione auctas.
g Auctuatio ma-
gis opiparata.

h Erasim. adagio,
De sportula sana-
re.

i Alibi etiam O-
phelli mentio fit in
hoc opere: Horati-
us Ostillum indu-
cit rufficis et anor-
mem, sed tamen sa-
pientem.

k Consecratione
vocat Cicero in E-
pistolis familiari-
bus.
l Ve conuiuium si-
guificet, non con-
uiuium.

m Collatiuam
miru e collatiu sym-
bolis.

n Erasim. adagio,
Cymini pectoris im-
pendio paruum ac
sordidum.

o Compotane, a-
gitant conuiuium.

p Vsu Mandra-
gorae saporosa, et
inerti.

q Vnguentaria
rasa.

Cum sacrificamus. Emptam
Drachmis decem ouiculum non aspernamus. dam duco:
Tibicina, unguenta, fidicina,
Mendaum^b, Thasium, anguilla, caseus, mel
Propomodum, subducta ratione, talento constant:
Integris cum habere drachmis decem
Nos possumus, quo faustis et prosperis extis litemus.
Præter hæc^c illorum^d qui iacturam fecerit
Ei nonne duplicabitur damnum quod sacrorum causa patimur?
Ego sanè si deus sum, nunquam permisero
Victima lumbum ara imponi mea:
Nisi anguillam simul consecrent.

Pro qua vnus ex cognatis meis Callimedon^e, mortem non recusaret. Cænas
etiam quædam præfici nominarunt ἐπιδοσίμους^f, quas Alexandrini vocant, ἐξ ἐπιδοσίμου^g
τοῦ^h. Alexis in fabula cuius titulus est Ad puteum:


A. Nunc herus ad me
Quendam præmisit è domesticis, qui vini
Huc lagenam afferret. B. Rem intelligo:
Præter alia hoc ἐπιδοσίμου est futurum: amo
Prouidam illam animum.
Laetes ego tibi adsum: rem promoue
De qua me interrogabas: Philumena
Cuius gratia heri nolentem me cogisti bibere
Cyat hos duodecim, nostro intersit conuiuium:
Non desunt τὰ ἐπιδοσίμα.

Crobylus in Falso suppositio:

Veteribus quoque notæ fuerunt è sportulis^k
cænæ, quas Pherecrates in Mari seu Obliuio suo his verbis significat:
Cænam cum in sportula præparasset,
Ad Opbellum^l ibat. Hinc liquet è sporta cænâ vocari, cum cænâ parata
sibi quispiam, & in sporta recondita ad alium proficiscitur cum eo cænaturus. Syn-
deipnon^m pro conuiuium Lyfias dixit in oratione qua cædis accusat Miciniam. Eum
namque ad syndeipnon inquit accitum fuisse. Plato quoque in eo significatu sic vsur-
pat: his qui syndeipnon struxerant. Aristophanes in Gerytade:
In Syndeipnis laudans Aeschylum. Itaque Syndeipnon, tragœdiam Sopho-
clis, neutro genere quidam censent appellandamⁿ. Sunt & quædam cænæ σωμα-
γόμοι^o, vt apud Alexin in Elegantiæ studioso, seu Nymphis:

Accumbe, et illas aduoca:
Cænam synagogimon celebramus: verum probe scio
Iam pridem moribus ac ingenio esse te Cymini sectorem^p. Ehippus in Geryone:
Cænam synagogimon forte distribuunt. σωμαγόμοι quoque verbum in vsu olim fuit,
pro eo quod est vicissim compotare ac mutitare, & pro conuiuium, σωμαγόμοι. Menan-
der in Venali:
Et nunc horum causa priuatim σωμαγοί^q. Idem postea deinceps:
Expleuit σωμαγοίον. Fortassis verò conuiuium illud est, quod è symbolis
vocat. At quæ σμβολαί fuerint, ostendit Alexis in Mandragorizomena^r, his verbis:
A. Veniam igitur, symbolasq, afferam simul,
B. Quas symbolas? Chalcidenses teneas,
Et alabastr^s, symbolas vocant, è vctula.

Argui, vt in suis commentariis
Hegesander ait, Symbolam nuncuparunt pecuniam, quæ à potantibus conferretur
in sumptum conuiuii: & portionem cuique tributam, αἰσῶν. Quoniam verò ad finem
perductus est hic liber, è amico Timocrates, nostram hîc orationem desinere haud
intempestiuum est, ac, quod Empedocles inquit, pisces nos aliquando fuisse quis-
piam existimet. Scribit enim naturalium ille rerum interpres,
Iam ego puer, puellâq, fui,
Frutex, aut, è mari coctus piscis.



ATHENAEI DEIPNO-
SOPHISTARVM LI-
BER NONVS.



CENAE^a rursus mentionem faciemus, in manus aquam
Fundant: ad auroram vsq, futurum est colloquium
Tibi, ac mihi, è Timocrates. Nam cum perna
circumferrentur, & rogasset quidam, an essent τραπεζαί^b, id
est, coctura liquata, apud quem extat vox τραπεζός, inquit
Vlpianus: item, quis pro sinapi Napy dixit? nam in lanci-
bus cum pernis id video portari. Scio quoque in hoc signi-
ficatu masculino γε. iere τ κωλοῦ dici. Epicharmus in Me-
garide:

a Odys. d.

b De huius vocis
notione vide Vico-
rium cap. 3. 19. Var.

Cascolus, κωλοῖ, verticilli: edule verò nihil.
Chorda per Iouem laute, ac κωλοῖς. Hoc autem ex me discite, è sapientissi-
mi viri, Epicharmus χροῦ^c ἢ hoc loco dixisse, quod alibi perpetuò vocat ὄρου^d. Aspicio
quoque & salem condimentarium in aliis patinis. Inconditi quidem salis pleni sunt
Cynici, apud quos, vt Antiphanes in Coryco ait, canis quispiam hæc loquitur:

A. Marinis semper alijs
Obscenis, et assidue salem hic inspergit,
Deinde nos villum bibimus, vernaculum, et per Iouem insuaue.
B. Proh Neptune. A. Idq, bibendum omnibus qui adsunt præbet,
Semel tantum, et poculo non maiore, quam est cochlear.

Conspicio & mixtum
cum aceto garum. Ponticorum certè quosdam priuatim ac seorsim Oxygarum pa-
rare non me fugit. Excepit Vlpiani hunc sermonem Zoilus, & ait: Aristophanes,
heus tu, in Lemniis, τραπεζοῦ dixit pro molli, tenero, ac delicato, his verbis,
Lemnos que τραπεζός fabas alit, et amplas. Pherecrates in Crapatalis:
ταραπεζά ibidem cicera facere. Diëtione Sinapi vsus est Nicander Colopho-
nius in Theriacis, ad hunc modum:
Et vel cucurbitulam æneam, vel sinapi.
Mordaxq, semen sinapi.
Nasturtium vernum, solijs nigrisq, sinapi.

Idem in Georgicis:
& alibi:
Crates libris de Atticis voca-
bulis Aristophanis citat hunc locum:
Sinapi respexit, et frontem contraxit. vt est apud Seleucum libris de Græcæ
linguæ proprietate. Est autem versus is ex Equitibus ad hunc modum legendus:
Respexit Napy^e: nullus enim Atticorum Sinapi dixit. Vtrique verò sua
est ratio, ac interpretatio. νάπυ etenim quasi νάφυ dicitur, quia φύσις ἐστὶν ἄφρα, ve-
lut Aphyra, id est, quia ob paruitatem natura^f priuatam sit. Sinapi verò, ὅτι οὐδὲ τὰς
ὄψεις τῆ ὀδμῆ, quia olfactu lædit oculos, vt & πρόμυον, id est capra, ὅτι νεῖας μύον, quia
nos oculos claudamus, dum admouetur. Xenarchus comicus in Scythis,
Malum quidem hoc, malum amplius non est: filiola namq, mea
Peregrina mulieris gratia σεωνάωμεν, id est, sinapi consperfit. Salis & aceti memi-
nit lepidus Aristophanes, quo loco de Sthenelo tragico verba facit, ad hunc modum:
Stheneli quidem orationem aceto vel cædido sale intinctam ego utcumq, comesse possum:
Nos igitur, è lepide vir, tibi percontanti hæc copiosius explanauimus: te verò iam
par

e Id est, Toruini
aspectus, vel stibis,
vt qui sinapi ve-
scentur. Erasimus
proverbio, Sinapi vi-
bitare.
d Quid ob pusil-
lam molem non ef-
se aut vix esse cre-
datur.

par est nobis ostendere apud quem pro vase paropis legatur. nam pro vario quodam obsonio, iam parparato, & iucundo, legi scio apud Platon. in Festis, ad hunc modum: Unde foret maxa, unde paropides. Idem hac significatione protulit in Europa, longa oratione, cuius haec velut abscissa pars est,

A. Dormit quidem uxor iners. B. Rem noui.

A. Peruigiles autem sunt paropides Sole, ad voluptatem longè præstantiores, Illis si quis frui nouerit. B. Vbi verò sunt haec paropides, Per deos te quaeso?

Idem in Phaone.

Aliena res similis est paropidibus: Nam ubi pauco tempore delectant, statim absumitur. Aristophanes in Dædalo: Mulieribus omnibus eodem prorsus modo, Ut paropsis, adulter est paratus.

o Paulò post etiam hi versus citantur.

Conticescente Vlpiano, At ego, Leonides inquit, cum adhuc obstinatè filuerim, pro meo iure possum iam aliquid disserere, Multis (quod inquit Euenus Parius,) mos est, omnibus de rebus ex æquo contradicere. Non autem mos rectè contradicere, Qui verò illo vitio laborant, hac priscorum sententia sat castigantur,

f Hunc locò restituit Theodorus Cæterus cap. 3. i. Var.

Illa quidem tibi sic esse videntur, haec verò mihi, Prudentes & circumspectos, si quis bene dicat, in suam citissimè sententiam flexerit: Quoniam facillimè res ipsas intelligunt. De vase igitur, o amice Myrtille, tuum enim sermonem ego tibi præripio, Antiphanes dixit in Bæotio,

g Philides sui commentariis in cap. 5. li. 6. Vicitruuij, hinc colligit, mēsa, hoc est repositoria, toties mutari solitas, onustasq; à duobus seruis, & apponi cōtinenti acubitis, quous ferula & obsonia mutabantur.

Quae accinerat apponit in paropside. Ut vidit mensam homines intro duos Gestantes, variarum paropidum, Apparatu grauem, non amplius me conspiciens.

Operum, quæ Magneti adscribuntur, autor, in primo Baccho:

Et haec quidem malorum paropides. Concisa mihi sunt aliarum paropidum

Achæus in Æthone Satyrico,

Elixa, nidoremq; exhalantia, igne raptim cocta obsonia. Sotades Comicus in fabula, cui titulus est τῶ ἀλυτρώτου, quasi dicas Iniquiūs redemptum, Paropsis esse videor ego Crobylo:

Illam enim mandat, me verò similiter exest. Ambiguus est vocis huius intellectus apud Xenophontem libro primo Institutionis Cyri: ait enim philosophus: Ei quidem paropidas adducebat, omnifariaq; condimenta, & ferula. Apud autorem Cheironis, qui Pherocrati attribuitur, pro scitamento paropsis vsurpatur, & non, vt arbitratu Didymus libro De abortiua dictione, pro vase: ait enim,

h Corrupta.

Per Ionem, vt paropides Ob condimenta y damnantur ac vituperantur, Quos Caleras nibili prorsus facit.

Nicophon in Sirenibus: Aristophanes in Dædalo:

Alius pugnato de sede paropidis. Omnibus mulieribus eodem prorsus more Ut paropsis, adulter paratus est.

Plato in Feriis:

Unde nobis adierunt maxa, & paropides? Loquitur autem de bulbis apparandis & condiendis. Artici verò, Vlpiane Syratice, pro condimento vocem ἔμβαμμα vsurpant, quasi intinctum, vt Theopompus in Pace:

Loquitur autem de bulbis apparandis & condiendis.

Panis quidem suavis est, intinctum posthac Velut fucum pani adhibere, prauum est.

Dixerunt & iidem pro petasone tum κωλίνα, tum κωλίον. Eupolis in Autolyco:

Cruza, & petasones statim diluculo. Euripides in Scirone.

Nec mortuorum perna. Facta porro hæc dictio per contractionem est, à voce κωλίνα, & vt à συκία συκίη, λεαντήα λεαντήη, sic à κωλίνα κωλίη.

Aristophanes in secundo Pluto: Hei mihi, qualis fuit perna, quam comedi. Idem in Conuiuatoribus: Porcellorum tenellorum petasones, & alata cupediae. Idem in Ciconiis: Agnorumq;

i Voluptates ac delicia. k Citantur & hi versus paulò antea. l Farina aqua & pleo subacta, qua ut pulis vestebantur. m Par iocū sic vocat, tanquā natione Syrii, & Atrici sermone elegitiam affertantem, n φωνήσεν ἔμβαμμα. o κωλίνα. p κωλίνα & κωλίη, quæ vocabula posthac repetuntur, q εἶπεν non hic ἔλεοντες, doloρίη, sed ὀφθαλμοῦν, letitia. r Volueres.

Agnorumq; capita, & haedorum pernam.

Plato in Gryphibus: Ameipias in Barba:

Pisces, carnem strebulam, omasa.

In sacrorum epulis perna maxime datur:

Latus: & dimidiati sinistra pars capitis.

Carnosa quæ sunt circa coxendicem: illa humida.

Xenophon in Venatorio:

Xenophanes Colo-

phonius in Elegis ait:

Missæ namq; perna hædi, vicissim pro munere

Reddi tibi voluisti pingue tauri saginati crus magni pretij.

Laus quidem tua in Græciam perueniet totam, nec desinet unquam.

Tantisper dum existet Græcorum poetarum genus.

Posthæc illatis multis & omnifariam cibis, qui memoratu digni fuerunt, nos indicabimus. Fuit enim & anserum & gallinarum ingens copia, tum etiam pullorum gallinaceorum, quos quidam πέρωνος, vocant, & præterea suilla, & phasianorum celebrium exquisitarumq; auium. Verum vbi antea de oleribus apud te disseruero, de aliis posthac verba faciam. Rapa, in libro de vrbibus Peloponnesi à Lacedæmonii vocari γαστέρας, id est ventres, Apollas scribit: Nicander Colophonius in Glossis, apud Beotos γαστέρας brassicas nominari, rapa verò Zeceltidas: Amerias autem & Timachidas appellari cucurbitas Zeceltidas aiunt. Speusippus libro secundo Similium, Radicula, inquit, Rapum, Rhaphys, Anarrhinon similia sunt. Glaucus libro De obsoniorum conditura, sine aspiratione cum p, scribit Rapyn. His autem nihil aliud simile est quàm quod nunc Napum, βενιάδαι, nuncupamus. Theophrastus nullam mentionem facit Buniadis, sed rapum quoddam maculatum esse tradit, quod fortassis est Bunias. Nicander in Georgicis Buniadis meminit:

Rapa fere in terra arcis cylindro æquatū,

Vt patenti loco humiles vireant simul

Buniades: simulq; Rhaphani cum Rapis

In terra latentibus. Est autem duplex Rhaphani progenies,

Nunc enim rotunda figura, nunc longus conspicitur in hortorum puluibus.

Raporum è Cephisso meminit Crates in Rhetoribus his verbis: Rapis è Cephisso valde similia. Theophrastus Raporum duo genera esse prodidit, marem ac femi-

nam, ex eodemq; semine ambo nasci. Posidonius historicus libro vigesimo septimo historiarum, tradit circa Dalmatiam rapa syluestria extra hortos gigni, atq; patinacas. Diphilus Siphnius medicus, Rapum, inquit, ex tenuat, acre est, ægrè coquitur, flatusq; gignit. Melior eo Napus est, dulcior enim, concoctu facilior, & ventriculo gratior, alimenti multum præbet. Assum rapum, quod idem ait, facilius coquitur, & valentiùs extenuat. Huius meminit Eubulus in Ancylone hoc pacto: Assandum hoc rapum affero: item Alexis in Fanatico:

Alloquor Ptolemæum dum frustra raporum affo.

Rapū sale conditū magis extenuat, quàm elixū, ac præcipue addatur sinapi, vt ait Diphilus. Eudemus Atheniensis libro de oleribus inquit esse tria genera Brassicæ, nimirū quod Halmyrida vocat, quod læuibis est, foliis, & Selinustū. Halmyridæ gustus voluptate ceteri primā omnium. Nascitur Cumis, Rhodi, in Egerria, Cnido, Epheso. Quæ læuibis est foliis oritur, inquit, vbique locorum. Selnustiam appellarunt ob crispa folia: Apio namq; similis est, & præter alia, foliorum densitate. Theophrastus verò ad hunc modum scribit: Rhaphanus, Brassicam dico, altera crispis est foliis, altera syluestris. Diphilus Siphnius inquit, speciosissimam & dulcem Brassicam oriri Cumis, amaram in Alexandria. Quod autem semen in Alexandriam è Rhodo fertur, in annum efficere brassicam dulcem, sed quæ post id tempus pro natura loci amarescat. Nicander in Georgicis:

Leuis quidem brassica, interdum verò syluestria obtusa,

Cum scribitur, foliosa, in arcis hortorum pubescit:

Crispa verò, fruticosa, tyrio colore folijs nitentibus,

Sut Phœnicis, & Halmyridi similis,

Cymis decolor, & aspera, similis est

o πούβιρλίη, vulo-
tibus: γούβι.
r φόνος: ampliss-
sima insectina, è
quibus factis luca
nice sunt.
v Κωλή, Hefesbio,
κωλίονον ἀπὲ τῶ
ἀπιδ. δ' ἄν & βοοῦ
ἢ ὄπις ὅτι ἄδ' ἔγ' ἔγ'
Carostrebula, quæ,
vt Arnobius expo-
suit, demitur de co-
xæ, dicta à versura
ἢ curuatura eius
articuli. ὀφθαλμοῦ-
νιμ, curuum.

x Pippium galli-
nacci pulli: inde
Pippi dictio forma-
ta.

z Capitate pa-
tis, ἢ alia: vel eas
ad radicem quarū
velut rapum extu-
berat.

a Quibusdam An-
arrhinon, sed huius
loco non id conse-
mit: alijs Nestur-
ium: quod si præ-
banus, similitudo
in acrimonia sapa-
riū est intelligenda,
non in figuratiliq;
rapum nigrum, &
ipsum agrum albo.
b Cap. 4. 7. histor.
c Napi.
d Radicula.

e ὀφθαλμοῦνιμ,
f Bæotia flauia.

g ὀφθαλμοῦνιμ
Nimius afflatio.

h Quia nisi in ma-
ritimis non proue-
nit. Plin. cap. 8. 19.

i Minimè plica-
tis, rugosis, contra-
ctis.

k Foliorum densi-
tate Apio simili-
tem. Apiana, Cris-
pa, Selinoideis: Ca-
toni, & Plinio cap.
8. 19. & cap. 9. 20.
l Cap. 4. 7. histor. in
tris genera Brassi-
ca diuiditur, cri-
spam, lauem, &
syluestrem.

m Altera leuis
Theophr.

n Sic vocat Seli-
nustiam, πυκνὸφύλ-
201.

o Κωλή, ἔγ' ἔγ', ma-
li coloris.

Soleis,

Erasmus pro-
uerbio, Crambe bis
posita.

Erasm. in pro-
uerb. Malo accepto
stultus sapit.

Sic vocabant fi-
stos dies Apollinis
honori ipsi uiuos,
qui celebrabantur
mensis Thargelione,
id est, Februario,
vel, ut alij, Aprilis,
vel, ut alij, Maio.

Tale negotium
sic Quatuor voca-
bant, et summos
magistratus.

Vide pag. 177.
Laertius in eius
uita. Erasm. pro-
uerb. Iouem lapidat
iurare.

Dies ab infante
nato quintus, quo
manus oblecticia
purgabatur, mitte-
banturq; a propin-
quis specie ac poly-
p. Suid. Hefych.
Phavor. Erasmus
proverb. Amphidro-
mia agi, citantur
hi versus ex Euba-
lo pag. 50.

Cherfonisio
adhecti.

Cherfonisio
lib. 1. quo loco citan-
tur et hi versus lo-
gunt, Cherfonisio
nuidi, splendidi.

Plumis nudatos
ad cocturam para-
re denuntiare.

Vulpus quoque
in Amphidromis
mensis sitis Suidas
autov est, ut supra
notauimus.

Cibaria in olla
cella: quae noxia
et minus delicata
essent.

ad verbum, visce-
rum.

Plumae, alijs, uer-
geu, vultu. Magis
placere sibile, cui
opponit xudavon.
Eromelous, vultu-
la, furculosum, po-
pulare, candidum.

Amatoris stult-
tate praediam.

Amatoris stult-
tate praediam.

Amatoris stult-
tate praediam.

Soleis, quas assumi mutatoris calcis.
Brassicam inter olera² vatem prisci vocauerunt. Non autem solus Menan-
der brassicam appellauit sacram: Est enim apud Hipponactem in Iambis dictum
huiusmodi:

Elapsus ille supplex brassicam adorabat
Septifoliam, aut eam succosam Pandora³
Sacrificabat Thargelijs⁴, antequam pharmacum biberet. Ex multis homi-
nibus, per brassicam, te maxime diligo, inquit Ananius. Teleclides in Prætoribus⁵,
per brassicas hoc iuro, dixit: Epicharmus in Terra & mari, itidem, per brassicam, hoc
asseuero. Eupolis in Baptis⁶, Per brassicam ita est. Insurandum vero Ionicum hoc vi-
debatur: nec absurdum fuit per brassicam deierasse quosdam, cum Zenon⁷ Cittiens-
is, qui Stoicam sectam condidit, imitatus iureiurandum Socratis per Canem conce-
ptum, per Capparim iurauerit, ut Empodus autor est in suis commentariis. Apud
Athenienses puerperis brassica parabatur, velut idoneum medicamentum quoddam,
& apta nutriendo corpori. Ehippus itaque in Geryone scribit,

Deinde cur, quæso,
Nulla pro foribus corona est,
Nec ullus feris victimarum nidor extremam prominentem naurem,
Cum Amphidromia⁸ celebrentur, quibus mos est
Assare frustra casei Cherfonis⁹,
Oleoq; brassicam in fusciculos collectam¹⁰ incoquere,
Ac cum carduelibus columbas simul & turdos vellere¹¹,
Se piolisq; ac loliginibus in commune vesci,
Flagella multa polyporum diligenter congerere¹².
Calices item multos bibere meraciores.

Antiphanes in Parasito brassicam
memorat tanquam vilem cibum, his verbis:
Allia nostri vxor qualia sunt:
Caseus, placenta, & cibus liberali homine dignus
Salsamentum: condimentis & eum suis
Agnina prorsus abundans: intritum
Confusum: & patina¹³ mort alium pernicies:
Brassicam tamen unctam coquunt, & dij,
Pultemq; e pisis, mirificum cibum.
A. Aduenias: quacunque bona sunt afferamus statim:
Brassicam unctam, viscera¹⁴ multa, carnis frustula
Tenerissima. B. Nullum meis cibarijs per Ionem edulium
Simile est, oliuisq; tuis.

Alceus in Palæstra: Brassicarum ollam iam attigit.
Polyzeus in Musarum fixtu, brassicam καράβω, non Rhapsanon vocat:
Frequentes, ait, καράβω, sublimis ac distenta. Debetis scribit Theophrastus,
melioris succi candidam esse quam nigram, verum paucioris seminis, eamq; Siculam
nominari. Idem autor est πευλιδα, quasi betula, dicas, & πευλα differre.
Quamobrem Diphilus comicus in Heroë fabula quendam ut incepte locutum re-
prehendit, qui τευτρα πευλιδα vocaret. Eudemus libro De oleribus esse Betarum
quatuor genera tradit, sessile¹⁵, in caulem erectum, candidum, & vbiq; vulgare,
quod colore fuscum est. Diphilus Siphnius betam meliorem ait, quam brassicam,
succum gignere, magis alere, & id tamen modice: aqua feruida elixam, & sumptam
cum sinapi, extenuare magis, & lumbricos interficere: candidam, aluum magis du-
cere, nigram, vrinas: radices ipsarum esse gustu gratiores, & plus alimenti præbere.
Pastinacam Diphilus esse tradit acrem, satis alere, mediocriter iuuare stomachum,
aluum pellere, inflare, ægrè coqui, cære lotium, satis ad venerem stimulare, ideoq;
à nonnullis Philtron¹⁶ vocari. In Piscatorio Numenius ait:

Foliorum¹⁷ quacunque in agris radices egerunt
Hyeme, aut cum ver abundans siccibus accesserit,
Squallidum¹⁸ caranum, & syluestrem pastinacam.

Nicander in Georgicis:
Ircj

Inest autem Fœniculi caulis crassus, saxis
Radice affigens: & cum eo in arido solo Pastinaca¹:
Smyrnum, Sonchus, Buglossus, Seris:
Ariq; mordacis acre folium,
Et quam vocant Gallina lac².

Pastinacæ Theophrastus meminit, Phantias
libro quinto de Plantis ita scribit: Eius plantæ quam Pastinacam vocant, semen³
aiunt contra sepas esse vtile. Primo verò libro: Seminis exortus petaso similis est,
& instar umbellæ, Aniso, Fœniculo, Caulalidi, Pastinacæ, Cicuræ, Coriandro,
& ci quam Myophonon⁴ vocant. Quoniam verò Nicander, ut dictum, Ari men-
tionem fecit, adiciendum, Phantiam libro modo citato scripsisse Dracunculum
Aron vocari. Staphylinum Diocles libro primo De tuenda valetudine etiam Asta-
phylinum nominat, cum nimirum quem Caroton⁵ vocant. Magna ea est, procera,
satiatq; Pastinaca, succi melioris quam syluestris, quæ magis calcacit, & pellit vrinas:
Stomacho fatiua grata est, ac facile digeritur⁶, ut Diphilus asserit. Porri genus capi-
tatum appellari idem Diphilus autor est, melioris succi quam tonsile, flatuosum,
quod nutrit & attenuat mediocriter. Epænetus libro De obsoniorum cõditura, ca-
pitatum porrum Gethyllida vocari scribit. Memoratum quoque id nominis re pe-
rio apud Eubulum in Pornobosco⁷, sic:

Nullo pane vesci possum:
Nuper enim comedi apud Gnathemum⁸
Quam offendit elixamem gethyllida.
Quidam capitatum id esse volunt,
quod Gethyum⁹ nominant. Huius meminit Phrynicus in Saturno, cuius fabulæ
interpres Didymus Ampelopras¹⁰ similia tradit esse Gethya, quæ & Gethyllidas
vocant. Gethyllidum Epicharmus in Philoctete meminit, sic:
Ecce allia duo, totidemq; Gethyllides.

Aristophanes in
secundo Æoloficon:
Radices Gethyrorum, quæ allium naturâ olent.
Polemon orbis enarrator¹¹
in libro De Samothracia, Latonam ait Pica¹² vexatam Gethyllidem appetuisse his
verbis: Apud Delphos in sacrificio quod Theoxenia vocant, quasi in peregrinos
hospitales dei munera, sanctum est, ut qui Latonæ Gethyllida maximam attulerit, è
sacra mensa portionem accipiat. Ego autem, ait, Gethyllida vidi rapo, aut tereti ra-
dicula non minorem. Tradunt autem Latonam, cum videret Apollinem gereret, ob-
picam¹³ cibos auersantem, Gethyllidem expertuisse, ideoq; Gethyllidi tantum ho-
noris fuisse tributum. Hyberno tempore cucurbitas circumlatas mensis fuisse cum
mirarentur omnes; recentes esse putantes, eorum sumus recordari quæ festiuus Ari-
stophanes pulchras Athenas laudans dixit in Floris¹⁴:

A. Media conspicis hyeme, cucumeres, vrinas, temporarios
Ac fugaces fructus, è violis coronas, & oculos cæcannem pulcrem.
Idem institor vendit turdos, pyra, fauces, oliuas,
Colostrum, intestina¹⁵, cicadas¹⁶, himmulorum carnes:
Apud eum conspicias ficorum simul & baccarum myrti
Canistra niue¹⁷ conspersa: Præterea cucurbitas
Simulcum rapis serunt, ut nemo sciat, quando
Maximus sui anni prouentus, quandoquidem eius
Quous tempore liceat habere quidquid optes.
B. Maximum certè hoc malum est. Nisi enim ad m. num
Hoc esset, neque id cuperent, neque sumptus in eam rem fieret.
A. Ego verò peregrè temporis multum impendi,
In alijs ciuitatibus præter quam Athenis, hoc factitans.
Atheniensibus hoc concessum quia deos religiosè colunt.
B. Coluerunt sanè, cum vos expulerunt.
A. Quid ais? B. Quid? Ciuitatem ipsam
Athenarum loco Ægyptum effecistis¹⁸.

Nos igitur cucurbitas men-
lanuario estantes, quod virides ac recentes essent, & natium propriumq; succum
A retinerent.

i subpōitō: sacra-
ficia amara. Sicquæ
in offerri iaci.

Ornithogalō Dio-
scoridō.
Locus valde cor-
ruptus.

m Ixia, chamaleo
altus est, muribus
perniciosus, ideoq;
vocatursquædā: De
Nigritatem flos in
umbellæ est, nō hu-
sus.

Nos ad huc Ca-
rotos.
o d'augvèpālō
id.

Qui meretricis
aut sic vocatur, le-
no.

Scorvi nomen.
Pallacanani ca-
pam Phinius appel-
lar.

Porri syluestri-
bus in vineis na-
scentibus: de qui-
bus Dioscorides.

Fortassis ad do-
cendum: vario cu-
cumere, aut, varia
cucurbita.

caucurbitis:
terrari orbem ille
descripserat.

Fastidio cibi
quod grauidis solet
molestum esse.

Elormol in suis
Corollarijs verit,
quod capitati por-
ri in malacia præ-
gnans concupiscit.
Anni quadripar-
titi temporibus.

Xōgual vel inte-
stina, vel cibum, è
melle lacteq; para-
tum: quidā xōgual:
vulvas.

Asu illi pro bel-
laris vtebatur A-
theniensis.

Nicōpōpoc: Niue
appellat florē mel-
litum, qui, velut si-
tus, sicut insidet, ac
tāquam efflorescit.

Obicitur Athe-
niensibus Ægyptiæ
religionis cultus.

retinerent, mirabamur. Fuerant autem ab obsoniorum conditoribus, qui hæc scitamenta mangonio parare didicerunt, ita compositæ. Quæsiuit deinde Laurentius, an veteres vsum cucurbitæ illum nouissent. Respondit Vlpianus, Nicandrum secundo Georgicorum huius vsus mentionem facere, vocareq; cucurbitas ακυβας. Sic enim, vt antea diximus, olim appellabantur. Nicandri hæc verba sunt:

Cucurbitam concisam in flexuosas spiras
Sub dio siccato: ad fumum suspendito:
Vt hyeme satis patentem ollam famuli
Impleant, ac inde sorbeant, cum à suis cessant operibus,
In eandem ollam pistrinaria serua demensa omne genus legumina conijciet.

Sic eleganter Agrippæ vocat, cucurbitas in longum distillas instar mouili-um & exsiccatas, quod etiam fit hodie à Genuesibus. f Fortasse conditio salis, vt sit. g εμεουλα, tuam præle expref- sarum reliquias ac retrimesta.

In quam lota miserant famuli cucurbitæ monilia
Ac fungos: prætereaq; fasciculos olerum dudum complicatos,
Cum brassicis crispis, quas probè domesticis misceat. Infidebant autem cucurbitis gallinæ, pleribusq; vulsilibus, sic enim Aristophanes in Desia vocauit,
Concisa minutim, olera vulsilia, aut vimatea. Tum Myrtilus, Nunc quidem

mos inualuit, inquit, vt gallinæ tantum δρνιδας & δρνιδια nominent, quarum aspicio magnum numerum circumferri: gallos autem ἀλεκτρούνας, & ἀλεκτροειδας. Chrysi- pus philosophus libro quinto De honesto, & voluptate, ad hunc modum scribit: Veluti nonnulli candidas δρνιδας (id est gallinas,) nigris esse putant suauiores. Veteres quidem masculino fœmininoq; genere vocem δρνις vsurparunt de aliis auibus, non autem de hac priuatim, de qua dicere solemus, δρνιδας, (id est gallinas) emere. Itaque Homerus ait,

δρνιδας πολλα, aues multa sub iubar solis: & alibi fœminino genere, δρνιδι λιγυρα, (aui strigula:) ac rursus:

δ ακυβας, δει τι ει ειλεω αυτη, (αυτη fœmininum genus indicat.) i ακυβας, quæ sola paruentium heres est filia.

Vt δρνις pullis implumibus cibum affert,
Quem natura est, magno proprus labore. Menander, in secunda sua Epicle- ro, apertè quod in consuetudine est, dicit, ac sic declarat,

A. Gallus quidam aliè est vociferatus. ac rursus:
B. Nonne, inquit, hinc δρνιδας abiget? Cratinus in Nemesi δρνιδια sic dixit:

Vix tandem illa δρνιδας exegit. Et alia omnia δρνιδια. Masculino verò genere, non solum δρνιδας, sed etiam δρνις, idem Cratinus in eadem fabulâ:

k Monpessulani à flammeo penarū colore vocat Flam- mans. Hic tamen gallum, cuius phœ- wicea penna forent, arbitror significari nomine δρνιδας. l Et hic δρνιδας Gal- lum interpretor, m Etiam hic gal- lus, qui veluti pra- cō dicit nuntiat. Hæc de optimo seruo di- spensatore. n Indicem, quu- tium, αδρνιδας, pra- conem.

Phœnicopteron δρνιδας: ac rursus:
δρνιδας igitur magnum esse te oportet. Sophocles in Antenoridis:
δρνιδας, præconem, ministrum. Æschylus in Cabiris:

Itineris mei δρνιδας te non facio, Xenophon libro secundo Institutionis Cyri: δρνιδας invidiabat ut perrima hyeme. Menander in Geminis: ac deinceps:
δρνιδας mittit. Quod autem numero multitudinis δρνιδας dixerint, apud Me- nandrum testimonium extat. Quin & Alcman ait, Infecta re soluerunt conuentum iuuenulæ, non aliter quàm δρνιδας superuolante accipit. Eupolis in Populis:

Est ne molestum, præstantiores quàm ego sim, me filios procreare,
δρνιδας δ, gallinas verò, patri similes pullos? δ ακυβουνα, contra quàm sole- mus fœminino genere prisici dixerunt. Cratinus in Nemesi:

o Hæc ea Menan- dri fabula Plauti quidam puidati suo rum Menekchmorū argumētum sum- pisse. p Refrigerantibus, recreantibus ac re- ficientibus animū.

Leda tibi honestè munus exequendum est tuum:
Ab ingenio ἀλεκτρούνας, gallinæ, nihil differas,
Huic ouo incubans excludit pulchram
Χοβις & admirabilem ex eo quandam auem. Strattis in Pſychastis:

αὶ δ' ἀλεκτρούνας, gallinæ cuncta, & porcelli,
Perierunt, paruaq; auicula. Anaxandrides in Tereo: Huius porro Comici quandoquidem mentionem feci, eiusq; fabulam Tereum inter pri- mas & commendatissimas minimè cenferi noui, vt de hoc iudicetis, exponam vobis, amici viri, quæ Chamæleon Heracleotes in sexto de Comœdia scribit ad hunc modum,

modum, de illis vos vt iudicetis. Cùm Anaxandrides Dithyrambum Athenis recitaret, aliquando in equo sedens accessit, & sui carminis partem quandam pronun- ciauit. A specto is pulcher, & magnus, comam alebat, iuduebaturq; veite purplea, cum aureis fimbriis: acerbis profectò moribus, vt qui fabulis docendis si quando vin- ceretur ab æmulis, hoc facere solitus sit, vt eas ad obuoluendum thus daret discer- pendas, nec, vt multi, mutaret ac corrigeret. Itaque spectatoribus iratus ob senilem morositatem elegantes multas fabulas è medio sustulit. Nacione Rhodium fuisse aiunt, ex Camiro. Quo igitur pacto seruata fuerit Tereus fabula, miror, aliâq; eiusdem, similes, cùm in illis dandis victor non euaserit. Theopompus in Pace, τὴν ἀλεκτρούνα fœminino genere vsurpauit, his verbis:

Quod ἀλεκτρούνα, id est, gallinam, perdidit, quæ oua pariebat pulcherrima, moleste fero. Aristophanes in Dædalo: ac rursus: Maximum ouum peperit, vt ἀλεκτρούνα, id est, gallina. Idem

δρνιδας, id est, gallinarum multa vi sepius irrita oua pariunt. Idem in Nubibus cùm senem docet, quæ nominis differentia sit, ait,

Iam verò quo modo appellare debeo, ἀλεκτρούνα, (id est, gallinam,) hunc, illum verò ἀλεκτρος? (gallum?) Dicitur etiam ἀλεκτροίς & ἀλεκτρος. Simonides,

Dulci voce amabilis ἀλεκτρος, id est, galle. Cratinus in Horis: Veluti Persicus ἀλεκτρος, id est, gallus, alta voce ad omnes horas canens. Sic verò appellarunt, quia nos ea δρνιδας, id est, è lecto, excitet. Dorienteses, qui in hoc vo- cabulo nominandi casum per ξ, efferunt δρνις, genitium δρνις cum χ, scribunt: Al- cman autem δρνις recto casu cum σ, protulit:

Purpurea veris δρνις, id est, ales. δρνις in genitio: δρνιδας, id est, quem porcel- lum interpretantur, Epicharmus in Vlyssæ proditore, porcum marem appellat,

Vicinorum δελφικας, id est, porcum quem Eleusinijs sacris reseruabas magno infor- tunio amisisti, Inuitus. B. hæc tamen fidei meæ symbolum criminatur, Achivus me dedisse, porcis, δελφικας, proditorem fuisse me deierat. Anaxilas in Circe masculino genere dixit δελφικας, eoq; nomine significauit adultum por- cum, his verbis,

Pascetes in montibus vestrum quosdam δελφικας, id est, porcos errabundos faciet, Quosdam pantheras, alios lupos, leonesq; aduenatum pernices. Aristophanes in Ta- genitis inter nomina fœminini generis reposuit,

δελφικας, id est, porci autumnalis fumen. & in Acharnensibus, Iuuenula est, sed cum in porcã creuerit, δελφικας, Caudam habebit rubram magnam, & crassam:

Educare verò si placeat, porca futura est speciosa. Sic Eupolis in Aureo secu- lo: & Hipponax, vt εφασιν δελφικας, id est, Ephesus porcus. Propriè tamen sic fœmi- nas sues appellaueris quibus vteri sunt: δελφικας enim vuluas nuncupât, vnde peritur δελφικας, id est fratrum nomenclatura, & interpretatio. De huius animalis æta- te, sic Cratinus in Archilochis ait:

Iam porcelli, δελφικας, cateris annis sues, χοίροι. Aristophanes grammaticus li- bro De ætatibus inquit, Ex subibus autè, nuper concretos δελφικας, porcellos siue ne- frendes nominant, grandiores verò, qui iam nec tenelli sunt, nec humidiores, por- cos, vnde Homeri locus clarior fit:

Domesticis famulis apponitur suilla, Proci verò saginatos porcos edebant. Plato comicus, in Poëta, masculino ge- nere dixit:

Tacitus δελφικας, id est, porcum abegit. Lege prisca sancitum fuisse in sin- gulis gregibus, vt proli confuleretur, Androtion ait, ne ouis aut intonsa, aut prius- quã peperisset, occideretur: Itaq; olim iam adultas in cibis apposuisse, & nunc quoq; Palladis sacerdotem fœminam, nec agnam immolare, nec gustare caseum. Cùm

q Versus in hono- rem Bacchi compo- situs, de: Nubibus τὴν ἀλεκτρούνα fœ- minino genere. r Horat. Deserat in vicum venden- tem thus & odo- res, Et piper. & quidquid chartis amittitur incipit. o ἰφαιδης. s Rhodus insula habitata fuit tri- bus oppidis, Lindo, Camiro, Lalyss, quod Rhodum vo- cantur. Plin. cap. 31. s. ἰσολύμα. Plin. cap. 60. 10.

γ Αἰγύ, ἀλεγοροφί- ος, πυρρῆς, quod nō displice, vt hoc intelligatur de lu- scinia. x In mysterijs si- crii Ceteris porca pro se quisque fa- ciebat. Tullius, Ho- stiaq; è plena my- stica porcus. hura. Hadr. Iunius cap. 7. 4. Turnebus cap. 31. 29. y Sic eos vocat poi- ta qui frigens in sartagine quidpiã nobis, les fricas- seurs. z Hæc de virgi- ne cuius pudendâ xægon ambigua si- gnificatione poëta vocat. inter se col- loquuntur Dicae- polis, & Megaren- sis quidam eius. Vi de locum. a ἴπ ἄμα δὲ τῆ αὐτῆ δελφοί σιω- λήφουσαν, τρεῖσι μήτρα. b Οδυσσ. c ἄπειρος, suo iu- stiaq; velle nonnulli testia. d ἄπο σιάλως τὴ σίας μινσῆς ἰδε- σι, quæ superuacua sunt, deleui. e Onium, puco: vel etiam, fœtiarum quarumcumq; ani- mantium: ne, aliis caseus sit, lac sub- trahatur factus.

per aliquod tempus, inquit Philochorus, boues defecissent, ob eorum penuriam promulgata lex est, ut ab illis animantibus abstinerent, eo quidem consilio, ut multos co-gerent, iisque abundarent, quod non sacrificarentur. χοίρειον, porcum, femini- no genere Ionum quidam dixerunt, ut Hipponax ad hunc modum:

Inter libamina, ac viscera & yelias χοίρειον, sicut is suis. Sophocles in Tanariis: Ego profecto custodire porcos didici, tanquam victos. Ptolemæus Ægypti

rex libro nono suorum commentariorum, in Asson, inquit, cum peregrinus essem diuersatus, Assij porcum adduxerunt iuuenem duos cubitos & semillem altum, cui par esset corporis longitudo, coloris niuei, narraruntque Eumenem regem magno studio mercari ab ipsis tales solitum, vel drachmarum quatuor millibus unum. Æschylus ait:

Ego porcum, opimum lactatu hunc in testu calente ponam: Quod enim præstantius hoc fuerit hominibus obfontium? ac rursum:

A. Albus porcus. B. Quid ni? A. Iam pulcher & grandiusculus est: Elixia, igne tam leni ut te non offendant. ac rursum:

Porcum sacrificata, cum ipsa sue, Multis ades affectu illa damnis, Ac quatiens, euertens sursum deorsum, omnia conturbauit. Hæc scilicet citauit

Chamaeleo in opere suo de Æschylo. Suem sacrum esse apud Cretenses animal Agathocles Babylonius libro primo de Cyrico ad hunc modum scribit. Iouem in Creta partu editum fuisse ad Dictam montem fabulantur, in qua & arcanum sacrum peragunt. Ferunt enim porcama mammas infanti præbuisse, & circumcursantem grunitu suo ne à præsentibus exaudiretur, vagitum eius occultasse: quamobrem animal id ueneratione summa dignum omnes arbitrantur, & suilla, inquit, ea gens non vescitur. Præsi h quidem sues immolant: quo sacro ipsos initiari lege statutum est. His similia Neanthes Cyzicenus refert, libro secundo De initiationis ritu. Πεταλίδιον suum meminit Achæus Eretrienensis in Aethone Satyrico his verbis: Has esse formas suum Petalidum ego sæpe audiui. Petalidas scilicet is nuncupat, à vitulis translatione sumpta, quos à cornibus πετάλας vocant, cum explicata distentaque illa iam habent. Simili ratione ut Achæus Petalidas, sic Eratosthenes in Anterinnye, sues Larinos vocat, à Larinis bobus translatione ducta, quos & λα-ευνάδς, nuncupant, nimirum quod uberiore pabulo pingues sint: Sophron,

Boues λαεινώδς, id est, opimi sunt, ac saginari: vel à Larine Epiri pago, vel à bubulco, cui nomen Larinus fuit. Cum deinde nobis allatus fuisset porcus, cuius dimidium assatum magna industria arcecerant, dimidium uero alterum, elixum aqua, ideoque molliusculum & tanquam eliquatum, cunctis coqui sapientiam admiratione profectis, ob artis suæ peritiam gloriosus ille, ac de se magnifice sentiens, Quin vestrum nemo, inquit, ostendere possit quâ iugulatus est, aut quâ uenter impletus omnifariam lautitii. Nam & turdis farctus est, & aliis auiculis, & portionibus quibusdam abdominis porcorum, & vuluæ concisis particulis, & ouorum vitellis, & gallinis quarum uenter plenus est, tum vuluæ frustis, tum lautis buccis, & lucanicis confectis ex carnibus minutim tritis ac cum pipere subactis, quas ob Vlpianum Isicia nominare uereor, tamen si eum non ignorem his libenter uelci. Cæterum Isiciorum meminit Paxamus meus, scriptor. Ego uero non multum laboro de Atticarum dietionum usu. Vos itaque porcus quomodo iugulatus est, indicare, atque etiam quomodo altera ex parte elixus est, assus altera. Hæc ergo cum nos inquireremus, tum coquus ait, An uero me censetis antiquis illis coquis indoctiorem, de quibus Comici multa, ut Posidippus in Saltantibus: alloquitur uero coquus suos discipulos hac oratione:

A. Leucon discipule, & qui mecum hic ministras, Adeste uos: quibus est aptus locus De arte nostra disceptaturis, omnium condimentorum in arte culinaria quodnam est præstantissimum? n. Arrogans factus us: ac in uniuersum omnibus in artibus, Si quis oculos habeat, præcipuum hoc, & caput est.

Peregrinos

f χοίρειον. In-
struuntur ad ob-
sonia coquenda a-
ptum: vulgò, Tar-
rasi: Latius, Tes-
tusi.
g χοίρειον. Ea
uox proprie signi-
ficat adl. scutum
qui pubertate ex-
estit.

h Creta papuli
Stephan.

i Magnorum, in-
gentis, statua vi-
tuli iam cornuti.
k Nigro, vitulo, vi-
tuli.

l Furiarum ho-
ste: vel furiarum re-
media.

m Vide & hodi-
num cap. 7. 6.

o Tomacula, & ta-
macula Latini, qui
buldam inficia, ab
infecione carnis.
p Vel, familiaris,
vel, popularis &
contingentis.

Peregrinos mercenarios qui ducit, thoracem indutus Squamosum, aut draconem insculptum ferro, Visus est Briareus: at si res ita ferat, lepus. Coquus, ministri, & discipuli, eni subditi sunt, Quamuis ad plebeios, & inficis rerum adierit, Cumini sectores, & qui omnes vel ipsa fames sint, tamen ad votum Statim prospere, agit omnia, & ut etiam Non nisi vera loquatur, illis tamen excoriat is abit. Quod igitur præcepi, in anibus loco cede, Conuiuarumque palatum cognosce, Nam uelut is qui mercatus petunt, sic arti nostra Sum finis propositus est, ut ingeniose palatum præuertamus. In nuptiarum epulis nunc ministramus: sacrum qui facit Et boues suppeditat, illustris ac splendidus est, Clarus & qui conuiuio accipitur: Horum uxores deæ sacerdotes: ad hoc spectaculum Comparantur tibi, Corybantes, pernoctationes, susque deque omnia: Coquorum hic tibi circus ac hippodromus erit, Hoc ut memoria teneas, curato. De altero coquo qui Seuthes nominaba-

tur idem poeta hæc scribit: Valde trivialis Est illorum iudicio Seuthes, quod tamen, vir optime. Nosti, ab imperatore bono is nihil differre videtur. Occurrunt hostes, statim qui natura est Imperator, subsistit, remque gerendam animose suscipit. Hostis est quodammodo compotorum turba: Assatum namque bibit: illa uero accedit, Ante quindecim iam dies concepta de ea caena spe: Alacritate plena, suluto remissioque animo, Obseruans quid in manus sumptum allaturus quisque ministrorum sit: Quenam turba sic collecta uilitas sit, intelligis. Iam audite quæ in Synephe-

bis Euphronis de se coquus prædicet: Cum is qui collatis symbolis conuiuantur ministrabis Carion, Ludere quidem non licet, atque adeo nec que didicisti præstare. Heri tu periculum fecisti: nullus ad te uenit. Gobius omnino, adfuerunt quidam, sed inanes illi: Quibus alteratum cerebrum erat: oportet uero Cum ad eiusmodi hominum colluuiem accesseris, Ut Dromonem, Cerdonem, Soteriadem Qui mercedis tantum planè dant tibi, Quantum poscis, iustum esse: Nunc uero quandoquidem ad nuptias Vadimus, homicidas esse: in animum si hoc inducas tuum, Meus es discipulus, & coquus adeo non malus. Commoda occasio si offertur, quod est utile tibi procura: Senex auarus est: merces exigua, si te cognouero Nunc, uel ad carbones usque non deuorasse omnia, Nullus es: hæc intro iam aufero: ex edibus Nam ipse prodit senex: oculisque, tervis nos respicit. Sophista profecto ma- gnus est, nec arrogantia fastuque medico dissimilis apud Sospitrum in Mendaci co- quus qui hæc loquitur: Non penitus contemptibilis ars Nostra est Demyle, si tecum perpendas: Verum ea obsoleuit disciplina, ac omnes fere

g Iulius adagio, 70. 4. Cent. Briareus, alias lepus. h Feracissimus giga-
s, uariorumque. Cæ-
sum geminus. Virg. 6. Aeneid.
i Merulosus: per-
quam timidus: ha-
beret tamen pro-
strenuo, quia fastuo-
sus est.
k Sordidissimos,
parcissimos, tenaci-
sissimos.
l Magna sumptu
exhausta.
m Ne rem habeas
cum hominibus for-
tune tenuioris, qui
ferre impensam nõ
possint.
n Namque gulam
domini debet habe-
re coquus. Martial.
o Vi emans quod
placeat.
p Gustum eorum
qui sunt ad epulas
inuitati.
q Hæc sacerdo-
tes, furiosi, & in-
fani
r In ea occasione
malitia sua uel co-
qui par est, eamque
suum exercere.
s Turbulentus, &
ingenij cocinatio: dicitur
e aduocatus, inquit
tus.

o To munere in-
curiosè ac negligem-
ter perfungi.
p Sumpta meta-
phora à piscatori-
bus: diues aliquis
in quo tractando
lucri nōmibil esset.
q Inopes & te-
nuiori fortune, cũ
quibus nihil esset
questus.
h Stultis, recordes,
mente capti.
i Rapinis & fur-
tis eos interfice qui
te conducunt.

k Veterator, ca-
uillator, contentio-
sus, iurgiosus. Iun.
adag. 49. 4. Cent.
Nihil ad medicorum
arrogantiam.
l Kæsar, uoluptuosus,
Falsus accusatore.

A 3 Sese

m Δουδαιος κα-
ταστα. referri hoc
quod; potest ad ar-
tis notitiam: qui ci-
borū omnium vim
et facultatē sciat.
n Maximi con-
temptus indicium.
o iπιδρω α πα-
ρια: vel proprium
nomen.
p εγγυρο, αση-
σορ. iuuenior, sua-
dator.

q δεικτερο. Nata-
lu legi. εγγυρο.
Tempus oportu-
num.

r Τουρδαδης: in
lato barat. φλου-
γει; turbatur, nec
expeditur se potest.

s ασησορ: propriū
in qua carnes af-
santur.

Sese coquos esse iactant, quanquam prorsus ignari.
Ab illis scilicet ars nostra corrumpitur.
Nam perfectum & verum si singas coquum,
A puero recte ad id institutum fuisse conuenit:
Viribus firmis^m, & qui deinceps liberalibus disciplinis sit imbutus.
Aliud hoc fortassis esse cognosces quam putas eris.
Superstiti tes adhuc tres sumus,
Boidion, Chariades, & ego: reliquis oppeditoⁿ. B. quidnam ais?
A. Egone? ludum ac scholam nos retinemus
Sicyonis^o, qui artis nostrae princeps^p fuit.
Nos primum scierum ille docuit motus:
Post deinde, statim adificandi rationes:
De rerum natura disceptationes omnes ad manum idem habebat:
Post hac omnia, quae ad militarem artem pertinent, enucleabat: exequebatur.
Et ante culinariam artem ut hac disceremus, urgebat:
B. An verò is es, vir optime, qui alijs hac celata velis?
A. Haud equidem: sed interea dum è foro puer aduenit,
De hac re pauca quadam te docebo,
Tempus ad alia parum opportunum^q in hunc sermonem ut impendamus.
B. Apollo sancte, operosa haec res est.
A. Arrige aures bone vir: Primum scire debet coquus
Ex ijs quae sublimia sunt, ac caelestia, occasus siderum,
Ac exortus, cursumq; solis,
Quando reuertatur ad longiores aut breuiore dies,
Et ad qualia signiferi animantia:
Nam omnia, quod aiunt, obsonia, atq; edulia,
Ad conuersiones totius caelorum ordinis,
Aliam atque aliam gustus suauitatem concipiunt.
Qui ergo haec probe didicit, cum anni tempestatem considerauerit,
Vitetur horum singulis, ut expedit:
Contra horum inscitus, merito nugas^r agit.
Iam verò fortassis admiratus es,
De Architectura, quidnam ad hanc artem conducatur.
B. Admiratus sum me hercule. A. Ego nunc tibi patefaciam.
Culinam^s recte statui, & lucis
Accipere quod satis est, ac unde ventus aspires
Contemplari, praebet ad hoc utilitatis plurimum.
Fumus enim huc illuc iactatus, discrimen aliquod
Afferre interdum solet dum coquuntur obsonia.
Qui talis est coquus, eum affirmo
Imperandi non carere scientia.
Nam recte ordinandi peritia,
Vbiq; & in arte quauis meua est sapientia:
In nostra verò propemodum veluti dux omnia regit,
Nam singula ordine apponere & tollere,
In hisq; temporis opportunitatem perspicere,
Quando patinas crebrius oportet congerere, quando pederentim,
Quonam erga caena ferula sint animo conuiuere, quando
Tempestinum sit feruentia hac inferre obsonia:
Calore iam remisso quaedam, alia mediocriter calentia,
Refrigerata prorsus nonnulla, haec omnia scilicet,
Ad imperatorie disciplinae precepta exquiruntur.
B. Nunc tu mihi cum explicueris quae opus facta sunt, abito, & quiescito.
non precul abest coquus qui apud Alexidem in Milefisi haec loquitur:

Ab hoc
A. An

A. An ignoratis plurimis in artibus,
Voluptatis non esse autorem solum architectum,
Sed etiam eorum qui utuntur illis,
Dum bene utantur operam non nihil ad id conferre?
B. Id quale est? peregrinum me aequum est hoc intelligere.
A. Apparandi obsonij bonum artificem habere tantum oportet,
Aliudq; praeterea nihil: Verum si contingat,
Ut qui cibis illis vescetur & de ijs iudicabit,
Tempestinè ad epulum accedat, ars sic iuuabitur,
Sin tardius adsit, & post statum articulum cibi,
Ut qui antea coxit coquus^t refectaciat iterum,
Aut, si antea non concoxit, cito percoquere festinet,
Artem ille voluptate defraudat sua.
Sophistarum classi coquum ego adscribo:
Adstatis vos otiosi: ignem mihi accendite.
B. Frequentes dudum accendunt Vulcani canes^v
Prompti & alacres, sub dio, quod scias, ut frequenter sit.
A. Nostra^x quidem etiam vita finem adiungit^y
Necessitatis^z solius lex quaedam minime aspectabilis.
Euphron verò, cuius paulo ante memini, iudices, sic enim vos appellare non formido, vestri sensus iudicium expectans, in Fratribus, ea fabula est, quendam inducit coquum, multis eruditum artibus, ac feliciter institutum, qui se priores artifices memoret, & quam priuatim illorum quisque virtutem esset adeptus, & quatin re anteiret cæteris, talem tamen nullum recenferet, quales multos ego vobis proposui: Eius haec est oratio:
Cum multi, Lyce, discipuli mihi fuerint,
Quia mente perspicax ingenio semper valuisi,
Meis ex edibus abire te volo,
Vix totis decem actis mensibus iam coquum, quamuis sis nouissimus.
Agris Rhodius assare piscem exactè solus nouit:
Nereus Chius congrum coquere dys immortalibus:
Orion album iusculum parare: flauum Chariades:
Lamprias nigrum primum omnium reperit:
Allantias & Euthynus cognomine Lenticula
Extra omnem positi inuidiam,
Ex symbolis^a reditus^b viris primoribus dignos sibi quesuerunt:
Post illos priscos sophistas^c,
Secundi nobis septem fuere hi sapientes viri.
Ego verò multa iam cum à caeteris occupata ceruerem,
Primus inueni furandi modum, ob quod inuentum nemo
Insensus mihi futurus est, quandoquidem antea id nullus excogitauit alius.
B. Hoc sane tibi proprium reperisti, hoc omnino tuum est.
A. Quinto^c sacra die faciebant Tenij,
Senes cani, quod longa essent defuncti nauigatione,
Gracilemq; & album haedum immolabant, pelle detracta
Subiecta caro candida non visa est: itaq; magistrum ac doctorem^d
Coegi mihi prabere alios haedos duos.
B. Eorum autem iecur veluti sat hiscens
Tu demissa subito altera manu clanculum,
In peluim celeriter renemq; abiecasti,
Multumq; tumultuatus non habuisse renem
Clamasti, qui verò adfuerunt eam iacturam ut viderent, se inclinauerunt.
A. Immolatus est alius continuò. B. Secundi profecto
Cor ego te deglutientem aspexi.
A. Lamdudum vir magnus es, hoc scias velim, lupus.

669

670

671

672

673

674

675

t Ad piscium co-
cturam hoc potissi-
mum spectat.

v Mediasini: cu-
linarij ministri, ca-
num more in facie
excubantes.

x Quando neces-
sum est ut fiat ignis
sub dio, a quo animo
id ferendum, quan-
doquidem in ritū
etiam nostram im-
perium habet ne-
cessitatis lex ineni-
tabili.

y Euphronis. An-
tecedentibus vite
actionibus conne-
ctit, tanquam co-
ronidem.

z Inenitabili fa-
ci et decreti deorū.

a Pecunij colla-
tie ad epularū im-
pensam.

b Festinè non co-
quos appellat, sed
coquos tanquam
soli coqui sapientes
sunt, illi verò clarif-
simi homines ma-
ginè tantum quan-
dā sapientie osten-
tarunt.

c Veteribus mos
fuit post longam &
periculosam navi-
gationē & dijs sa-
crificare pro facti
restitu, & cum ami-
cis epulādo sese ob-
lectare.

d Ex senibus illum
qui alias docebat
qua impensa opus
esset.

A. 4 Frustra

f. Foci & ignis
 exeri deam, qui-
 bus utitur pra-
 cipue coqui.
 g. Quibus tibi meū
 operam locam,
 r. Molam: ordeum
 cū sale mixtū quo
 vltimarum, prin-
 quam sacrificaren-
 tur, caput asperge-
 bant: vel canistra
 quibus mola capie-
 batur.
 s. Sal, tanquam con-
 creta aqua.
 t. Melinum, xli-
 gunt: ut mani-
 bus abluendū a-
 ptum.
 u. Alius, panis fru-
 sta caribus obia-
 fta.
 v. Vel fida, ser-
 uat: vel hostia discif-
 sa membra.
 y. Duplicem: di-
 ctam: geminū, po-
 tentionem.
 z. Instrumentum
 culinarium praecu-
 rā, caribus trans-
 figendis aptum.
 a. Facundie deam.
 Ignis adagio 17.
 Cent. 1. Ne ipsa qui
 dem Suedela per-
 suauit.
 b. Narrandi, per-
 discendi.
 c. Aoyōtōtōi, hi-
 storie & antiqui-
 tati peritissimi, &
 in eo argumento
 facundi.
 d. Apud Eras-
 mū Chilia. Genū
 sua propius.
 e. Adscribi prouer-
 bii hoc potest, de
 homine qui peregre
 nando multa sese
 didicisse iactat. Ni-
 hil Erasimus.
 f. Ex poetis, quales
 Oeneus & Peleus
 fuerint, petendum.
 Hoc significat a-
 liud pro alio non
 esse dicendum.
 g. Huxor: cū
 vltimū dicitur
 in furo assat.
 h. In quam vacuū
 porcellum iudide-
 rit.
 i. q. q. q. sua mo-
 le: sui fibrā: sua
 corporatura.
 k. Purri nomen.
 l. Sub carnes.
 m. Moroso.
 n. Erasimus hunc
 versum citat in
 proaerbio Tibicen
 vapulat, nec men-
 dum corrigi.
 o. dicitur: ut
 ad verbum, stercu-
 re inquinatum.

Coquo licere effari quidquid lubet?

B. Caterum per Vestiam quae nostra quid interest?

A. Eius sermone, reliqua persequor, aduerte animum.

B. Homerī verbis enccare me decreuisti?

A. Sic loqui soleo. B. At ne sic loquitor,

Tantisper dum apud me es. A. Ob arachmas quatuor,

Meum ne, ait, institutum me vis omittere?

Huc, age, ἀρχύρας affer. B. Quidnam hoc est?

A. Hordeum. B. Cur igitur ambagum inuolucra loqueris attonite?

A. πρύος adest? B. πρύος num peluim

Sic poscīs? aperiūs quod volēs mihi dicitō.

A. Stolidus & inficius es senex, ait: affer salem,

Is πρύος est, ostende iam χεῖρῶν.

B. Praesto tum is fuit: sacrificauit, aliaq; verba effatus est

Huiusmodi, omnibus per Cererem, inaudita.

μίσυρα, id est, cochlearia: ποίγας, δῖπτυχ, ἔβελος, ut ego,

Sumptis in manum Philetæ libris,

Examina rem quisnam singularum esset harum dictionum significatus.

Supplex autem ab eo postulauit, consuetudinem ut mutaret,

Et hominum more loqueretur, id quod non statim

Peruasuram vel ipsam Pithe, mihi planè per Cererem compertum erat.

Coquorum genus reuera curiosum admodum est, tum in ipsis vocabulis, tum in hi-
 storijis. Quamobrem horum disertissimi, in ore hæc habent,

Genū tibia propius: & hoc item: Asiam Europamq; circumlustrari:

tum etiam si quem increpent, aiunt, Peleum, ex Oeneo minime faciendum esse.
 Ego verò ex priscis coquis vnum imprimis sum admiratus ob artis experientiam,
 quam explicat, magnum ex ea consecutus emolumentum. Alexis in Lebete reci-
 tantem hæc illum inducit:

A. Sero tandem mihi visum est

Lantum obsonium, suffocatus porcellus.

B. At illum excussit. A. Hæc de re ne labora.

Nam huic incommodo mederi hoc pacto licet.

Recepto porco, acetum in peluim effundito,

Inijctioq; frigidum: deinde calfactam ollam

In acetum immittito: feruida quoniam adhuc illa est,

Per sese madorem trahet, ac fermentescens

Tanquam pumex recludet meatus

Inanes suos, per quos humorem excipiat:

Carne verò ita future non sunt retorida,

Sed nonnihil succose, habituq; rosida.

B. Apollo sancte, quantum hoc ex artis medicina preceptis. A. Glaucia

Hoc facit, & ita, puer, apponito,

Verum cum appones, frigida ut sint, obseruato:

Sic enim vapor naribus

Non assiliet: eo pacto si manducabis,

Vt par est, multo sanè id incundius comedes.

B. Forensis quidem orator es, non coquus: quod verò dicis,

Arti tuæ probro est, ac dedecori.

Sed de coquis satis, viri conuiua, ne fu-

perbior ex illis quispiam ex Menandri Dyfcolo hæc garriat:

Nec ullus

Coquo leso impunitus aufugit.

Ars nostra quodammodo sacra est.

Ego verò, quod est apud suauissimum

Diphilum, in medium appono:

Integrum agnum, illesa compage corporis, condimento delibutum:

Porcellos

Porcellos sua pelle tectos, exsiccatos prorsus,

Anserem etiam Dureum adduco, magna inflatum mole.

Cum ergo cir-
 cumferrentur hi anseres, aliq; accuratissime præparati, αἰτυρὸς εἶνα, id est, altiles es-
 se, dixit quidam. Tum Vlpianus, αἰτυρὸς χῆνας apud quem legimus? At Plutar-
 chus: Theopompus, inquit, Chius in Hellenicis, & libro decimotertio Philippico-
 rum, autor est Agestilao Lacedæmonio cum in Ægyptum appulisset Ægyptios mi-
 sisse anseres vitulosq; αἰτυρὸς, id est, saginatos. Antigenes comicus in Bacchanti-
 bus sceminis ait,

Si quis alendum me susciperet, velut anserem αἰτυρὸν, id est, qui optimatur.

Archestratus in famoso illo suo Poëmæte, altiles anseris pullum simul cum parento
 iubet apparari, eumq; aslari simpliciter. Iam verò Vlpianæ nobis æquum est te di-
 cere, cum de omnibus omnia perconteris, vbinam apud veteres mentio fiat hepatis
 anseris quod in magno pretio est. Anserum quidem pastores ac curatores ipsis co-
 gnitos fuisse testatur Cratinus in Dionysalexandro, sic,

Bubulci, anserum pastores.

Homerus & masculino & sceminio genere

χῆνα protulit.

Aquila Harpe & χῆνα, anserem ferens:

&c.

Quemadmodum hic cum rapuit domi ἀτιτυρῶν χῆνα, educatum anserem: &

Anseres mihi domi viginti triticum edunt.

Ex aqua.

Hepatis anserini, quod exquisitissimum cibi genus Romæ ha-
 betur, Eupolis meminit in Stephanopolidibus his verbis,

Nisi tu fortassis iecur aut mentem habes anseris.

Adfuerunt & in eo conui-

uio dimidiata multa capita porcellorum, quorum meminit Crobylus in Falso
 suppositio:

Accesserunt liquata porcorum succipita:

Horum, per Iouem nihil ego reliqui.

Hæc secutus est, ut vocant, Creo-

caçabus. Est autem is caro concisa, cum adipe, & sanguine, in edulcato iusculo.
 Aristophanes grammaticus id genus edulij Achiuos tradit sic appellare. Anticlei-
 des in septuagesimo octauo Reuerfionum, Inter cœnandum, inquit, Chios Ery-
 thrai cum essent per insidias occisuri, quispiam eius periculi, quod imminebat, cer-
 tior factus, sic affatus est,

O Chij, quandoquidem ad inferendam iniuriam paratissimi sunt Erythrai,

Aufugite mox vbi suillam in cœna comederitis, nec expectate bubulam.

Carnis in aqua feruente coctæ, mentionem fecit Aristomenes in Præstigiatoribus,
 Philippides in Reno-
 uatione, Gnathæx scorti gulosi voracitatem declarans, ait:

Deinde post hæc omnia accessit, que ferebat testiculos

Multos multiercula, eosq; apposuit:

Virorum autem internecio, tum ridens Gnathæna,

Speciosi sunt, inquit, renes hi, per charam

Cererem, arreptosq; duos deuorauit,

Vt præ risu conuiua supini caderent.

Cum verò dixisset alius quidam gratissi-

imum olim fuisse gallum μετ' ὄξυλιπαρῶν, id est, cum oleo & aceto, Vlpianus, qui alio-
 rum reprehensione delectabatur, & solus accubuerat, cibi parum fumens, ac eos qui
 dicerent, obseruans, ὄξυλιπαρῶν, ait, quidnam est? nisi vos & Coctana, & le-
 pidion, consueta nobis & parria cibaria etiam nominaturi estis. Timocles comicus,
 ait ille, oxylipari meminit in Digito fabula, his verbis,

Squalos, Rainas, & quæcumque hoc genus sunt, ex oxyliparo intrito præparate.

αἰερολιπαρῶν autem homines quosdam Alexis vocat in Scelestia, sic:

αἰερολιπαρῶν, id est, Summa parte erant quidem vncti, reliquum autem corpus ligneum.

Appositus verò cum esset piscis magnus ex oxalme, id est, acida muria, & aliquis di-
 xisset, obsoniū ὀξυλιπαρῶν suauissimū esse, qualecunq; ex oxalme apponeretur, adductis
 superciliis Vlpianus, qui ipinas colligebat, Vbinam, inquit, extat oxalme? nam ὀξυ-
 λιπαρῶν ab eorum qui viuunt nemine dictum scio. Multi sanè cum ipsi longum valere
 dixissent,

p. Equi Duratei
 modo sacellum.
 q. Quod saginatus
 esset, vel sacrificium
 dicitur.
 r. Græca historia.
 s. Eorum à Phi-
 lippo gestarum.

Nullusq; alio si-
 tamento conditi.

Aquile genus.

Hic versus nec
 masculinum genus
 indicat, nec femi-
 ninam.

Feminiū qua co-
 ronæ nectunt, &
 vendunt.

Locus hic non
 ostendit cibi lauti-
 tiam, sed ingenium
 fatuū potius, quale
 est eius auis.

Plautus succipit
 aliquot in locū vo-
 cat, alibi ophthal-
 mia.

Aut instatum,
 aut residuum.

Picardū ex Phan-
 drii, archeop. caro
 frustulata diffu-
 sa & in cacabo co-
 cta.

Signi-
 ficat & hæc vox
 dulcedinem ac vo-
 lupatatem, ὄξυ ἰδὸν
 τρυφῶν.

Iunius adagio,
 Absumpta suilla bu-
 bulam ne expecta.
 f. αἰερολιπαρῶν.

Alq; pingue, aci-
 dum, intritumq; cō-
 dimentū exponit.

Ficus exigua.

Τὸς γὰρ ὄξυλιπαρῶν.
 cap. 14. & 15. lib. 9.
 Colum.

Difficillima &
 obscurissima quæq;
 excipiebatur, ut de il-
 li differret. Iunius
 adag. Spinas colli-
 gens.

Cum eum spre-
 tum reliquissent,
 cum ne resisso qui-
 dem essent dignati.
 Vide apud Erasmi
 adagium, longum
 valere dixit.

dixissent, & cenare pergeret, Cynulcus ex Auris Metagenis haec clamado recitavit, At cenemus, & bone vir, deinde quidquid voles me interroga. Nunc enim, quia vehementer esurio, utcumque sum obliuiofus. Tum Myrtilus eius orationi subscribens, vt in his citandis videlicet, oneris nihil subiret, sed in tractandis, omnibus obloqui ac obfrepere liberum esset, Cratinus in Vlyssibus, inquit, oxalmen dixit his verbis:

m Antro: in quo captos incluserat.

Quorum loco captiuos omnes eductos vos socios Torrebo, elixabo, prunis iniectos coquam, assabo, In muriam, & o&almen, id est, acidam muriam, ac deinde alliatam muriam, Tepidam intingens, vt qui omnium assatus maxime Videbitur ex vobis, eum deuorem, & milites.

n Piscium qui super pruna torrentur, cinis illapsus affatu disijciunt. Praeterea du quidam assatur, igne affatus, luculentus cinis percoquat. Interpres Aristophani, o co ad t&almen Proditoribus, De p&aloribus.

Ariftophanes in Vespis, Cum me afflaueris, in calidam oxalmen iniice. A&almen autem nos qui in viciis sumus non soli dicimus, sed etiam Plato in Pisandro, de pisce nimirum:

A. Tam diu cum cibi nihil sumpseris, quale est quod datur? B. o&almen, id est, obsonij paululum. A. Labore fessus es, & hoc tibi apponitur? B. Ego equidem locustam dudum comedi. Pherecrates in Transfugis: T&almen, id est, exiguum hoc obsonium nobis equis apposuit? Philemon in

Theauro: Veracis non est, integritatis, hominis falsis supputationibus circumuepire, Aut hac o&almen, id est, obsoniola, quamuis proba, mercari. Menander in

Carthaginensi: Flante hoc borea tamen si cuperem suauius aliquid o&almen, id est, obsoniolum, Nullum adeptus sum: itaq, lenticula mihi elixanda. Idem in Ephesio, In prandium accepit o&almen, id est, obsonij tantulum: mox subiungens: Piscatorum aliquis drachmis quatuor gobios vendidit. Anaxilas in

Hyacintho lenone. Vobis ego o&almen emam. & paulo post: Appara nobis puer o&almen. Quod autem dixit Aristophanes in Anagyro, Nisi me frequenter consoletur t&is o&almen, obsonia & cibos nos interpretamur. Alexis in Peruigilio, loquentem sic inducit coquam:

p Calidus, quam quae medicoribus ca lens.

A. Calidioribus gaudes semper o&almen, quam vel modice calentibus, vel etiam minus? B. Quam, minus? here quid ais? quo quaso id pacto? Aedepol hic homo viuere non didicit, frigida Tibi ne appositurus sum omnia? A. Neutiquam. B. Fernida ne?

q Sub. me excepto.

A. Apollo, Nihil ne medium scilicet est? B. Eorum qui nostram artem proficiuntur alius id nullus facit. A. Sic cenfeo: sed nec aliud quidquam eorum qua nunc facis. B. Quid ita, dicam, conuiuius futurus Opportunum tempus praestituo iuste contemperationis. Age, per deos, haedum tu sacrificasti, Ne obtunde me: sed carnes, pueri, beus adducite: Pueri, culinam & caminum habere ne licet? Hoc porro vos pueri mihi renuntiate. A. Caminum quidem habet.

r Respondent pueri. s Heri persona. t Vox hac significat ventre beati.

B. Malum habet: fumosus est. A. me hic enecat. Haec tibi a nobis, qui adhuc vita fruimur, recitata sint, Vlpiane obliogastor. Etenim, vt mihi sane videtur, quod est apud Alexin, animatum nihil tibi pro cibo est. Scribit autem Alexis in Atthide sic:

v Sipientia praecipue imbutum. Pythagorei ab animam abstinebant.

Qui primus dixit sophisten neminem, Animatum quidquam comesse, sapientem mebercule fuit. E foro nunc reuertor, mercatus nihil Animatum: emi namq, pisces mortuos Ingentes: tum agni pinguis carnem quam edamus Minime vini: non enim quidquam aliud habere profecto licuit.

Accipi

Accepi & assum insuper iocysculum: horum quidquam Animatum esse, aut praeditum voce si quis ostenderit, Et culpam admisisse, & legem violasse me fateor. Haec ergo cum audieris, cenare iam nos permitte. Vide amabo quandiu tecum sum confabulatus, iam praeterea nauigant Phasiani, ob importunam tuam loquacitatem nos aspernati. At si mihi, & doctor Myrtilo, dixeris, inquit Vlpianus, vbi vox obliogastor reperitur, & ex veteribus an Phasianicarum quicumque auium meminerit, ego mediusfidius, non quidem in Hellepontum nauigio transectus, sed in forum profectus, Phasianum tibi comparabo, quo tecum simul vescar. Haec lego & conditione dicam, ait Myrtilus.

Amphis in Gynaecomania obliogastoris meminit his verbis: Sceleste? castillo, an vera tu obliogastor? non es? Phasianum iucundissimum Aristophanes memorat in Fabula quam Aues inscripsit, Atticos senes duos fingens ineres ciuitatem quaerere in qua otiosi degerent: iis auium conuictum placuisse, inter quas ferocis cuiusdam conspectu territi, mutuo se tamen consolantes, & alia loquuntur, & haec:

A. Haec vero quanam auis sit non dices, qua alium egesit? B. Dicam sane, Phasianus. In Nubibus autem quod de Phasianis altibus Leogora sic inquit, Equos alit, & Phasianos aues, de volucre omnino interpretor, non de equo, vt multi. Notarunt enim Leogoram comici, tanquam gulosum, & cupedia lautitiarumq; studiosum, vt Plato in Doloribus confecto. Mnesimachus vero, qui & vnus est ex poetis media comediae, in Philippo ait,

Adest, quod est rarissimum, lac gallinarum. Et Phasianus euulsus recte plumis nudus. Theophrastus Eresius Aristotelis discipulus, libro tertio de Animalibus, huius mentionem facit, his verbis: Est & in auib; haec differentia, quod graues quaedam sunt, & ad volatum ineptae, vt Attagen, Perdix, Gallus, Phasianus, mox vbi natae sunt, ad velociorem ingressum pernicies. Aristoteles libro 7. historiae scribit, auium quaedam in puluere volitari; alias aquis sese proluere, quaedam nec aquarum perfusione delectari, nec puluere: volutatione gaudere quae ad volandum minime sunt habiles, & a terra non abscedunt: veluti Gallina, Perdix, Attagen, Phasianus, Galerita. Meminit & Phasianorum Speusippus in libro Similitum. Phasianum hi vocant, non Phasianicum. Agatharchides Cnidius libro trigesimoquarto Rerum Europae, quo loco de Phaside fluuio verba facit, haec scribit: Auium magna copia quas Phasianos appellant, cibi quaerendi gratia, qua fluminis ora pelagum subeunt, eo comear. Callixenus Rhodius libro quarto de Alexandria, quo pompam regis Ptolemaei, cognomine Philadelphi enarrat, velut insignem miraculum de his auib; sic scribit: Ferebantur deinde caueis inclusi Psittaci, Pauones, Meleagrides, Phasiani, & aues Aethiopiae perquam multae. Artemidorus Aristophaneus libris quos inscripsit Glossas opartyticas, & Pamphilus Alexandrinus in libro De vocabulis & Glossis, Epænetum adducit scribentem in Opartytico, auem Phasianum, etiam Tatyram appellari. Ptolemæus Evergetes Commentariorum secundo, Phasianum ait Tatyrum nominari. De Phasianis haec disserenda putavi, quos ego tua causa non secus ac quos febris inuasit, circumuectos sum tantum contuitus. Tu vero, vt pactus es, nisi crastino die persoluas quae promisisti, non apud populum te accusabo mala fidei, sed ad Phasin te relegabo, vitam vbi traducas, veluti Polemon orbis enarrator Istrum Callimachi interpretem in eiusdem nominis fluuio demersit. Attagen. Aristophanes in Ciconis:

Attagen suauissima carnis in Epinicyis coquendus. Alexander Myndius scribit, Attagenem esse paulo minorem Perdice, toto dorso variis colorum notis distincto, colore fittilium, magis subrufescente: capi a venatoribus ob corporis grauitatem, & breuitatem alarum. In puluere sese volutare, pullos multos parere, frugum & stirpium seminibus vesci. Socrates libro De finibus, igne, lapidibus, scribit, Attagenas ex Lydia translatos ad Pylas per aliquod tempus Coturnicis vocem emisisse: cum autem ob inundationem Caeli fluminis pestis grassaretur, indigenarumq; multi perirent, hucusque, clarius quam adulti disertiq; pueri, canere non

Mulierum... Fabula non... dicitur, sed... fugisse ab Eur... base nefario homi... ne cuius mores sua... runc eiusmodi tra... fer, versate. 2. Hic, gula ven... tris, deducit. a Qui Phasianus, vt & auis, appella... batur. b. Hic, gula ven... c. Erasimus prouer... Lac gallinarum. Vide pag. 44. d. Olfactoris vo... cum ex lingue se... cretioris interpreta... tionem, qua vti... tur in obsoniorum... apparatu: vel pot... tius, linguam secre... tari, & voces mi... nus vitales ac fre... quentes in eo argu... mento. e. Nam fibra cor... ruptius, cibus ex ear... ne etiam si assentat... ur, non tamen da... ri solent. f. Anaxilaeus, doli... fraudationis, impo... stura mendaciq; cir... cumscriptio. g. Dignum esse pro... didit qui dimerge... retur. h. Inuulsa strum... philes opule: cele... bris, pro parva vi... storia. i. Vide apud Eras... in Chil. Attagen, & Attagenis ma... uuluum. k. Alij, q&almen de man... tibus. l. Sic vbi obso... n&al. Vide prouer... bium, Malis, ter... mala. m. Vide nam le... gendū Olyra. Sera... boni libr. 9. per Py... larum, sive Ther... mopylarum suoc&... & angustiae Spr... chini, Olyrae, Me... lae fluuij labuntur. Erasmus, Nihil, le... gi. n. Alij, λυδ&almen met.

o Fugitivus, ac per
bero servus.
p Erro, simulus.
q Acadia: λωπέ-
δω: tristitia af-
fectus.
r avocovos: suspi-
catus furis.
s avad: λωβ.
Aelianus, se necat
fistula. Qui hoc
dixisse est. Fame
petitū mōnem sibi
conficere probabi-
lissimum.
t Palmule colore.
u avad: λωβ.
Gestus: dicitur, ut
Plinius ait, ut Por-
phyriam solum
moribus habeat.
v avad: λωβ.
Aristoteles dicitur
Nax appellatus.
Passus: dicitur
Frequens est in Ce-
menis montibus, et
prope Nemausum.
w avad: λωβ.
et marina Arist.
x Sub, oblectat,
echinatus, dicitur
vires.
y Coturnici.
z Modij.
a Quidam, Cera-
mici.
b Perdicem Mace-
donē intelligi vo-
lunt, qui in Aegy-
pto per seditionem
est interfectus.
c Linnus adag. 13.
3. Cent. vel libidi-
ne incitatus, vel a-
stutia subdola.
d Aut Manuarius
artificibus, qui co-
tine opere quosdam
impediunt, ventri
aut, quibus venter
improbar est.
e Avad: λωβ.
Sunt et
quosdam sibi re-
cti pificuli, Nilo
in alveum se reci-
piunt.
f Avad: λωβ.
omnium ventrem
pati contra Arist.
tradit cap. 3. q. hist.
non miri nisi a vi-
dore: ac si forte al-
ter superaverit, ut
quidem admittens,
sed illi eo qui prior
victoriam adeptus
fuerat. Correllus
lorus.
g Hoc sumptum
ex cap. 8. e. hi-
stor. Eius tamen
lib. cap. 1. et cap. 8.
9. Perdicem nudi non
facit.
h Locus matius

non cessasse, ter improbis, mala: eosdem captos non mansuescere, atque adeo nec
voce nullam reddere: at si dimittantur, recipere vocem. Horum meminit sic Hip-
ponax: *Tu ne quidem es attagen, nec lepius herbam arrodens.* Meminit
& Aristophanes tum in Avibus, tum in Acharnensibus, tanquam frequentium in
Megarica. Attici præter iustam rationem circumflectunt: Nam quæ longiora dua-
bus syllabis in æs, et in ð, graui accentu in vltima notantur, vt *avades*, *avades*,
et *avades*. Est autem numerus multitudinis dicendum *avades*, non *avades*. Porphy-
rius etiam mentionem ab Aristophane factam fuisse liquet: Polemon quinto suo-
rum commestiariorum ad Antigonom, indocilem nec vquam mansuescere Por-
phyriam auem tradit, cum domi aliter, feminas virorum coniuges, tanta feue-
ritate custodite, tantumq; stupri sensum habere, vt cum id deprehenderit, præ-
monstraret antea domino, & vitam laqueo finiat, eundem non prius eibum capere
quam commodum sibi locum nactus, spatiatu fuerit, & post ambulationem illam
in pulvere volutus latet: tum enim denique cibari. Aristoteles fisis pedibus esse
tradit, colore caeruleum, longis cruribus, rostro ad caput vehementius obstricto, phœ-
niceo, galli magnitudine: ea vero quæ pedibus accipit, exiguis particulatim fru-
ctibus tanquam parsimonia quadam comesse: auidè veluti mordentem bibere:
in pedibus quinque digitos habere, & maximum illum qui medius est. Alexander
Myndius libro secundo historiae volucrum, Libycam auem esse prodidit, eius regio-
nis diuis sacram. Porphyridem autem à Porphyrione differre Callimachus au-
tor est libro de avibus, vt qui seorsim vitamque recenscat, & Porphyriomem sic pa-
sci, vt nullius aspectum patiarur, illis qui propius ad suum accedunt eibum, in sensum.
Porphyridis Aristophanes in Avibus meminit. Ibycus quosdam volucres Lathipor-
phyridas vocat his verbis: In summis foliis flauis pennis variae Penelope, variè
gato collo Lathiporphyrides, alisq; protensis Alcyonès. Idem alibi scripsit, Me sem-
per, amice, velut explicatis alis Lathiporphyris. Perdicum meminerunt multi, vt
& Aristophanes. Huius vocabuli quidam mediam syllabam contrahunt, vt Archi-
lochus: *Pavidam instar perdicis.* sic & *perdy*, & *perdy*. At frequenter
apud Atticos produciunt. Sophocles in Camiciis:
*Venit in celebres Atheniensium vicos
Qui cum aue Perdice nominis societatem habebat.* Pherecrates, siue is qui
Cheironem composuit:
Huc inuitus egreditur perdicis modo. Phrynichus in Tragediis:
Cleombroti & Perdicis gnatum. Auis quidem ipsa libidinis, symbolo quo-
dam, est iudicium, ac salacitatis. Nicophon in Cheirogastoribus:
Elicias & perdicis illas. Epicharmus in Comestatoribus:
Brevi tempore sepias natantes adduxi, volantesq; perdicis. De hoc animalis
genere scribit Aristoteles, esse terrestre, fisis pedibus: viuere annos quindecim: fœ-
minas diutius quoque: longiorem enim vitam esse fœminis auium quam maribus:
ouis incubare, ac pullos educare gallinarum modo. Insi dari aucupem sibi cum sen-
serit, è nido progressam, cruribus venantis sese aduolere, ostendereq; spem, capi se-
se posse: ea fraude quoad pulli euolarint, decipere, ac tum demum volatu aufu-
gere: esse animal versutum, malignum, & libidiniosum: itaque marem oua conte-
rere vt fœminæ coitu fruatur: quod quia compertum est, abscedit illa, seorsum &
clanculum paritura. Eadem Callimachus narrat libro de avibus. Aristoteles verò
scribit fœminarum congressu mares priuatos inter se dimicare, victum ab omnibus
subigi vicissim, syluestresq; à cicuribus. Quod si rursus alter quispiã superauerit,
eius quoq; libidinem victum admittere, sed clam eo qui prior vicerat. Hoc autè cer-
ta quadã anni tempestate fieri, quod & Alexander Myndius asserit. Nidificat ma-
res ac fœminæ in terra, ouisq; collata opera ambo duo loculamenta excavant.
Aduersus Illicem syluestrium dux in prælium exit. Hoc capto procedit alter ad pu-
gnam. Ita configunt cum Illex mas est: cum verò fœmina, si canenti gregis dux
obuius fiat, collecti cæteri insectantur, & à fœmina abigunt, quod illi non sibi mo-
rigeretur: quamobrem tacitus ad eam sapius accedit, ne audita voce adproperet alius
certaturus

certaturus prælio. Interdum sanè & vocem clamantis masculi fœmina compescit, &
dum incubat, si ad aucupis fœminam euntem illum senserit, oua deserit, & eius libi-
dini se præbet. Tam sunt attonitæ coitus tempore perdicis, & coturnices, vt au-
cupibus obrudant sese, capitq; eorum insideant. Aiunt verò perdicis fœminas quas
ad aucupium educunt, cum aspexerint, vel olfecerint mares, aura ab iis flante, aut si
circumuolent, prægnantes fieri: quidam etiam tradunt, continuo parere. Volant
autem, cum libidine pruriunt, hiantes, ac exerta lingua, tam mares quam fœmi-
næ. Clearchus libro De Panico, Passeres, inquit, Perdicis, atque etiam Galli, &
Coturnices genituram emittunt, non solum fœminarum concitu, sed etiam voce
tantum audita. Eius rei causa est impressa in animo Veneris & coitus imaginatio:
Manifestissimum id, cum ad Venerem stimulantur, si ex aduerso speculum obiciat:
si quidem procurrentes ob eam quam cernunt imaginem, capiuntur, & genituram
effundunt, exceptis gallis qui eius spectri sensu ad pugnam tantum accenduntur.
Hactenus Clearchus. Caccabæ perdicis à quibusdam vocantur, vt ab Alcmane, his
verbis: Inuexit & Alcman cantus, inuentamq; à se & compositam cantionem
Caccabidum, vulgari linguæ dedit, aperte significans perdicis canendi magistras si-
bi fuisse. Quamobrem & Chamæleon Ponticus ait, præcis hominibus reperit ac ex-
cogitatam musicam ab iis auibus quæ in solitudinibus canunt, ad earumq; imitatio-
nem institutam fuisse, musices disciplinam. Perdicis non omnes caccabant. Theo-
phrastus libro De varia voce animalium congenerum, scribit Athenis perdicis citra
Corydalum pagum, oppidum versus, caccabare, vltra verò, *avades*. Basilis libro
secundo Rerum Indicarum ait homunciones, qui aduersus grues bellum gerunt,
vt perdicibus ad curram iunctis. Menecles libro primo Collectaneorum Pygmaos
tradit cum gruib; & perdicibus bello decertare. Perdicum alterum in Italia genus
est, pennarum fusco & obscuro colore, corporatura minus, rostro cinnabaris co-
lore minimè rubescente. Ad Cirrham ob pabuli naturam perdicis caro gustu in-
suauis est. E Bœotia perdicis in Atticam non migrant, & si quæ forte illuc me-
uerit, voce dignoscitur ab indigenis, vt diximus. Perdicibus in Paphlagonia natis
geminum cor esse Theophrastus affirmat. In insula Sciatho cochleis perdicis ve-
scuntur. Parii interdum oua quindecim, ac sedecim. Parum volant, quod ait
Xenophon libro primo Expeditionis Cyri; his verbis: Otidas si quis repente ac ce-
leteriter in fugam vertat, capere licet: parum enim volant, vt & perdicis, & cito fa-
tisunt. In cibo placet earum caro. De Otidibus vera Xenophonem prodidisse re-
fert Plutarchus. Permultas enim id genus animantes ex vicina Libyã transire in
Alexandriam, & aucupio huiusmodi illas capi. Imitatrix auis est, eorum præcipue
quæ ab homine fieri videt. Quidquid facientem aucupem cernit, idem quoq; agit.
Stantes igitur ex aduerso aucupes medicamento quodam oculos suos linunt, para-
tum aliud habentes quod oculorum cilia glutinet, idq; non procul à se, in patellis
appositum. Vngentes sese aucupes Oti conspicati, idem faciunt, ex patellis me-
dicamento sumpto, & confestim capiuntur. De his porrò scripsit Aristoteles ad hunc
modum: Ex avibus est quæ peregrinantur, & sedem mutant, scissis pedibus, tribus
digitis, magnitudine galli grandioris, colore coturnicis, oblongo capite, acuto ro-
stro, exili ceruice, amplis oculis, ossa lingua, nulla ingluuic. Alexander Myn-
dius & Lagotian vocari scribit. Aiunt autem cibum ruminare, & equo delectari, ac
proinde, si equi pellem aucups induat, capturum quotquot volet, nimirum vltro ac-
cedentes. Alibi rursus scribit Aristoteles, Otum nocturnam auem esse, Noctua si-
milem, plumis duabus iuxta aures: Idem rursus, Otus, inquit, appellatur, colum-
bæ magnitudine, hominum imitator, & qui ab aucupe ex aduerso saltans capiatur.
Est autem vtrunque homini facie similis, & quidquid homines agunt, æmulatur:
quamobrem eos qui facile quauis occasione decipiuntur, Otos Comici vocant. In
eorum aucupio qui ad id maximè idoneus est, iis aspicientibus è regione saltat. Auis
autem directis in saltantem oculis laqueis irretitur, alio pone stante, & occulto, qui
prehendat imitatoris dulcedine captam, & ad eam voluptatem intentam. Scopas
aiunt & idem facere, fama q; est eos saltatione capi. Homerus illorum meminit.

o corruptus, vesti-
tuendus, & ex-
plendus è cap. 3. a.
hist.
m Ad verbum, et
subijcitur patitur.
n Ad verbum, co-
itus tempore.
o Vide apud Erast.
in Chit. Panicus ca-
sus.
p Ad verb. coitus
tempore.
q Alcmanes; Gil-
lius.
r Sic Gillius in-
terpretatus est.
s Nomen illud stri-
dulum magis sonu
ostendit, quam cac-
cabum. r velus
r vocis.
t Perdicibus in-
cubare. Gesnerus.
v Aucupioz rare-
dior, infirmit vola-
tu: Gillius, incom-
posito volatu. Star-
nae hodie vocant
Itali: Martialis,
Rufficus; Galli, Ci-
neres.
x Alioru est ta-
lem reddi auctor est
Aelianus.
y Ad verb. eden-
do non est.
z Avisy, instat,
Gesnerus cogat au-
figere, occidit: vt
surgit, & abeant,
terreficiat.
a Ad Oti aui no-
cturne auita, quæ
ad Oti auita natam
magis, hæc per-
dicis: nempe: quæ
citantur ex Aristo-
tele: ad Otidem.
b Elie notandum
cum scripserim vtr-
usq; auidus discif-
se, inuicem: fisis.
c Avucupioz, exi-
gum peluibus.
d In nostris exem-
plaribus hæc non
leguntur, quæ ideo
mutata esse puto.
e Hoc postremum
legitur apud Arist.
tum etiam, appen-
dices infra pauca
habere, quæ desinit
intestinum.
f Lagotian, auri-
bus leporinis. Hoc
intelligendum de
Oto.
g Pre saltandi a-
mulatione in aucu-
pem mimulicis, su-
stididq; oblitus sui.
h Figura oris.
i Linnus adagio,
11. 4. Cent. Otus,
et Otibus.
k Νυεγανασίτρω:
Asionem vocari à
quibusdam Plinius
scribit.

I Cum vultus imitatione deridere.

m Ab orationis progressu hac mihi videtur aliena, et alio transferenda.

n Perennis Scopas, et nunquam abennit.

o Nihil aliud nisi celeritate.

p Anteriori parte corporis pectoris.

q ad quod dicitur.

r Ve vultus dicitur.

s Vagus coturnix.

t Erychthon, Eryx, Beryx, propria nomina.

x Vt in phoenice, phoeniceus, phoeniceus.

y Koisraou.

z Tectonum modis, in tres velut cuspidis divisum.

a Hæc Aristicorum. De Erychthon ne sibiulam quare apud Ouid. lib. 8. Metamorph.

Saltationis genus ab illis σκώπεται dicitur, ob eius animalis varium motum indito nomine. Gaudet Scopos imitatione, ac similitudine. Itaque ab eorum ingenio σκώπεται dicimus, σκώπεται, id est, prorsus assimilare, & eos, qui sic irridentur, ἀνέλεον, quoniam eorum qui irrident propositum ac consilium est, illorum ingenium ac mores exprimere. Harum animantium, quibus larior est lingua, suas articulatè voces illæ pronuntiant, hominumque; & aliarum avium sonos reddunt, vt Psittacus, & Pica. Scopos autem, vt autor est Alexander Myndius, parvis est curibus, glaucus, colore ad plumbeum vergente, subalbida maculis notatus, & ad vtrumque tempus pennas è superciliis erigit. Callimachus σκώπεται tradit esse duo genera, vocales alios, alios mutos; & ideo simpliciter alios vocari Scopas, alios Aescopas. Sunt autem Aescopos glauci, vt putat Alexander Myndius, absque litera σ, Homero dicti κώπες, & ab Aristotele sic appellati. Semper hi conspiciuntur, nec in vsum cibi veniunt, cum Scopos vno tantum die, vel biduo, per autumnum appareant, edules sint; & ab Aescopibus crassitie differant, turturi & palumbo similes. Speusippus libro secundo Similium, absque litera σ, Copas nominat. Epicharmus:

Copas, Pypas, Noctuas. Metrodorus libro De consuetudine, Copas ait capi ex adueto aucupum saltantes. Quoniam verò in Perdicum historia diximus eas esse libidinosissimas, adtexamus & galli salacis auis historiam. Aristoteles scribit, ex iis gallis quos diis consecrant, qui prius dicitur est, à nouitis subigi, donec offeratur alijs: quòd si nullus donec, inter se præliari, & à victore semper iniuri victum. Narrant & gallum quascunque adijm fores ingrediatur, cristam summittere, eundemque alteri nunquam incundi sui copiam facere absque conspectu. Theophrastus scribit, agrestes cortalibus ad Venerem esse procliuiores. Idem autor est, mares statim è cubili ad Venerem concitari, feminas contra magis progressio iam die. Sunt & passeris ad libidinem proni. Quamobrem Terpsicles eos qui passeribus vescuntur in Venerem præcipites esse tradit. Num verò & ideo Sappho ex hac historia scripsit, Veneris curru ab illis trahi, quoniam & ad Venerem prompta est hæc auis, & fecunda, vt quæ, si Aristoteli fidem adhibemus, ad octo vsque pariat. Alexander Myndius passerum esse duo genera tradit, alterum sylvestre, alterum domesticum; Agrestium feminas & reliquo corpore esse debiliores, & rostri colore magis testaceo, facie nec nigra, nec valde alba. Aristoteles scribit mares hyeme occultos nusquam comparere, feminas autem permanere, probabile id esse coniectans ex colore, qui profecto in illis mutatur vt in Merulis, & Phaleridibus, quæ certis temporum momentis albescant. Nicander Colophonius libro tertio Linguarum scribit, passeris ab Eleis vocari Deritas. ἄρνυες, id est, Coturnices. In vniuersum de nominibus quæ in vsu, desinunt, quaritur cur in singulari genitiuo non ea consonans litera sit, quæ vltimam syllabam format, vt in ἄρνυες ἄρνυος, & ἄρνυες ἄρνυος; in iis verò quæ masculina simplicia, dissyllaba, vltimæ syllabæ initium habent litera aliquam immutabilem, cum o, assidente, quæ prima graui accentu signatorum coniugatio dicitur, genitiuus per κ, flexitur, vt κρηνῆς κρηνῆος, πέλιδος πέλιδος, ἐρυξῆς ἐρυξῆος, βέβρυκος βέβρυκος. Notatu quidem certè dignus est, in dictione ἄρνυες ἄρνυος, genitiui flexus. Verum citra exceptionem, in omnibus genitiuus singularis rectum pluralem sequitur, & eam ipsam consonantem retinet quæ vltimam syllabam figurat, quod idem fit etiam absque consonante. Aristoteles scriptis mandauit coturnicem mutare cælum, pedibus esse fissis, nidum nullum facere, sed paluerulentum stragulum, humili frutice aduersus iniurias accipitrum munitum, vbi incubat. Alexander Myndius libro secundo De animalibus, femina coturnix, inquit, est, quam mas, collo graciliore, parte mento subiecta minime pigra: in ea dissecta ingluuias ampla non videtur: magnum cor habet, & id trifidum: iecur, & fellis conceptaculum, intestinis agglutinata: fellis ad intestina labentis canalem paruum, & vix aspectabilem: testes iecinori subditos, vt & gallus. De coturnicum generatione Phanodemus libro secundo Atthidos scribit: Erychthon vt conspexit Delon insulam ab Achiuis Ortygiam vocatam, quòd multi coturnicum greges in eam contendant è mari, & subsistant illic, ob accessum & tanquam portus commoditatem. Eudoxus Cnidius libro primo Circuitus

Circuitus terræ, à Phœnicibus Herculi Coturnices immolari scribit, quoniam Hercules Iouis & Asteriæ filius in Libyam proficiscens, & interfectus à Typhone, Iolo coturnicem ipsi admouente, & præbente olfaciendam, reuixerit. Illum enim cum orbem terrarum ambiret, & peragraret, hoc animali delectatum fuisse. Eupolis imminuente vocis significatu in Verbibus ἄρνυες, tanquam Coturniculas, dixit his verbis:

Aliquando coturnices nonnullas tu aluisti: Ego verò postea, μικρὰ ἄρνυες, id est, exiguas coturniculas: quid inde? Antiphanes in Rustico sic ἄρνυες dixit: Equidnam facere potes, coturnicula cum animum habeas? Pratinas in Caryatidibus, aut Furiosis, coturnicem priuatim appellat ἄρνυος, id est, suauisonam, nisi apud Phliasios, aut Lacedæmonios vocales sint, vt & Perdices. Sialis inde vocata forassis est, inquit Didymus. Aues enim propemodum plurimæ à voce nomen adeptæ sunt. Eius quam Ortygometrâ vocant meminit Crates in Cheironibus, sic: Ithacensis ortygometra. Alexander Myndius de illa scribit, esse magnitudine turturis, longis curibus, gracili corpore, timidam. Clearchus Solensis libro quem inscripsit De iis quæ in Platoni Republica mathematicis rationibus tractantur, aucupium coturnicum sic particulatim exponit. Coturnices, inquit, tempore coitus, si è regione speculum ipsi obiciatur, & ante id laqueus, ad id quod speculum representat accurrentes, tendicula se implicant. De auibus quas Gracculos h vocant, idem autor similia narrat, his verbis: Gracculi verò ob insitum erga foetum amorem, quamuis tantum astutia cæteris auibus antecellant, patera oleo plena si apponatur, ad eius labra consistunt, & sese demergentes, oleum hauriunt: quamobrem oleo perfusus conglutinata pennæ captiuitatis causam afferunt. Dictionis ἄρνυος mediam syllabam Attici producunt, quemadmodum & δαίδυκος κέρυκος, vt ait Demetrius Ixion, libro De consuetudine loquendi Alexandrinorum. Aristophanes in Pace versus gratia corripuit, sic, ἄρνυες ὄρνυες, id est, coturnices domi natæ. Anium quas chennia nominant, sunt autem pusillæ coturnices, meminit Cleomenes sua ad Alexandrum epistola, sic: Phaleridas sale conditas decies mille: Tyladum, quinque millia: Chennia salsa, decies mille. Hipparchus in Iliade Aegyptia:

Non mihi vita placuit quam degunt Aegyptij, Chennia vellent, & salpas comedentes. Epulis quidem nostris Cygni pluraque non abfuerunt, quos Aristoteles scribit esse pugnaces, numerosa prole fecundos, mutuo pugnando sese interimere: cum aquilis etiamnum dimicare, sed laceratos: non enim certamen adorti: canoros esse, præcipue sub exitum vitæ: canentes mare traicere: pedes habere palmatos: herba pasci. Alexander Myndius refert, se moribundos plures profecutum cantum nullum audiuisse. Hegestanax Alexandrinus autor libri quem Cephalonis Troica inscripserunt, Cygnus, qui duello cum Achille congressus est, ab aue eiusdem nominis in Leucophrye tradit educatum fuisse. Bæus in Anium generatione, siue, vt ait Philochorus in Bæo, docet Cycnum à Marte in auem cognominem versum, ad Sibarim fluuium accedentem cum Grue couisse. Idem scribit Cygnum herbam in suum nidum congerere quam Lygæam appellant. Idem de Gerano, id est, Grue hæc prodidit, apud Pygmæos præclaram fuisse feminam, quam diuinis ciues honoribus colerent: ab eaque deos tanquam abiectos & humiles contemptos fuisse, præcipue Dianam, & Iunonem, quæ indignata, in auem turpem ac inuenestam transformauit, & infestissimam hostem Pygmæis, qui eam venerati fuerant, esse voluit. Ex illa præterea idem scribit & Nicodamante genitam fuisse terrestrem testudinem. In vniuersum certè qui ea carmina edidit, aues omnes aliquando homines fuisse narrat. Columbæ. Aristoteles tradit vnum Columbarum genus esse, quinque verò species, quas sic enumerat: Columba, Inas, Phaps, Phallia, Turtur. At quinto de partibus animalium Phaba is non recenset, quamuis Æschylus in Prometheus eius sic meminert, Cibum quarentem infelicem & miseram Phaba.

b Vnde prouerb. Coturnix Herculem.

c Vel, eius est, vel eius specie.

d Iunius adagio, 80. Cent. Coturnicula animus. e Caryatidum capitularum meminit Victorius. Eas præ captiuitatis indignatione in furorē exarisse probabile est.

f Hæc verba aut delenda puto, aut alio transferenda, cum rei, qua de agitur, parum conueniant. quælibet auis nomen esse cuius meminit Callimachus, reperio, nusquam verò esse.

g Δαίδυκος ἄρνυος. h ἄρνυος ἄρνυος. Monedulas Gæza vertit.

i Cochlearia præconi.

k Hoc intelligendum de potu a Carcinibus, iis, inter se concinnatissimis, pugnacibus, iurgiosis.

l Sunt ille similes alaudis, maiores, corpulentiores, rostrata latiore: vulgus Calendre.

m Genus id turdorum est.

n Locus restitutus coniectura.

o Tenedon Leucophrym quoque appellatam fuisse videtur apud Plinium.

p Vitici genus in aquis frequens. λ. γ. ο. Vireo, λ. γ. ο.

q A fibrosa carne dicta, Monpessulana, in Tarragou. Gæza malè vertit Vimaginem.

r Palumbes minor, vulgò Bisc. s Palumbes maior, vulgò Ramier. t Alij, in Protea.

Palumbae... Palumbes...

Ma... vici...

Cap. 2. 6. De... Peleias...

Legendum...

Luteum... Aethi...

Idem...

Famina... Poppy...

Candore...

Locus... depra...

Medijs lateribus irretitam obvoluas. Idem in Philoctete genitio casu... Inas columbo maior est, inquit Aristoteles...

ticarum auium minima, colore sordido, & nigrescente, acuto rostro. Huius oculi ad speculandum perspicacissimi sunt...

Anates, Graculos, Attagenas, Phaleridas, Trochilos, Mergos. Callimachus horum quoque meminit libro De auibus...

Frequens ergo caro... Cratinus in Deliadicis: Antiphanes in Rustico:

A. Et primum quidem, Optatam potentiam sumo, quam vitam largita Ceres hominibus...

Furatus sum carnem... Alcæus in Lucta: Herodotus primo libro autor est...

Elegans hic paruulus Cromaciscus, lactens, yalabwos. Erat bos aneus...

Quem o fili, ego laborem sustineo? Tu vero contra vnus ex lactentibus ignauo pectore obdormiscis.

Infantulus corona pulchra redimitus, lactens, yalabwos. Cum animam efflaret, leniter est lacrymatus.

n Fusco, rō... Tanquam Vri...

Testes, in porco... De obsoniorum...

In vacum inter... In Venatione...

Amicorum studio... In Antiphanes...

In Antiphanes... In Anacreon...

In Crates... In Simonides...

In Archemoro... In Idem alibi...

o Locus militus.

lulos recens natos inter epulas vorauerit. ... Mortalis summa uerba Helior dicitur, id est, sicut.

p Capreae Damae quibusdam.

q Vocabulorum ac nominum rationes exigens ac subducens.

r Alii legunt ... hinc asportauit.

s Varietatem pennae accipit, ad verbum.

t Arist. cap. 9. d. hist. Inde locus hic restitutus.

v Vel, imperitiu militum: vel immunitibus.

w Aspiratione ad dnam, Tahos.

x Hac eadem pagina.

y Tereum in yphnam mutatum sicut poeta fabulatur.

a Templum, Tym dareus, Memelans, qui nauis deseruit, Eunous, Nelenus, mi su, gnatus, Cius, Chius, diuinus, rti lu, plenus, Lenui, paruus, sifus, affi nis, lamentatio, ce ler, fluxus, riuus.

b Graece lingue proprietate, et sua. c Regredias: elate claratq; pronuntiationi.

Hinnulos sepiuit recens natos, lactentes, γαλαθυσος. Cum allatae quoque fuissent Dorcades, Palamedes Elcaticus onomatologus, insuauem dixit non esse carnem dorconum. Ad eum conuersus Myrtilus dicitur tantum dici ait, non digne uas, ut apud Xenophontem in Expeditione Cyri: Adfuerunt Otides, & Dorcades. Pauonem raram autem esse declarat Antiphanes in Milite siue Tychone his verbis:

Pauonem tantum par, rem sane raram,

Apaxen hinc abduxit, nunc autem plures sunt coturnicibus.

Phoenice;

Nam ob raritatem pauo in admiratione est.

Pauo, inquit Aristoteles, fissis pedibus est, herbam depascitur: in trimatu gignit, quo tempore & pennarum incipit uarietas: dies circiter triginta ouis incubat: quotannis oua duodecim, semel tantum, parit, & ea quidem non continuo enixu, sed interiecto biduo: Edunt octo primiparae foeminae. Pariunt autem irrita, ex quibus nihil gignitur, ut & gallinae, quibus pauonis oua fouenda subiiciunt qui hanc auem educant, quoniam id agente foemina mas aduolans conterit. Subduntur uero Gallinae non plura duobus. Pauonis foemina gallinae modo & incubat, & excludit. Eupolis in Astrateutis, ad hunc modum de Pauone uerba facit:

Per Hecatem nunquam mihi talis nutritur pauo,

Qui dormientes expergefacit.

Antiphon rhetor orationem conscripsit, cui titulus est, De pauonibus. In ea tamen nusquam pauonem nominat, sed crebro, uarias aues. Ibidem, ab Atheniensi populo nutriri multos praenitidos refert, multosq; e Lacedaemone ac Thessalia, eas aues spectandi desiderio commotos, Athenas solitos adire, & magna studio illarum oua sibi comparare. Post autem de illorum forma locutus, scribit, si quis velit in suam ciuitatem auertere, inde pauones recedere, & Athenas reuolare: quod si pennas refecerit, ne aufugiant, suo decore ac ornamento spoliari, quod in pennis situm est, non in corpore. Eorum autem spectaculum fuisse oppido quam expetitur, in eadem oratione sic rursus ait: Nouilunius quicumq; videre cupit, admittitur: reliquis diebus minime, quicumque is sit, qui adueniat spectare uolens, quod non heri, aut nuper factitatum est, sed per annos plurquam triginta. Athenienses, ut Tryphon inquit, Tahos, τῶος dicunt, circumflexa denataq; ultima syllaba, & in Astrateutis sic legunt apud Eupolin, cuius testimonium antea citauimus. Sic Aristophanes in Aibus:

Tereus tu es? utrum gallinae? an pauo? τῶος,

ac rursus:

Quenam tandem auis? num τῶος?

Dicunt & Athenienses dandi casu, τῶος, ut in eadem comedia Aristophanes: Apud Athenienses & Ionas fieri quidem non potest, ut in nominibus quorum syllabae vnica plures sunt, uicina a vocali exortia cum aspiratione pronuntietur: prorsus enim tenuem proferri conuenit, ut in uoce τῶος, τῶος, ἀρεος, ἀνέλεως, ἀσπέντος, ἰννεως, νελέως, περῶος, ῥῶος, κῶος, γῶος, δῶος, βῶος, ζῶος. Gaudet enim primis syllabis aspiratio, nec unquam extremis nominum partibus coeereatur. τῶος quidem ab alarum extensione nuncupatur. Seleucus libro quinto De Hellenismo, Athenienses, inquit, absurdè uocem τῶος circumfletere, & aspirare. Vult enim aspiratio simplici nominum prolatione cum prima syllaba pronuntari, in qua otiosa non est, quia tum excurrit celerius & contractiores ita sunt dictiones. Cum ergo ob hunc ordinem, congruentem accentui naturam Athenienses coniecerint, non, ut aliae nationes, post uocales aspirationem collocant, sed illis praeponunt. Ego uero arbitror veteres densum spiritum elemento, u, designasse, ideoq; Romanos praeter omnibus uocabulis quae essantur denso spiritum, u, pinxisse, uim eius principalem & ad auspicandum aptam significantes. Cum igitur alia multa inter conuiuandum de singulis ferulis quae inferebantur dicta fuissent, ego, inquit Laurentius, ut solet Vlpianus

vir

vir longè optimus, uobis etiam ipse quidpiam excutiendum in medium adducam, nobis enim pro cibo sunt quaestiones ac dubitationes. Tetragem quidnam esse putatis? Extemplo respondente quopiam, auis genus, solent, inquit, grammaticorum filij de omnibus quae interrogantur, dicere, plantae speciem esse, auis speciem, lapidis speciem. ego profecto, uir probissime, inquit Laurentius, non ignoro Aristophanem in Aibus Tetrageis meminisse his uerbis:

Et Porphyrii & Pelecani, Pelecino & Phlexidi, Tetrageis & Paonibus.

Ceterum hoc opto a uobis cognoscere, an apud quempiam alium eius fiat mentio. Si quidem Alexander Myndius libro secundo De uolucris animantibus, Tetrageis appellatione grandiore uem non innuit, sed minimam quandam, his uerbis: Tetrax auis parua, frugum semine uescitur, colore testaceo, sordidis punctis notata, lineis nigris uaria, herba quoque uictitat, cum parit: uoce stridula. Epicharmus in Hebes nuptiis:

Sumens enim Coturnices, Passeres, Galeritas,

Tetrageas, Phoenicocnemones, Spermologos, & inclinat Ficedulas.

Atq; multa Ardea collo in longum flexo, Tetrageis, & Spermalogis.

Quoniam autem nihil uobis ad manum est quod de hac re differatis, fauere linguis; ego qualis sit auis explicabo. Cum ego Mysiae praefes domini imperatoris res in eo magistratu procurarem, in illa prouincia hanc auem ego uidi, & cum a Mysis & Paonibus intellexissem sic appellari, ex iis quae scripsit Aristophanes recordatus sum Tetragem esse. Arbitratus uero apud doctissimum Aristotelem, in opere talentorum multorum mercede famoso, (nam Stagiriten rumor increbuit, ab Alexandro donatum fuisse talentis octingentis ad impensam condendis iis libris necessariam,) ut comperi nihil ab eo memoratum fuisse, quod festiuum pro certissimo teste ac sponse habebrem Aristophanem, imprimis gauisus sum. Hac dum loqueretur ingressus est qui in canistro Tetragea portabat, grandissimo gallo maiorem, forma Porphyrii similem, palearibus utriusq; ab auribus, uelut in gallo, pendulis, uoce graui. Admirantibus cunctis eius auis pulchritudinem, haud multo post attulerunt iam praeparatum, carne marinis passeribus non dissimili, quam saepe nos comedimus. Lumbi qui Atridarum reditum composuit, libro tertio scribit,

Hermioneus uero aequè celeri pede retractum

Hasta perfodit uenas, id est, lumbos.

Simaristus libro tertio Synonymorum ita scribit: Quae attollitur caro iuxta lumbos, obliqua, uenas dicitur, quae uero utriusque uisuntur caua, & uenas, appellant, & γαλαξ. Clearchus libro secundo de Cadaueribus exsiccatis, sic ait: Carnes ac musculi ex utraque parte, quas hi uenas, illi Alopecas, quidam νεορομύστας appellant. Quibus quoque meminit sanctissimus Hippocrates. Est autem hoc nomen inditum quia facile αποψώνη, id est, auelluntur, quandoquidem lumbos ea caro leuiter solum attingit, & ossibus superficialia infidet. Meminit & huius Euphron comicus in Speculatoribus:

Fibra quaedam est id quod uenas uocant:

Has incidere, priusquam contempleris, discas.

Id est, uer. Telecleides in Solidis:

Quoniam femina sum, ut par est, id est, mammam gero.

Herodotus libro quarto Historiarum. Raro autem id uocabulum dictum reperias de aliarum animantium mammis. Hypogastrium fere de piscibus tantum in usu est. Strattis in Atalanta:

Thymni hypogastrium, & extrema membra.

Piscium abdomen (hypogastrium) frustra expectauit.

Idem in Sirenibus uocat hypogastria, his uerbis:

Ac thymorum de Sicilia candidorum uocat.

De lepore Archestratus ingeniosus uariorum obsoniorum enarrator ad hunc modum scripsit:

Preparandi leporis multi sunt modi,

Mulleq;

Sumen, abdomen, Plinio cap. 16. 9. pars uentri inferior. Tetrage quod ab umbilico est ad pubem usque. Erasm. prouerb. D. 2. ypus carnes desideras: & prouerb. Tute lepore, es, & palpatum queris: & prouerb. In leporini.

d Tetrage, & uenas quidem sunt affines, sed quae multum differunt aues significat. Est enim tetrageis auicula paulo maior alaude, quae ramis arborum insidens stridulo cantu obstrepat, uulgo Pratile: tetrageis autem, auis magnitudine anatis, in aruis frequentans, quam uulgus appellat Canepitiere.

e Haec uox significat, phoeniceis tetrageis aues, quales sicut Erythropus, Imanotopus, Ortygometra, Rhodopus Gessiori.

f Spermologus hic proprie nomen auium est, non epulibus. Quadringentis & octoginta millibus anteorum.

h Videtur hac historia delineare Galenae Numidicae. diuones, floridam & elegantem speciem.

k Sic Plantae uocat struthincamelos, quas Atheniensis hoc loco epulibus mutatur.

l Vulpes.

m Nervosus matri rec.

p Diuusuriston-sulin.

q Quae tetrageis: in Contemplatoribus, uide paulo post.

r Aedus: qualis est iacinarum, & pulmonum: sed uenas hoc dicitur, quod enim est, cum uenas, licenter id poeta.

s Verba Herodoti in libro unari, laimè reddita sic habent: Tubulos Scythe ad instandum aptos, ostios, thymis similitudo: geniale equorum immissum, & ore infans: hoc cum fit, equam alij mulgent, ubi id autem hoc se anut facere, quod implicatur equa uenas infans, & uer descendat.

Multaq. rationes, sed omnium longe optimus hic modus est, si esurientibus conuiuiis singulis apponas assam carnem, Calentem, prorsus nihil unctam, raptam e veru, Nonnihil subruentam, nec vero fastidium moueat Saniem e carne stillantem si aspicias, sed auidius eo comede: Alia quidem mea sententia omnino superuacua sunt Preparaciones, sordium conspersiones, casei additamenta, Olei perfusiones nimia, que fiunt ab ijs qui tanquam felib hac preparant.

o Oleo, butyro, harido. Erasmi proverb. Me e chyperopades etc.

a Erasmi: sic per contemptum condi menta vocat.

b Felis enim pinguis e vnctis impenis delectantur.

c Δεισιπαιδα, alij leporem vertunt, alij cuniculum.

d Grammaticus citatus in hoc opere multoties.

e λαγών non λαγός.

f ε δεισιπαιδων Eupolibus.

g Templum, populam.

h ειλίποδες, ob feruor implicate fatis. Citatur e hic locus pag. 23.

i Horum apud Lacedaemonios inter feruos e liberos media conditio fuit.

k Vide apud Erasmi, Lepore edit. Locus restitutus e iestima.

l Ob naturam meticulosam πικρος lepores dictos fuisse vide apud Rhodiginum cap. 29. e 30. lib. 16.

m ε εραται. Demetrii filius si fuit, nouo quodam cognomine sic appellatus.

n Vbi facerdos, o Insulam ex Sporadibus vnam vicinam Astypalae. Idem de Carpatho scribitur apud Erasmi proverb. Carpathius leporem.

p Lib. 2. Plin. cap. 55. b.

q Excepto dasy-pode. Plin.

r Implentem, Plinius.

Naucrates comicus in Perside affirmat, in agro Artico raro Dasypodas inueniri, hoc pacto:

In Attico tractu quis vnquam vidit leones? aut alias eiusmodi feras?

Quin nec illic facile est reperire dasypoda.

Alceus tamen in Calisto, multos esse in Attica ostendit his verbis:

In promptu quoque est tuisum coriandrum, ut δασύποδες,

Si quos capiamus, cum sale positis eo conspergere.

λαγών, quod ait Tryphon d, Aristophanes in Danaïdibus accusandi casu, acuto notauit accentu, addita v, litera e, sic,

Pedibus solutum fortassis λαγών (leporem), nobiscum ille rapiet.

Idem in Conuiuiis:

Perij dum leporem, λαγών, vello, me quisquam aspiciet.

Xenophon,

libro de Venatione, λαγών, dixit absque v, accentu circumflexo. Nos enim λαγός nominandi casu dicimus, & accusandi casu λαγών, veluti ναγός, λαγός, quod Athenienses λαγών, ναγών, λαγών cum ω. Accusatio singulari λαγών, portione responder apud Sophoclem in Amyclo Satyrico nominatiuus pluralis λαγοί:

Grues, cornices, ποδῆνα, milui, λαγοί, id est, lepores.

accusatio verò

singulari λαγών, pluralis nominatiuus λαγών, scriptus per ω, apud Eupolidem in Assentatoribus:

Vbi aderant quidem, locustae, raiæ, λαγών, lepores, e femina versis curuatisq. pedibus ambulantes.

Quidam præter rationem, horum vltimam syllabam cum accentu circumflexo proferunt. Nam cum accentu acuto dictio pronuntia est, quandoquidem quæ vocabula in os, finiunt, etiam si ab Atticis in ω, mutantur, retinent tamen eundem accentum, vt ναός καλός, νεός καλός. Sic Herodotus videlicet vsus est hoc nomine, sic Epicharmus, & qui Eilotas coposuit. Ionicum est λαγός: vt, λαγών, id est, leporem, turbatum ferit: & λαγόν, id est, leporem, marinum k edit. λαγός quidem cum ω, Atticum est, quamuis & interdum Attici λαγός, per o, dicant, vt Sophocles:

Grues, cornices, milui, λαγοί. Quod verò aiunt, πῆμα λαγών, id est, timidum leporem, si Ionicum est, redundat ω, sin Atticum, superfluum est o. Leporinam, τὰ λαγώνωα vocant. Hegesander Delphus in Commentariis tradit, principatu Antigoni regis Gonatæ m, tantam leporum in Astypalæa copiam exticisse, vt propterea ciues eius oppidi oraculum consuluerint, quibus Pythia n respondit, alendos canes ad venationem, & vnius anni spatio sexies mille, adeoq. plures captos: tantæ verò multitudinis in causa fuisse Anaphæum quendam, qui lepores duos in insulam coniecisset, velut & antea contigerat ab Astypalensi quodā perdicibus duabus o in Anaphen dimissis, tantam vim prognatam fuisse, vt periclitari sint incolæ ne alio migrandum foret. Antea certè lepores Astypalæa non habebat, sed perdices. Lepus fecundum animal est, vt ait Xenophon libro De venatione. Herodotus p porrò sic de hac re scribit, leporem, quia omnium præda est, ferarum, auium, hominum, ideo tantopere fecundum esse, ac solum ex omnibus brutis animantibus q superferre, aliumq. fœtum pilis nudum r ventre gestare, alium iam vestitum, alium in vtero tantum inchoatum, dum editos iam alios educat. Polybius libro decimoquarto Historiarum, aliud animal esse tradit lepori simile, quod Cuniculum vocant, idq. sic describit: Quem appellant Cuniculum, ait, procul inuentibus paruus esse lepus videtur: cum autem in manus acceperis, multum fanè discrepat, & externa corporis facie

facie, & inter mandendum, gustatu. Sub terra s plurimum degit. Horum meminit & Poseidonius philosophus in historia sua. Multos quoq. nos vidimus, cum Neapolin e Dicæarcheia nauigaremus, in insula a terra parum distita, quæ ad extremam Dicæarchiæ partem iacens hominibus paucis incolitur, & his abundat cuniculis. Est leporum genus quos Chelidonias appellat. Horum mentionem fecit Diphilus siue Calliades in Ignorantia:

Quidnam hoc? cūtas hic lepus? an ne Chelidonius? carulea quidem Mimarcys e est.

Theopompus libro vigesimo Historiarum circa Bisaltiam iecinora esse bina leporibus autor est. Allato verò post apro nihil minore quam fuit Calydonius speciosus ille, quærendum, o curiose & ratiocinator Vlpiane, propono, dixit quispiam, ecquis prodidit Calydoniam eam bestiam, & feminam, & coloris albi fuisse. Cogitabundus ille vehementer, quæstione neglectim ac dissimulanter transmissa, At vos, inquit, o ventri gulaq. dediti viri, cum cibitiam tantum ingesseritis, nisi estis fatiati, perquirit voracitate famosi fuerunt, superare mihi videmini, quinam illi fuerint, perquirit. Carterim vos proferre ois, cum σ, id est, sus, æquius, & origini verbi congruentius est. Trahitur enim a verbo σενει, quod commoueri & impetu cieri significat: vsus tamen obtinuit, vt absque σ, ois, pronuntietur. Quidam putant velut θυ e dictum fuisse, quoniam sit aptus ad sacræ. Vobis autem si molestum nõ est, mihi responderet, quis pariter ac nos, vsus est vocabulo σάαα, eo intellectu vt suem ferum indicet: Sophocles enim in Achillis amatoribus canem sic appellauit, ideo quod ois άρενα, id est, fies & apros venando capiat, his verbis,

Tu verò o syagre adferas pro cursu ac d recursu insectandas edncate.

Apud Herodotum lib. 7. Syagros viri proprium nomen est, Lacedæmonij genere, qui ad Gelonem Syracusum legationem obiit, vt ad inuendam belli societatem aduersus Medos hortaretur. Noui & Syagrum quendam Aetolorum ducem fuisse, a Phylarcho memoratum libro quarto Historiarum. Tum Democritus e: Nihil vnquam, o Vlpiane, corum quæ parata sunt degustare soles, prorsus quam didiceris, num vultus sit vocabulorum vsus. Est itaque periculum, ne ob has curas aliquando vt Philetas f Coulus, peruestigans ex rationibus, falsas, & mendaces, exolutus s pereas. Nam corpore ob id studium valde attenuato is obiit, quod insculptum eius monumento declarat hoc epigramma:

Hospes, Philetas sum, mendax e captiosa ratio Me perdidit, verspetinaq. ac nocturna studiorum cura.

Ad hunc modum ne Syagrum quæritans marcescas, hoc scito Antiphanem in Harpazomene h sic nominasse: Prehensum σάααρον, id est, aprum domum reducam, Eademq. nocte, leonem ac lupum. Dionysius in Adone: Nympharum sub antro natiuo formice tecto, σάααρον, id est, aprum, sine sagittis captu facilem esse audio, Cuius plurima membra primitias dijs consecrabo.

Lynceus Samius sua ad Apollodorum epistola ita scribit: pueris vt caprina sit, aprugnam verò, σάααα, cum amicis vt habeas. Hippolochus Macedo, cuius meminimus in epistola missa ad memoratum Lynceum, crebro σάαααρον mentionem facit. Quoniam verò quæstionem de Calydonij suis colore, an album fuisse quisquam tradiderit, a te reiecasti, cum qui prodidit laudabimus, tu autem eius testimonium perferutare. Erenim iam olim Rheginensis Cleomenis dithyrambos legi, in quorum Meleagro, id asserit. Nec me porrò fugit eos qui Siciliam incolunt, aprum vocare Aschedorum. Itaque Æschylus in Phorcidibus k, apro Perseum comparans, inquit,

Velut άχιδωσ, id est, aper, antrum subijt. Sciras, qui vnus fuit ex poetis Italia comicis, genere Tarentinus, in Meleagro inquit, Vbi greges pascere vult opilio, Nec vagus ad pastum άχιδωσ, id est, aper, furens seuit.

Nihil autem mirum Æschylum diu versatum in Sicilia Siculis dictionibus multis vsutum fuisse. Multi iam inde circumuecti sunt hædi, apparatus vario: ex iis quidam cum multo iufculo l,

In multis hinc specibus, quos animalis nomine Cuniculos appellant.

hic olim Puteolos vocauerunt.

Forastis ab insula Chelidonij, que contra Tauri Asie montem sita sunt.

Condimentum ex sanguine e infestius leporum preparatum, vulgo, le Ciuier.

Thracia regionem. Plinio verò, circa Bresth, Tharum, e Chersonesum ad Propontide, Cellius cap. 11. 16.

Interfectus ab Hercule.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

Ad sacrificia e immolationes idoneum. Clemens Alex. 2. Strom. 2. 5. 2. e in vna e Phylarcho dicitur eum vocari σάααρον, id est, aperem, que eis dicitur e σάααρον, id est, aperem.

7. In ad verbum, fucio fortasse, affatura: non sic aridis ut succi multum non superesset, quod in eo cibo non pauci expectant. Ad verbum, distantur, ad accipiendum: quidam ad idem dicitur, vix conficiuntur. n. Sarrice, medicatrice. o Alludit ad praeparatum, Capram caelestem orientem conspexerunt: vide apud Erasimum. p Verres. q Verres. r Equifone: Equorum curatore, et altore. s Seruile nomen, a favore impositum nobis, Enrage. t Tribuum principis ac praefecti. u Quod tardius ad conuiuium veniant. x Obsequium: in sum ex humore et firmitate materia, ad panisificium macerata, et temperata, vulgo paste. y Nouerit. z Ridicula et risu stica saltatio, qua suscipit lumbos et spinam quaeque hinc. Quidam legunt in xij. regibus, ut apud Aristoph. in Nubibus, et Terentio, Tu inter eos restim ducitans saltabu. a Vi solent negligentes et parum attenti. b Brasica. c Edulium ex lacte, semidulce, adipe fuit, coctum in fimo ficus. d Intritum ex viridibus filijs, xlv. ed. in t. e. Ignosus piscis. Quidam legunt Phoxinus. f Pars cauda proxima. g Vulgo, Sardina. h Alij, Oxyprrhinchus. i Aetatij media Coracinus. k Hepatus. l Turdi generis. m Mausus, Clupea Callisthenis. n Genus solea oculatum. o Ageri, quidam legunt: Aranei. p xlv. quidam legunt: turdi. q Quidam: xlv. legunt: turdi. r Lophoceros: antrosum pandans: obscaena vox, et quod sequitur, pungunt. s Boen.

iusculo, & illi sane voluptate haud vulgari nobis gustatu suaues. Caprarum quidem caro plurimum alit. Quamobrem Cleitomachus Carthaginensis, nullis ex academia noua rebus examinandis secundus, Thebanum quendam Athletam aetatis suae homines viribus ait superasse, quoniam caprarum vesceretur carne, ut quae succum gignat firmum, viscidum, & in mole corporis diu permanerem. Ridebatur vero, & diceretur incesebatur athleta ille, ob sudoris graueolentiam. Quillae certe carnes, & agnorum, in corporis habitu vix discutuntur: ob pinguedinem tamen corrumpuntur facile. Quas vero coenas appellant comici, siquillimae sunt, auditu magis quam palato & faucibus, ut apud Antiphanem in Acestoribus:

A. Carnem quam suauissimam edat aliquis? B. quam? Vili quidem pretio, omnium, quibus nec lana est, nec agnus, nec caseus, vir optime: Post eam caprarum, quae ad caseum lac non praebet. Haedi, cum eorum proventus est, optimi. A. Harum carniarum vilissimarum esu me sustentat. Idem in Cyclope: Ex terrestribus ad vos haec a me venient: Ex armento, bos, hircus per sylvas oberrans caelestis capra, Aries excisus, aper castratus, sus integra virilitate, Porcellus, lepus, haedi, musteus caseus, aridus, Fufus, rasilis, scetilis, coagulatus. Mnesimachus in Hippotropho:

Prodi ex thalamo cupressino Mares, Ad mercurios in forum abi, quod se conferunt phylarchi: Itemq; ad Phidonis discipulos quos in equum ascendere, & ex equo descendere ille docet: Nosti quos dico? Iis tu nuntia, domi iam esse frigidum obsonium, Calidum potum: aridam, quae subacta est, massam, siccum panem, Viscera quod assa nimis sint, friari: exemptam e muria carnem: Lucanicam, omasum, lactes, crassius intestinum, frustulatum Iam esse discissa: quasi bellico tumultu pugnare domesticos: Expulsa esse pocula: vini propinationes accendi, & procedere: Non cessat Cordax: adolescentum proterua mens intemperanter lasciuir. Intus omnia sursum deorsum: Hac fac ut memineris: ad ea qua loquor animum aduerte: Tu oscitas: huc aspice: potin es haec proloqui? Ab initio rursum haec mox repeto: Si cura statim ut veniant, nec cunctentur: In culina esse corrupta omnia dicit: obsonia iam elixa, assa, frigida: Ea tu sigillatim sic recense, bulbus, oliua, allium, Caulis, cucurbita, e faba fresca puls, thron, Phyllas: Thymi frusta, Glanidis, Squali, Squatina, Congri: Phyxinicus totus, Coracinus integer, Membras, Scomber, Thymis, Gobius, Elacatena, Galei Canis & Carcharia Vreum: Torpedo, Rama, Perca, Lacertus, Trichias, Phycis, Trincus, Mullus, Cucullus, Turtur, Murana, Pagrus, Myllus, Lebias, Sparus, Scarus, Acolias, Traita, Hirundo, Squilla, Loligo, Passer, Dryacanis, Polypus, Sepia, Orphus, Locusta, Escharos, Aphye, Acus, Mugil, Scorpius, Anguilla, panis: Caro autem inenarrabili scilicet copia, anseris, porci, bouis, Agni, ouis, apris, caprae, galli gallinacei, anatis, pica, perdicis, vulpecula. Peracta caena, mirum, quam magna bonorum copia sit. Omnes domi pinsunt, coquunt, plumam vellunt, tundunt, Secant, aqua feruida madefaciunt, gaudent, lusitant, Saliunt, canant, bibunt, exultant, in anteriorem Corporis partem incuruant, pungunt, operam Veneri dant: Tibiarum

Tibiarum voces admodum crebra: canit quisque, Clangit, turbas ciet, misit, anubelat, Casiam vrunt aduocetam ab Asiatica terra, nempe maritimis Syriae: Nares procul multus odor quatit thuris, Mari, myrrhae, calami, styracis, bdelyj, Cinnamomi, nardi, costi, merda.

Ea nimirum caligo nostras ades obsidet, bonis omnibus plenas. His recitatis allata est patina quam Rhoduntiam nuncupant, de qua tragico fastu verba fecit sapiens ille coquus, prius quam ostenderet quid atrulisset, ac valde celebres antea coquos non sine risu est infestatus, quibus nominatim appellatis, ait tandem, Ecquid huiusmodi apud Anthippum Comicum in Abdito, coquus reperit: Eius haec est oratio.

Sophon Acarnan, & Rhodius Damoxenus In hac arte discenda fuerunt condiscipuli: Eorum autem magister Siculus Labdacus. Antiqua & per vulgus iactata illi Suis e libris condimenta deleuerunt, E medijs, sustulerunt quae in condituris placebant, Cuminum inquam, acetum, silphium, Caseum, cortandrum, quibus scilicet condimentis, Saturnus vtebatur, amice: stolidum enim tum Putabant esse qui Pantopolas adire: Ipsis oleum probum, & olla noua in usu fuit, o pater, Ignisq; celeriter ac identidem excitatu. Hac scilicet arte quasuis caenarum epulas decenter praepararunt. Primi quidem illi lacrymas sternutationesq; multas Et saluam a mensis exegerunt: Conuiuarumq; meatus expurgarunt. Excessit vita Rhodius epota quadam muria, Et valde quidem merito, quia natura potio illa minime conueniebat. Sophon autem nunc per totam Ioniam magnum nomen obtinet, Ille nimirum qui meus praceptor fuit, o pater: Quin & ego philosophicas posteritati commentationes relinquere Admito, eorum qua in arte noua prorsus inueni. B. Pater, Tu me tandem obtundes, nobis ne est sacrificandum? A. Cras diluculo in manibus libros videbis Habentem me, & artem hanc sollicite peruestigantem: Vt alicam ex Aspendo vobis apponam: Et quod a me repertum fuerit, si libeat, prae gustabo. Cibaria non eadem omnibus offero: In singulis ad institutum vita eam mihi digesta sunt: Amarioribus alia, alia philosophis, Alia tributorum redemptoribus publicanis: si quis adolescens Amicam habet, patrimoniumq; dilapidat, Huic sepias appono, & loligines: Et ex saxatilibus varijs piscibus, Discissa frusta cum magifico intinctu: Is enim caenaturus multi cibi non est, Animo cogitationesq; ad amores suos intentus: Philosopho vero pernam, ac pedes: Nam hoc animantis genus perquam edax Est: publicans, glaucum, anguillam, sparum, Ac lenticulam, cum ad manum est, condio: Mortuis epulum funebre splendidum facio. Senum corpora ab alijs differunt, Et quae pigriora multo sunt quam iuuenum:

t Locus emendandi coniectura, y Mithis, quae vox significat et mantham, et stercus hominis. x Qua ministratur cibus rosa conditus, et propterea suavis odoris.

y Erasim. prouer. Saturnie Lemae. C. t. teras cap. 5. 4. aliter legit. z Rerum omnium insipidos, ac mercatarios, emedu condimenta. a Quas aut sumus enocat, aut acrior odor, ut caprarum. b Quae asphodelorum immundarum & sadaru expurget, cum ea nobis assiduo sunt. c Oculos, nares, stercus.

d Vrbe maritima Ramphylae.

e Quoniam eorum decoctum ad Venereum stimulat. f Multiplici colore picturatum.

g Appositae, et frinae. Salcius & anxi eiusmodi homines cibum melancholicum ingenio suo conuenientibus delibantur.

C

H6

His appono sinapi, & exprimo
 Succos, qui natura sunt acres,
 Ut agitat us aer^h in flatu vertatur.
 Vultum ubi vestrum conspexero, sciam, quid
 Ex vobis quisque comesse velit. Eadem est, o conuiuæ, & apud Dionysum
 in Thesmophoroⁱ coqui arrogans vaniloquentia, cuius meminisse alienum non fue-
 rit. Sic ergo ait:

A. Ea semper fuit insignis mea festiuitas.
 B. Oportere coquo hac esse nota antea dixisti.
 A. Semper enim multo prius us quibus
 Preparatur caena, summa cura prouidendum iucunda ut sit.
 Nam si quis hoc tantum spectet,
 Obsonium quo modo sit condiendum, quo vero modo
 Apponendum sit, aut preparandum,
 Nec ipse prospiciat, nec sataget,
 Coquus ille quidem non est, sed obsonij parandi fortassis artifex.
 Hoc autem cum coquo idem non est: sed distat plurimum.

Imperatorem viiq. vocamus qui regendos exercitus
 Accepit: qui prudenter in administrandis rebus potest
 Versari, & quod ex usu est perspicere.
 Imperator is verus est: alius autem, qui ducit copias:
 Sic, quod ad nos spectat, parare, discernere^h,
 Condimenta coquere, ignem sufflare
 Quis potest: itaq. obsonij parandi sciens.
 Eiusmodi vir fuerit: coquus vero aliud est quidpiam.
 Considerandus locus, tempus, conuiuator, ac deniq.
 Coniuna: quando, & quem piscem mercari expedit.

Ex tempore coquus de omnibus consilium capiet: non enim
 Hac semper occasionem similemⁱ habent, neq. fortassis
 Qua ad voluptatem pertinent omnia docuit Archestratus,
 Quem utiliter multa dixisse quidam autumant.
 Non pauca quidem ignorauit: & qua tradidit, nec omnia
 Auditione perceperat, nec vera esse experimento cognouerat,
 Qua ad iuuandam hominum vitam ab illo prodita sunt.

Hac ad epos affirmare non possumus
 Illum absolute tractasse de culinaria: nullus enim
 Rerum opportunitati finis praescriptus: sed ea sibi magistra est.
 Hanc quidem artem si exerceas,
 Artis vero occasionem amittas, ars ipsa perit.
 B. O bone vir, magnus es profecto: at te
 Dixi valde experitum aduenire,
 Et sumptuosius multis caenis praefectum fuisse, id verum esse probato modo.
 A. Si vel nutu tantum significes, dicto citius
 Thrion^h apponam, & reliquam cenam, que auram^h oleat Atticam.
 Mala plurima perpeti haud recuso,
 Ni efficiam ut perplexi vos ad patinas^h dormitetis. Æmilianus ad hæc, Mul-
 ta, inquit, vir optime apud Hegesippum in Fratribus de arte culinaria dicta sunt.
 Tu igitur,

Aut^h prater superiores noui quidpiam agere videaris,
 Aut ne me obtunde: ac ostende quidnam illud sit
 Quod fers^h. Respondit ille^h: Contemnor a te quia coquus sum, & for-
 tassis^h $\delta\epsilon\tau\epsilon\tau\alpha\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ $\epsilon\pi\gamma\epsilon\alpha\mu\alpha\iota$ $\epsilon\gamma\omega$, id est, quoniam faciundæ huic arti operam
 nauau, quod ait comicus Demetrius in fabula cui titulus est, Arcopagita.
 A. Quantum perfeci ego in hac arte

^h Ad libidinem ex-
 citem. Sic enim ten-
 tigo fit.

ⁱ Aut legislatores
 aut, eo qui sacra
 Cereræ celebrat.

^h Quæ esculenta
 sunt, obsonia.

ⁱ Ad verbum: si-
 mile principium.

^m Locus restitu-
 tus coniectura.

ⁿ Vide paulo ante,
 o Eleganter, ut
 vidam, mundam.

^p Ad illud hoc al-
 ludit: Dubia cenæ
 est: nescias quo po-
 sistemum manum
 intendas.

^q Comici cuiusdã
 versus.

^r Coquus qui pa-
 tinã roscam af-
 ferebat.

Nullus unquam simul histrio effecturus est.
 Ars hæc fumo^h denigrata tyrannis est mera.
 Abyrtacum^h ego apud Seleucum parau:
 Apud Agathoclen Siculum, tyrannicam
 Lenticulam primus ego mensis intuli:
 Quæ porro maximum est, nondum narraui. Lachares quidam
 Cum gressante fame amicos conuiuio exciperet,
 De cibis ad id destinatis partem demi, atque retinui,
 Absque conuiuarum offensone, ita mihi propitia
 Minerva sit, nec cuiquam ob id factum odiosus fui.

Tum Æmilianus, ni osten-
 dis quod gestas: At ille agrè tandem, Rosaccam, ait, hanc ego ollam voco. Sic au-
 tem præparatur, vt non tantum imposita capiti è rosis corona voluptatem capias,
 sed intra teipsum lautissimis^h epulis totum corpusculum cibus, ac reficias: Fragan-
 tissimis rosis in mortario tritis, addo gallinarum & porcorum elixa cerebra, diligen-
 ter commixta, & ad vnitatem redacta, ouorumq; vitellos: deinde oleum, garum,
 piper, vinum, omnia curiosè trita in ollam nouam effundens, subiecto igne blando^h
 & continuo. Hæc locutus cum ollam detexisset, tam suauis peruasit odor cõuiuium,
 vt eorum qui adfuerunt rectè ac verè dixerit quidam:

Hoc iactato^h versus Iouis solidum ac magnificum domicilium,

Odor tamen in cælum ac terram quaquaersum spargitur: tanta odoris suauit-
 as à rosis exhalauit. Aduetæ deinde sunt affæ gallinæ, cum pisif & lenticula in ead-
 em olla coctis, ac cæteris eiusmodi^h, de quibus Phanius Erethius in opere de plan-
 tis hæc scripsit: Leguminum quæ cultu mitescunt, & femine proueniunt, alia ferun-
 tur ad elixataram, vt faba, pisum: quæ quidem ex his frefis fit edulium: alia ad paran-
 dum ex eorum farina iusculum^h pulaceum, vt aracus, & lens, è qua $\phi\epsilon\alpha\upsilon$ fit, nimirum
 lenticula, pulmentaceus cibus: quædam ad animantium quadrupedum pabu-
 la, vt eruum, aratorum bouum: vicia, ouium. Pisi leguminis meminit Eupolis in Au-
 reo genere^h. Heliodorus Periegetes^h, id est, totius orbis descriptor, libro primo
 De arce, cum, inquit, ab obsessis pisa coqui animaduertissent, Pisanon id cibi genus
 antiqui nominarunt, qui verò sæculo nostro viuunt, Holopison^h. Ista cum adhuc,
 aliq; multa sermonibus agerentur, ait Democritus, Si participes nos esse lenti-
 culæ permitteris, ollæq; ipsius, nemo, quod inquit Hegemon Thasius, saxis vos fer-
 riet. Tum Vlpianus: Quisnam est hic lapidum iactus? $\beta\alpha\lambda\lambda\eta\tau\upsilon\varsigma$ $\lambda\iota\theta\iota\upsilon\mu$. In Eleusine
 quidem mea festum, inquit, omnium hominum conuentum celebrari noui, quem
 $\beta\alpha\lambda\lambda\eta\tau\upsilon\mu$ appellant, de quo nihil amplius dicere mihi aliter statatum, quàm si ex vo-
 bis singulis mercedem quibus alter persoluat. At ego, inquit Democritus, cum, vt
 ait Timon in Prodeipno^h, tempestatum vates argento mercenarius^h non sim, de
 Hegemone quod propositum est, verba faciam. Chamæleon Ponticus^h libro sexto
 de veteri comædia, Hegemon, inquit, Thasius, qui Parodias^h scripsit, & Lenticula
 cognominabatur, quodam ex suis Parodis hos versus condidit:

Hæc mihi studiosè tentanti adstitit Pallas Minerva:
 Auream virgam tenens: quæ me impulit his affata verbis:
 O quæ grauiâ perpeffa es stolidâ lenticula, prodi ad certamen.
 Tum ego bono animo & confidenti fui. Idem in theatrum comædiam actu-
 rus aliquando processit, veste saxis plena, quibus in Orchestram iactis, ac spectato-
 ribus, cur id fieret, nesciis, & dubitantibus, intermisso sermone, paulo post ait:
 Adsum hem vobis saxa seriat me, si quis volet:
 Aestate hyemeq; lenticula bona est. Magna eius virilaus & gloria fuit ob
 euas parodias, recitandisq; huiusmodi versibus multum is celebris fuit. Callidus
 finim ac vafer erat histrio, ideoq; Athenienses impensè delectauit, vt eo die effusif-
 mè riserint, & quamuis de aduersis rebus in Sicilia calamitosè gestis in teatro nũ-
 tatum fuisset, nullus abiceffit, tametsi omnium propemodum cognati & affines oc-
 cidissent. Fleuerunt igitur opero capite, non aurem abierunt, ne spectatoribus, qui
 ex aliis confluerant oppidis, sensum animi sui proderent, & dolorem, quo ob infor-
 tunium

(629)

629

629

629

629

629

^s Καπιζοδία: si-
 mo obfcurata: si-
 mulata: omentia.
 vel. si ad caminum
 fãtum coquus sciat
 fumo se oblinere,
 præterea nihil.
^t Edulium barba-
 ricum ex porro, na-
 sturtio, granis ma-
 li Panici.

^r $\delta\epsilon\mu\sigma\iota\delta\alpha\eta\sigma\iota\varsigma$ sub,
 malè te accipiam.

^x $\tau\eta\ \eta\ \alpha\upsilon\delta\alpha\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\varsigma$
 cenæ magnificæ, o-
 mni ciborum gene-
 re dubia, & varia.
^y $\tau\alpha\ \rho\epsilon\upsilon\sigma\iota$, $\mu\epsilon$
^z $\alpha\upsilon\tau\epsilon\sigma\iota$: Victorius ca.
 4. 18. Var.

^z Lento, non ve-
 hementi. Victorius
 cap. 3. 19. Var. supra
 lib. 2. pag. 42. ignis
 sic Iouis $\rho\epsilon\delta\alpha\upsilon\delta\epsilon$
 dicitur.

^a Iliad. 8.
^b Leguminibus.

^c $\lambda\iota\theta\iota\upsilon\mu$, fari-
 na leguminum mo-
 litorum, in aqua co-
 ctâ, adiecta pingue-
 dine.

^d Aureo hominum
 faculo. Anrea ara-
 re.

^e Vide pag. 277.
^f Edulium ex pi-
 sis totum confectum.

^g Ea vox tempus
 significat quod cœ-
 nam præcedit.

^h $\alpha\epsilon\gamma\lambda\omicron\gamma\eta\tau\epsilon\varsigma$ $\lambda\alpha$
 $\beta\alpha\gamma\epsilon\upsilon\sigma\iota$.

ⁱ Ortus ex Hera-
 clea Pontica: quam
 obr in indice pœ-
 tarum Heracleotes
 cognominatur.

^k Versus ad alio-
 rum imitatione cõ-
 cinnatos, emula-
 tions plerumq; lu-
 dicra & iocosa.

Nullus

cum ait, *Mihi quidem animus valde tristis est, obnixè tamen, ut edam, atque bibam, venter imperat, & tum omnium Oblivionem affert qua passus sum, tum ut expleam se, urget.* Hæc nec Sardapalpus quidem ille ^m auferet dicere, cum senex Vlysses *Integra nec discissa carne rapim se ingurgitet, suaviq; vino.* Poscidippus in Epigrammaris scribit Theagenem ° Thasium athletam, solum taurum comedisse, his versibus:

^m Famofam gule & aliarum voluptatum mancipiū. n Alius hic Homerius versus est. o Diuersus ab hoc Theagenes ille fuit, de quo vulgari est adagium, Theagenis Hecateum.

^p Heminas 24. Cōgius heminas octo capit. q Erasmi. prouer. Bouem in faucibus portat: ° Crotoniatarum postremus.

^r Festi epulis Ocertamine curfus in stadio.

^s iudicij certamine. s In quo saltu. curfus, discos, lucta, pugillatu palmā obtinuerat.

^t Iunius adagio, 24. 4. Cent. Abdominis minister.

^u Iunius, legit eis vniuersis. vniuersis. Opa parat. a. Iendo patrio solo? Galenus horū versum mequans paratū citat. cō. λδζη.

^y Erasmi. prouerb. Pannus lacer.

^z Ad. cursum, & saltum. a In pugillatu.

Ex compacto Meonium aliquando bouem comedi: Non enim Thasus, qua patria est, cibi mihi satis præbuisse: Quoniam igitur multo cibo sumpto plus poscebam, eius rei causa, Porrecta manu ex are statua mihi posita est. Milo Crotoniates, vt in libro de Certaminibus autor est Theodorus Hierapolites, viginti carnis libras, & totidem panis edebat, congios autem vini ^p tres bibebat. In Olympia quadrimum taurum cum humeris ^q impositum per stadium circumgestasset, & maclatum diuississet, vno die solus comedit. Alexander Ætolus narrat Titormum Ætolum de deuorando boue cum ipso certasse. Phylarchus libro tertio historiarum tradit, bouē ante Iouis aram pertractum à Milone voratum fuisse: quapropter Doricum poetam in eum versus hos condidisse:

Talis erat Milo, cum è terra sustulit onus, Quadrimam iuuenecam in Iouis ^r conuiuis, Pecudem sanè ingentem, tanquam nouellum agnum Leuiter ferens per totum illum hominum conuentum: Ad quod obstupuerunt: verum, quod maiori dignum est admiratione ille patravit: Ante aram, o hestres, ad quam Pisis Ioui sacrificant, Quem enim bouem iugo solutum in pompam deduxit, In carnis frusta discissum comedit solus.

Astydamas Milesius ter in olympiis victor ^s, post scutum Pancratium ^t ab Ariobarzane Persa inuitatus ad cenā, eoq; profectus, sese voraturū omnia pollicitus est, quæ cunctis essent præparata, & id præstitit. Rogante verò Persa, quod scribit Theodorus, suis viribus dignum vt aliquid faceret, lecti vinculum prorsus æneum molliuit, ac fregit. At extremo fato cum is functus esset, exusti cadaueris ossa, vna nō potuit vna capere, vixq; duæ. Eum, quæ nouem conuiuis apud Ariobarzanē parata fuerant, solum abligurisse, fama percrebuit. Absurdum verò minimè, voraces esse homines eiusmodi, quādoquidem laboriosis certaminibus qui exercentur, assuescunt multa comesse: quapropter Euripides in primo Autolyco inquit,

Cum innumeris abundet malis Græcia, Athletarum ^v genere nihil improbius, Qui primum nec discunt honestè viuere, Nec possunt: quis enim mortaliū Gule seruus, subiectusq; ventri, Luculentiores opes sibi parat quàm habuit pater? Idem nec paupertatem ferunt, nec se fortune vicibus sciunt Accommodare: nam cum bonis instituti non sint moribus: Rebus certè difficilibus ac impeditis vix ingenium mutant: Et splendidi quidem ij, cum pube sunt, suq; ciuitatis ornamenta & delitia, Incedunt: cum verò acerba senectus obrepserit: Laceræ amissis pilis vestes, & attrita euadunt ^y. Græcorum etiam institutum reprehendo, Quod è semotis locis conuentus agant, epulandi gratia, In quibus honore persequuntur voluptates inutiles. Ecquid enim feliciter luctatus, ecquid pedum celeritate ^z pernix, Aut discum in sublime tollens, aut malas feriens ^a probè, Coronam adeptus, patrie suæ ciuitatiq; prodest? An verò cum hostibus pugnaturi sunt, in manibus

Discos

Discos habentes? aut scitis, dum pedibus Currunt ^b hostem è patria aliquando sunt eiecturi? Sic nemo delirat, qui ad ferrum propius Constititit °. Aequum igitur, sapientes homines atq; bonos, Folys ^d coronari, & si quis ciuitatem optime Regit, temperatus ac iustus vir: Qui oratione sua praua facinora submouet °, Rixas & seditiones compefcit: hæc scilicet Sunt & toti ciuitati decora, & vniuersæ Græcia. Ea porrò sumpfit Euripi-

des ex elegis Xenophanis Colophonij, qui ita scripsit: *At si quis pedum celeritate victoriam consequatur, Aut quincuplici ^e certamine, vbi Iouis lucus ^f est, Ad Olympiæ Pise flumen ^h: siue lucta, Siue dolorifico pugillatu contendens, Siue graui illo certamine quod Pancratium ⁱ nuncupant, Multo longè est alijs apud ciues suos venerabilior: Primam is manifestè sedem in certaminum spectaculis obtinet, Alitur etiam publico sumptu: Aliquo donatur à ciuitate munere, quod sue virtutis sit monumentum, Atq; ad eorum suorum gloria: qui hæc tamen adipiscitur omnia, Minus, quàm ego, dignus est: Nam robore & virorum ^g equorum nostra præstantior est sapientia. Verum admodum inconsultè legibus hoc est sancitum: nec iustum est Corporis anteponeere vires bonæ sapientiæ. Non enim si pugil optimus è populo quuis vnus sit, Nec si quinq; certaminum peritus, nec si luctator egregius, Nec si pedum celeritate vincat, quod virium documentum Præfertur ^k omnibus quacumq; in eo publico certamine experiuntur. Sic enim futura non sunt in ciuitate leges æquiores, Nec vel leuem mandamlatitiam ex eo ciuitas est perceptura: Quid ad Pise margines victor quisquam sit declaratus: Non enim recessus ^l vrbis ideo pinguescit ^m.*

Alia quoque multa Xenophanes pro sapientiæ suæ captu disceptat, ea publicorum ludorū genera vt vana, superuacua, inutiliaq; vituperans. Quin & Achilleus Erethriensis de athletarum bono habitu cum verba facit, ait,

Etenim nudi brachia nitentia impellebant Puberes, copiasq; ac ⁿ plenitudine distenti inuentutis progrediebantur: Flore lucentes, validos humeros Assatim oleo, pectusq; & inferiorem pedis sinum Inungunt, quia domi assueverint huic luxuria. Heranccitus in Helenæ hospite ait, mulierem quandam plurimi cibi fuisse: Poscidippus verò in Epigrammatis Philomachum ^o, in quem hoc scripsit: *Philomachum omnium, edacem, qualis est atræ corrix, In littore prærupta ^p fessa claudit, Pennula obuolutum Pellenide ^q, eleganti villo texta: Verum quisnam horum iam vjus est Attice? coronarumq; suarum? ^r Eum aiunt cum Procyone cornestatum, redijisse, obscurius Videntem, edentulum, linidis ^s supercilij: Coma directa, cum vnica ^t lucernula: non enim ex certaminibus Que tum celebrabantur Lencis ^u, ad Calliopem ^v reuersus est.* Amaranthus Alexandrinus libris de Scena, Herodorum ait Megarensem tubicinem, trium cubito-

^b Ve sit à bonis & fortibus viris. c Cui decretum est arma & res bellicæ trahere, cui ferrum iam ad pugnandum sumptū est. d Pini, oleastri, apij, lauri, & quibus coronas necebant victoribus. e Ne admittantur impediti. f Cūm Inclam, aut saltū legimus, aut pugillatum, intelligendum est id certamen solum ab alijs omnibus scorsim: cūm verò, nō mislablos, certamēna illa quinq; audienda sunt, curfus, saltus, discus, lucta, pugillatus, ad que omnia ob-eunda strablos in ludis illis se offerret.

^g Quem Alim vocabant. Pausanias in Eliaci. h Alpheum. i Alijs, Quingertium: alijs, Pellenide. k Mibi non ita videtur. Virium argumentum maius esse puto in lucta, pugillatu, & pancratio.

^l Privati cuiusq; ciuis opes sunt ampliores. m Fortunatiores sunt ac feliciores. n Sphæris: vrbis quoq; potest, animo tumentes, elati, turgidi: atque etiam, crescentes, augetes, validi, regem lasciuientes.

^o Histriorem ac ludionem scemū. p In edito & precipiti loco excavata. q Pennule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^r In edito & precipiti loco excavata.

^s Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^t Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^u Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^v Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^w Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

^x Penule Pellenides magni pretij fuerunt, victoribus dari solite, Pollux, Strabo. Erasmi. adag. Pellenæa vestis.

Herodotus libro ſecundo hiſtoriarum narrat Mycerinum ^x Ægyptium, cum vatū oraculo reſciuiſſet breuem ſibi vitam fore, lucernas fieri multas præcepiſſe, totisq; noctibus potaſſe, animo hilari ſe oblectantem, idq; diu ac noctu nulla proſus intermiſſione, per paludes, & nemora vagum, & ſicubi conuiuia fieri audiret, ad ebrietatem vſq; bibentem. Amaſin etiam Ægyptiorum regem ſcribit idem Herodotus bibacem fuiſſe, Hermeias Methymnæus libro tertio rerum Sicularum ait, Nicotelen Corinthium vino fuiſſe deditum. Phainias Ereſſius libro cuius titulus eſt, Tyrannorum euerſio ſumptis de illis pœnis, Scopam ^y narraſſe Creontis filium, veteris Scopæ nepotem, fuiſſe perpetuò bibacem, eumq; de more abeuntem è conuiuio in ſella ſediſſe viris quatuor geſtantibus, ſic domum reuertentem. Phylarchus lib. 6. Hiſtoriarum tradit Antiochum regem etiam vinoſum, inebriari vehementer ſolitum, ac deinde obdormiſcere, deinde veſperi ſomno expergefactum rurfum bibere: eundem res publicas ſorbium raro admodum tractaſſe, temulentum frequenter: ideoq; à duobus, Ariſtone, & Themione, fratribus, natione Cyprii, quos Antiochus amabat, adminiſtratum regnum fuiſſe. Fuit & bibax Antiochus rex Epiphaneſ ^z cognomine, Romanis obſes datus, quem Ptolemæus Evergetes ^a libro primo ac quinto commentariorum reſert Indiciſ comellaſtionibus & temulentis cum ſe tradidiſſet, multum expendiſſe: quod autem reſtabat pecuniæ interdiu comeſſabundum, nonnunquam effuſiſſe, nonnunquam publica via ſtatem cum proclamafſet, ſumat cui fortuna dederit, iactis ſparſiſq; aureis nummis diſceſſiſſe. Sæpius idem nexam è roſis coronam capite geſtans, & auro textam trabeam indutus, ſolus ſpatiabatur, ſub aliſ ſaxa premens, quibus aſſectas ſuos impeteret. Idem ^b publicis thermis lauabat & vnguentis illis ſe oblinebat: quo in loco eum quidam è plebe conſpicatus, Fortunatus es, ó rex, inquit, pretioſum vnguentum oles: Tum oratione illa delectatus, hac voluptate ego te affatim ſatiabo, dixit, ac vnam quæ ſupra duos congios vnguenti craſſioris continebat, in caput eius profundi iuſſit, illò concurrente hominum tenuiorum ac forenſium multitudine: ipſeq; lubrico propterea loco, vna cum multis qui ſimul lauerant, cachinnans prolapſus eſt. Polybius libro vigefimoſexto hiſtoriarum eum vocat ^c επιμαννί, non επιφαννί, ob ea quæ ab illo ſunt acta. Non ſolū enim cum popularibus è vulgi ſæce hominibus conuerſabatur, ſed cum externis eò peregrinantibus viliffimis quibusque potabat: & ſicubi conuiuari iuuenes intelligeret, aderat extemplo cum lagenis ^d, & muſicarum modulationum concentu, vt multi inexpectatæ rei occuſu & nouitate deterriti ſurgentes è menſa diſſugerent. Relicta veſte regia, ſæpe togam ille plebeiam indutus forum circumibat. Idem Polybius hiſtoriarum libro trigefimoſexto ſcribit, cum in Antiochia ludos faceret, Græcos omnes inuitaſſe, alioſq; multos ad ea ſpectacula: & cum multi affluxiſſent in eo munino, ex aureis vaſis inſtillatis fuiſſe delibutos, & ad epulum conuocatis, nunc mille triclinia conuiuis, nunc mille quingenta impleuiſſe, apparatu ſumptuoſiſſimo. Miniſterij verò totius curam ille ſuſcepit. Nam ad tricliniorum aditus ſubiſtens, alios introducebat, alios menſis accumbere iubebat: miniſtris ſerculorum miſſus geſtantibus, dux ipſe præibat: circum epulantes inambulans, nunc aſſidebat, nunc conuiuis proximus cædebat: aliquando fruſto panis in mēſam interea depoſito, poculove, exiliebat, locum mutabat, conuiuia circumluſtrabat, propinationes alias ab aliis reſctus excipiens, ad ea quæ voluptatis gratia recitabantur ludibundus. Ab hiſtrionibus & mimis veſtibus obuolutus, quaſi vnus ex illis foret, interdum humi ponebatur, mox excitantibus muſicorum ſonis ac cantibus proſiliens ſaltabat, & cum mimis luſtrabat, vt tantæ indignitatis omnes puderet: adeò ſcilicet miſeros & probroſ

^s Cum tenuiter iam ebrius eſſet: ad vterbum, ſuperſtatante potu.

^t Iliad. 22.

^x Ægypti regem oraculum mouerat annis tantum ſex vitam duraturum. Vt ergo mendaciū deum cōtinueret, in duodecim annos vitā ſe protraherē dicebat, noctibus in dies verſis, quoniam tum vinum, cum vnguentum.

^y Nobilem Theſſaliam, cuius meminit Cic. lib. 2. De ora. Quintilianus, Suidas in voce Σκωπιδος: Aelian. c. 21. lib. 2. Var. hiſt. Philarch. Vide Leopard. cap. 14. 3.

^z Illuſtris ſplendidus.

^a Beneficus, benignus, liberalis.

^b Vide pag. 145.

^c Furioſum.

^d Vt ægyptiorum vinarij lagenis. Alij, nequiti, cum amphora vinaria: Alij cum vnguentarijs vaſis: vt ſupra lib. 5.

e Victorius cap. 31. 14. Var.

f Neoptolemi L. 1. lib. 16.

g Pleuride.

h Alij, ἰσως, nec tamen subditos rebellasse.

i Venae et arteriarum corporis visum φασκαλις rimos appellat.

d Plin. cap. 23. 14. e Arist. Quast. 11. 33. 27. sect. 3. Probi. vinum dulce non inebriat. f Arg. Sibena Strophano urbi Megaridum.

fos efficit, quæ nascitur ex ebrietate fatuitas. Bibax quoque fuit eiusdem cum ipso nominis Antiochus, qui contra Arsacem in Media bellum gessit, vt narrat Possidonius Apamiensis libro decimosexto historiae suae: & quem interfectum cum sepulturæ Arsaces mandaret, dixit, Audacia te partim fefellit Antioche, partim vinolentia. Sperabas enim magnis poculis regnum te meum ebibiturum. Antiochus magnus cognomine à Romanis euerfus, vt tradit Polybius libro vigesimo, in Chalcidæ Eubææ profectus vxore ducta, nuptias celebravit, annos iam duos & quinquaginta natus, res aggressus maximas duas, libertatem Græciæ restituendam quam redditurum se promiserat, & bellum contra Romanos. Captus igitur amore virginis Chalcidensis, eo ipso temporis momento quo bellum exordium fuit, ambitiosa quadam cupiditate de nuptiis cogitavit, vini potu & ebrietate lætior. Fuit autem virgo illa Cleoptolemi filia, cuius inter alios splendidi, pulchritudine alias omnes antecellens. In earum porrò nuptiarum celebritate, hycem traduxit, de iis quæ instabant nihil prouidus. Vxori verò Eubææ nomen indidit. Commissa tandem pugna is profligatus, cum noua nupta in Ephesum profugit, Agrona Illyrici regem idem Polybius ait, valde, quod vicisset Ætios, gauisum, cum bibax esset, in temulentiamq; & conuiuiorum licentiam procliuis, lateris dolore correptum obiisse. Idem libro vigesimo nono scribit, Tenthionem Illyrici regem ob temulentiam, donec vixit flagitiosa multa petulanter designasse, dies totos ac noctes ebrium. Occiso namque Pleurato fratre, cui desponsa fuerat Menunij filia, virginem eam duxisse, dirumq; fuisse ac crudelem in subditos. Idem libro trigesimo tertio scribit, Demetrium, qui apud Romanos obles elapsus fuerat, in Syria regnasse, bibacem, & maxima diei parte ebrium. Idem libro trigesimo secundo auctor est Orophernem breui tempore positum regno Cappadociæ, institutis patriæ neglectis, lacchi mysticos turbulentosq; cantus inuexisse, & artificum Bacchicorum insolentiam. Quamobrem diuinissimus Plato libro secundo de legibus sapienter lege cauet, ne pueri ante decimum octauum annum vinum prorsus gustent, quoniam in ignem non sit ignis velut riuus deducendus: vinum autem illis modicè ad annum vsque trigessimum concedendum, sic tamen vt eo tempore inuenturis, ab ebrietate, viniq; multi potu sibi temperent: vbi autem quadragesimum annum excesserint, dum conuiuabuntur ac epulabuntur, & alios deos precandos esse, & Bacchum propitiandum, vt initiationibus senum interfit placidus, & oblectationibus, in quibus homini vinum largitus est, quod austeritati senilium tanquam remedium auxiliatur, vt nos velut reproboscamus, & mororum tristitiarumq; obliuiscamur. Paulo post idem ait: Sermonibus & rumoribus hominum iactatum, huius dei animum & mentem à nouerca Iunone inuisse alienaram: quapropter furores bacchicos & omnem saltationum dementia, iniuriam eam viciscntem immittere: qua de causa vinum accusant, & maledictis insectantur. Phalacrus in Epigrammatibus bibacem mulierem quandam describit, nomine Cleo:

Crocea et auro nitenti veste amicta

Hoc munus Baccho Cleo dedit:

Quoniam in conuiuijs eximie lepida fuit: nec paribus poculis

Hominum quisquam extirrit qui cum illa contenderet.

Vinosum porrò esse mulierum genus vulgus nouit. Xenarchus haud inuenuste mulierem quandam in Quinquertio, horrendo maxime iurejurando sese obstringentem iuducit, hoc pacto: Mihi contingat te superstite, o libera filia, vinum bibentem animam agere. Apud Romanos, vt inquit Polybius libro sexto, vino mulieribus interdictum est: iis tamen passum vinum licuit bibere, quod ex vva passa fit, gustu simile vino dulci Ægosthenensif, aut Cretico. Hoc scilicet, cum vrget valde, sitim leniunt. Vinum autem si quæ biberit, celare id non potest, primum quidem quod cellam vinariam non committant mulieri: deinde quod eam osculentur tum sui, tum mariti cognati ad confobrinos vsque, & id quotidie, vbi statim illam aspexerint. Restat ergo, vt à vino caueat, cum nesciat quibus obuia futura sit, & qui allocuturi. Itaque, vel si minimum tantum degustarit, non desunt qui arguant, & rem prodant. Alcimus Siculus in eo libro quem Italicum inscripsit, omnes in Italia mulieres abstinerere vino ideo refert, quod

quod Hercules, cum in Crotoniatarum agrum peruenisset, domum quandam viæ propinquam sitibundus accessit, & ingressus poposcit quod biberet. Earum ædium domini vxor, quæ clanculum vini dolium subitus aperuerat, virum monuit imprudenter se facturum si hospitis causa dolium id reseraret, fatius esse aquam bibendam offerre. Hercules pro foribus cum illa exaudisset, eius virum multum laudauit, introq; reuerti iussit, ac dolium intueri. Paruit ille, & cum domum subiisset, saxum inuenit. Huius rei documentum in illius regionis mulieribus adhuc extat, quoniam probrosum ac turpe est ipsis vinum bibere ob hanc rationem. Quales verò sint apud Græcos temulentæ mulieres, Antiphanes in Iaculatrice memorat his verbis:

Vicinus quidam

Caupo est: hic statim, si quando ad eum

Accedens sitiam, probe nouit, & extemplo miscet,

Nec dilutius iusto, nec omnino merum, quod inter bibendum

Facile deprebendo. Idem in Mystide, (est autem mulierum confabulatio):

A. Vir bibamus, charissimum caput. B. Belle sic mihi fuerit.

A. Affer igitur: adusq; tria pocula venerandos esse deos aiunt. Alexis in Saltatrice:

Mulieribus omnium rerum satis est, si vini est

Ad bibendum satis: at ita me summus amet Iuppiter,

Aderit quantum volumus: aderit inquam, & id admodum

Suaue, edentulum, iam marcidum:

Annosum dico. B. Hoc mirifice mihi placet,

Vetulam Sphingem ad me duxerunt: vt anigmata loquitur: & reliqua. Idem

in Bislugente Zopyros & Zopyra dixit vasa vinaria. Antiphanes in Bacchis:

Hoc, si ita est, an non est impendio miser

Vxorem qui ducit, præterquam apud Scythas?

Illic enim tantum vitis non seritur.

Mulieris iusturandum ego in vino scribo.

lentiam mulieribus contingunt explicans, ait,

Vobis, vt olim, ita nunc sit, femine:

De vino in presens vos cogitare, velim,

Vester enim, quod iactatur adagio,

In canpona esse minime videtur animus.

Phaonem videre si optatis, initiationibus

Vos antea multis lustrari oportet huiusmodi.

Primum mei quidem pueri sacrificanda nutritio

Placenta mascula ex amylo, grauida turdis

Sexdecim, integris, melle persusa:

Lepusculi duodecim, lune: iam cætera

Quæ minimo pretio constant audite.

Bulborum Orthanna sesquiseptariis:

Comisalo, & duobus assessoribus

Myriorum lanx, decerptorum interdium,

Auersantur enim lucernarum odorem demones.

Dordoni drachma: Cybasa triobolus:

Tritici quartarius canibus, & venatoribus:

Heroi Celeti calentia thelymata,

Ha quidem impensa sunt: illa

Quæ afferet, ingrediatur, sin minus,

Vobis licet incassum ac frustra coitus libidine prurire.

Hoc mulieri crede, aquam se non bibere.

Axonicus in Philine ait: Totas etiam gentes insignes temulentia, & in eam pronas, memoratu dignas putarunt scriptores. Baton dimensor itinerum Alexandri in libro quem inscripsit, Stationes expeditionis Alexandri, & Amyntas in Stationibus, adeo bibacem esse scribunt Tapyrorum nationem, vt alio nullo vtantur vnguento quam vino. Eadem refert Ctesias libro De Asia tributis,

Fortassis, Amystide. Mystide, mysterioru perita. Amystus, compatiatio in qua sine respiratio bibitur.

h Senio, & vetustate.

i Iunius adagio 73. 5. Cent. Sphingem anigmata. k Obscura, dubia, perplexa.

Xenarchus in Quinquertio: Plato in Phaone, quæ ob vino-

l Erasmus prouerb. In agra scribis.

m Desunt reliqua. Quod sequitur, Phaonem vide re si optatis, &c. ad libidinem feminaru pertinet, & fortassis ex alio poeta est. Iunius adagio 59. 1. Cent. Aedimus Comisalo.

n Eum quem amat in, qualis fuit Phao Sappho.

o παλαστήριον, &c. γλο. masculam vocat, coleatam, festi culasam, vel ingen tem, & amplā: vel quæ veterem exci tet.

p Eadem fere in Truculento Plauti Phronesium, Pæro opus est cibus, &c. Parum hæc ad violentiam spectat. q Priapi administri & comites, Comisalus, Orthanes, Dordou, Cybasas, Celles: quibus Strabo Tychonē addit. xix. 1. muliere genitali.

r θήλυον, strinis melle subacta. Iun. adag. 12. 1. Cent.

r. Iudicium fortassis ea familia Rhodi fuit.

s. Kalos dicitur: Alij de haminibus nominatum appellati.

e. Indigna haec conuicia philosophorum arduum viris.

r. Incompositus, inconcinuus, inscius potor.

r. Pocalis genus, cor nibus simile, r. puer, heroibus peculiarare.

r. Tunc dicitur: a Dese Alcaei testimonium.

b. Vide prouerbia, in vino veritas.

e. Sic etiam Galli, sicut.

d. O amice.

e. Quod vinum excipit, mortem esse puto. Omnis enim moriendum, r. u. Verfus cuiusdam poetae.

f. Artus roborans, g. Prouerbij speciem haec habet, neque, leuissima de re.

h. Sacra subant aperto capite, id est, sic vinu bibe, r. posthac semper fistula: Na sedum vini marinus lepus affert, Plin.

dius, qui Cleobuli sapientis se cognatum esse iactabat, vt ait Philodemus libro De Sminthiis Rhodiis, natu grandior, fortunatus homo, & natura condendis versibus ingeniosus, toto vitæ spatio bacchabatur, vestem indutus solennem Bacchanalibus, & socios multos alens tanquam commilitones. Chorum autem comessabundum diu noctuq; semper educebat. Poësin ille quæ compositis nominibus fit, primus inuenit. Vfus est ea Philiastus Asopodorus in Iambis quos velut oratione profa composuit. Scripsit ille comedias, & alia multa eius generis poemata, quæ phallos gestantibus sociis ac comitibus præcinebat. Hæc Vlpianus cum audiisset, at præcon, id est, vinolentia demens, apud quem extat festiue mi Pontiane? Tum ille, quod ait lepidus Agathon, enecas me interrogationibus, & vltro tu, & more hoc nouo infligat, non admodum tempestiua oratione me interpellans. Quoniam verò reddere tibi omnium rationem est iudicio sancitum, Antiphanes in Lydo dixit:

Colchis vir ebriosus præcon. Te verò temulentum, & insanum vinolentia, nondum fatiavi, nec in mentem tibi venit Eumenem Pergamenum, Attali, qui Pergami regnauit, ex fratre nepotem, vt refert Ctesicles libro tertio De temporibus, ebrietate periisse. At Persei, quem Romani debellarunt, aliud ingenium fuit, vt qui patrem Philippum nihil imitaretur, aut bibacitate, aut vesanis erga mulieres amoribus, sed, vt refert Polybius libro vigesimo sexto, in cœna non tantum ipse modicè biberet, verumetiam amici quibuscum ipsi consuetudo fuit. Tu verò, o Vlpiane, quod ait Timon Philiastus, es ἀρρηθροπότῆς. Sic enim libro secundo Salsorum mordaciumq; disteriorum illos appellat qui merum vinum multum hauriunt.

Aut ferum bubulcum, Lycurgo crudeliorem, Qui Bacchi cateruam ἀρρηθροπότων, id est, mero madentem trucidauit: Disceit rhyta, & haustia nunquam vino satiat: non tamen es ποτός, id est, potus & ebrius. Alcæus in Ganymede hanc vocem vsurpat. Oculos porò nostros decipi temulentia, monstrauit apertè suo responso Anacharsis, ebriorumq; falsas esse opintones declarauit. Nam cum inter b compotandum vxorem eius quidam esset intuitus, Coniugem, inquit, minimè pulchram duxisti, o Anacharsis. Ita quidem mihi videtur, ait ille, sed heus tu puer, meracius mihi poculum misce, vt formosam illam faciam. Post hæc Vlpianus amicorum cuidam præbibens, ελαε, id est, trahe, vt Antiphanes dixit, o Philores. Is enim in Rusticis scripsit:

Totum vno haustu ebibit calicem ingentis sanè ponderis: Qualis foret ille, non expertus: Bibe, amice: plenos semper calices trahamus, ελαωμν. Idem ait in Vulnerato. Verum nos ratiocinatio in medium adducta feriat: Accedat & mellita quadam sermonis conuersio:

Mutantur quacumque nos agimus, vno tantum excepto. Porrigere deinceps mihi vinum, ἀρεσίοι, vt dixit Euripides. Tum quidā, Non, inquit, hoc dixit Euripides, sed Philoxenus. Nihil refert, o amice, inquit Vlpianus, syllabæ causa me reprehendis. At, r. tibi, id est, bibe, quisnā dixit: oculi tibi caligant, respōdit ille, o charissime Vlpiane, quoniam vini tantum hauseris. Legitur id apud Cratinum in Vlyssibus:

A. Hoc nunc sumpto calice tibi, id est, bibe, ac quod meum nomen sit, statim interroga. B. Quin tu etiam hoc calice bibis? A. Id tibi morem geram. Nam, o dij immortales, vrcumq; figura Calicis ad bibendum illicet, honoreq; ac gloria digna est, Quam his festis diebus illi non tribuimus: Etenim dudum scitilibus nos bibimus acetabulo non maioribus: Huius, o puer, dij multa bona largiantur Opifici, qui fabricatus est.

Tam apta partium conuenientia, tantaq; firmitate. Dipphilus in Balneo: Funde: imple calicem: corpus mortale istud circumtegit: tibi, bibe deo. Hæc nobis dedit pater, amicitie familiaritatisq; præses Iuppiter. Ameipias in Parco: Tu qui hæc turbasti, bibe marinum leporem. Menander in Tibicinis: Abi in malam crucem: ad satietatem iam diu bibisti, Sosila,

Cunctis

Cunctis nunc tibi: haud rectè diutius expectabis. πρῶμαι quidem, producto dicendum est. Sic enim habet hemistichium Homericum, πρῶμαι ἐκ βότρυς, id est, potum ex herba paratum bibo. Aristophanes in Equitibus: Ex eodem nunquam poculo ἐπιθύω, bibi. Idem alibi: Amarissimum hodie vinum πῖν, bibas: & hoc à verbo πρῶμαι fortassis ducitur. Quidam, contrahunt. Plato in Victimis quæ sacrificantur: Nec quisquis eius ciuitatis pecuniam ἐκείνῃ, ebibit. Idem in Syrphece: πῖν, bibite aqua multum. Menander duabus syllabis πῖν dixit in Encheiridio:

Bibere cogam prius sacrilegam: Tu verò πῖν, bibe, inquam, bibe. Tu igitur, o amice, quod Alexis in Geminis ait, Huic præbibe, πρὸ πῖν, vt & ipse præbibat alteri, simul vt & fiat domestica familiarisq; inuitatio, quam ἐπίστωπ vocat Anacreon. Sic enim Lyricorum versuum poeta cecinit:

Fluctus ut marinus nō obstrepebat, cum clamosa Gastrodora bibens affatim ἐπίστωπ, ἀδίστωα hoc nos appellamus. Tu verò bibiturus ne extimescas. Hoc enim cauebis, ne in posteriores corporis partes cadas. Vinum, quod curas propulset, vt ait Simonides, bibentibus hoc non accidit. Cæterum, vt scribit Aristoteles libro De temulentia, vino ex hordeo confecto, quod Pinum vocant, in tergum temulenti decidunt. Eius hæc est oratio: At peculiare quiddam contingit in vino ex hordeo confecto, quod πῖνῶπ nuncupant. Reliquis enim potionum generibus quæ inebriant, temulenti, in omnem partem labuntur, dextram, sinistram, proni, supini, at Pino poti supini tantum, & in posteriora reclinantur. Vinum ex hordeo confectum Brytum quidam vocant, vt Sophocles in Triptolemo:

Brytum terræstem in alium non demittere. Archilochus: Velut Thrax quidam, aut Phryx, ad tibiam pronò corpore bibens, brytum exugebat. Huius item portionis in Lycurgo meminit Æschylus.

Iam inde brytum bibebat, temporis spatio seipsum extenuans, Ac sub virili tecto cum gravitate modestiæq; sese tundens. Hellanicus in Prædiis, brytum etiam ex radicibus parari tradit, ad hunc modum: Brytum ex radicibus confectum bibunt, quemadmodum Thraces ex frugibus. Hecataeus libro secundo suæ totius orbis descriptionis, cum de Ægyptiis dixisset, eos pane vesci, subiungit, & hordecum potus conficiendi gratia molere. Idem in Europæ lustratione, Pæonas inquit brytum ex hordeo bibere, ac parabiam ex millio & oryza paratam, vngi verò oleo quod à lacte separatur. Et sic quidem hæc se habent. Ætate verò nostra, vt in Elegis scribit Ion Chius,

Vino Bacchus thyrsus gerens honorem habet, Is etenim sermonum omne genus occasio est. Frequentissimi Græcorum mercatus, festarumq; apud reges epularum, Ex quo ramosa vitis abditum terra sarmentum Extulit, vlnisq; virentibus explicuit: Ac ex oculis matris profulerunt crebri Filij, vocales cum alij cadum in alios, Antea verò taciti, ac vocis expertes Inde scilicet nectar emulgent, quod fortunatum hominibus solum datum est In commune: ad lætitiæ conciliandam natium remedium. Eius beneficio debemus conuiuia, o chari filij, comitates, saltantium canentiumq; festinos cætus: Bonorum omnium regem natura vinum statuit. Quapropter Bacche pater, quem venerantur coronarum cupidi Homines, latorum conuiuiorum præses, Salue, da, o proborum operum adiutor, nobis æuum, Vi bibamus, ludamus, & quæ iusta sunt cogitemus. Amphis in Philadelphus vinum laudans ait,

Mentem

f. Fortassis Nipen the, quæ marores discutiebatur.

l. Ad verbum, simpliciter, eius coniectura ita exposuit. m. Non, vln. n. Pugione, breuiario.

o. Quasi iohannis, paulo.

p. Proprium nomen: gustosi, vorticosa. q. Vinum familiariter propinatum, circa seueram legem illam, seos ieq. r. Quia par in bibendo non fiat. s. Vno poti in scietem cadit, Zylho, in terga. Arist. t. Dilatum.

r. Quidam, ad d. tubulo.

x. Quia vino carent u populis brytum conficiunt.

y. In adibus quæ fruges generosq; vni inhabitant.

z. Cu ruis, vlnes. ei. Alj, vlnes: stru thuris, adificis, fabricis.

a. Potionis genus: e. Sic barytum vocat.

e. Nam yua coarctata & concucata, dum mustum feruet, stridunt.

d. Aut hilaritatis causa in conuiujs, aut laudis, in mysticis certaminibus. e. Integrum ac plenum vitæ cursum.

f Apertorum, sim-
plicium, qui nihil
simulant.

g Vmbra erudi-
tionis ostentatis
superficiarie: vana
et simulata pru-
dentia intumesci-
t. Iunius adagio,
in fronte mentem
habere.

h Oregus, audax,
praeceptis, temerarij.
Erasm. proverb. Ne
nimium calidū hoc
sit modo.

i Quaestioibus co-
gnationibus, perple-
xi, obscuris, solutu
difficilibus.

k Eius operis tale
argumentum fuisse
opinor, quale Belli
grammatici, qui
libellus nostro factu
to editus est.

l Απεροφει: plan-
ta, atriplex: aphyra
piscis.

m Vt, si propona-
tur, dic piscem cu-
ius appellatio ne ha-
beat? Oregus: nōf-
pe.

n Orationem cum
nullo pronuntia-
tam.

o Vt Diocles.
p Δειξέμεν τὴν
ἀφροδίτην: a Mer-
curio et Venere.

q Vt dicitur: in-
quit Pollux: si vero eni
cleasent, carni di-
stributam praeiij
accipiebant. Vide
posthac.

r Et ex insidijs
periculum faceret
mei indicij, au cre-
diturus essem quod
tam absurdum vi-
deretur.

x Verum aut fal-
sum esse griphum.

y Veneris statua,
sacrificio opere.

z Fornace è ter-
ra nuper extracta.

Mentem habere volo potius
Bibacium ^ε hominum, quam vestram, qui tantummodo
In vultu ^β soletis animum prodere.
Nam vestra semper moderata & composita
Prudentia, quoniam subtiliter & frequenter
Omnia peruestigat, impetu subito
Res aggredi metuit: bibacium verò consilia, quia non aperit
Quid ex quavis re sit euenturum perspicunt,
Nec cum ratione disquirunt, quod calidum ^h & iuvenile sit,
Audent, & agunt.

His quidpiam additurus Vlpianus erat, cum Aemy-
lianus inquit, iam tempus est, amicissimi viri, de Griphis ⁱ sermonem habere, vt pau-
lulum recedamus à poculis, non tamen contentiosa oratione, qualis est Athenien-
sis Calliae in inscripta Tragedia ^k Grammatica, sed quænam Griphi sit definitio pri-
mum quæramus, non quidem quam tradidit Lindia Cleobulina libro De Ænigma-
tibus, est enim de his abundè tractatum à familiaribus nostro Diotimo olympico, sed
quo modo Griphorum meminerunt comici, & quam pœnam subirent qui non pos-
sent dissoluere. Tum Laurentius, Clearchus, inquit, Solensis griphum esse definiit,
iocosam quæstionem, qua iubentur cõiuuæ, perscrutari & acie mentis inuenire, quod
proponitur, multæ aut honorarij præmij gratia adductum. Idem libro de Griphis,
eorum septè esse species tradit: in littera, vt si pronuntiar iubeamur piscis aut plan-
tæ ^l nomen quod incipiat ab α, vel recitari versum qui vnam quandam literam ^m aut
habeat, aut non habeat. Tales sunt quos Afigmos ⁿ Griphos vocant. Itaque Pin-
darus De sigma oden composuit, quasi in iis condendis carminibus Griphus aliquis
propositus fuisset. In syllaba dicuntur Griphi, si peramus dictione versibus accom-
modatam, cuius initium sit, βα, vt βασιλεύς: aut finis, vt βασιλεύς: aut cuius prin-
cipium sit dissyllabum, λαω, vt λαωνιδης: aut quæ in id desinat, vt Thrasylcon: in nomi-
ne verò, cum vocabula rogamus, simplicia compositave, duarum aut plurium sylla-
barum, quorum tragica species appareat, vel contra plebeia & humilis, & ea quidem
absque dei nomenclatura, vt Cleonymos, vel cum appellatione alicuius dei, vt Dio-
nysius: & hæc rursum, vel cum vno tantum dei nomine ^o, vel cum multis, vt Her-
maphroditus ^p: & hæc præterea, quæ auspiciuntur à Ioue, vt Diocles: quæ à Mercurio,
vt ερμῆς, vt Hermodorus: tum etiam, si fors ita ferat, quæ exeunt in vñ ^q. Qui-
bus autem id mandabatur, ij si non exposuissent, calicè ^r ebibebant. Ita sane Clear-
chus definiit. Tu verò, belle mi Vlpiane, quidnam fuerit illud poculum, inquire. An-
tiphanes in Concis ^s oleribus, seu Ventroso:

Ego profectò illos antehac qui dicere iubebant
Griphos, inter bibendum plane delirare putavi,
Ac nihil dicere: vt cum iuberent
Enucleare confestim ^t, quid esset, quod ferens non fert aliquis:
Ridebam, ac nugus esse credebam, càm id diceretur,
Quod, vt arbitrabar, prorsus nunquam factum est:
Existimabamq, insidiosè ^v id dici: Nunc autem verum id esse
Cognoui: ferimus enim collectam ad cœnam pecunia summam quandam
Homines decem: nostrum verò nullus
Eam fert summam. Est igitur hoc manifestum, non ferre illum qui ferat.
Eò scilicet obscurus ille tendebat griphus.
Et condonari, adeo hoc facile potest.
At dij boni quæ monstra in hac re fingunt,
Etiam depositis in sponsonem ^x nummis alij: longè certè maxima:
Philippus per Iouem in griphis quibusdam felix & ingeniosus fuit.
in Aphrodisio ^y.
A. An verò dicturus ollam tibi, sic dicam?
Rota conuersione fabricatum corpore vas cauo,
Ex terra factum, sub alio lecto ^z matris coctum

Idem

Nuper

Nuper genito: quod gregis intra se suffocatos ^a lactentes fetus, molliuscula
Carne eliquatos irretiuit. B. Hercules enecas profecto me, nisi valde
Aperit eloquaris carnis ollam. A. Bene ais
Flaua apis fluentis ^b commixtus balantium
Caprarum extillans grumus ^c, ac insidens lato
Tegumento casta virginis ^d, filia Cereris,
Infinitis operimentis subtiliter compositis lasciuens:
An potius clarè tibi placentam enuntiabo? B. Placentam vt dicas malo.
A. Fontis ne Bromij sudorem? B. Contrabe in pauca, & vinum dicitio.
A. Maandri latices modo reliquit. B. Aquam dicitio.
A. Auram Casiam olentem, sereno celo. B. Myrrham dic mihi.
Apagesis: nihil huiusmodi posthac aliud dixeris.
Hoc enim, vt quidam aiunt, operosius est.
A. Mihi quidem nihil. Alienum tamen est frequentius in eo locutionis versari genere.

Alexis in Somno hos griphos proponit:
A. Non mortalis, non immortalis, sed temperatione quadam
Mixtus, vt nec in hominum, nec in deorum numero viuat, sed nascatur semper.
B. Ludificari me tibi volupe est, ò mulier, his ambagibus.
A. At qui cognitu facilia, manifesta, simpliciaq, dico.
B. Quinam igitur hanc naturam sortitus est puer?
A. Somnus, ò puella, hominum laboris quietes. Eubulus in Sphingocaryone hæc
enigmata ^e proponit, ac dissoluit:

A. Loquitur elinguis, vno tantum nomine vocatur, quamuis masculus sit ac femina:
Ventorum suorum promus: nunc glaber, nunc hispida:
Stulta stultis profatur, numeros ^f ex numeris trahit:
Vnum est, atq, multa: inuulnerabilis etiam cum vulneratur.
B. Quidnam hoc est? A. Ecquid hastas Callistrate?
Hic podex. B. Nugas agis.

A. Est ille quidem loquax, elinguis,
Vnum in multis nomen habet: vulnerabilis, inuulnerabilis, hispida:
Glaber, quid præterea vis? ventorum multorum custos.
Cui ^g locusta sunt oculi, rostrum acutum, obscurus vtrinq, color,
Pugnator ille natorum nondum genitorum semen delet. Ichneumon Ægyptius
est, qui oua Crocodeilorum si offenderit, priusquam soboles eius bellæ perfecta sit,
frangit, deinde omnino perdit, ac corrumpit.

A. Cur ^h illi geminum os esse dicunt?
B. Quia pungit infernè, labris verò mordet.
A. Qui ⁱ ego qui iuuenis grauis sit, leuis senex:
Sine alis volet leuiter, & terra conspectum oculis ^j adimat.
B. Spinofarum plantarum pappus est: recens ac nouellus hic
In semine ^k consistit: càm autem à semine reiectus fuerit, leuis euolat,
Præsertim cùm à pueris sufflatur ludentibus.
Statua ^m quadam est ore supra clauso, infernè hians,
A capite ad pedes usque peruisa, acuta,
Quæ tres homines parit, è natibus vnumquemque:
Horum alij fatum ⁿ suum sortiuntur, alij oberrant ^o.

Hæc iam num vnam in
quam sortes mittuntur significant, estote iudices. At ne omnia sumamus ab Eubu-
lo, Antiphanes in Proposita quæstione ait:
A. Piscibus ^p multis homo quidam arbitratus se rete
Inicisse, magno sumptu percam ^q extraxit vnicam:
Sic in ea decepto aliam mugil ^r adduxit ipsi parem:
Volens ^s melanurum ^t perca sequitur.
B. Mugil, homo, melanurus: quid dicas nescio:
Nihil enim dicis. A. At ego apertius loquar.

Quidam

a Agnus operes-
lato vase dicitur.

b Id est, mellis.

c Id est, lac con-
cretum.

d Id est, farinæ.

e Obscuras et in-
uoluitas quæstiones.

f Vnde et vobis,
modos cantilenarū
modis et caustile-
nis adlungit.

g Alius griphus.

h Alius griphus,
i Alius griphus,
k Sparsa pappo-
rum in terram lan-
nugine, quæ illam
operiam videri pro-
hibeat.

l Semen contegit,
m Alius griphus,
Vna in quam sor-
tes cõiciebantur de
morte, vita, exilio.
n Qui absoluuntur,
aut plecluntur
capite.

o Qui multantur
exilio.

p Fœminarū mul-
tarum amorē qui-
dam ambiens.
q Scortum nigrū
& deforme sibi cõ-
ciliant.

r Leno, eo sarpi
quæ est tanquam
cæuo viclitans.

s Erasmi, adagio,
Perca sequitur se-
piam.

t Scortatorem cui
nigra cauda est.

v Nam intelligit qui ignotam virginem compresserit. a Lac est, quod pater matri dat.

g Me, cui vitium obtulisti, virginem. x Marem an feminam paritura sum.

a Stridebant dum coquerentur facta gine. b Farina obvolvitur.

c Vide Leopardum esp. 22. 7. Emend.

d Infana orandi licentia.

e Alij, Iride, f Aristopyge. g Erasim. prouer. Tristis Scytale. h Planissimè et aperissimè Plutar chus in vita Lysan dri. i adopyveoz.

Quidam rem suam cum dederit, postquam dedit, nescit Cui dederit, & eorum quae dedit habuit nihil.

B. Dedit quidam, nec dedit, nec habet quod habet, Horum nihil intelligo. A. Quis & haec prater ea Dicit griphus: quaecumque nosti, nunc tibi nota non sunt. Nec qua dedisti, nec qua tu pro illis habes.

Talis igitur griphus erat. B. Ego quoque Griphum quendam vobis recitare volo. A. Recita. B. Pinna & nullus pisciculi cum essent voce praedati, Multa loquebantur: de quibus verò ambo se putabant quidpiam dicere, Nihil loquebantur: nec ullus intelligebat cum quibus sermonem haberent: Eos tamen, utcumque multum loquaces, confestim ambo Ceres nutriet. Idem

in Sappho ipsam poetriam inducit griphos proponentem, quodam ad hunc modum explicante: inquit ergo sic illa:

Feminea quaedam natura fetus sub sinu suos Servat: h verò muti claram vocem Edunt tum per aquoris fluctus, tum per continentem uniuersam, Quibus placet mortalibus: licet autem etiam absentibus, Quamuis surdum auditus sensum habeant, illos audire.

Hæc dissolvens

quidam ait:

Natura quam dixi, ciuitas est: Fetus ea intra se oratores alit: Vociferantes illi, marinas res ex Asia, Et ex Thracia questus, ac munera, Huc trahunt: illaq, depascentibus, & conuicia Semper ingerentibus iuxta populus Assidet, nihil aut videns aut audiens. B. Hoc qui fieri potest, o pater, Orator mutus ut sit? si non alijs rebus, hæc tamen leges violat.

Sappho deinde hoc

facto griphum dissoluentem poeta inducit:

Feminea natura epistola est: Fetus intra se circumfert ea literas, Quae muta loquuntur cum ijs qui procul absunt, Cum quibus volunt: at si quis prope eum qui legit Adstiterit, nonne is audiet?

Diphilus in Theseo, ait, fetiis Adonidis inter potandum virgines tres Samias griphum ad hunc modum proposuisse: Quid omnium valentissimum?

Ac dixisse primam, ferrum: attulisseq, Opinionis suae hoc argumentum, quod ferro pereant & discendantur quaeuis, Eiusq, sit usus ad omnia: secundam verò, cuius magna fuit existimatio, Fabro dixisse multo plus roboris Inesse, quoniam in opere, ferrum vel durissimum Flecissit, emollit, & quidquid opus est, efficit. Tertiam autem pronuntiasse mentulam esse Omnium validissimum: idq, probasse, quoniam fabri Ingemiscantis nates illa perfodiunt.

Achæus Eretrienis poeta splendidus, verbis condendis nonnunquam orationem obcurat, & ænigmati specie multa profert, velut in Iride Satyrica,

Ampulla unguinis lapidea argenti modo nitens appensa erat. Idem Lacedæmonios candidis loribus circumuoluto baculo inscribere solitos quæ vellent declarat abunde Apollonius Rhodius libro De Archilocho. Stefichorus in Helena polubrum

baçyveoz, id est, lapideum, argentei fulgoris, dixit. Ion in Phœnice, siue Cæneo, vicum dixit, quercuum sudorem, his verbis:

Quercuum sudor, & porrectus in longum ramus, Et in Aegypto pasta, è lino texta penula, pedica ancupum capturis idonea.

k Sic rectè ex Aegypto lino confectum vocat.

Theodecten Phafeliten Hermippus libro De discipulis Isocratis ait, ingeniosissimè propositos griphos enucleasse, alijsq, proposuisse solerter, qualis fuit ille de umbra: Naturam esse quandam in ortu ac interitu maximam, minimam cum viget. Sic autem inquit:

In rerum natura, quotquot terra nutrit fert, Quotquot mare, atq, adèò nec inter homines aliquid est Quod membrorum habeat incrementum simile. Ortus namq, principio maxima ea res est, Medio vigore parua: senescens autem, Magnitudine ac specie maxima prorsus.

l Ad verbum, generationis primo facta. Metaphora sumpta à plantis.

Idem in Oedipode tragedia, obscura ænigmati ambage diem ac noctem sic descripsit:

Sorores dua sunt, quarum altera parit Alteram: & eam quae peperit, rursus parit altera.

Callisthenes libro

De rebus Græciæ, tradit, Cum Arcades Cromnum obsiderent, est autem id oppidulum prope Megalopolin situm, Hippodamum Lacedæmonium ex obsessis unum tanquam ænigmatem indicantem quis esset ipforum status, præconi ex Lacedæmone ad eos misso iussisse, matri renuntiaret, ut mulierculam vincam in æde Apollinis solueret ante decimum diem, quem si præteriret, non amplius solutam iri, ea ratione manifestè declarans quò res deuenisset. Nam in Apollinis templo iuxta dei solum pictura fames expressa fuit, mulieris imagine. Patuit ergo cunctis obsessos in ediam ac famem tolerare posse per dies decem. Itaque Lacedæmonij verbis eius intellectis, magnis copiarum viribus auxiliati sunt. Feruntur & huiusmodi alij Griphi multi.

Hominem vidit, igneum as super homine glutinasse, Tam tenaci glutino, ut ea quibus applicuit consanguinea fecerit.

Hoc significat

admotam cucurbitulam. Est & hic Panarcis, ut ait Clearchus libro de Griphis: Ferrit ligno, non ligno, infidentem auem, non auem, vir, & non vir, saxo, non saxo. In his est ferula, noctua, eunuchus, pumex. Plato quinto De legibus, memorat, philosophos artium leuicularum ac inutilium doctores iis similes esse qui in cõuiujs accipiti & ambigua interpretatione disceptat de puerili ænigmatem, quod icturn eunuchi, & noctuam complectitur, quis eam, & quo percusserit in perplexis verbis scrutantes. Pythagoræ quoque ænigmata esse huiusmodi Demetrius Byzantijs ait libro De poetis: Cor edendum non esse, id est, curis animum non excruciantum: Ignem gladio non fodiendum, id est, ira percitum non lacerandum, ut iracundia sit ignis, gladius rixa: Stateram non esse transgrediendam, id est, fraudatis & circumscriptis alijs improbam ac immodicam, plus quam iustum est, habendi cupiditatem, fugiendam ac detestandam, quærendum autem quod fas & æquum est: Publica via non ambulandum, id est, non sequendum iudicium populi: quod enim sibi visum fuerit, temere quisque iudicio suo probat: Rectam lineam ducendam, id est, mentis ac consilij ductu vtendum: Chœnici non esse insidendum, id est, spectanda tantum non esse quæ in præsentem diem accidunt, sed expectandum semper crastinum, quoniam mors vitæ finis ac terminus est. Hunc igitur aduenire cum tristitia & molestia ne permittamus id dictum monet. Vt Theodectes, ita & Dromeas Cous, quod Clearchus scripsit, & Aristonymus Pilocitharista, & Cleon Mimaulus cognomine, Italorum mimorum præstantissimus, histrio etiam absq, persona iucundissimus, griphis lusere. In recitandis mimis Nymphodorum profectò is vincebat. Fuit huius imitator Ischomachus præco, in collectorum hominum circulis mimos agere solitus: qua ex re clarum iam nomen adeptus in publica spectacula transiit, & histronicam artem exercuit. Quos verò griphos iij comminiscabantur, huiusmodi fuerunt. Supra modum saturum quendam rusticum, ideoq, malè affectum, cum medicus rogaret, num in vomitum cœnasset, non ego sanè, inquit, sed in ventrem. Cum mendica ventris doloribus torqueretur, & sciscitaretur medicus, nunquid in

m Contentionibus morosis & difficultibus auxilij discedentes, nullo opere pretio, & inani peritina.

n Vide Erasimum in prouerbijs.

o rlvò πικρονέλιου.

p Erasimus hoc solum omisit.

q Tenui cithara canens. r Quid & mimos ageret, & luderet iudij.

s Hellenismus: num tantu cibo se ingurgiasset, ut vomitu reijciendus fuerit.

F ventre

Effet granida: videri gereret.

Cui multa pila ex ore fluabat: ὑπερῆστος ἄνθρωπος

Tempus. Eius nihil est, nisi quod praesens.

9 Pag. 334.

Dolissim. ac probissimus vir Claudius Mitalerius, me de hac literarum coniunctione disputante rationibus multis ostendit diversum esse sonum τῶν ἰσ τῶν ἠ, quemadmodum τῶν ο ὦ τῶν ω.

ἡ ἑποδὴ fabulae pars, in qua abeuntibus ἢ septa librationibus chorus ad spectatores conuersus iambicos tetrametros recitabat nonnunquam deorum laudes continentes, quos ὀδῆς vocabat. Choro in dextram verso ἑποδὴ dicebatur: in sinistram, εὐῆσποδὴ.

Tragediam. Obsecrus hic locus, qui excellentium iudiciorum sententiam praeter mea desideret.

Subvocales sunt. Sive grammatica, sive poetica, sive aliquid aliud eiusmodi.

Ait se granidam, id est, statum distentam: factus nomen futurum ἄνθρωπος. Id est, putrem graueolentiam, nemphe fecidum ventris crepitum: verecundum tamen ut honor sit auribus praefatur. Videtur desiderari versum, qui distionem ἑποδὴ tertium elementum A, depingat.

ventre haberet, quo vero pacto, inquit, quae toto triduo cibum non gustavi? Aristonymus certe griphos texere optimè callebat. Sospianes poeta Cephifoclen historionem maledictis incessens, & eum tanquam ἐν ῥήσασαυ, accusans. In tua, inquit, femora lapidem iacerem, nisi vererer circumstantes aspergere. Est autem vetustissima griphorum haec oratio, & eorum naturae accommodatissima. Quid est quod nescimus, & docemus omnes? Quid idem, nusquam, & ubique est? praeterea quid idem in caelo, terra, & mari est? Hic vltimus griphus positus est in nominis similitudine. In mari namque, caelo, ac terra sunt, vrfus, canis, serpens. Prius illud tempus innuit, quod apud omnes est, ac nusquam, quandoquidem naturam habet in vno loco non consistentem. Quod autem praecessit, est, animum nos habere. Nullus enim hoc scit, & proximè tamen adstantes omnes docemus. Callias Atheniensis, de quo etiam nos supra inquisiuimus, paulo ante saeculum Stratidis genitus, Tragediam Grammaticam scripsit, hoc ordine digestam. Prologus illius constat literarum elementis, versus autem principium ex illarum figura & scriptura inchoatum separatum, vltima sui parte, catastrophes modo definit in ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, ἐπίλωρ, ζήτα, ἦτα, θῆτα, ἰώτα, κῶππα, λάμβδα, μῦ, νῦ, ξῦ, ὀμικρον, πῖ, ρῶ, σίγμα, ταῦ, υψίλωρ, φῖ, χῖ, ψῖ, ῶ. Chorus autem mulierum, ex duabus simul iunctis compositus, metri ac modorum legem seruat hoc pacto: βῆτα ἄλφα, βῆ: βῆτα υψίλωρ, βῆ: βῆτα ἦτα, βῆ: βῆτα ἰώτα, βῆ: βῆτα ὀμικρον, βῆ: βῆτα υψίλωρ, βῆ: βῆτα ὀμικρον, βῆ. rursusque, in metri & modorum antistrophe, γάμμα α, γάμμα ε, γάμμα η, γάμμα ι, γάμμα ο, γάμμα υ, γάμμα ω: ac deinceps aliarum syllabarum vnaquaeque in aliis antistrophis, eadem omnes metri & modorum lege, adeo ut hoc exemplo non tantum Euripides Medeam totam scribere conatus sit, verum etiam aperte modos ex illa transfulerit. Sophocles autem, quod aiunt, cum id audiuisset, ausus est poema metris diuidere, & in Oedipode sic scribere:

Hoc quidem modo nec ego tibi, nec ipse mihi, dolorem incutiam quamuis tua reprehensione prouocatus. Ab hoc scilicet reliquos omnes Antistrophas in tragediis sumptisse verisimile est. Idem Callias rursus post chororum, Vocalium sermonem inducit, quem perinde ac supra dicta, sicut monstrant adscriptiones, oportet diuidere, ut artificiosa pro viribus poetae seruetur actio.

ἄλφα tantum ὁ mulieres: Deinde ε, solum dicere conuenit: Tertio loco υ, solum dices. Deinde profecto solum, ι, dicam: Quintum verò, ο, sextum, υ, solum dicito: Vltimum autem pronuntio tibi, ω, ex septem vocalibus: Septem verò tantum in metris. Haec cum dixisset, bis rursus, idem elocuta est. Idem primus iambicus versibus declarauit nominis scripturam, audacior ingenij licentia, sed aperte, hoc modo: Grauida sum equidem, ὁ mulieres, sed pudor placet. Vestris literis factus nomen ostendam. Recta longaque, linea est: ex eius medio Adstitit parua, vtrinq, supina, Deinde circulus, cui duo breues sunt pedes.

Inde postea videlicet, suspicetur aliquis, Mæandrium scriptorem, ut dilucidior esset oratio, ab ea imitatione parum declinantem in suis Praeceptis, Callia, quem supra nominauimus, asperius & durius scripsisse. Euripides in Theseo dictionem absque literis videtur finxisse, pastore quodam ignaro literarum Thesei nomē illic describente, ad hunc modum: Literarum inscius ego natura sum, Figuras autem dicam, & manifesta indicia. Circulus quidam veluti fune dimensus, In cuius medio signum est euidentis. In altero primum linea due, Eas separat interiecta vna alia.

Tertium

Tertium, capilli cinnus, tanquam aduolutus. Quartum sane fuit vna in rectum ducta linea: Super qua transfusa tres obnituntur: Quintum explicare haud expeditum est. Linea adstantes ab inuicem due, In vnum amba concurrunt pedem. Vltimum est omnino tertio simile.

Idem fecit & Agathon tragicus in Telepho, apud quem illiteratus quidam inscriptionem Thesei sic declarat:

Scriptura primordium umbilicatus in medio circulus: Deinde recte regula due, coniuncta simul: Arcui Scythico simile elementum tertium: Post hoc tridens in obliquum iacens: Exinde regula in vnam coeuntes due: Quod tertium fuit, idem & vltimum. Theodes etiam Phaselites literas nescientem rusticum Thesei quoque nomen designantem inducit: In scriptura primus fuit oculatus in medio circulus: Deinde regula due mensura prorsus aequales, Quas per medium connectit transfusa regula: Tertium capillo in cinnum retorto simile: Quartum deinde, ut apparebat, obliquus tridens: Quintum, aequales magnitudine virga due, Quae amba in vnum tendunt pedem: Sextum, ut antea, capilli cinnus.

His non absimile fecit Sophocles in Amphiarao Satyrico, cum literas saltantes induxit. Neoptolemus Parianus libro de Epigrammatibus, Chalcedone Thrasymachi sophistae monumento insculptum esse tradit hoc epigramma:

Nomen h βῆτα, εῷ, ἄλφα, σᾶρ, ὕμ, ἄλφα, χῖ, οῦ, σᾶρ, Patria Chalcedon: ars, sapientiae studium. Castorion Solensis, ut Clearchus ait, in Pana deum huiusmodi poema condidit. Singuli pedes integris vocabulis comprehensi, & antecedentes, & sequentes omnes pedes similes habent, veluti, Te, gleba niue percussa, & sana hyeme vias permeantem, O Pan ferarum altor, in Arcadium terra inuocabo. Hoc scribendi genere sapienter inuento, praclaros versus componens, ὁ summe rex, Cognitu difficiles audituris, sapientia non instructis: mellitam suauitatem iaciens Animalis ceream vestem induti, quod cum musis familiariter versatur: & ad hunc modum reliqua. Horum pedum quisque quocunque modo disponat, idem metrum reddet, hoc pacto: Te glebis niue percussis: Te glebis sana hyeme obstitis. Pedum vnusquisque decem literis constat. Licet autem non hoc modo, sed aliter edere, ut maior ex vno sit vsus, quemadmodum si dicamus, Modum dic mihi pedum, age: Modum mihi pedum, assumptum dicito: Modum pedum dicito, non enim Volo pedum modum assumere.

Pindarus, ut Clearchus ipse tradit, oden, absque, condidit, quodam velut gripho proposito, cum de lyricis versibus componendis ortus sermo fuisset, contendentibus multis carmen ea litera carere non posse, quoniam eorum poeta iudicium improbatat.

Prius tamen cadebant prolixae diithyramborum vocales, & impurum σᾶρ, ὁ mortales. Haec significare possit aliquis iis qui spuria odā esse credunt Lasi Hermionensis scripta absque, cuius titulus est Centauri. Talis quoque eiusdem hymnus ad Cererem, & Hermionē, ut ait Heraclides Ponticus libro tertio de Musica, cuius hoc est initium: Cererem cano, virginem, Plutoni coniugem. Suppetunt & alij griphi: In apertum prodij: quae patria mea est salsum equor,

ἡ ἑποδὴ, ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος ἡ ἑποδὴ ἄνθρωπος

F 2 Circum

Circumplectitur : mater vero numeri filia est. Innuu- griphus hic conspi- cuam Delon esse, mari circumfluam, cuius mater Latona fit, Cœi filia. Cœon au- tem Macedones numerum appellant. Est & alius de Prifana; ordei decorticati & tusi succum bibe. Prifana vocabulum est & πρίσανη & αὐαῖ fit. De cochlea iactatur hic griphus, qui & legitur in Teucri definitionibus:

p A pifendo, sue tundendo, & ma- di faciendo ac riga- do. Vide Plin. cap. 7. 18.

Animal sine pedibus, sine spinis, exos, testaceo tergo: Prolongis oculis, deorsum se flectentibus, sursumq; se attollentibus. Antiphanes in Amatore sui:

q Tegphandus oblongos caecos: or- bes caeseorum: frusta mollis caesi.

Trophalidasq; lautæ carnis: intelligis? dico caseum. Anaxandrides in Turpi muliere:

Nuper diuisi, & corporis in longum porrectos artus domuit in terra ad ignem strepente: ollâ porro sic vocat, quemadmodum alicubi dixit Timotheus. Timocles in Heroibus:

r Na & geyat: ius- iurandum.

Vt autem parata fuit,

Vita nutritrix, inedia hostis, seruatrix

Amicitia, sacra famis vires labefactantis medicina,

Mensa: curiosè, & ambitiosè, per cælum,

Cum mensam breuiter liceret dicere. Plato in Adonide, narrans Cinyræ de illo fuisse redditum oraculum ait,

s Vide Plutarchi Quaestione 5. lib. 4. Sympos. à Phano- cle dyllichon hoc re- citantem. Eisdem- deior Adoniu dpe- phirus Διδυμο- γεαται ἰσχυρὸν- xwepw ἰσχυρὸν- y@.

O Cinyra, rex Cypriorum, quibus hirtus podex est:

Infans tibi genius est formosissimus, & pulchritudinis

Inter vniuersos homines summopere admiranda:

Illum duo numina in potestate habebunt:

Oculis & auis callibus alteram ille subiget, illum verò alter: Bacchum &

t Huius nominis Plutarchus in vita Iyocraui.

Venerem id significabat: ambo namque illum deperierunt. Celebratur & Spin- gis ænigma, quod Asclepiades libro de iis quorum nomine editæ sunt tragediæ, scribit huiusmodi fuisse:

v Capre diuersi herbi vscuntur. Plutarchus Quaest. 1. lib. 4. Sympos. x Hircus, & del- phiu.

Est super terra bipes idem ac quadrupes, atq; etiam tripes,

Vnica tantum voce: Clamorè id tamen mutat, solum ex omnibus, quacumq; vel humi

Repentia mouentur, vel in aère volant, vel in mari natant:

Ceterum cum plurimis nixum pedibus ambulat,

Tum ipsius artubus minimum celeritatis inest. Griphorum & speciem præ

se ferunt quæ Simonides versibus inclusit, vt ait Chamæleon Heracleotes libro de Simonide:

z Oppido insula Cret. Plin. a Valentius, ideoz; resusam eius acie.

Hædi varias mixtim herbas depascentis pater, & infelix piscis,

Capitibus proximè admotis conflixerunt: noctisq; deinde filio,

In palpebras recepto, Bacchi regis

Boum interfectorem ministrum nutricari nolunt. Quidam aiunt in quodam

ex vetustis donariis scripta hæc fuisse, ac in eo scalptos hircum & delphinum, de qui- bus hæc audienda. Alij delphinum, & hircum, exalatos in ea parte psalterij qua ten- duntur funes, significari malunt, Dithyrambosq; versus esse Bacchi ministrû, boum

interfectorem. Alij memorant in Iulide, bouem, quem erant Baccho sacrificaturi, ab adulescente quodam ictum securi. Cum verò festus dies instaret, ad æriarij fa- bri officinam securim missam fuisse, ac Simonidem adhuc iuuenem qui deferret, ad

fabrum iuisse, quem cum dormientem offendisset, iacentesq; temere prope illum, cancrum, & vtrem, obuersa inter se anteriori parte, domum reuersum, familiaribus

suis quæstionem quam diximus proposuisse, in qua hædi pater vter sit, miser piscis, cancer, noctis filius, somnus, Bacchi verò minister boum interfector, securis. Scripsit

& alterum epigramma Simonides quod ignaris historiæ dubitationem affert.

Aio cum qui nolit cicada obire certamen, Luculentiam cænam daturum Epeio Panopeiada. Fama est cum in Carthea

degeret, agendi canendiq; choros rationem doquisset, schola procul à mari sita, in vr- bis superiore parte iuxta templum Apollinis. Aquam verò petiuisse & alios, & Si- moniden ipsum, ex inferiore oppidi regione, vbi fons erat, aduehente asino quem

Epeum cognominabant, quod fabulæ tradant ad Troiam heroibus Epeum aquam

præbuisse

b Sitim. c Cei insula op- pido. Plin.

præbuisse, & in Apollinis delubro picta sit Troiæ fabula, in qua Epæus Atridis aquâ fert, quod & his verbis Stefichorus dixit,

Eius regibus semper aquam ferentis miserta est Iouis filia. Cum igitur ita hæc essent, Simoniden aiunt sanxissè, ad conditâ horam si quis abesset eorum, qui cho- ri modos & cantum docebantur, vt is asino daret ordei semodium. Illud nimirum est quod significat, vt is qui cantare nollet, certamen cicadæ recusare dicatur, & Pa- nopeades nomen asini fit, ampla verò cœna, ordei semodius. Tale est & poëtæ Theognidis:

Iam me domum accersit marinus defunctus, Mortuus quidem, vino tamen ore loquens: Cochleam marinam hoc significat. Eiusmodi fuerit, si quis hominis appellationi vsurpet vocabulum simile: verbi gratia, Robur in prælio ἀρσένιον, id est, ad obtinendam victoriam commodif- simum: & tritum illud:

Quinque viri decem nauibus in vnum locum decurrerunt, Pugnaruntq; saxis: tollere saxum tamen nullus poterat: Perierunt illi siti, quamuis mentum aqua superaret. Quas verò pœnas Athe- nis penderent, qui soluere propositum griphum non possent, & an diluti vini phia- lam biberent, vt Clearchus scripsit in Definitione, inquirendum. Idem primo li- bro Adagiorum ita scribit. Griphorum perscrutatio aliena non est à philosophia: itaque sapientia in his speciem veteres statuerunt, inter conuiuandum eos propo- nentes, non vt qui memoria nostra se inuicem interrogant, ecquis veneres concu- bitus sit dulcissimus? ecquis sit piscis, aut qualis suauissimus? ecquis in præsens ma- ximè vigeat? præterea ecquis post Arcturum, aut Virgilia, aut Caniculam, edendo maximè sit? Præmium autem honorarium iis qui enodassent, olim fuerunt oscula, quibus ingenuus animi sensus est digna profus odio: multa verò illorum qui ex- tricare non possent, vt merum potarent, quod quidem bonæ valetudinis tuendæ studio ac cura gratius est. Hæc nimirum Philænidis cuiusdam scriptis conueniunt aut Archeltrati, qui & in his perscribendis diu versatus est, & magna diligentia cupedias exposuit. Longè honestiùs, hæc poscere, vt ei qui primus versus iambic- um recitaret, vicissim pronuntiet alter parem ex poëta quodam, qui eandem sen- tentiam expresserit: præterea imperare conuiuiarum singulis vt iambicum eloquan- tur versus: tum etiam, vnumquemque tantum carminum proferre, quantum mandatum fuerit, & quæcumque ad literarum & syllabarum contemplationem per- tinent. Iis quæ memorauimus simile est, singulorum ducum qui ad Troianum bel- lum è Græcia profecti sunt, nomina eloqui, vel Troianorum: aut Asiæ ciuitatum vnam data litera quauis appellare, & qui post dicturus est, Europæ vnam, & alios cæ- terarum prouinciarum, ordine mutato, siue Græciæ ciuitatum nomina, siue Barba- rorum postulentur, quod ad parandam rerum cognitionem ac doctrinam non pa- rum prodest. Præmium in his fuit, aut corona, aut laudatio, & plausus, quibus ma- ximè delectantur qui mutuo sese amant. Hæc dixit Clearchus. Atque ego profectò quæ commodè proponuntur, esse puto huiusmodi, ex Homero versus dicere qui incipiat ab α, & in α desinat:

Αγχῶ δ' ἰσαμδὴν ἔπεια πειρόμεντα προσυβδα. &

Αἰὲν ἄγε νῦν μάστιγα, ἢ νῦν σιγὰ δάμνα: &

Αἰὲν ἄγε ἐκκύνες, λαοκίκα τε πειρόμεντα: rursumq; ad hunc modum Iambicos:

Appella bonum virum, qui adfert bona. Aduersa qui equo animo tolerat, bonum putat. Homericos ab ε, exorfos,

E Lycæone genitum reperit inculpatum fortemq;: Iambicos pariter:

Et in ciuitate nostra, quandoquidem adfuturus non fui. Homericos ab ς:

Est despicibilis inopia Dercyle: Homericos ab Ϸ:

Ex ijs qua adsunt vite rationem explica. Ad

Hæc sic fata oculis glaucis Minerva discessit: F 3 Ad

Homerus dixit, in Aphrica terna parere singulas pecudes annis singulis, de quibus lege Muretum cap. 13. 14. Var. Idem cap. 20. 9. Var. ingeniosissime

Πανόπη & Εν- δυμῶνις filius. e Vt turbinem, quâ inflata suba lo- ce vrantur. f Anigmata esse puto hanc sententiam: Quinque classis præ- fecti, pugnam de- cem nauibus com- miserunt. Præliatū saxi, quamuis in æquore saxum nul- lum possit colligi. Bellatores sibi pe- rierunt, ardore pu- gnandi astuantes: & siti, quamuis aqua mentum superaret, depresti ac demeris nauibus. Quidam aquâ mento superiorem interpretantur, sil- lantem δ nauibus striam. Eras. pra- uerb. Inter lapides pugnant, nec la- pidem tollere pote- rât. Plutar. Quæst. 1. quartæ Decadæ Sympos. g eo τὸ ἄλλο: Alij, intermino. h Cibo sit aptus. i Quæsitum hoc est supra pag. 134. k Que de varietate & voluptate coitus quædam scri- pserat. Ion. adag. Philænidis cōmen- tarij. Bædem fere pag. 120. l Alij, eo carminis genere proferre. m Aut eorū qui- bus patria Troia fuit, aut eorum qui Troianū auxilio fue- runt. n Alij, qui iustus est elegans. o Prope adsans alata verba profa- ta est. p Age, nunc stu- ticam, nunc habe- nas piscis. Erasim. prouerb. Arripe ne- gotij curam. q Rotunda senta, & pennas sagit- tas. Reliquos ver- sus Græcos appo- nos non duxi. r Non abstine- s sunt quæstiones de Homeri versibus, quos ἰσοκρίτης vo- cāt: de nominibus, quorum in Homeri poemate reperitur ἀσπασίς: de ver- sibus quorum singu- la vocabula, singu- lis syllabis accre- scunt: de eo quod

Π Α Γ Κ Α Α Ο Σ, perturbatumq; ac corruptum eum locum

ἐπιεικῶς emendauit.

Et Vencrem sa-
tu lous peperit,
e tu unium ne
fulto, quos amicos
esse tibi censet.
p Iliad. 2.

Ad genua Diones^a procidit sacra Venus:
Esse tibi de amicis temperata^b fides.
Ilio ei^cdi^d percauit, inseculi, nullaq, hominum memoria celebres.
Hippolochus me genuit, ex illo natum me profiteor:
Simul omnium Gracorum, nec si Agamemnonem dixeris.
Sapis si fortuna a modestè fers.
Vt cum ab olympo introrsum nubes cælum perrumpit.
Erectum habeo ad omnia, constantemq, animum.

Iambicos itidem:
Homericos ab i,

Eiusdem poetæ ab σ,
Iambicum:
Homericum ab ω,
Iambicum:

Proponuntur iam & ver-

sus carentes σ, vt,

Omnia dare volo, & de meo quidquam addere: ac rursus Homericum quorum

principio ac fine sit nomen alicuius hominis: vt,

Aiax è Salamine decem adduxit vias, id est, naues.

Phylides, quem Ioni charus eques genuit Phyleus.

Egregius medicus Podaleirius atq, Machaon.

Sunt & alij versus Homerici

vtensilium nomina indicantes primis & extremis syllabis: vt

Ὀλυμπίου*, Perenniibus Danais tacito mæroreangebatur θυμός: &

Μυθῶν?, Loquitur rectè, & que vera puit esse quiuis ἀλλο?, alius: &

Λυγρὸς ἐὼν, Tristis ac metuens nequid mali grautoris ἐπαύρη, pateretur.

Sunt

& alij versus, qui primis & vltimis syllabis esculentum aliquid ostendunt, vt

Ἀργυρόπεζα*, Argenteis pedibus Thetis filia marini γέγονε, senis: &

μήτι σὺ^b, Hec tu me inquire singula, nec μετέλλα, perscrutare.

Quoniam verò

longa digressione de griphis prolixè disseruimus, iam dicèdum quas pœnas luebant, qui propositum griphum non enuclearent. Muriam illi bibebant, admixtam suæ potioni, ea lege vt absque respiratione calicem ebiberent, quod Antiphanes docet in Ganymede, his verbis:

A. Hæc me: tu me implicuisti:

Valde me interrogas: at ego aperitè dicam,

Si quid de raptu^c pueri conscius sum.

B. Confestim hoc dicendum, priusquam pendear. A. Num mihi

Griphum hæc proponis, hunc quem dissoluam,

An aliquid sim de raptu pueri conscius?

B. Explicare quod dictum est, nequit: dehinc iam properè

Lorum det aliquis. A. Quale? B. Fortassis id nescis.

A. At mihi multam hanc ne indixeris:

Muria poculum circumferre oportet.

B. Negitini^d verò quo modo id sis ebibiturus? A. Ita sanè,

B. Quo modo? A. Vt id me facturum quidpiam tibi pignori tradam.

B. Hanc ita mecastor, sed reductis in tergum manibus, uno te haustu oportet bibere.

De griphis hæc Deipnosophistæ cum disseruissent, & vespera iam occuparet, quæ dicta fuerant in memoriam reuocantes, in craftinum, sermonem de poculis relecti-

mus. Nam quod ait Metagenis Philoathytes^d, orationem ego mutabo

noua quadam narratione^e, & aduentitia, vt velut in affluetis


patinis ac multis, apud me spectatores epu-

lentur, de poculis sermonem deinceps habiturum.


ATHEN

d Sacrificioris stu-
dij sui.
e Kar' ἐπιπέδου
ἐπιπέδου παρὲς τῆς
γῆρας, inter prolo-
gum, & actum cho-
ri.

c Ad Ganymedem
raptum hoc spectat.



ATHENAEI DEIPNO-
SOPHISTARVM LI-
BER VNDECIMVS.



GE verò quod futurum est sermonis huius initium? vt est apud Cephisodorum comicum, ó amice Timocrates. Nos cum tempestiuè & sedulo ad pocula^a conuenissemus, sedentibus adhuc cunctis, Vlpianus antea quàm de illis diceretur quidquam, sic est locutus. Apud Adrastum^b, ó amici viri, optimates^c ac primarij homines sedentes cœnant: Polyeidus dum in via hostiam immolat, aduentantem Peteum detinet, & in gramen reclinato, fronde loco mensæ infra-
ta, de iis quæ mactata fuerant, apponit. Præterea, Autolyco ad opulentum Ithacæ populum cum peruenisset, nutrix, sedenti, (priscos enim ita cœnasse liquet,) idem officium præstitit. Vlysses, quod scribit poeta^d,

Puerum tenellum oblatum, filia sua^e gnatum,

Euricleia genibus amicis imposuit,

Cœnare cum desisset. Thucy, inquit, id est, super genibus posuit sedentis, non

prope genua locauit. Nos ergo abiecta mora iam decumbamus, vt Plutarchus de poculis quod pollicetur, absoluto sermone, plenos calices omnibus præbibat. Primum igitur ποτήρια scio calices nominatos fuisse à Simonide Amorgio^f poeta, in Iambis, sic:

A mensis deturbarunt eum^g pocula, ποτήρια.

Alcæonidis autor inquit, Defunctis verò humi stratis^h & expositis in latris è gramine tortis, admouit opiparum conuiuium, pocula, & capitibus coronas. Est autem dictum ποτήριον, ἐπιⁱ ποσῶ, id est, poculum etiam pro potione. Athenienses ἐκπαμα, potionem, de aquæ & vini potu dicunt. Aristophanes in Equitibus,

Maxillis^h draconem, stolidum, potorem sanguinis, αἱματοπότην.

Idem ibidem, Multo Bacisⁱ utebatur τῶ ποτηρίῳ, ποτῖ.

Pherecrates in Tyrannide:

Præstantior vna, mille^k poculis.

Anacreon: οἶνοπότης ἦ, Vini potor factus sum.

Est & fictum ab hac dictione verbum οἶνοποτάριον vsurpauit. Sappho libro secundo inquit:

Multa atq, adèò innumera pocula^l ποτήρια Celephis.

Alceus: A poculis^m ἐκ ποτηρίων frequenti vertigine iactata assedi.

In Antheorum tractu, quæ est Achaïæ pars, colitur Ceres ποτηροφόροςⁿ, vt narrat Autocrates libro secundo de rebus Achæorum. Sed antequam longius hæc prosequamur, æquum esse puto numerum poculorum nos quærere, quibus κυλικίον^o, sic enim vocant ar-

marium poculorum^o, plenum est. Aristophanes in Agricolis,

Tanquam armarij poculorum, κυλικίον, velum protensum est.

Alexandrides in Meliloto eodem verbo vitur. Eubulus in Lydia^p:

Perinde ac si iam libauerit,

In armario κυλικίον confregit pocula.

Armaria, τὰ κυλικία, poculis condendis nobis reperit.

Idem in Psaltria:

Idem in Semele siue Baccho:

F 4

Mercurius

a Poculorum ex-
ponendorum gratia.

b Tragedie, vel
alicuius poematis
id nomen est.
c ἀρχαίαι, etiam,
strenui, fortes, belli-
cosi.

d Odysf. v.
e Anticlea vocat
Lærtis.

f Amorgos, insu-
la quedam ex Cy-
cladibus. Crineis-
lius hic fuit, alius
quàm Simonides
Leoprepis gnatus,
Cæus, Suidas.
g Niv: alij, νεῖ:
è mensa nunc sum-
psit calicem.

h Versus Aristoph-
phanis sunt: Ἄλλ'
ὁπόσω μέρησιν εὐφ-
ραίνωσιν ἀγκυλο-
χόλιος. Γαμφήλιος
ὀρέγεται, ἡρόλιος
μηνυμωροπόλιος
etc. Vide interpre-
tem Aristoph.

i Vates Atticus:
Aristoph. interpr.
k Repeita millies
potione.

l Sub. haustit. Qui-
dam legunt, καλή
φῶν: è φόρμωσιν nar-
tas.

m Poculum ferè:
fortassis Panachæa,
cuius meminit Pau-
sanias libr. 7. Vide
Gyraldum.

n Poculorum con-
ditorium.

o οὐκ ὀδύνη: the-
cam reponendū po-
culū comparatam.
p Alj, in Leda.

q Inexorabilis.

Mercurius Maia filius ad nostras preces saecus, In armario poculorum, κολυμβήω, magnificè obtritus est.

Cratinus iunior

in Chirone:

Post multos demum annos ab hostibus reuertor domum, Cognatos, tribules, popularesq; meos Vix inueni, hoc scripsi tamen in poculorum armario, (τῷ κολυμβήω) Adhuc superest mihi curialis & penetratis Iuppiter: Tributa ego pendo.

r Oportet esse in meli.

Quærendum iam nobis est, an maioribus poculis veteres sint vsi. Dicæarchus namq; Messenius Aristotelis discipulus, libro de Alceo, tradit exiguis ipsos bibisse & dilutius. Chamæleon Heraclæotes libro De temulentia, si memoria non excidit illius oratio, inquit, Eos verò qui opibus ad licentiam & insolentiam abutuntur, nihil mirum est ebrietatem hanc antepone. Cùm enim pulchriorem hac voluptatem nullam habeant, aut faciliorem, ad vinum meritò confugiunt. Quapropter diuitibus magnæq; potestatis viris familiaria & vsitata fuerunt ampliora pocula: quod mehercule nec priscum est, nec apud Græcos repertum, sed à Barbaris nuper inuectum, qui nulla humanitate præditi, nullo ingenij cultu polito, ad nimium vini potum incitantur, & curiosos sibi variosq; cibos parant. At in Græciæ tractibus, neque scriptis, neque illorum qui nos antecesserunt, testimonio cognoscemus, insignis magnitudinis aliquod poculum confectum fuisse, præterquam Heroibus, quibus solis id quod ἐν τῷ vocant, tribuerunt. Qua verò id de caussa in dubio est, nisi quis existimet, ita repræsentari, quòd ingrundi & infesti dæmones apparere soleant. Graues autem, & ad infligenda verbera truces, Heroas censent, idq; noctu magis quàm interdiu. Vt igitur non suo pte ingenio, sed ob temulentiam videantur esse malefici, maioribus eos poculis bibentes affinguntur. Rectè quidem eos dicere puto, qui magnum poculum puteum argenteum nominant. In his Chamæleonem ignorasse probabile est, non exiguum fuisse Cissybium, Cyclopi ab Vlysse datum, alioqui exhausto ter illo, non tam vasti corporis homo deiectus fuisset. Fuerunt itaque & tum temporis ampla pocula, nisi vini quis vires causetur, quas ipse Homerus exposuit, aut Cyclopiis scædam & iniucundam potionem, qui multo lacte se ingurgitauerat: vel fortassis barbarum fuit id poculum, cùm magnū esset, acceptum è Ciconum præda. Verùm quidnam dicemus de poculo Nestoris, quod iuuenis quidam vix sustinere poterat, senex tamen Nestor citra molestiam attollebat? De hoc doceto nos Plutarchus. Nam, quod ait Philiæus poëta Pratinas,

Mort alium terram non sulcamus, Sed optans mihi scyphum dari, calices laudaturus accedo, Non vnus tamen ex Cyclicranibus, quos iridens Hermippus comicus in Iambis ait, In agrum Cyclicranum lienis similem progressus appuli: Heraclæamq; vidi pulcherrimum oppidum. Sunt autem illi, vt ait Nicander Thyateirenus, Heraclæotæ, qui sub Oeta habitant, sic appellati, vt idem asseuerat, à Cylice quodam, genere Lydio, Herculis commilitone. Horum etiam meminit Scythinus Teius, in opere quod Historiam inscripsit, his verbis: Hercules captos Eurytum, Eurytiq; filium ideo necauit, quòd tributa exigere ab Eubœensibus: Cyclicranas vastauit, quòd prædas egissent: urbem condidit Heraclæam, quam Trachiniam cognominarunt. Polemon libro primo sui operis ad Adæum & Antigonium, scribit, ex incolis Heraclæiæ, quæ sub Oeta, & Trachinem iacet, nonnullos partim oriundos ex Lydia Cyclicranas, partim Athamanas, Herculi bellorum socios fuisse, à quibus locis indita nomina seruantur: cum his autem Heraclæotas, administrandæ ciuitatis ius non communicasse, quòd, licet simul & permixti habitarent, crederent tamen esse alienigenas: vocatos porrò fuisse Cyclicranas, quia calycis imago humeris esset inusta. Hellenicum, libro de Gentium nomenclaturis, scripsisse noui, Libycorum Nomadum quibusdam, nihil aliud in bonis esse, quàm poculum, gladium, aquale: mapalia verò ex Asphodelo iis construi, angusta, vmbra tantùm captandæ gratia, quæ quocunq; ierint, circumferant secum. Est & apud multos celebris

s Periphrasis: Alij, pilius.

t Posthac sub finem huius libri. r Amplum & capaxorem calicem. x Heroarum genij. y Inepia, ridicula, futilia, puerilia hæc mihi ratio videtur, ne dicam impia: quasi ad maleficia designanda ebrietate infliguntur dij. z Poculi genus vide posthac.

a De hac re citatur Homeri versus paulo post hoc libro

b Alludit hoc vocabulum ad, ῥόδιον καὶ κρητὸν, Macrobius cap. 11. s. Saturn. c Oblongum & angustum.

k Ab asperitate loci.

d Sic populus vocatur. ragas, pabula mutantes, grege & armenta patientes.

celebris in Illyrico locus, quem Calices appellant, vbi visitur Cadmi & Harmoniæ monumentum, quemadmodum scripsit Phylarchus libro vigesimo secundo historiæ. Polemon libro De Morycho tradit, Syracusis in extrema insula, ante delubrum Olympiæ, extra murum, aræ focum quendam esse, è quo nauigantes calicem implent, quem, vbi Mineræ scutum impositum templo non amplius cernunt, in mare deiciant, cum floribus, fauis, integris thuris micis, & aliis simul quibusdam odoribus. Cùm ergo vestrum conuiuium, vt ait Xenophanes Colophonius, hilaritatis & lætitiæ plenum conspiciam,

Nunc enim mundum solum est, pura cunctis manus, Atq; etiam calices: est verò corona quæ circumponitur, plicatilis. Alius in phiala suavis odoris unguentum porrigit: Adstat autem plenum delectationis poculum: Vinum alijs in promptu, quod nunquam se deserturos ac prodituros aiunt, Melliti gustus, in dolijs flores olens. Horum in omnium medio castum odorem ihus spirat, Gelida, dulcis, & sincera aqua est. Adiacent flauis panes, honoratq; mensa, Caseo ac pingui melle onusta. Ara quaquauersum media floribus stipatur: Aedes circumquaq; cantu personant, & conuiujs. Est autem hymnis laudandus primum sapientibus viris deus, Faustis verbis, mundoq; ac puro sermone: Post libationes, ac preces, vt qua iusta sunt Agere possis: hoc enim magis expeditum ac facile est: Nemini vt iniuriam facias: tantum verò bibas, vt te domum recipias Sine anteambulone, nec admodum, velut senex, fastidias: Ex hominibus illum celebres, qui præclara quæuis à potu designat, Vt qua memoria traduntur virtutem foueant.

Nolim ego pugnas Titanum, vel Gigantium commemorare, Nec priscorum Centaurorum seditiosos tumultus: Nec grauius eiusmodi prælia, quibus nihil utilitatis describendis inest: Hæc prudens bene vt prospicias semper curato. Lepidus verò Anacreon inquit: Eum non amo, qui cùm ad pocula supra modum vinum biberit, Rixas & luctuosum bellum canit. Sed quisquis musarum & Veneris incluta dona Commiscens, amabilis voluptatis memor est.

Salutem rex noster, pater, ac seruator: Nobis ad manum esto calix: pocillatores ministri Vinum misceant guttis argenteis: aurum Vino graue in manuum solum veniat: Libantes castè Herculi, & Alcmene, Procleo, Persidis, & auspicijs à Ioue, Bibamus, ludamus, tota nocte cantemus: Satis aliquis: vltro verò huius hilaritatis dux esto Quæ formosa manet sæmina coniunx: Bibito is scilicet quàm alijs magnificentius. Fuerunt & ad conuiuia eorum quos septem sapientes nominarunt, conuentus. Siquidem vinum, vt ait Theophrastus libro de temulentia, senum morosam anxietatem lenit. Nobis igitur ad festas Bacchi has epulas coëuntibus, iure nemo compos mentis inuiderit, vt in Tarentinis Alexis inquit, cùm nulla in re ex vicinis vllum afficiamus iniuria:

Tibi ne hoc compertum est, Quod vitam appellamus quadam consuetudine, Inditum nomen id fuisse, blandioris vt vocabulo Humana fors nuncupetur? Ego profectò, siue rectè, siue prauè,

e Iunonia.

f Cineribus nempe, & relictijs ab igne carbonibus.

g Plicatilis Plauto in Bacchidibus. Pro galea, scaphis pro insignis, corona plicatilis: è complicitate & consuetudine floribus parata. Paullus Plinio cap. 3. 11.

h & ἄσπετος. Ea vox significat etiam liberalitatem, & nam ex tribus gratijs. i Aut dulcis, quæ est mellis: aut suavis, & iucunda. k Sacrum aptum, quæ non nisi à castis hominibus peragenda sunt. l Fortassis crocò tinti, quod apud nos fit: aut è flavo melleo confecti. m Quam sceleribus vitam suam cõtaminare. n Vel scriptis, vel gestis.

o Bacche.

p In palmis sumantur aureæ patere vino coronatæ.

q Nobiles & insignes hoc fuisse viros suspicor quos honoris causa inter deos ac heros nominarunt. r m p cædæ Persis postea viduas meminit.

s Eudæregis: præstiosioribus poculis, libentius, melius. t Odius: alijs dicitur: collocatus meo, consubulationes.

u M nunc mundioso & odio. v Calamitosa, miserata, arumno.

Indicare

*Iudicare me quisquam dicat, refragari non decreui:
Verum hac ubi perpendi, sic sentio,
Planè furiosas esse res omnes mortalium:
Peregrinosq; semper nos esse,
Tantisper dum vivimus: tanquam in mercatum celeberrimum publici conuentus*
Advenientes: ex morte ac tenebris,
In hunc vita cursum transeuntes, atque lucem
Quam cernimus hanc: qui autem plurimum riserit, ac biberit,
Voluptatibusq; Veneris fruendis sibi vendicavit, & retinuerit
Quod aufugit tempus, collatitia cena exhilaratus,
Cum à mundanis discesserit, latus domum⁷ reuertitur. Sed quod ait venusta Sappho,
Ades Venus, aureis in poculis elegantibus temperatum
Nectar ut affundas his amicis nostris, pariter ac iuis.*

*a Cicero Tuscul.
Pythagoram autè
respondisse similem
sibi videri vitam
hominum, ac mer-
catum eum qui ha-
beretur maximo lu-
dorum apparatus,
totius Graeciae ce-
lebritate, &c.
y Aut in suas ades
remeat: aut in do-
mum eternà abit,
que sepulchro est.*

*z Coniuius ad dex-
tram recumben-
sibus: vel in dextri
conuersis.*

*a Tantisper dum
mortui cadaver re-
rebat, qui sinus
prosecuti fuerit, ut
vidiq; mortui faci-
em intuerentur,
rogum iustitantes,
& pyram circum-
euntes, ambulabāt,
designatore inhen-
te, nunc tui dēdō
se conuertētes, vñc
iā dēdō.*

*d Insanum mu-
lierum & coturni-
cum amorem de q̄
qui maximo studio
coturnices alebant
& exercebant ad
publica certamina,
vide Pollucem in
voce ἀλυσσῶν &c.
e Insanos gloria
studio.
f Insanos amore
mulierum.
g Insanos obfo-
nū vorator.
h Insanos vini
desiderio.
i Leniter attinga-
mus, abiter differa-
mus.
k Insanos: talis
prans.*

Dicendum hic est, bi-
bendi modos quosdā esse peculiare civitatibus, ut in Lacedaemonis republica, quod
Critias his verbis declarat: Chius ac Thafius vinum poculis maioribus praebeat ad
dextram^z, Atheniensis minoribus, ad eandem, Thesalus maioribus, cuiusq; libue-
rit: Lacedaemonius appositum sibi poculum ebibat: puer autem rursus affundit,
quantum fuerit epotum. Ad dextram bibere, ἐκ δεξιῶν, Anaxandrides dixit in Ru-
flicis, hoc modo:

*A. Quo pacto vos ad bibendum parati sitis,
Eia nunc dicite. B. Quo nos pacto bibiturū simus?
Eo prorsus, quo tibi videbitur.
A. Placet tibi, o pater, ad dextram ἐκ δεξιῶν dicere,
Omnes qui propinabunt? B. Ad dextram dicere?
Apollo sancte? veluti mortuo? ^a*

Repudianda sanè & abiicienda nobis sunt
fictilia pocula. Nam, ut Critias ait, quos ignominiosè reges Persarum despicerent, ij
fictilibus utebantur. Chætilus poeta^b inquit,
*Magnas opes ego in manibus habeo, calicis undique fracti testam,
Coniuiarum hominum naufragium, qualia multa
Bacchi regis procella seuè ac immaniter distripata eijcit.* Me quidem non latet
sæpius esse iucundissima fictilia pocula, ut quæ nobis in pretio sunt, aduecta ex Co-
pro^c. Subacta cum odoribus terra ea coquuntur. Aristoteles libro De temulentia,
Quas oilulas, inquit, Rhodiacas nominant, & voluptatis gratia afferuntur in conui-
uia, excalcato vino bibentes minus ut inebrientur efficiunt. Etenim myrrha, odo-
rato iunco, & aliis eiusmodi, coniectis in vinum, coquuntur, ideoq; vinum affusum
minus inebriat. Idem in eiusdem libri alia parte scribit, Rhodiacas oilulas fieri, myr-
rha, odorati iunci flore, croco, balsamo, cinnamomo, amomo, cum argilla simul co-
ctis, qua de causâ vinum affusum & potum tam valenter arcet ebrietatem, ut etiam
cocto diculq; vaporoso spiritu Venerem extinguat. Nobis ergo insanè, ἐκμανῶς,
bibendum non est, quamvis suspiciamus horum poculorum elegantium, & omni
genere artificiorum calaturæq; insignium, multitudinem. Chrysippus in Institutio-
ne, cuius argumentum est de iis quæ bona malæ sunt disputare, multos ait, pluri-
mis rebus insaniam, μανίαν, attribuire. Vocari namque τῶν γυναικομανῶν^d, & ἀγρυγο-
μανῶν, & à quibusdam gloriæ cupidos δῶδομανῶν^e, veluti mulierosos, γυναικομανῶν^f,
& qui auiibus delectantur, ἀγρυγομανῶν, idem significantibus his vocabulis, ut etiam non
inscitè reliqua hoc modo nuncupari possint. Nam obsoniorum audior & edacior
velut ἀλομανῶν^g est, vinofus ἀνομανῶν^h, & in cæteris similibus hoc pacto, insaniam haud
ineptè de illis dicta, qui insanè peccant, & aberrant longius à veritate. Nos igitur,
quod Athenis fieri solet, simul audiamus hos ridiculos mimos, & de aliis Bacchi arti-
ficibus, quædam pitissimusⁱ. De his Philochorus sic narrat: Athenienses ludis cer-
taminibusq; Bacchi, primum cum ientassent^k & bibissent, ad spectacula se confere-
bant, coronisq; redimiti spectabant. Toto verò tempore quo agebantur ludi, vinum
ipsis miscebatur: afferebantur bellaria: choris scenam ingredientibus ad porum vi-
num affundebatur, rursusq; à scena discedentibus, posteaquam certassent. His at-
testatur

testatur Pherecrates comicus, ad cuius vsque sæculum, qui spectabant, ieiuni thea-
trum non adibant. Phanedemus autem, inquit, haustum è doliis mustum ad ædem
Bacchi quæ est in Limnis¹, deo miscuisse, deinde ipsos bibisse, ac propterea voca-
tum fuisse Bacchum Limnæum, quoniam aqua mixta tum primum temperatū mu-
stum biberunt: eademq; ratione fontes, ac nymphas, Bacchi nutrices appellari, quo-
niam aqua permixta vinum augetur. Cum igitur bibissent vinum sic temperatum,
læti, ac hilares Bacchum versibus canebant, nunc floridum inuocantes, nunc Di-
thyrambum, nunc bacchantem furiosumque Bromium^o. Theophrastus libro de
Temulentia scribit Bacchi vera nutrices fuisse Nymphas, ideo quòd putata vite
manat humor plurimus, & naturâ vitis lacrymatur. Quapropter Euripides ex equis
Solis vnum inquit esse Æthopa^p Bacchicâ, floribus propitium, autumno vineorum
confortum ordines maturantem, indeq; mortales vinum ἀδονῶν nominasse.

*Quin & Ulysses^q praebeat suavis gustus vinum rubrum,
Impleta patera, vigintiq; mensuras aquae affudit:
Odorem iucundum spirante poculo:
In hederaceam pateram fundebat liquorem immortalem ad mensuras viginti, atrum,
efflorescente spuma.*

Homines certè quof-
dam scio, o viri coepulones, elato animo non tam gloriatos fuisse quòd diuites alio-
quin essent, quàm quòd argentea & aurea pocula multa possiderent. Eo fuit ingenio
Pytheas ex Arcadiæ Phigalia, qui excessurus vita, familiaribus suis diligenter man-
dauit, suo ut monumento hæc inscriberent:

*Pythea monumentum hoc est, boni, prudentisq; hominis,
Cui poculorum innumera vis fuit,
Argenteorum, aureorum, & ex electro^r lucido:
Plura multo quàm priores in epula is absumpsit.*

Hoc scilicet narrat Har-
modius Lepreates libro de legibus Phigaliæ. Xenophon octauo libro institutionis
Persarum, ait, eos si calices plurimos habeant, ostentare, & de se ob id sentire magni-
ficè, nec vllo pudore tagi, quamuis apertè iniquis modis & artibus quæ sita sint, quòd
apud eos iniustitia multum possit, & turpis quæstus. Oedipus ob pocula filios deuoi-
uit, ut autor est qui scripsit circularem^s Thebaidem, quòd apposuissent ei pocula
quæ auerfabatur. Poetæ hæc oratio est:

*At Iouis proles heros flauus Polyneices,
Primum quidem mensam Oedipodi pulchram apposuit,
Argenteam, Cadmi, rerum diuinarum consulti: deinde
Auream vino suavi, speciosamq; pateram impleuit.
Ceterum ut ille animaduertit admotam sui patris
Pretiosam supellectilem, magno dolore percussus animus est:
Confestimq; liberis suis duobus est diras
Calamifosas imprecatus, quod furias deas non latuit,
Patriam ut hereditatem beneuolè heriscere non liceret,
Sed perpetuis bellis prælijsq; disiderent.*

Cæcilius rhetor in Attica pul-
chra natus in Historia sua tradit Agathoclem^t tyrannum aurea pocula familiari-
bus ostentantem, dixisse, ex quo figulus erat, fabricata illa fuisse. Apud Sophoclem
in Larissæis Acrisius^u pocula quamplurima habuit, ut ait Tragicus:

*Aere certamen externis omnibus per præconem denuntiat,
Aereos lebetas pro premio futuros significans,
Et aurata vasa, & ex argento solido
Pocula numero sexaginta bis.*

Poseidonius libro vigesimosexto historia-
rum, tradit Himerum, qui non Babyloniorum tantum, sed & Seleucensium adeptus
est tyrannidem^v inuitato ad cenâ cum trecentis Lysimacho, sublati mensis, argen-
teum poculum^w cuique trecentorum præbuisse, pondo minarum quatuor, ac post
libationem, simul omnibus præbuisse, voluisseq; suum ut singuli auferrent poculum.
Anticleides Atheniensis libro decimosexto Reuerfionum, cum de Gra^x loquitur,
(co

*1 Limna, vicus
Attice, ubi templū
Bacchi fuit, quem
inde Limnæum co-
gnominant. Ari-
stophanis interpr.
m Eius meminit
Pausanias lib. 1.
y Quod veluti iu-
nus duas penetra-
re: in d'uo d'uegs
169.*

*o A mugitus, stre-
pitu, stremitu.
p adonæ, vel, à
calore, vel d'ua
adon, quod v'rat.
q Ouidio 2. Metam.
equi solis sunt,
Phlegon, Pyrois,
Heons, & Aethon:
pro quo legendum
Aethops.
r Odyss. 11.
s Cyclophum hi-
storia.
t Nsephōt, quod
nuper è lacu suscit.
u Lacrymâ per-
spicuo candore si-
milem.*

v Succino.

*x Κυκλιώ: aut
in hominum cir-
culo cani soltam:
aut carmine in se-
ipsum quodam ve-
lut orbe redeunte
scriptam.*

*y Huc pertinet
Ansonij versus: Ex-
ma est fictilibus co-
nasse Agathoclea
regem, &c.
z Danaë pater.*

*a Alij: Lysima-
chum Babylonium
inuitato ad cenam
cum trecentis Hie-
mero, qui
b Quo libarent.
c Græcorum re-
ge, à quo fortassis
appellati Græci.*

(eo nimirum, qui cum aliis regibus in Lesbum, coloniam classe misit,) narrat illis oraculo mandatum fuisse, vt inter nauigandum Neptuno virginem in mare proiicerent: additq; insuper, Methymnæos quosdam hanc fabulam de submerfa virgine narrasse: amore illius correptum ex ducibus quendam nomine Enallum, in mare defutuisse, natantem & vrinantem, vt adolescentulam seruaret, sed ambos fluctibus & vndis obrutos, amplius visos non fuisse: verum post aliquod tempus cum Methymna rursus habitaretur, Enallum eò peruenisse, ac quo pacto euaserat exposuisse: virginem illam quidem degere apud Nereidas, equos verò se Neptuni pascentem, concitato demum fluctu inuolutum & abreptum, vrinando emerfisse, cum sympulo rotundo, paruo, admodum vetusto, auribus valde contusis, vndecim aureis literis per ambitum inscripto, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, Iouis seruatoris, auro tam excellenti & admirando, vt quod ipsi habebant cum eo comparatum videretur ab ære nihil differre. Tale profusus nos literatum poculum argenteum conspeximus, dicatum Dianæ, in Campaniæ Capua, insculptis Homeri versibus elaboratum, & illis quidem aureis literis exaratis, quod fama Nestoris fuisse increbuit. Achæus tragicus in Omphale de literato poculo Satyros hæc dicentes fingit:

d' ἔργα κέραιον. e Ansis vrinant; po sit.

f Literis insculptum.

g Stolidè hoc, Homerus Nestor multum precessit. Itaq; Homeri versus in eius poculo scribi non potuerunt. h Efficiunt hæc litera cōiuncte διαυροπρο δ' ἰουβου.

i vt ἰουβου: qd: filio. h Regius: quidam, breui syllaba.

l Citatur hic locus emendator pag. 339. Vide Leopardum cap. 15. 8. E. mend.

m Gallina, iuuenula.

n Quod filius tuus habuit.

o Petalantibus, la scinis, iugitiosis, inordinatis.

p Fortassis Dimos, quod in vorices tonatus sit.

q Cotyla, hemina, semifextarius, cyathi sex, ἑξ ὀβολῶν ἰσχυρόν.

r Gazæ, amphoram.

s Opinonibus, et iis que hominū longa consuetudine inuenerunt, ad iustitiam.

t cūctis, tenebra: dicitur: vertigo tenebrosa: Festina hic ἀμφιβόλια ἔδωκεν ἰσχυρίην, ἔδωκεν, poculi.

u Poculum furata est? hoc indignum profusus: Alia est hæc elegans ἀμφιβόλια, mutatione accētus, eadem scriptura.

Iam diu me poculum dei vocat
Literas monstrans h, delta, iota, & tertiam
o: iuncta verò v: sequitur vltro volens v:
Ac post id, quod σαυ, vocatis, & o.

In his deest postremum elementum v, quoniam litera o, vtebantur omnes Achæi, non solum ea facultate qua nunc pollet, sed etiam cum diphthongum significabat, o tantum pingentes. Iidem similiter v scribunt, & cum solum per se profertur, & cum adiuncto i. In iis ergo quæ adducta sunt, Satyri δ' ἰουβου vltimæ syllabæ, per o solum compendiosè sculptæ, literam v, adiciendam esse innuerunt, vt integra dictio sit δ' ἰουβου. Iidem σαυ, pro σ, more Dorico dixerunt. Etenim musici, vt multis in locis Aristoxenus ait, pronuntiare σ reculant, quod dura & aspera sit eius prolatio, minimeq; tibiarum modis conueniens, contra, ς, ob faciliorem & blandiorem sonum crebrius assumunt. Equos quibus impressa est nota literæ σ, Samphoras appellant. Aristophanes in Nubibus:

Nec ipse, nec iugatorius, nec samphoras. Pindarus ait: Prius verò cadebant prolixæ dithyramborum vocales, & impurum σαυ, δ' mortales.

Eubulus in Neottide poculi quod literatum vocant, sic meminit:

A. Pestimum odi literatum poculum:
Quandoquidem exiguam phialam ei similem cum meus haberet filius abiit peregre.
B. Huic sanè multa similia. Guala, Philetas in Aractis à Megarensibus

pocula vocari tradit. Parthenius Dionysi filius libro primo De vocabulis quæ sitis apud historicos, ait, Gyalas speciem esse poculi, vt Marfyas Herculis sacerdos ad hunc modum scribit: Ciuitatem rex cum ingreditur, obuius quidam sit cum Guala vino plena, è qua in manus accepta libat. Est & poculi nomen Dinos. Dionysius Sinopenfis in Seruatrice, huius meminit, cum nomina recenset poculorum, sic:

A. Quot verò pulchrorum genera sunt Thericleiorum,
O mulier, Dicotyla, Tricotyla, ingens Dimus,
Qui metretam capiat: Cymbium, Scyphus, Rhyta,
Pocula, qua vetula, & aliud præterea nihil, aspicit.

Cleanthes philosophus libro De sumptionibus, Thericleios calices & Diniadas vocari scribit ab iis qui fabricati sunt. Seleucus præfatus Dinon esse poculi genus, ex Medea Stratidis hæc citat: Ngu, cui simile sit, è Creon, tuum caput.

Noni profecto: nimirum pertuso subituo Dimo. Archedicus in A berrante, seruum quendam inducit de meretricibus loquentem ad hunc modum:

A. Nicostratam quandam adduxi valde diluculo,
Adunco naso, quam Scotodinen cognominant,
Propterea quod in tenebris dinon argenteum surripuit aliquando.
B. Δεινον: è δ' εὐνοῦ ὁ boni dñy. Est & δ' εὐνοῦ saltationis genus, vt Apollonaphanes in Daulide monstrat his verbis:

Δεινον

Δεινον hic δ' εὐνοῦ est, quemadmodum & καλαβιον. Telephilla Argiua Aream dei non vocat. Cyrenæi pollubrum deinon appellant, vt inquit Philetas in Atticis. Silenus & Clitarchus in Linguis apud Clitorios Δειπασσα vocari pocula tradunt. Antimachus Colophonius libro quinto Thebaidis ait:

Omnia profusus que aduenis imperauit Adrastus
Vt facerent: nunc aquam, nunc syncerum ac purum mel
In argenteum poculum prudenter miscuerunt:
Ac confestim regibus Achiuorum Δειπασσα, pocula, distribuerunt
In manum, conuiuantiibus, statimq; ad libationem affuderunt,
Aureo gutto.
Alij calicem ex argento solidum, siue Δειπασσα, pocula,
Afferant aurea, qua domi apud me reposita sunt.

Idem rursus: Idem in iis quæ sequuntur deinceps: Et aurea Δειπασσα, pocula, & illasum Celebeion, Melle pleuum, quod ei commodum sit. δ' ακτυλωτον poculum, digitatum, Ion in Agamemnone vocauit, sic: Munus pedum cursu dignum afferet, Digitatum poculum: intactum igni: Pelia insigne premium, opus Castoris.

Epigenes poculum interpretatur auritum ex vtraque parte, in quo capiendo digitos vtrinque diuidunt: Alij quod in orbem velut insculptos digitos habet: alij, poculum in quo eminent tuberosa quædam, qualia è Sidone aduehuntur: Alij læue. Quod autem dixit ἀγρευτον πυελ, ad imitationem est Homeri, qui leberem ἀγρευ, ignis expertem, appellat, vel idoneum excipiendis aquis frigidis, vel ad gelidæ potionem aptum. Quidam corneum vas intelligunt. Circa Molortidem narrat bobus inuictatæ magnitudinis esse cornua, è quibus pocula quomodo fiant Theopompus memoriæ tradit. Ex iis poculum habuisse probabile est. Iolcus certè Molossia vicina est, in qua Pelias ludos edidit. Satius quidem est dicere, inquit Didymus in eius fabulæ expositione, Epigenem oscitanter ac negligenter carmen illud Homeri, Quinto phialam vtrinque auratam, & intactam igni, apposuit, intellexisse, quod putauerit ἀμφιβετον φιάλην esse poculum, cum ea sit æneum, lebeti simile, vndique latum, quod commodum est ad recipiendam frigidam: at δ' ακτυλωτες phiala, id est digitata, intus velut in orbem cavitatem habet, & tanquam digitos, qua circumprehenditur. Quidam ἀγρευτον φιάλην esse volunt corneum vas, quod ad ignem non conficiatur. Fortassis autem, per metaphoram figuram, Phialam Homerus poculum dixerit. Philemon in Atticis nominibus, aut Linguis, cum antea multa disceptasset, Calpis, inquit, digitatum poculum, & vtrinque auritum, in quo amplectendo ex vtraque parte disparantur manuum digiti: Alij poculum esse putant, in quo digitorum figuræ per orbem apparent. Elephantem poculi genus appellatum fuisse Damoxenus ait in Seipsum lugente:

A. Hec si poculo contentus non es, Elephantum qui ferat
Aduenit puer. B. Per deos, quidnam hoc est? A. Rhyton,
Ducbus salientibus vinum effundens.
B. Quam amplum? A. Congitorum trium capax:
Alconis opus. B. Olim verò prabibebat mihi
Lubenter in eo Cypselus. Huius poculi meminit Epinicus in Supposititiis, cuius testimonium citabo, cum de Rhyto verba faciam. Ephebus poculi genus est, quod nunc Embasiceeten nominant. Sic vocari scribit Philemon Atheniensis libro De Atticis nominibus, siue linguis. Stephanus comicus in Philolaone ait,

A. Huic prabibebat rex κόμην quendam
Nouam. B. Quidnam hoc est? A. Poculum.
A. Κόμην quædam est circa Thurios,
In quam olim ego difficulter perduetus sum,
Et ad Ephebos, δ' Σοφία, ac eos sanè tractatu difficiles.

Lyncus Samius Hedypoti

α Saltatio hæc mo lesia est. Eadē ἰουβου: quæ & prozema.

β Alterum genus saltationis, vt & καλαβιον.

γ Confrimus l. b. De die natali cap. 24. Argiuam melicam præ riam minutiores edidisse mevos scribit.

δ Sub. executi sunt. Antimachus ille prolixo ordine ac recto tractatu bellum Thebanum excusos l. bro 24. ab interitu Moleagri usque ad reditum Diomedie continuauit: reliqua morte preuentus non potuit absoluer. Tumidū Catullus vocat.

ε Exigua Cerebe, poculi genus de quo paulo post.

ζ Non pustulatum, scabrum, asperum.

η In quo faciendo igne non est opus. θ Thessalia regionum. Vide proer. Boi Molossus: 5. Leopardum c. 19. 5. f. Oppidū Moquefia regionis Thessaliae, que sita est inter Pelion & Ossa.

ι Iolco.

κ Inuenes Græcos qui Latium f. via fasiliam iterum in expeditionem Colchicam comitarentur, inuitans, & cognos.

λ Δειπασσα: fortassis ἀφαιμα: τθ, vt paulo antea: in expositione eius cursorum certaminis.

μ Coniua. Homerus Iliad. 4.

ν Ab insigni magnitudine & capacitate.

ξ Δικρυπτα.

ο Cypselus Corinthiorum tyrannus, cuius meminit Herodotus in Terpsichore.

π Petronius, Quæ so, inquam, domina, certè Embasiceeten inseras danti, &c.

ρ Κόμην pagus, vicus: hæc genus poculi.

σ Hic lupanar.

τ Hic prostitutos pueros.

θ Δειπασσα: hæc genus poculi.

asportu graues, pa- rum humanos ac... Ex Europa in Africam transiit: ad Geditanum fretum, & columnas ab eo distas. Macrobius cap. 1. Saturn. a Insulam Oceani, in qua Geryon regnabat. Hyperionis filius, quem caelo & terra genitum apud poetas legimus. c. Dens pines, heros, & clarissimos viros Iouis filius dicit antiquitas. De illo haec sunt audienda cui Odan suum nuncupauerat Stesichorus: alioqui Phobus Iouis filius & Latone filius.

d Nympharum, qua occidit ex-sipiunt hospitio.

e Gigantum bellum. f. Macrobius cap. 1. Saturn.

g. h. e. colum: h. Quasi dimidiata: tumant per mediu seclum. Dimidiati mali eam figuram fuisse coniecto.

Hedypotides, inquit, Rhodios aemulatione quadam pro Thericleis Atheniensibus fecisse, cum Atheniensis diuitibus solis eo pondere ac mensura fabricati essent, Rhodij vero propter leuitatem, eiusmodi poculorum elegantiam communicarent etiam cum inopibus. Horum sic meminit Epigenes in Heroica:

Psylleria, Cyathum, Cymbia, Rhyta quatuor: Hedypotidas, tres: colum argenteum.

Semus libro quinto Deliadis ait, Deli consecratam esse auream Hedypotida Eche-nices mulieris indigenae, cuius idem meminit octauo libro. Cratinus iunior:

Ab Archeponte Hedypotidas duodecim.

Pisander libro secundo, Herculeam pateram esse tradit, qua vetus Hercules oceanum traiecit: Herculi vero illam oceanum commodasse. Poculis fortasse quia heros amplis gaudebat, per iocum scriptores, ac poetae, eum in poculo nauigasse fabulati sunt. Panyasis libro primo Historiae Herculis, refert ipsum a Nereo Solis phialam cum impetrasset, ad Erytheam nauigio peruenisse. Bibacem inter alios Herculem fuisse antea nos memorauimus. Solem quidem ad occasum tendere, inuictum poculo, Stesichorus sic ait:

Hyperionides sol in auream pateram descendit,

Oceanum ut emensus,

Ad sacra obscurae noctis profundas sedes accedat,

Ad matrem, & etate florentem coniugem,

Ac charos liberos; ille vero per nemus incedit lauris opacum;

Suis pedibus, Iouis filius.

Antimachus:

Tum vero in aurea patera

Solem deducebat illustris Erythea.

Aeschylus in Heliadibus:

Erat & in occasu patris forte fortuna a Vulcano fabricata patera,

In qua longum sui cursus meatum per fluctus ille peragit,

In blandimenta liquida, ac nigris equis insidentis noctis sese recipiens.

Mimnermus in Pumilionibus, In lecto aureo, inquit, ad illum usum a Vulcano facto dormientem solem ad exortum permeare, obscure sic indicans poculi cauitatem, his verbis: Quotidie sol laborat,

Nec unquam vel illi quies est,

Vel equis ipsius, ubi roseis digitis Aurora

Oceano relicto in caelum conscendit,

Solem enim vehit perquam grauium ipsi cubile,

Cauum honorandi Vulcani manibus & malleo cufum:

Aureum: quasi alis subnixum per summos fluctus aquoris,

Inter dormiendum raptum ab Hesperidum & cetu,

Ac Aethiopum regione, ubi tum velox eius currus, tum equi

Subsistunt, donec aurora diluculi mater redeat:

Tum enim Hyperionis filius alios & recentes conscendit equos, qui vehant.

Theoclytus libro secundo de Tempestatibus ait, in lebere ipsum nauigasse, cum idem antea prior dixisset qui Titanomachiam composuit. Pherecydes libro tertio historiarum, cum antea multa de Oceano differuisset, subiungit, Hercules vero arcum in ipsum distendit, tanquam sagitta percussurus: Sol autem cessare iussit: terre factus destitit: eius obsequij gratia pateram Sol auream dedit, quam nimirum cum equis ferre solet, ubi lapsus noctu in Oceanum, ad Auroram habenas extulerit. In ea patera ad Erytheam Hercules proficiscitur: at dum nauigat, Oceanus, eius fortitudinem ut experiretur, fluctuum imaginem obicit pateram exagitantium: Hercules vero in eum arcum dirigit, tanquam sagittis petiturus: quod veritus Oceanus, id moliri ut desineret, praecipit. De Ethanio in Aegyptiaca Hellanicus scribit, in hominum eius nationis aedibus suppellectilem esse, phialam, cyathum, & exiguum colu, ex are omnia. Pamphilus in Linguis, poculi quoddam genus ab Atheniensibus nominari tradit ἡμιστρομαῖον a figura. Thericleum poculum ad latera depressum est, satis profundum, auribus hinc illinc prominentibus, ut in vulgari calice. Alexis in Hefione, Thericleo bibentem Herculem inducit, ad hunc modum:

Vix tandem placatus,

Calicem

Calice in postulat, quem ubi dederunt, crebro

Hausit, ut, quod iactatur prouerbio,

Semper quidem prorsus vter & semper saccus,

Homo sit.

Calices Thericlea pocula fuisse aperte declarat Theophrastus, in libris de historia plantarum, quo loco de Terebintho verba facit, atq; eius ligno calices tornari Thericleos, quos a fistilibus nemo discernat. Eos calices fama est a Corinthio figulo Thericle factos, vnde & impositum nome, Aristophanis Comici saeculo. Calicis meminit Theopompus in Nemea his verbis:

A. Huc ades, o Thericleis fida proles,

Generosa facies: recte nos te vocauerimus

Natura speculum, quod plenum si dabitur,

Nihil sane unquam aliud ego sugam.

B. Hec tu anus Theolyte. A. Quis es qui me vocas? B. Tibi amicissimus.

A. Quo te nomine salutabo? B. Accede huc ad me Theolyte,

Accede ad nouitium conseruum tuum. A. Hic belle

Igniculi mei scintillam non in cassum excitat.

B. Ego bonis auibus benevolentiam propino tibi.

A. Bibe quantum lubet, quod comedas equidem postea dabo.

Cleanthes in opere De sumptionibus, sic ait: Quae igitur sunt ab hominibus inuenta eiusmodi, atque etiam reliqua, ut Thericleum poculum, Deinias, Iphicrates, eos qui inuenerunt primi, ostendunt. Nunc profecto manifestum id est. Hoc si factum non esset, haud parum nomen foret mutatum: verum, ut diximus, iis quae fortuita sunt, non est fidendum. Alij tradunt Thericleum poculum dictum, quod in eo sculptae ferarum pelles essent. Pamphilus Alexandrinus, quod Bacchus dum feras quae vehunt quatit, hoc poculo libat. Huius sic meminit Antiphanes in Similibus:

Vt est canatum, (nam qua intermedio tempore facta sunt volo coniectere)

Et Iouis Seruatoris instrumentum aduenit,

Plenum guttis expressis venerando labore,

Amoena Lesbii, spumans, accepit quisque dextra manu.

Eubulus in Dolone:

Vas ego nunquam laui:

Purius quidem fistile reddidisset ego

Quam Thericles suos calices, iuuenis cum eram.

Idem in Aleatoribus:

Calicem nuper e melandryo factum, Thericleum, nimum spumantem,

In remulentorum manibus frequentem, fremente sono circumstrepentem:

In orbem speciose ductum, affluentem scaturigine verberem,

Nitentem, ad lucem resplendentem, ablusum, onustum hedera,

Quem domum Iouis seruatoris vocant.

Araros, siue Eubulus in Campylione:

O figlina terra, olim Thericles

Te fabricatus est caui lateris dilatato fundo,

Cognita ad eorum mulierum natura,

Qua poculis exiguis non delectantur.

Alexis in Equite,

Et Thericleus calix corona in orbem aurea,

Ornatus, non vulgari, & plebeia quauis.

Idem in Epaco:

Mero plenum Thericleum ebibit,

Cauum, quod superfuebat.

Timaeus libro vigesimo octauo Historiarum, his verbis Thericleum calicem appellat: Polyxenus quidam ex eorum numero qui rempublicam Taurominitanorum gubernabant, missus ad Nicodemum legatus, & muneribus aliis, & calice Thericleo donatus, rediit. Adaeus libris De affectione, Thericleum & Carchesium idem esse autumat: contra differre censet Callixenus in suis libris de Alexandria, cum ait, in pompa quosdam Carchesia gestantes, quosdam Thericleos calices, incedere. Quale sit Carchesium, posthac nos monstrabimus. Craterem etiam quendam Thericleum nominant. Huius meminit Alexis in Cycno:

Latius vero in medio Thericleus crater

G 2

Constitit,

i Bibacem edax, vter vinarium, culicis: Sacco frumenta condantur. Vnde prouerbium, Vres thylaci. k Cap. 4. libr. 5. Erasmi prouer. Thericlei amicus.

l Alloquitur anu calicem. Sic anu apud Plautum in Curculione: Salue anime mi Liberi lepos: vini ut vetusticupidia sum: &c. locu vestitus cetera. m Sic Plautus: cuius vox sonat poculi? &c. n Quidam Translationibus. o Sub nomen seruant.

p Iyures.

q Quidam, nelo. r Libatorium poculum. s Mytileno vino.

t Rotunda & fistula quercus medulla. Theophr. cap. 4. 5. hist.

u Dum fruet suum: dum vinum affunditur.

x Vel, celatum hedera filijs, vel hedera fronde corona tum: ut paulo post. y Aarros, & nota volubilis.

k Quidam inuenerunt: paulatim hauriens.

l mibi delectatus. Quidam, de dispositione.

a Supra lib. 5.

b Haec vox signi- ficat... c Sub. elubet. quiddam... d Argentii cupido, anatro. e Sumptum ab us, qui ab militare... f Bortasii: qua de causa... g Vi paulo antea... h Theocrito. o Maiore impetu, conatu robore, ver sus scribat. p Sub. habent. q Possessionum, ex praediorum, patri- moniorumq; preside- dem. Bius statnam iusta ararium po- nebans. Eius memi- nit Pauja. lib. i. r De Ambrosia vide pag. 11. s aeg. didan. vsq; fcs genus, dicitur a profundendo: Sym- pnuu. Evajm. pro- uer. 1007 sap. legit, prochoaido, q (ex tefichio) mercuriu interpretatur, forte que prima duci- tur, versus hos se reddens: Sortem quam trahunt aliq quidem e prochoi- dio, aliq e cadisco temperato par pa- ri. Pallaci cap. 9. lib. 6. in Viscer. rione prima carnis portio Epau xlyq, id est, Mercurij fors appellatur. Vebere ad sacrum succes- sum bona scem

Copulit, candido neclare annofo, Plenus spumans, quem cum vacuum offendiffem, deterfi, vt splenderet effeci, tutum pede Statui, & adnexis hedera ramis fructu granibus Coronari. Femino genere Menander vsurpat in Theoporumeno^b: E dimidio temulentus, τὸν θετικλοῦν, trium heminarum^c. Dioxippus in

Philargyro^d:

A. Τὸν θετικλοῦν μεγάλως, magno calice Thericleo mihi opus est. B. Probè noui. A. atque etiam Rhodij poculis: nam lubentiffimè

His poculis bibere semper confueui.

Polemon libro primo de

Athenarum arce, neutro genere protulit, ad hunc modum: Aurea Thericlea, subtrus ligno fulta Neoptolemus dedicauit. Apollodorus Gelous in Philadelphus, aut In- dia sibi mortem consciscente, ait:

Deinde stragula vestes, argentea vasa, Thericlea tornata, sumptuosa, & alia pocula.

Aristophanes in Philonide:

Itaque mihi nuper herus Virutis pramium, Thericleorum, in orbem^e circumactum scutum, Superne spumans, delicatum, par pari temperatum,

Porrexit ac dedit, vt arbitror, quod esse me probam ac frugi cognouisset: Deinde libertatem est largitus, benigne & amice me vino cum madefecisset.

Theo-

philus in Bœotia:

Heminarum quatuor calicem fictilem quendam E Thericleis, quod velim credas, miscet,

Pulchre spuma feruescentem: at Autocles Incassum & inconcinne dexterum Humerum sustulit^f.

Idem in Præridibus:

Thericleum calicem affert, qui plusquam amphoras septem caperet, Prospera^g fortune.

Pamphilus libro De nominibus, Cyprios ait poculum

vocare Isthmum. De Cado, Simmias Anacreontis poculum explicans ait,

Pranfus equidem sum, contracto itry^h paululo: Vini autem cadum exhaufi.

Epigenes in Paruo monumento:

A. Crateres, inquit, cadis, peluesⁱ, & adepol, crouneia^k: verum quid opus est omnia sigillatim memorare?

Istis oculis tu conspicias. B. Aduenisse regis filium ais? A. Ita sanè,

Pixodarum scilicet.

Hedyllus in Epigrammatibus:

Bibamus^l: etenim nouum aliquod inter bibendum Reperiemus, ingeniosum^m, ac mellitum carmen:

At cadis vinum effundens, irriga, & dicit, lude Hedyle: qui inani cantu contendis, non autem ebrietate curas demulces.

Idem alibi:

Ex aurora in noctem, & ex nocte Passfoles In auroram bibit, cadis quatuor congios capientibus:

Deinde repente, quocumq; fors iulerit, abit: sed inter pocula, Siculoⁿ vate ludit multo suauis:

Eo tamen validior^o: sic illius affulget Lepos, quamobrem o charum caput, ad temulentiam bibe, & scribe.

Cleitarchus

in linguis tradit ab Ionibus cadum vocari κερχίμου, fictile. Herodotus in tertia Phœnice: Non, inquit, vini cadum^p. Philemon in opere citato, Cadiscum esse tradit poculi genus. Vas quidem certè illud est in quo Iouem κέρχου^q collocant, vt inquit Anticleides in Expositionibus suis hoc pacto: Iouis Ctesij sic imago statuenda est. Cadiscum, nouum, vtrinque aurium, deponere: eius aures alba lana corona: si- mulacri dextrum humerum ac frontem croceo peplo vela, quemcunque repereris.

Iuppiter enim Ambrosiæ^r puram aquam in potestate habet, & oleum, ac omnium fructuum copiam, quos immittit. Cadisci præterea meminit Straton comicus in Lepnomena, sic,

Mercurius, quem hi precantur ac innocant prochydio^s.

Alij

Alij cadisco, par pari temperato. Cantharum nomen esse nauigij cuius è plebe notum est. Sic etiam vocari poculi genus Amicipsias inquit in Cottabo ludentibus:

Auia, fer acetabula & cantharos. Alexis in Crateua, vbi de quodam in cau- pona potante loquitur, ait:

Hermæiscum deinde conspicio, ex istis viris quempiam, Cantharum, qui prope adest, inuertentem,

Stragulaq; ac suam sportam. Eubulus sæpius vtitur hoc nomine in Pamphilo: Ego verò, inquit, nam è regione fuit

Suarum adium, noua & ampla canpona, Hic obseruabam puella victum:

Intereaq; inbebam congium mihi canponem miscere oboli pretio, Et cantharum apponere maximum.

Idem rursum:

Idem alibi:

Homeri iudicium id fuisse, qui frugi & continentia vitæ sapius anteponar voluptate dissolutam & dissolutam, his verbis:

Apud Iouem dæi in concilium uocati sententias dicebant,

In aureo solo sedentes, quibus Hebe ueneranda

Nectar ministrabat, illi uero sese aureis pateris

Inuitabant uicissim.

Apud eundem Menelaus:

Nihil aliud nos

Difunxit cum & amaremus, & alijs uoluptatibus oblectaremur.

ac rursum:

Sedemus epulantes carnes innumeras, & suauem merum.

Quapropter apud

Alcinoum Vlysses Delicias & libidinosam Lasciuam asserit vitæ finem esse. Omnium hominum primi celeberrimi luxu Persæ fuerunt, quorum reges Susi hyemarunt, æstiuarunt in Ecbanis: Susa Chares & Aristobulus uocari tradunt ob pulchram amœnitatem loci: σούσα enim Græco sermone liliu appellari: in Persæ poli per autumnum morari, Babylone uero, anni reliqua parte. Parthorum etiam reges uer traducunt Rhagis, hyemant Babylone, alibi quod ex anno superest. Insigne uero quod suis capitibus reges Persarum imponunt, uoluptatem eos captasse minimè negat. Quod enim scribit Dinon, id ex myrrha conficiebatur, & odore illo quem Labyzon nuncupant. Suauiter quidem Labyzus olet, & multo pretiosior est quam Myrrha. Cum autem rex, inquit Dinon, e curru descenderet, nec ille desiliebat, etiam si exigua foret a terra altitudo, neque ut exiret, manibus circumstantium sulciebatur, sed ei semper admouebatur aurea sella in quam egressus e curru ascenderet, cu

ret, cuius rei gratia semper regiae sella gestator sequebatur. Eius autem custodes sunt, ut scribit Heracleides Cumæus libro primo Rerum Persicarum, trecentæ mulieres, quæ ut uigilent noctu, interdiu dormiunt, & per noctem ardentibus lucernis perpetuo canunt, ac citharam pulsant. Cum illis rex per stationem clauatorum excubitorum perductis sæpius rem habet. E classe hastatorum clauatores ij fuerunt, omnes Persæ natione, numero mille, uirtutis ac fortitudinis ergo selecti ex decem Persarum millibus, quos uocant Immortales. In horum summis hastilibus aurea mala extabant, unde & nomen. Per illorum stationem pedibus rex transibat, tapetibus glabris substratis, Sardianos appellat, per quos incedere alij nemini quam regi concessum erat. Ad extremam illorum stationem cum rex peruenisset, in currum ascendebat, & aliquando in equum. Nunquam certè pedes e regia progrediebatur. Ad fores usque si prodiret, exhibant cum eo pellices. Solium in quo sedens ius dicebat, responsaq; dabat legationibus, aureum, quatuor aureis & gemmatis columellis circumpositis sustinebatur, super quibus uariam purpureamq; uestem extendebant: Clearchus Solensis libro quarto Vitarum, de Medorum luxu antea locutus, cum narrasset ab illis ex vicinis multos castrari uoluptatis causa, subiungit, Persas a Medis usum clauas gestandi accepisse, non solum ut iis iniurias propulsarent, & uiscerentur, si quis inferret, sed uelut in signe quoddam luxus satellitum, quantum a pristina sua uirtute degenerauissent. Posset enim, ut credibile est, in tempestiuum illud & stolidum in uita deliciarum studium, uel armatos lanceis inertes ac ignauos reddere. Is deinde non nihil progressus ita scribit: Regi si quis delicatorem cibum obtulisset, pro eo quod oblatum est præmium largitur: at cæteris quos honorat, id rex non impartitur, uerum potius eo fruuntur, sibi soli sapit. Id autem erat, nisi fallor, quod Iouis simul ac regis cerebrum esse dicebant. Chares Mitylenæus libro quinto historiae Alexandri, Eousque luxus, inquit, processerunt Persarum reges, ut ad uerticem regij cubilis supernè esset cœnaculum cum quinque lectis, in quo auri talenta quinquies mille nunquam non asseruabantur: Id ceruical regium appellabatur: cubilis uero pedibus alterum cœnaculum cum tribus lectis uicinum esset, ubi talentorum tria millia reponebantur, quod subsellium scabellum uel regis nuncupabant. In eius cubiculo fuit quoque uitis aurea, gemmis ornata, super lectum distenta, cuius uas Amyntas libro de Ponderibus & Itateris ait, ex pretiosissimis gemmis compositas fuisse, nec procul ab ea positum craterem aureum, opus Theodori Samij. Agathocles libro tertio de Cyzico, apud Persas aquam esse tradit, quam auream nominant, nimirum fontes septuaginta, e quibus soli bibebant, rex ipse, ac maximus natu filius, aliorum si quis attigisset, morte poenas luebat: Xenophon octauo libro institutionis Cyri: Tum, inquit, utebantur Persarum disciplina, Medorum autem ornatu, & delitijs: nunc uero Persarum obliteratam iam tolerantiam parui pendunt, & Medorum mollitiem retinent. Eorum quam sit delicata uita declarare in animo est. Primum quidem, lectos non satis est mollibus stragulis contegi: eorum pedes super tapetibus collocant, ne obnitatur pauimentum: cedunt enim tapetes. Quod ad cibaria spectat, eorum quæ prius inuenta sunt nihil prætermittitur, ac quotidie noua excogitantur: itidemq; obsonia: domi namque inuentiones ac nouationes in famulatu habent, qui utrumque id calleant. Hyeme non tantum caput, corpus, & pedes operiunt, sed etiam manicas induunt ad extremam manum, & digitalia. Per æstatem, præter saxorum umbras, & arborum, quas captant, etiam in illis umbras sibi machinantur, & obtinent alias. Idem deinceps de illis scribit Nunc stragula plura super equis habent, quam super lectis. Non enim tantum laborant bene ut equitent, quam ut molliter equo infideant. Iisdem sunt ianitores, pistores, pocillatores, qui cibum apponant, auferant, qui dormituros in lecto componant cubicularios, & qui expergefiant, ac ornatores qui fricent, vngant, & certa quadam moderatione illa omnia exequantur. Lydij adeo luxu corrupti sunt, ut primi foeminas castrauerint, quod refert Xanthus Lydius, uel autor historiarum quæ ipsi adscribuntur, Dionysius Scythobrachion, ut ait Artemo Caslandreus, in opere De librorum collectione, nescius tamen Ephorum scriptorem eius meminisse, ut antiquioris, & qui Herodoto argumen

e Τὸν ἐπιλοφῶρον. Eos qui præfixa clauis suis ex auro mala gestabant: stipatores & satellites regis sic uocabant, hastilia frictes aureis malis præpilata. f Τὸν αὐλοῦ: μάσονem, atrium.

g Ut suis mulieribus absque stupri & flagitij suspitione seruirent.

h Solebant Persarum reges de ferulis appositi partem aliquam ad eos mittere quos in pretio habebant, magni faciebant, uolebant sua benignitate honoratos uideri.

i Quod rex mittere autis: uel quod regis uas offerebatur: uide prouerbium, Iouis cerebrum, uel regis. Citatur & hic locus posthac hoc libro.

k Apud Apuleium in Apologia prima, Ennius in Edulibus, sine hæpeticis, Scorum uocant Iouis cerebrum, Quid? Scorum præterij cerebrum Iouis pene supremi.

l Theophrasti loculis. m Λιβῶδες, guttas, scaturigines.

n Ut ex ramis & fronde arborum cœgesta edificata suguria, uel, aulæi suspensis a sole tendia.

argumentum scribendi dedisset. Xanthus ergo libro secundo Lydiorum ait, Lydorum regem Andramyrtin feminas primùm castrauisse, & eunuchorum loco vsum illis fuisse. Clearchus libro quarto Vitarum, Lydos ait, vitæ mollitia solutos, extruxisse pomaria, & in hortos secedentes, umbras sectatos fuisse, delicatius existimantes, si omnino solis radiis non ferirentur, tandemque sic voluptati succubuisse, ut aliorum uxores & virgines in locum certum conductas, quem ob id Agneonem vocabant, stuprarent, & ad extremum animis prorsus effœminatis, muliebrem vitam sint amplexati. Quamobrem tam fœda vitæ ratio, mulierem ex illis vnam quas violauerant, excitauit, Omphalen, quæ tyrannide vsurpata prima exorsa sit à Lydis meritas pœnas exigere. Amissæ quidem libertatis manifestum id argumentum erat, quod vi iniuriam passæ scemina parerent. Ergo cum esset illa prorsus intemperans, & quæ iniuriam prius acceperat vicisci vehementer cuperet, seruis, qui in ciuitate fuerunt, dominorum filias matrimonio iunxit, in eo ipso loco vbi antea vis illata fuerat, dominasque coactas eò conuenire, cum seruis clausit. Itaque Lydi, ut indignitatem acerbiterentque rei leniant, eum locum appellant, nunc Mulierum certamen, nunc Dulce certamen. Porro Lydorum non solæ mulieres custode carent, & cuiusuis libidini prostitutæ sunt, sed etiam Locrorum Epizephyriorum, Cypriorum, & vt paucis abfoluam, omnium qui meretricio quæstui puellas suas addicunt, & dedicant. Quod autem sit apud Lydos reuera monumentum esse videtur iniuriæ grauioris cuiusdam, vindicata prioribus sæculis. Quidam enim in ea gente generosus, ad sumendum de Mida & Omphale supplicium irritatus est, Midæ regnum pertæsus, qui ignauus, ac deliciis torpens in purpura iaceret, & cum sceminis telis texendis lanificæ operam nauaret: in Omphalen verò malè animatus, quod hospites & externos omnes qui cum ea cubarent, trucidaret. Ambos ergo puniuit, illam quidem, mulieribus cui liber expositis, ut diximus, hunc verò præ ignorantia captum auribus, & surdum, regno eiciens, qui, quod imprudens & stolidus esset, stupidissimi omnium animalis cognomine est appellatus. Carycam profectò omnium primi Lydi repperunt, de qua paranda verba fecerunt qui de condiendis obsoniis scripserunt, Glaucus Locrensis, Mithæcus, Dionysius, Heraclidæ duo genere Syracusij, Agis, Epænetus, Hegesippus, Erasistratus, Euthydemus, Criton, Stephanus, Archytas, Acestius, Acestias, Diocles, Philestion. Tot ego noui qui de apparandis & condiendis cibis scripta sua posteritati reliquerunt. Candaulon etiam condimenti genus Lydi memorarunt, non vnicum, sed duplex ac triplex, adeo fuerunt harum deliciarum periti. Hegesippus Tarentinus id confici prodidit ex elixa carne, derafo pane, Phrygio casco, anetho, & pingui iusculo. Huius meminit Alexis in Pernoctatione, siue Erithis: Coquus sic loquitur:

A. Præter hoc, Candaulum quendam amplius

Tibi nos apponemus: B. Candaulum nunquam edis,

Ac ne audiui quidem, vel ita me amet Iuppiter.

A. Admirandum hoc meum inuentum est: hoc ego

Tibi si apposuero, tuos exedes digitos:

Ac in sinu gaudetis, velleræ quidem faciemus,

Heus tu bone vir, pingui candida:

Addemus his è pisce salsamentum, ac carnis recocta patellam:

Deinde concisum minutim ouum,

Colostrum: mellis acetabulum: frixi casei,

Dissecti, recentis, orbes:

Cythnia vne passe nonnihil: Chorion: è poculo

Dulce vinum affundemus: hoc condimentum

Candauli, cœna quidem pars & utcumque caput futurum est.

B. Tu me, ô homo, ludificas: abscede hinc

Cum tuis his que loqueris, Candaulis, Chorij, Patellis.

Quænam esset candauli iucunditas ac sapor Philemon in Prætereunte sic memorat:

Testes in ciuitate sunt, me solum

o Tanquam puri, ad emollitiam minuendam; eius scemoris surpuditiem.

p Vide prouerbium: Lydi mali, post hos Egyptij: Lydio more: Lydorum cœna: Lydi in meritis.

q Vide prouerbium: Midas auriculas asini. r Supra pag. 130.

s Pag. 85. & 210. Mithæci sic mētio.

t Lanificæ, Agricœ.

v Ita vocat epiplois siue omēti diuisi cœna, quæ velleræ, quibus carnes obuolunt, mētia: quidam vō ita.

w Aut intestina: aut vuluam, sub porce, pars pro toto, & ceteris, scilicet, quidam vocem vobis, ad casum referunt, non ad vnam partem.

Lucanicam parare, candaulon, oua, thria, breui tempore: In condiendis, his quando nobis peccatum quidquam aut erratum est? Memorat & Nicostratus in coquo, qui ius nigrum parare nesciebat, sed Candaulon, & Thron. Menander in Trophonio:

Ionius diues discessurus Candaulon sibi parari iubet,

Et que Venere stimulent cibaria.

Lydorum aduersus hostes exeuntium cum fistulis & tibiis turmæ & acies instruuntur, vt inquit Herodorus: Lacedæmonij cum tibiis irruunt in aduersarios, vt Cretenfes cum lyra. Heraclides Cumeus Perficorum auctor, in libris quos Præparantes nuncupat, cum dixisset in regione thurifera, voluntatem regis esse ipsi pro lege, nec cum legibus vllis obstringi, addit, perquam ignauum, negligentem, & luxuriosum esse, in balneis semper versari: summo sumptu mollem vitam agere: nihil rerum gerere: paucos in sui conspectum & familiaritatem admittere: iudices decernere, ac constituere, quos si quis non rectè iudicasse putet, fenestram in suprema palatij parte catena reuinctam apprehensa catena trahit, & referat. Tum rex, hoc vbi rescierit, eo qui conquestus est accessit, ius dicit. Malè à iudicibus si est pronuntiatum, occiduntur: sin rectè, qui fenestram mouit interficitur. Idem quotidianam impensam eius, vxorum, & amicorum, esse tradit quindecim talenta Babylonia. Apud Thufcos supra modum voluptuarios, vt Timon refert libro primo, viris ministrant ancillæ nudæ. Theopompus libro quadragesimo tertio historiarum scribit, apud Thufcos legem esse, communes vt sint mulieres: illas verò de sui corporis forma esse curiosas admodum: cum viris sapius exerceri, non nunquam inter se ipsas: non enim turpe cœseri si nudæ conspiciantur: ipsas porro cum suis maritis minimè cenare, sed apud quosuis ex illis qui adsunt, & præbibere quibus libitum fuerit: impensè quidem esse bibaces, & aspectu mirum in modum formosas. Alere Thufcos omnes qui nascuntur infantes, ignaros quis singulorum pater sit: adultos, eorum à quibus educati sunt, mores ac vitam sequi, cōpotare crebrius: coire cum quibusuis mulieribus obuiis: non turpe ducere si quid in propatulo fœdum vel faciant, vel patiantur, tantumque abesse vt obscœnum id credant, vt cum Veneri paterfamilias vacat, & quærit ipsum aliquis, respondeant hoc vel illud pati, inhonestis nominibus rem appellantes. Quin ad sodalicia & scortationes si conueniant, eum morem esse, statim ac cōpotare deserint, dormituris adducere ministros lucernis accensis, nunc meretrices, nunc pueros eximia pulchritudinis, nunc uxores: deinde illorum concubitu satiatis offerri rursus adolescentes ætate vegeta, quibus fruuntur. Veneri cum operam dant, coire, interdum mutuo se conspicientes, sæpe cratibus lecto circumpositis, quæ ligneis virgulis intexuntur, ac circumiectis supernè vestibus. Cum sceminis illos sæpius congregari, puerorum tamen & adolescentium consuetudine impensè delectari, qui apud eos egregiè pulchri sunt, quoniam ipsos molliter alunt, & eorum læuigant corpora: Omnes enim qui ad occidentem habitant barbaros, picari, & corpus radere: apud Tyrrenos officinas multas ad eam rem extrui, vbi sint eius artis periti, quemadmodum sunt apud nos tonsores: ad illos accedere Thufcos, picandos ac radendos se præbere, nullo prorsus pudore, si quis foris intueatur, vel dum hoc fit, interueniat. Hanc legem obseruare, & multos ex Græcis qui in Italia confederunt, à Samnitibus & Messapiis edoctos. Alcimus Thufcos ad voluptatem esse adeo propensos refert, vt tibiæ cantum adhibeant, cum fontes flagris cædunt, pugillatu certant, & farinam pinfentes subigunt. Sunt & celebres mensarum apud Siculos delitiæ, qui mare insulæ circumfusum dulce esse dicitant ob ciborum copiam quos suppeditat, vt ait Clearchus libro quinto Vitarum. At de Sybaritis verba facere quid attinet, apud quos primùm in balnea compedibus vincti pertracti sunt, qui aquam affunderent, & illinerent oleo, ne citius iusto abirent, aut festinantes eos vrerent qui laudabant? Primi Sybaritæ, quæ cum strepitu exercentur artes, vt fabrorum ærarium & materiariorum, in suam ciuitatem recipi noluerunt, vt ne alicunde somnus turbaretur, aut interrumperetur: quin ob eandem causam nec ali gallos in ciuitate permiserunt. De ipsis narrat Timæus virum Sybariticum aliquando profectum in

Edulium ex lacte & semidalide, adipe suis, in filio sicis coctum. r cœseri: in angustio, vel tempore, vel loco. a Vide pag. 100. b Nudatis peractis, venditis ac distractis mercibus.

c Pili aut enasis prohibiti, aut vultus, vt disturnior videatur etiam illos amabilis. Plin. cap. 20. 14. Pudet consistere resine maximum honorè esse in euellendo corpori virorum pilis. Dioscoridi Hyacinthi radix illita puorum coarctat puritatem. Vide lib. 11.

d Vide prouerbium Sicule mensæ. e Vide prouerbium: Sybaritica mensa: Sybaritæ per plateas: Sybaritica oratio: Qui ante diem fastalem mari nolite apud Sybaritas nec diem afficiat orietem, nec occidat. Iunius adagio 13. Cent. 8.

suppedarent: si coquus aut eorum qui obsonia condiunt aliquis priuatim cibum lautior^e adinuenisset, nemini licere ante sequentem annum illo vi, sed ipsi tantum qui excogitasset toto anni decursu, vt eius conficiendi negotium ipsi daretur, & aliorum eiusdem artis peritorum industriam ac diuigentiam gloria & quaestu ille superaret. A tributis immunes qui anguillas venderent, & piscarentur, iidem esse voluerunt. Eodem pacto iis qui marinas purpuras venabantur, & captas afferebant, tum etiam iis qui purpurarum sanie tingebant vestes, immunitatem concesserunt. Cum ergo ad omnem insolentiam & iniuriam animum appulissent, postremo missos à Crotoniatis triginta legatos interemerunt, & è muris deturbata illorum corpora à bestiis deuorari permiserunt, quod ipsis malorum initium fuit, irato tam impio facinore deo, Paucis post diebus visum idem eadem nocte omnibus primoribus, & iis qui magistratum gerebant apparuit. Iunonem in somnis illi se vidisse putarunt in medium forum venisse, ac bilem vomuisse. Præterea in eius delubro sanguinis fons scaturiit. Non tamen his prodigiis moniti à fastu & superbia destiterunt, donec à Crotoniatis sunt deleri. Heraclides Ponticus libro de Iustitia, Sybaritæ, inquit, euerfa tyrannide Telyis, omnes eius consiliorum ac negotiorum obuios participes, & confcios interfecerunt, etiam ad aras trucidantes. Ad eas cædēs auertit se Iunonis simulachrum, & è solo sanguinis fons erupit: quamobrem vicinum locum vniuersum æneis fenestris obturarunt, vt exilientem sanguinem cohiberent. Itaque suis sedibus expulsi, perierunt omnes qui antea ludos Olympicos abolere conati fuerat. Nam tempus quo celebrantur obseruantes, amplioribus præmiis certaturos ad se pertrahere & allicere sunt adnixi. Crotoniata^f verò, vt inquit Timæus, Sybaritas cum debellasset, voluptatibus se irretiri adeo sustinuerunt, vt ciuitatem, illorum prætoris licitor circummiret amictus veste purpurea, aurea corona redimitus, albis crepidis calceatus. Quidam ob luxum aiunt non id factum, sed ob medicum Democceden, qui natione Crotoniata, cum Polycrate Samiorum tyranno versatus, occiso illo ab Oræte^e captiuus post eius mortem ad regem abductus est à Persis, apud quos cum detineretur, & Darosian vxorem Darij filiamq; Cyri, cruciatu mammarum ægram, sanauisset, operæ suæ mercedem poposcit, vt in Græciam reuectus suis tantam postliminio restitueretur. Hoc cum impetrasset, Crotonem reuersus illic manere statuit, vbi cum quidam Persa tanquam regis mancipium in feruiturem afferre vellet, secundum libertatem Crotoniata vindicias dederunt, & detracta stola Persica, illius qui tum summæ rerum præerat apparitorem ea induerunt. Iam inde sanè Persica veste amictus licitor septimo quoque die, cum prætorè, deorum altaria circummit, non luxuriosi fastus aut insolentia causa, sed quod veluti per ludum ita Persis insultent. Postea verò, inquit Timæus, olympicorum ludorum celebritatem ac conuentum dissoluere ac impedire tentauerunt, eo ipso tempore quo peragebatur, certaturis apud se, pro præmio, argenti magnam vim proponentes: A Sybaritis id factum quidam scribunt. Clearchus libro quarto Vitarum ait, Tarentinos confisos viribus & copiis, quas tum magnas possidebant, voluptatibus ac delitiis vsque adeo se tradidisse, vt totius corporis cutem læuigarent, vnde pilorum auellendorum exemplum reliqui sumpserunt. Vestes, inquit, textiles pellucidas omnes gestabant, quibus nunc luxuriat molluscularum feminarum cultus. Secundum eorum peccatum id fuit, quod delitiis corrupti, & licentia vitæ ad iniurias vicinis inferendas pertracti, opidum in Iapygibus Carbinam cum deuastassent, pueros, virgines, & florentes ætate matronas in Carbinatum sacris ædibus congregarunt, deinde tentoriis^h fixis, nuda omnibus clara diei luce corpora spectanda præbuerunt, vt cui libitum esset, is tanquam in miserum gregem insiliens, libidinem suam expleret illorum qui eò collecti fuerant pulchritudine, sub omnium oculis, deorum præsertim, ante quos id nunquam patratum iri credidisset oppressus ille populus. Tãto flagitio sic indignatus est deus, vt quotquot Tarentini scelus id aduersus Carbinates præter ius & humanitatis leges commiserant, exanimauerit fulmine. Ad nostram vsque memoriam Tarenti ante singulas ædes pilæ statuta sunt pro foribus, & in illis eorum qui militarunt aduersus Carbinates insculpta nomina, & quando interierunt de cælo tacti, nec eorum qui sic

^e Eximium, insignem, præclarum.

^f Vide proverbia, Crotonæ salubrius, & Crotoniatarum postremus, reliquorum primus.

^g Persa, satrapa regis.

^h Vnde conspici possunt detracta corpora.

qui sic vitam amiserunt quisquam miseretur, nec legitima iis affundunt libamina, sed Ioui fulminantiⁱ sacra faciunt. Iapygum natio à Cretenfibus illis oriunda est, qui Glaucum^k quærentes in Italiam traiecerunt, & illic habitauerunt. Horum posteri Cretenfium in victu frugalitatis & temperatiæ obliuiscerunt adeo voluptuarij primū, deinde iniuriosi, vt primi faciem attriuerint^l, capiti galericulum & fictitiam comam^m adaptauerint, stolis floridis vestiti sint, labore & opera quotidiana exerceri turpe ac indecorum cæserint, & ex iis complures ornatiorem domum habuerint quàm deorum templa. Eorum duces aduersus numina contumeliosi, ex adytis & fanis, deorū imagines diripuerunt, præfantes ad præstantiores illas commigrare. Itaque fulmine percussi, igne simul ac areⁿ penas exoluerunt. Manifesta siquidem fuerunt etiam in longum post tempus æneæ sagittæ, in eos è cælo vibratæ: & ex eorū stirpe omnes procreati etiamnum ad cutem vsque tonfi, & squallida lugubriq; veste recti viuunt, inopes omnium rerum ac bonorum quibus prius affuebant. Iberi certè, quamuis tragicis stolis & variis amicti, tunicis etiam ad pedes vsque demissis vestiti, in publicū prodeant, nihilo tamen ad bella gerenda ideo sunt ignauiores, ac minus fortes: contra Massylienses, quibus^o idem cultus est ac Iberis, imbelles sunt & effeminati, ob animorum mollitiem turpibus vitiis se contaminantes, vt qui præ voluptatis studio etiam muliebria patiantur, vnde hoc inoleuit proverbium, Mallyliam nauiges. Qui Syrin^p incoluerunt, habitata primū ab iis qui è Troia accesserant, post verò à Colophonis, vt scribunt Timæus, & Aristoteles, non minus quàm Sybaritæ delitiis elanguerunt. Apud ipsos patrius & peculiaris mos fuit gestare floridas vestes, quas pretiosis fasciis mitrisve cingebant, quamobrem à vicinis μιτροχιτῶνες, quasi Mitrotunicati nominabantur, quandoquidem Homerus discinctos ἀμιτροχιτῶνες, appellat. Archilochus poeta ob felicitatem & fecunditatem Siritarum regionem supra modum est admiratus. Nam cum de Thaso, vt commodis omnibus inferiore, loquitur, sic ait:

Non amænus ille locus est, nec optabilis,

Nec amabilis, vt is quem Syris amnis circumfluit.

Sirin, Timæus & Euripides in Captiua, siue Melanippe, dictam volunt, à muliere quadam, cuius nomen Siris fuit, Archilochus verò à fluuio. Ingens porro fuit Græcorum hominū in ea regione multitudo, qui prosperis rebus inflati, sic voluptatem sectarentur. Quamobrem totum fere Italia tractum in quo hi habitabant, Magnam Græciam nuncuparunt. Milesij, vt scribit Ephorus, quamdiu voluptates contempserunt, superarunt Scythas, multas in Hellefponto ciuitates condiderunt, tam populosis & præclaris viribus Hellefponum frequentantes, & incolentes, vt Miletum omnes concurrerent. Postquam verò delitiis & voluptati succubuerunt, eneruatum concidit eius ciuitatis robur: vnde adagium de illis hoc increbuit, Strenui olim Milesij^q. Heraclides Ponticus libro secundo De iustitia scribit, Milesiorum ciuitatem in calamitates & ærumnas perductam ob luxum fuisse, ciuiumq; inter se simulates, ac discordias, qui spreta moderatione lenitateq; animi, radicitus inimicos perdere ac profligare voluerunt. Nam cum seditionem locupletes, ac populares, quos vocabant Gergithas, commouissent, primū quidem populus adeptus dominatum eiecit diuites: deinde liberos exulum in areas villarum conductos, pro bobus quos eò coegerant, aut permutarunt, aut iniquissimo & crudelissimo genere mortis necauerunt. Postea verò diuites rerum potiti, omnes, qui in potestatem venerant, cum prole cremauerunt. Iis confagantibus accidisse multa prodigia memorant, & oleam sacram (ponte accensam fuisse. Quapropter diu ab oraculo suo illos deus repulit, & cum rogarent cur deum consulere vetarentur, respondit:

Cædes quoque Gergithum sine pralio^r edita mihi cura est,

Seruorumq; pistriniorum fatum, & qua semper viret^s arbor.

Clearchus libro quarto Milesios scribit imitatos Colophoniorum delitias, eas cum finitimis communicasse, deinde cum id exprobraretur^t, dixisse, Domi Milesia^v & vernacula, non autem hic. De Scythis Clearchus hoc deinceps inquit: Communibus Scythica gens legibus primū vsa est: deinde calamitosissimi hominum ij fuere ob iniurias

ⁱ Καταδέρν, τανά, δένοντι. Vide Cysaldu & Passaniam in Eliaci.

^k Glaucum, qui, esse in mare deicisset, nec vsquam emergeret, quaestus ac expectatus diu, pro maris deo habitus est. Copiarū Minoi in Sicilia occisi Iapyx eius, & Cretenfis mulieris, filius, dux fuit: post regis obitum collectas exercitus reliquias cum in Apuliam tradidisset, à suo nomine Iapygiam vocauit. Strabo.

^l Exterendi pilæ causa, punicibus. Alij sicut illeuerint. ἐργασίαν. ἡ γὰρ ἡ Πόλις τοῦ Πόλιος ἡ γένεσις. m Qui olim imberbi mento essent, & appositi pilis barbam ementirentur, proverbia nauigare Τραχῆνα iubebatur, vbi portus est nomine τρωῶν.

ⁿ Trifidum fulminis telū, qua iratus Iuppiter intorquet, o Ciceroni tamē & Valerio Massiliensij disciplina grauiissima est. Vide Erasmi proverbia, Nauiges Massiliæ: & proverb. E Massylia venisti. Herodotus in Vrania. p Syris Heraclæa vicina Sybari, posita inter Syrin & Acyrin fluuios. Plinius.

^q Vide Erasmi prover. Fuere quædam strenui Milesij.

^r Καλοῦμαι: Αἰλί, ἀπολλοῦ: bella perso.

^s Olea. t Aut vicinū edoliciat Milesij. v Vide proverb. apud Erasmi, Domi Milesia.

iurias quibus alios affecerunt. Voluptati etiam addicti non minus fuerunt quam in Europa quiuis alius populus, cum ad voluptatem & diuitias, & eiusmodi caetera adminicula suppeterent, ac incitarent. Constat hoc ex illo qui restat etiamnum apud illorum duces victu, & cultu. Mortalium quidem illi voluptatibus maximè se immerferunt, & delitiis capti eosque truculentia & furoris promouerunt, vt omnium hominum in quos irrumperent nares decurrerent. Sic mutilatorum nepotes, expulsi patria, cognomen ab ea contumelia retinent * : Eorum autem vxores mulierum Thracum finitimorum qui ad Septentrionem siti sunt, & occidentem, subulis corpora sic notarunt, vt picturata viderentur: quam ob causam multis post annis Thraciae foemina eam iniuriam perpeffa, priuatim singulae, quò eam calamitatis notam obliterarent, cutem reliquam postea sic veluti depinxerunt, vt iniuriarum ac pudendae contumeliae vestigium, specie pulchrae varietatis dissimulatum venustatis appellatione pròbrum id obscuraret, & induceret. Cunctis illi profectò superbe imperarunt. Itaque omnium qui fuerunt illis subditi, obsequium, & lacrymosa seruitus, palam fecit posteritati, quale id sit, vulgo quod aiunt, Scytharum edicta ⁹. Caeterum cum multis essent calamitatibus afflicti, & nationes omnes irritatae suo luctu foelici rerum statu illos deturbassent, capillumq; ademissent, per iniuriam aliquem tondere posterì ἀποσκυβίσσαι ² dixerunt. Ionas vniuersos ridens Callias, siue Diocles, in Cyclopi-
bus ait:

^a Dilli fortassis, aut in ótibus: aut ενουόλο εστίν. R. hinc coluras civitatis in Aegypto ob eam causam sic nominatae meminit Herodotus.

⁹ Σκυθῶν ῥήσις: prouerbum; de his que acerbè, crudeliter, & barbarè dicuntur, aut imperantur. Vide Adagium Scytharum ῥήσις, inde tractum etiam vocabulum σκυθισμός, tortus. Locus hic in exemplari Graeco admodum vitiosus.

² Vide prouerbum ἀποσκυβίσσαι.

^a Καθαράν τε & ἁ. ἢ Κατασφύρις. L. u. nis adagio 24. 7. cent.

^c ἐν περὶ ἀλάσθης. ἀ δὲ παλαιῶν. M. terrices etiam dicuntur ἰαυθὲς παλαιῶν, cum exponitis se, copiam sui faciunt, & palam sibi quaestum indicant.

^e Vide prouerb. Abydus, Abydenus, Ne temere Abydū.

^f Σάσις: legendum πῦλο Σάσις, ἰσχυρῆς, τῆσι.

^g Volluci Saragus: & eo interprete, Medicum pestilentium.

^h Ἀλεξυρῆσι, omnia purpureas exponunt: ego vero infectis simpliciter purpureas, caruleas. A purpureis diuersus esse hic locus monstrat.

ⁱ Vestes lineae simbricatae, ad talos demissae, Persicas & Aegyptiacas.

^k Colore hyacinthi gemmae.

^l Tanquam littorales, quod in mari Persici littore sicut fuerint purpurea floridissima. Quidam legunt, ἰσχυρῆς.

^m Peste prolixa. Ab Erasmo citatur. L. u. nis adagio 7. Cent. 9.

Mibi iam dicito quid rerum agat delicata, & mensis lautis ² assueti Ionia.

Abydeni Milesiorum coloni fuerunt, vt testatur Hermippus, vita solutiore, & voluptatibus fracta ^b:

A. Gaudeo equidem cum trans mare bellum gero,

Aspectu & specie mollisculis cum corporibus:

Capillo Ionico; Phrygijs brachijs.

B. Abydum te accessisse nosti, o bone vir?

mendico, ex Ionibus multos perstringens ait,

Deinde quotquot adfuerunt illustres peregrini

Me prosequabantur, impensèq; orantes urgebant,

Puerum quem habebam apud Chios vt venderem ^d:

Alius vt Glaucomenis: alius vt Ephesi:

Alius vt Abydi: nam per omnia ea loca faciundum iter fuit.

Antiphon in oratione qua conuiciatur Alcibiadi, de Abydenis ita scribit: posteaquam vllò te idoneum tutores tui iudicauerunt, qui res tuas administrares, & opes tuas ab illis reditas tu accepisti, in Abydum ^e statim nauigio profectus es, nullam quae tibi deberetur pecuniam repetiturus, nec hospitij iure coniunctos tecum Abydenos inuisurus, sed vt ab Abydenis mulieribus mores disceres factis tuis conuenientes, quae est tua animi impotentia, & audacia in violandis legibus, & in reliquum vitae tempus illis vti posses. Perierunt ab Ephesis in seruitutem redacti & Magnesij plus iusto delitiis maridi, vt scribunt Archilochus, & Callinus in Elegijs. Democritus Ephesius libro primo De templo Ephesiae Dianae, cum memorasset Ephesiorum molli-
tiam ac luxuriam, vestesq; variis coloribus infectas ab iis gestari, haec tandem subnectit, vestes Ionum purpurei coloris fuisse, & violacei, tum etiam croceas, intextis rhombis: capita vero animalium ^f imaginibus, aequaliter collocatis, distincta: Sarapas ^g luteas, purpureas, candidas, caeruleas ^h. Calasires ⁱ opere Phrygio depictas, alias purpureas, alias violaceas, alias hyacinthinas ^k, interdum flammeas, interdum glaucas: Calasires Persicas omnium elegantissimas, & inter ea genera vestium etiam conspici quas Actaeas ^l vocant. Hoc est indumentum apud Persas maximi pretij, summa impensa textile, vt firmiter sit, & lauius, aureis millij granis conspersum, quae versus interiorem vestem media sui parte filo purpureo aprata vincitur. His omnibus vestimentis luxu turgentes Ephesios vti scilicet, is autor prodidit. De Samiorum luxu Duris historiographus citat Asij carmina, quibus traditur, armillas in brachijs gestasse, festis Iunonis diebus incedere coma depexa & reiecta in humeros, ac dorsum. Consuetudinem eam significari hoc prouerbio, Ingredi Iunonium implicatum ^m.

Versus

Versus hi Asij sunt:

Vt pexi crimes fuerunt, contendebant

In Iunonis templum illi speciosis vestibus amicti,

Terraeq; late niveis tunicis solum radebant:

Aurei ⁿ coma circinnii: iporum cicada

Insidebant crinibus, quos vittis aureis nexos ventus quatiebat:

Armilla, ingenioso ^o artificio elaborata brachia circundabant:

Pompam claudabant scutari bellatores. Heraclides Ponticus libro de Voluptate

scribit, Samios supra quam credibile sit, luxu corruptos, ob mutuum inter se contemptum ^p ciuitatem suam perdidisse. Colophonis, vt ait Clearchus, durior & austerior vita principio fuit: at cum Lydis inita societate, & amicitia, in voluptatem dilapsi, in publicum processerunt exornata cultu aureo coma: quod & sic Xenophanes inquit: *Inutilem velantiam à Lydis edocti,*

Quamdiu iristem & inuisam tyrannidem obtinuerunt,

In forum prodierunt purpureis vestiti pallijs:

Prorsus non pauciores quam mille:

Fastuosi: compositis venustisq; comis superbientes:

Vnguentis delibuti curiose paratis, & suauiter olentibus.

Sic autem voluptatibus fuerunt ij exoluti, vt ob importunam temulentiam nec orientem solem ^q viderent, nec occidentem, lexq; ab iis lata sit, obseruata etiam nostra memoria, vt tibi-
cina & quae canebant mulieres, & artifices id genus caeteri, qui auditores numeris & cantionibus oblectabant, ab aurora vsque ad meridiem & quoad lucernae accenderentur, mercedem acciperent, deinde tota nox computationibus ad ebrietatem vsque transigeretur. Theopompus libro decimo quinto Historiarum scribit eius oppidi mille ciues intra incenia obambulasse indutos purpurea stola, quod indumentum eo saeculo rarum fuit etiam apud reges, & aestimationis maximae, ac tanquam inclytum summopere affectatum. Par namque purpurae argenti pondus rependebatur. Itaque ob eam vitam molliorem cum de tyrannide inter se disceptarent, & publicum statum exagitantem seditionibus, cum patria vnà perierunt. De ipsis eadem scribit Diogenes Babylonius libro primo de legibus. In vniuersum de omnium Ionum luxu ita scribit Antiphanes in Dodone:

Quam regionem incolit haec turba? unde prorupit? an Iones sunt,

Molles, delicatis vestibus amicti, voluptate dissuolentes?

Theophrastus libro de Voluptate ait, de Ionum luxu immodico ad suum vsque saeculum aureum prouerbum ^r extitisse. Theopompus octauo libro Philippicorum scribit, quosdam ex iis qui Oceanum accolunt molliter viuere. Byzantij quidem ob popularem ciuitatis administrationem iam diuturnam, & quod ad mercaturam oppidum esset commodum, & quod populus semper vniuersus in foro ac portu versaretur, ad computationes & venerem intemperantes fuerunt, suis tabernis & cauponis assueti. Chalcodonij priusquam eiusdem publicae administrationis forent participes, & institutis, & vitae probitate perpetuo commendati fuerant: at populare imperium cum veluti gustassent, quale Byzantiis erat, in voluptatem praecipites ierunt, & quotidianam vitam luxu fedarunt, ex moderatissimis & temperantissimis bibaces facti atque sumptuosi. Idem autor libro vigesimo primo Philippicorum ait, Vmbrorum gentem Adriatico mari vicinam vitam agere nonnihil mollem, Lydis non absimilem, feracem regionem incolere, cuius fertilitate ad magnam rerum prosperitatem sunt euecti. Idem libro quarto de Thessalis ait, illorum quosdam in saltationibus vitam traducere, alios tesserarum alea & computationibus, in eiusmodi proteruita & insolentia diem absumentes, magis sollicitos vt omnifariis mensas obsonijs impletas apponant, quam vt honestè ac decorè vita sit composita. Pharfali, quod idem ait, omnium mortalium sunt ignauissimi, & in faciendo sumptu profusissimi. Thessalos Critias inquit faceri omnes ^s, ex vniuersis Graecis in victu ac vestitu esse maximè prodigos, idq; fuisse in causa, vt Persarum luxum & magnificentiam imitati, eos in Graeciam inducerent. Polybius libro decimo tertio historiarum scribit de Aetolis, propter bellorum assiduitatem,

ⁿ Aureo filo ligati, collecti, discriminati.

^o Dadaeo. Tunius prouerb. Dadaea machera.

^p Μερολογίαν: de minimis ac vili-
mi rebus anxiam
recandis conuentio-
nem. Sic aptius.

^q Suprà de Sybari-
tū hoc etiam di-
ctum.

^r Hoc nimirum:
Ιωνίους χίλας, Ιο-
νίους ῥίλους. Vide
Erasmum.

^s Suprà pag. 104.

de corruptis, debili-
tis & rursus impli-
citos, ere alieno op-
pressos.

tatem, & victus luxuriosum sumptum obæratos illos fuisse. Agatharchides libro duodecimo historiarum inquit Aetolos tanto reliquis ad mortem esse paratiores, quanto cæteris magnificentiorem vitam & magis dapilem sibi procurant. Luxu quoque celebres sunt Siculi & Siracusij, vt in Conuiuatoribus Aristophanes ait:

Hæc me duce non vos didicistis, sed potius comperare,
Deinde ad Syracusorum mensam probe canere,
Sybariticas epulationes & Chium vinum.

Plato in Epistolis ait: Cùm ea mens ac cogitatio mea foret, prima profectio in Italiam & Siciliam appuli, quò cùm peruenissem, mihi vita nullo profus modo placuit quam illic degebant, quia cibo se quotidie bis fatiarent, nunquam soli dormirent noctu, & alia instituta seque- rentur, quæcunque vitam eiusmodi comitari solent. Illis profectò moribus, homi- num quos cælum circumtegit, nullus vnquam cordatus ac prudens est futurus, si à teneris annis eos imbibere, ad temperantiam verò & continentiam ne aspirabit qui- dem. Idem libro tertio De Republica ad hunc modum scribit: Syracusiam men- sam, ô amice, ac Siculam obsoniorum varietatem laudare non vidèris: Corinthia etiam puella vitorum amica futura vt valido sit corpore non probas, sicut nec lauti- tias illas quas esse multi putant in Atheniensium bellariis. Poseidonius libro deci- mo sexto historiarum, cùm Asiæ ciuitates seruire luxui scriberet, tradit & hæc, in eius regionis oppidis ob vbertatem agri, homines eo labore defunctos qui necessariò in obeundis negotiis perferendus est, plures conuentus celebrare, in quibus assidue conuiuuntur, corpus exercere, in balneis lauare, oleis & vnguentis pretiosis illini: In tabulariis, (sic autem vocant ædificia cænis publicis communia,) perinde ac in suis ædibus cibum capere, maioreq; diei parte vino & ferulis sic explere ventrem, vt etiam multa abeuntes relicta auferant, exigua interim testudinis obtrepente so- no illos permulcente, totasq; ciuitates nonnunquam eiusmodi cantionibus persona- re. Agatharchides libro trigesimo quinto historiarum, Arycandei Lyciorum, in- quit, contermini, ob prodigalitate & sumptus profusiores cùm ingens alienum æs conflasset, nec vsuras possent ob inertiam, & nimium voluptatis studium persolue- re, in Mithridatis partes, quod ille cupiebat, inclinarunt, mercedem sibi promitten- tes nouas tabulas. Idem libro trigesimo primo refert, Zacynthios militiæ rudes & ignaros esse, quò diuitiis abundantes, & aliis omnibus rebus, delitiis sint affueti. Polybius libro decimo scribit Capuanos, qui in Italiæ Campania sunt, ob agri boni- tatem tantum opum congefisse, vt voluptati sumptuososq; luxui se dederint, ac eo vitio famam de Crotoniatis & Sybaritis vulgatam exuperauerint. Eam scilicet opu- lentiam ac felicitatem cùm temperanter ferre non possent, Hannibalem accue- runt, quamobrem à Romanis post grauissimis & atrocissimis suppliciis malisq; sunt afflicti. Petilini verò seruata erga Romanos fide, ab Hannibale obfessi tam fortes se præstiterunt, vt peresis omnibus coriis quæ in ciuitate fuerant, arborum cortici- bus quæ in oppido restabant, & simplicibus tenellisq; furculis famem sustentauerint: protracta tamen iam in vndecimum mensem obsidione, cùm nec Romani, nec vlli ex confederatis ac sociis auxilio venirent, se dederunt. Phylarchus vndecimo libro historiarum inquit ab Æschylo proditum fuisse, Curetas eam appellationem fortitos à voluptate pilorum:

de permutatis.

de Xpov d'arrogias:
Mithridatem spe-
rantes alienum æs
suscepturum quo sese
obstrinxerant.

de Himilcone Hani-
balis duce, Linius.

de Linius lib. 23.

de Alendorum &
summitudorū: vel
radendorum & sū-
dendorum. Creta
olim Curetis dicta
est: Acarnania
prius Curetis ap-
pellata. Plin.
de Quis fuerit ille
Pronax, nondum
comperi.

de Naxos, Iudi-
bundū.

de Curetis, Cybe-
les comites, eius
numme afflati, fru-
vareq; perciti olim
diuinabāt. Eras-
m. prouerb. Curetis os.

Delicati crimes, vt molluscules virginibus,
Vnde Curetum genti nomen id tributum est.

Agathon in Thycste procos qui ambibant Pronactis filiam, & reliquo cultu corporis nitidos ac comptos eò venisse refert, & capite crinito: vbi verò spe quam de matrimonio conceperant frustrati sunt,

Coma, inquit, deliciarum argumentum nobis abscessa est,
Latis hilaribusq; animis gratissimum Hercule ornamentum:
Gloriam porro continuo nacti sumus insignis cognominis:
Curetes sumus: quoniam tonfilis capillus roster fuit.

Cumani, Italiæ po- pulus, vt tradit Hyperochus, vel autor Cumanæ historiæ quam illi adscribunt, au- rum perpetuò gestabant, floridis vestibus induti, cum vxoribus in agros & villas bigis

vecti

vecti rusticatum ibant. De nationum & ciuitatum luxu hæcenus tractatum esto, de priuato singulorum hominum hæc ferme cognoui. Ctesias libro tertio Persico- rum scribit, quotquot in Asia reges dominati sunt, luxui & voluptatibus operam nauasse, præcipue Ninyan, Nino & Semiramide genitum, qui abditus domi, cùm vo- luptates omne genus sibi conquireret, nemini videndum se præbebat, præterquam eunuchis, ac vxoribus suis. Sardanapalus quoque eo fuit ingenio, vt quidam volunt, Anacindaraxis filius, vt alij, Anabaxaris. Arbaces quidam, genere Medus, vnus ex iis ducibus qui sub eo militabant, egit cum Parameize, qui inter Eunuchos principis erat, regis videndi potestas vt sibi fieret. Hoc rex cùm vix annuisset, ac permisisset, admissus Medus vt eum aspexit cerussa oblitum, muliebriter vestitum, cum pellici- bus carminantem purpuram, ac cum illis sedentem pedibus porrectis in altumq; su- blatis, tinctis fuce superciliis, muliebri stola indutum, rafa barba, læuigata pumicis attritu facie, colore quàm lactis candidiore, picturatis oculis, multi, & inter eos Du- ris, scribunt, indignatum illum quò regi tam effeminato parerent, suo se gladio confodisse, ac occidisse: Ctesias verò Sardanapalo bellum intulisse, collecto nume- roso exercitu, ac de regno deturbatum ab Arbace Sardanapalum, fato concessisse, cùm seipsum in regia cremasset, extructo rogo, ad quatuor iugerum altitudinem, impositisq; lectis aureis centum quinquaginta, mensis totidem, etiam aureis, ædifi- cato in busti media parte cœnaculo, pedum centum ex lignis, stratisq; in eo lectis, in quibus ipse cum vxore accubuit, pellices autem in aliis. Filios enim tres, filiasq; duas, res suas in peius ruituras cùm præsensisset, ad Ninum Nini regem antea mise- rat, cū tribus millibus talentorum auri. Ædificio igitur trabibus magnis & crassis, ne alicunde pateret exitus, circumsepto, lignis præterea crassis item ac multis in orbem circumiectis, intusq; depositis auri talentorum mille myriadibus, argenti decies mil- le, tum etiam vestimentis, purpuris, institis omnifariis, iussit rogam accendi, qui ante decimum quintum diem non profus conflagrauit, mirantibus qui circumfide- bant fumi tantam copiam, & sacris ipsum operari suspicantibus, confectis verò solis Eunuchis. Ita Sardanapalus, qui supra modum voluptatibus se immerferat, quatum in eo fuit, generosè vitam finiit. Clearchus, quo loco de regibus Persarum fermo- nem habet, inquit, si lautiorum cibum regi offerat aliquis, præmium illi propositum esse, at regem solum eo vesci, & sapienter quidem, sibi prouidum: id autem à Persis vocari Iouis & regis cerebrum. Omnium autem felicissimus Sardanapalus cùm to- to vitæ decursu voluptatem plurimi fecisset, post obitum declarat insculptis mo- numento digitis, res hominum esse ridiculas, & nec digitorum dignas strepitu, quem collisis inter se digitis duobus significauit: inutilem verò curam esse quæ impenditur reliquis. Sardanapalum quidem rebus gerendis attentum fuisse inde liquet, quòd eius sepulchro sit inscriptum, Sardanapalum Anacyndaraxis filium, vno die Tarsum & Anchialen ædificasse, post, diem obiisse. Amyntas libro tertio de Mansionibus, altum esse tradit in Nino aggerem, dirutum & detractum humi à Cyro, cùm illa ci- uitate obsidione cincta, prope mœnia, terræ tumulos erigeret. Aggerem illum, vt fama percrebuit, Sardanapali sepulchrum fuisse, qui regnarit in ciuitate Nino, Chaldaicisq; literis exaratum in faxeis pilis elogium, quòd metrorum lege ac nu- meris Chœrilus sic vertit:

Ego regnaui, & quamdiu lucem solis sum intuitus,
Bibi, comedi, Venerem exercui, quia scirem
Breue tempus esse quo viuunt mortales,
Idq; multis permutacionibus atque molestijs inquietum,
Ac eorum bonorum quæ sum relicturus fructum
Et delicias alios percepturos: itaque nullo cessavi die, quin id agerem.

Cleitar- chus libro quarto De Alexandro, Sardanapalum ait, vita senio decessisse, Syriæ ta- men imperio spoliatum. Aristobulus, Ad Anchialen, inquit, quam ædificauit Sar- danapalus, cùm in Persas copias duceret, Alexander castrametatus est. Illinc haud procul aberat Sardanapali monumentum, vbi sculpta in lapide fuit imago dextræ manus coniunctis digitis, velut ad sonum elidendum, in eoq; literis Assyriis hoc in- scriptum:

de Id fucigenus à
supercilijs: uox
de d'aggy appella-
bant.

de S'edon: alijs
stadia centum, a-
lijs, mille pedes.

de Vel, longitudine,
quod arbor, vel
latitudine.

de C'uitati amplifi-
sima, opulentiſſima,
& populosiſſima.

de C'itatur & hic
locus pag. 183. in-
terior, tanest cor-
ruptus, Erasmi, pro-
uerb. Iouis & regis
cerebrum.

de Hac intempesti-
ne, & nulla occa-
sione repetita, de-
lauda p'nto, quam-
vis emendatiora
integrora paulo
sint, quam vbi su-
pra citauit.

de Asia oppidum,
in Asia vbi sedi-
t'ant. Ea vox sig-
nificat etiam statera
& pondera.

de Erasmi prouer-
bio, Sardanapalus,
Supra pag. 250.

de Inde prouerbum
Erasmi, ne digito-
rum quidem crepti-
tu dignum: & prou-
erb. Huius non fa-
cio: & prouerb.
deuap'lycty. Est
& prouerbum nã
alienum ab easen-
tentiã, Computa-
torum digiti.

p Vide pag. 250.

scriptum: Sardanapalus? Anacyndaraxis filius Anchialen & Tarsum vno die condidit. Ede, bibe, iude: reliqua ne digitorum quidem strepitu digna sunt. Hæc scilicet illa loquebatur in scriptio. Porro non solus voluptatis studio tenebatur Sardanapalus, sed etiam Androcochus Phrygius, qui & florida veste induebatur, & quavis muliere venustius sese ornabat, vt ait Mnaseas libro tertio de Europa. Clearchus libro quinto Vitarum narrat, Sagarin Mariandynum præ molliæ, ad senectutem vsque nutricis ore cibatum fuisse, ne mandendo fatigaretur: eundem nunquam manum infra vmbilicum protulisse. Quapropter Aristoteles irridens Chalcedonium Socratem, quod meicendo virilibus non admoueret manum, inquit, Puræ quidem manus, at inquinata mens. Ctesias narrat Annarum ex regis præfectis vnum, Babylonie præsidem, & stola muliebri vestiri solitum, & cultu sceminarum vt: ad eum cœnantem quamuis regis mancipium esset, centum quinquaginta mulieres introductas fuisse, quæ canerent, & saltarent. Phœnix Colophonius poëta de Nino ita scribit libro primo Iamborum:

q Vide pag. 250. p. 1. fides pulsarens.

r Vide prouerb. Aureos montes polliceri. s Iunius adag. 80. s. C. Erasm. prouerb. Atenam metria. Callimachus simili figura, & dicitur, quod dormire interdu, noctu epularetur.

v Persarum magi igne in montibus accenso, quod vultuæ & nuptiæ vocabant, sacrificios verbenarum, seu virgultorum manentes, carmina sua & laudes accinebant, & vacillabant. Strabo. Herodotus. Scalliger in Catullum. Negligebat, parvis faciebat. Erasm. prouerb. In caput precipitari. y In quas exundat Indus & Ganges reflagnant.

z Regium diadema. a Theopompum & Timæum scriptores maledicentissimos fuisse scribit Emilius Probus in vita Alcibiadis. b puzlov' iniov' dicitur: aliena carmina in publicis cœlibus recitantes, & canentes.

Nimus, vir quidam fuit, vt audio
Assyrius, qui auri mare possidebat,
Et alia copiosius, quam arena est Caspia,
Astra nunquam vidit, nec forsitan id optauit.
Igne apud Magos sacrum non excitauit
Vt lege statutum est, deum nec virgis attigit:
Sacrificijs deos non est veneratus, iura non reddidit,
Subiectos sibi populos affari non didicit, ac ne numerare quidem:
Verum ad edendum & bibendum strenuissimus,
Vinumq; miscens, cetera in saxa amandabat.
Vir ille vt mortuus est, hoc de se testimonium reliquit omnibus:
Sepulchrum hoc conspiciat, nunc vbi Nimus sit
Audi, siue sis Assyrius, siue Medus,
Siue Coraxus, siue à supernis paludibus
Indus capillatus: frivola non demuntio.
Quondam ego Nimus fui, spiritumq; vitalem hansi,
Nunc vero aliud nihil quam terra factus sum:
Quidquid comedi habeo, quidquid volupe mihi fuit:
Et quidquid pulchrarum feminarum in amore lasciuji:
Opes quibus eram beatus inimici coeuntes
Auferent, hædum vt crudum que bacchantur Thyades:
Ad inferos cum descendi, nec auram, nec equum,
Nec argentum curram egi:
Cinis iam multus, qui olim mitram gestauit.

Theopompus libro decimo quinto historiarum Philippi, scribit, Stratronem regem Sidoniorum luxu & delitijs mortales omnes anteiuisse. Nam quod fabulatur Homerus Phæacas, dies festos celebrare, compotare, auscultare citharædos, & rhapsodos, Straton nullum tempus vnquam intermisit quin hæc assidue faceret, atque adeo magis quam illi, ad voluptates titillabatur, quoniam cum suis vxoribus illi, & filiarum interuentu compotabant, Straton vero cum sceminis tibias instantibus, saltantibus, citharistris cœtus cogebat, accersitis etiam scortis non paucis è Peloponneso, & multis ex Ioniam musices peritis, ancillis quoque multis ex vniuersa Græcia, partim quæ saltarent, partim quæ cantarent, coram amicis, illis præmia polliceri solitus, atque adeo cum illis coire, eo vitæ genere exultans, natura quidem voluptatum seruus, sed magis æmulatione, qua cum Nicocle contendebat. Ambo namque inter se de ea re certabant ambitiosius, vtroque id affectante vt delicatorem & securiorem vitam agere videretur. Hæc nimirum inter ipsos æmulatio eouque processit, vt, quod nobis est audicione compertum, aduenientes vterque interrogaret de apparatu edium, & palatij apud alterum, & de sacrorum quæ faceret magnificentia, & impensa, quod in his vincere mutuo se admitterentur, eo potissimum consilio, vt beati ac felices cun-

ctis viderentur. Non tamen sub exitum vitæ prosperam illi fortunam experti sunt, nempe violenta morte abrepti. Anaximenes in libro cui titulus est, Regum mutationes, narrat eadem de Stratone, certamen illi fuisse cum Nicocle rege Salaminis Cypriorum, intemperante homine, ac luxurioso, & vtrumque per vim occisum fuisse. Theopompus libro primo Philippicorum, cum de Philippo loqueretur, ait, tertio die illum peruenisse ad Onocarina, Thracie locum, elegantem nemore, ac summa diligentia culto, amœnum, & cum regibus immorari libet, perquam gratum, præcipue ætatis tempore, vnum ex iis quem aliis anteposuerat Cotys omnium Thracie regum, quotquot vnquam fuerunt, deditissimus voluptati, ac delitijs, vt qui dum eam prouinciam peragret, vbicunq; videret locum densum vmbrosuq; arboribus, & aquis irriguum, in cœnaculum eum sibi deligeret: & cum accideret forte vt aliquem ex iis adiret, sacrificaret diis, ac cum præfectis suis illic familiariter versaretur, scelix, ac fortunatus, quoad Mineruæ maledicere, & scelesti in eam designare aggressus est. Nam, quod referit idem scriptor, apparata cœna Cotys, tanquam esset illi Minerua nuptura, instructo ornatoq; thalamo ebrius deam operiebatur, & cum nusquam appareret, impos mentis, ex hastatis satellitibus quendam misit prospecturum num in thalamum accessisset dea. Reuersum eum, ac renuntiantem neminem esse in thalamo, sagittis eum confixit, ac interfecit: alterum deinde ab eo missum iterum, eiusdem rei causa, pariter occidit: tertius cum id rescuisset, accedens dixit, deam illum iam dudum expectare. Tum rex zelotypia percitus, ne quid in vxorem suam ausus ille fuisset, manibus suis militem conscidit, ac discerpit, à pudèdis exorsus. Idem scriptor libro decimo tertio Philippicorum, de Atheniensis Chabria tractans, ait: In ciuitate quidem viuere non poterat, partim ob morum insolentiam, partim ob sumptuosam magnificentiam in victus modo, tum etiam ob Atheniensium odia & inuidiam, qui splendidis factiosisq; & diuitibus viris omnibus inensu sunt: quamobrem illustres multi ciues, exulare, quam in ciuitate manere, potius voluerunt, Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo, Chares in Sigeo, & Chabrias ipse in Ægypto. De Charete idem sic libro quadragesimo quinto scribit. Chares tardior ac legnior fuit, quamuis delitijs mollem vitam iam instituisset, vt qui exercitui præfectus secum tibicinas, citharistras, & meretrices pedibus prosequentes circumduceret, pecuniæ vero ad belli sumptus destinatæ partem in eum luxum expenderet, sua domi relicta, qua oratorum criminationes leniret & compefceret, iudicum decreta promulgantium asperitatem mitigaret, popularibus & plebeijs in iudicium vocatis subueniret, Atheniensium populo nequaquam ob ea succensente, imo vero erga illum magis quam cæteros optimates beneuolo, nec iniuria, quoniam ea fuit etiam Atheniensium in victu lasciuia, vt iuuenes apud mulierculas tibicinas & meretrices assidui forent, illis vero paulo seniores tesseres luderent, ac eiusmodi nequitia & insolentia tempus contererent: populus autem vniuersus in epula & viscerationes plus pecuniæ dissiparet, quam in ciuitatis gubernationem. Idem in opere cui titulus præfixus est, Syngamma, tradit, ex ea pecunia quæ direpto Apollinis Delphici templo compilata fuerat, Athenæo Chareti à Lyfandro data fuisse talenta sexaginta, & qua cœnam in medio foro Athenis præbuit, & victimas immolauit pro parta victoria, quod prosperè pugnatum esset cum hospitibus & amicis Philippi, quibus præerat Adæus, cognomine Gallus, cuius sic meminit Heraclides comicus poëta:

Gallum Philippi cum accepisset
Intempestiue canentem, & palantem,
Frustratim dissecuit crista quidem vna relicta:
Eo vero confisso, quamplurimos cœna excepit
Chares Atheniensis, quod factum certe tum generosum fuit.

Eadem refert & Duris Idomeneus scribit Hippium & Hipparchum Pisistrati filios comeffationes & festas epulas inuenisse: itaque apud illos equorum ac scortorum magnum veluti fluctuasse numerum, qua de causa grauis fuit illorum dominatus, tamen eorum pater circa voluptates moderatus sic esset, vt nec prædia sua nec hortos custodibus

e Nicocles, siue Nicocreon, Enagore filius, missus à Peolimo exercitu qui eius regnum turbaret, liqueo vitam finit: alius vero fratres mortem sibi conscuerunt: sorores, vxores, mater, partim gladijs se interemerunt, partim igne totu inrecto combusserunt, iugulatis liberis. Polyenus. Lycoparidus cap. 1. c. 1. Emendat. d Quasi dicas, asinorum tonsuram.

e Aduersus est bellum gestit Timotheus, & mille ducenta præda talenta reuicit in avarijs. Amylius Probus. Cotys filiam Thressum Iphicrates in vxorem duxit, ex eaq; suscepit Mnestea filium. Interfuit Cotys à Pyrrhono philosopho tradit Laertius, propterea, honoris ergo philosophi ab Atheniensibus ciuitate donatum.

f Ad verbum hæc hemit. Probus in Chabria vita, ut inde manserunt sit è Theopompo sua transferissit.

g Conon vna, Iphicrates, Timothei Amylius. Probus copiosius scripsit.

h De Charete apud Plutarchum extat hoc festiuum Timothei distichum: Cum ei belli ducem creandam ob insignem corporis robur populus ceteret, Haudquam Timotheum dixisse eiusmodi sane rille futurum de partanda exercitui sulcitra & stragulis, veru deliquit imperator à fronte & à tergo oculatus, qui nulla animi perturbatione impediatur, quo minus ea videat, & perpendat que vtilia sunt. Erasmus prouerb. Imperator bonus, &c.

i Commentarius. k Chareti mentio quedam apud Probum in vita Timothei.

l De Pisistratibus vide Herodotus lib. 5. & lib. 1. m Alij traizon, domesticorum, familiarium.

Plutarchus in eius vita, Aemylus Probus.

In manum taciti & clanculum darent.

Natu grandioribus Plutarch.

Cimonem ipsum sepe vestem suam exuisse, & tradidisse Probus refert.

Cui sic appellatus fuerit, vide Plutarchum in eius vita. Posthac hoc libro.

Ortam Mileto Axiochi filii fuisse Plutarchus tradit.

Eam Themistocles rex magnus desiderat, quae panem suppeditaret.

Idem, quae vinum, Mynta, quae obsonium, & quod scripsit quidam, Pericotes, & Palestipho, quae stragula, & vestem.

Is honor fuit velut summi pontificatus, & eius insignis corona capiti imposta.

Eurystyle feminae nomen, fuisse meritoria.

Berberii, gens Arcadiae. Erasmi, proverb. Versatili Artemon.

Eulides aspersiones eo accivitur. Hic ego res aspersiones veritas, calones. Scio tamem aspersiones fuisse in quibusdam tormenti genus, sic fortassis dictum quod talis admonetur.

Ubi in ea re usurpata fuisse, nempe iura talis illegitimi uodosa, quibus maiore cruciatu vapulant.

Alii vero ab eo, nuper elato, abluendi foridibus quibus obstem erat.

Hec maleficorum supplicia. Lignum hic furca: de rota vide Turnebii cap. 3. 4. Aduers. & cap. 16. 7. Furtivum enim fortassis intelligi fuisse.

Probus in eius vita, & Plutarchus, Erasmi, adag. Polyxi mentem: & adag. Versatili Artemon. e iuxta: aurigando. f Aleuada, in Larissa Thessalia nobilis familia. g Correctus hic locus ex Plutarcho in eius vita. h Contra morem Atheniensium, qui puberes facti comam detorsam alicui deo sacrabant.

dibus muniret, quod scribit Theopompus libro vigesimo primo, & volenti cuius liceret illis frui, ac quod opus esset inde sumere. Idem postea factum est & a Cimone, illius exemplo, de quo idem Theopompus libro decimo Philippicorum ita prodidit: In agris & hortis qui fructus custodirent Cimon Atheniensis nullos esse permisit, ut e ciuibus qui vellet ingressi fructus legrent, & si quid egerent quod proueniret in suis possessionibus, asportarent ut collibuisse. Præterea domum suam omnibus ille communem exhibebat, parata semper frugali coena, quæ multis hominibus satis esset, ut tenuis fortunæ ciues ac inopes accedentes & ingressi cœnarēt. Illis etiam fauebat qui quotidie ab eo quidquam poscerent, & cum per ciuitatē ambularet, duo vel tres adolescentuli eum comitari solebant, cum minutis nummulis, quibus imperabat, si quis obuius egeret, ei stipem ut erogarent. Eum quoque tradunt mortuis sepeliendis pecuniam contulisse, ac sæpe cum ex ciuibus aliquem malè vestitum aspiceret, adolescentum cuiquam ex iis qui sequebantur mandauisse, ut suam cum eo vestem commutaret. Ea profectò munificentia & liberalitate inclaruīt, & ciuitatis princeps habitus est. Pisistratus certe, quamuis multis rebus grauis ac molestus fuerit, tamen faciem Bacchi quæ Athenis visitur, eius imaginem esse quidam aiunt. Periclem Olympium Heraclides Ponticus scribit libro de Voluptate, exacta domo vxore voluptati se tradidisse, cum Aspasia scorto Megarico habitasse, & magnam rei familiaris partem in eam dilapidasse. Themistocles nondum Atheniensibus remulentiæ ac scortationi deditis, palam, quadrigam meretricum iugatam matutino egit per Ceramicum populo frequens. Ambiguè sanè Idomeneus hoc dixit, nempe, an meretrices quatuor, ut equos, coniugauerit, an in quadrigam iussu ipsius illæ conscenderint. Post libro tertio Magnesium ait, Themistoclem in Magnesia, cum coronati magistratus dignitatem assumpisset, Palladi sacrificasse, festumq; illum diem vocasse Panathenæa, tum etiam Baccho Choopote immolasse hostias, & eo ritu quo Athenienses, illic Cōgiurum ferias celebrasse. Clearchus libro primo de Phigalia refert, Themistoclem cum in Magnesia triclinium elegantissimum ædificasset, id sibi placere dixit, si amicis impleretur. Chamæleon Ponticus libro de Anacreonte cum hæc poetæ verba proposuisset:

Apud stauam Euryptelen est proculdubio qui circumuehitur Artemon, scribit Artemoni cognomen id inditum fuisse, quod mollem vitam traduceret, & in lecto circumferretur. Anacreon illum antea inopem & postea ditatum luxuriosum euasisse scribit his verbis:

Verum prius cum gestaret Berbenium integumentum adstrictum, Et calones in pedibus, ac costas operiret depilato bouis corio Nuper abluto, quod cariosi & putris chlypei velamen fuerat, Cum pistioribus prostibulisq; voluntarijs versatur Improbis Artemon, vitamq; impuram ac flagitiosam viuit: Qui sapius in ligno cervicem posuerit, Sapius in rota, sapius tergo flagro coriaceo cæso, Coma barbaq; auulsa: nunc autem curru uehitur: Amictus aurea veste stupidus & imbellis adolescens, Eburnam umbellam instar faminarum sibi prætendens.

De lepido verò Alcibiade Satyrus cum verba facit, In Ionia dicitur, inquit, luxuriosior Ionibus fuisse: Thebis corporis exercitatione ac labore, quam ipsi Thebani magis Bœotius: in Thessalia equis alendis, & freno regendo Aleuadis equestri illa disciplina peritior: Spartæ cum ad patientiam & animi securi tranquillitatem sese componeret, Lacedæmonios vicisse: meri potu superasse Thraces. Timæam Agidis vxorem is veluti scortum de stupro interpellauit, missis Daricis mille. Venustissima fuit ille forma: magna ætatis parte comam aluit: calceos ab aliis diuersos induebat, quos ab illo nominarunt Alcibiadeos: ludos publicos cum suo sumptu ederet, in pompa purpura

purpura vestitus incedebat. Theatrum ingredientem omnes admirabantur, non solum viri, sed etiam fœminæ, quamobrem Antisthenes Socraticus, oculus testis, ut qui vidisset Alcibiadem, cum validum fuisse asserit, generosum, optimis institutis eruditum, audacem, & quouis decursu ætatis speciosum. Ad expeditiones & peregrinationes cum accingeretur, sociis quatuor ciuitatibus, velut ancillis, imperabat quæ necessaria forent. Tentoria Persicis similia Ephesus suppeditabat: equis alimenta Chij subministrabant: Cyziceni hostias præbebant ad sacrificia, & viscerationes: Lesbij, vinum, & alia quæ opus erant ad quotidianum victum. Athenas reuersus ex Olympia, tabulas duas pictas ab Aglaophonte in publico posuit. In altera Pythias & Olympias ipsum coronabant: in altera, super Nemeæ sedentis genibus Alcibiades fuit, facie pulchriore, quam esse deceret muliebrem. Cum exercitui præesset, etiam id curauit, ut pulcher esset. Itaque scutum ex ebore & auro confectum ille habuit; & in eo pro insigni, Cupidinem qui vlnis fulmen amplecteretur. Comestabundus aliquando, profectus ad Anytum a quo amabatur, locupletem hominem, vnâ cum Thrasyllo vno ex familiaribus, simul comestante, cui res familiaris erat angustior, cum ei præbibisset, poculorum quæ super abaco iacebant, partem dimidiam ut ad Thrasyllo asportarent, comitibus imperauit, deinde humanè festinèq; Anyto valere iusso, abiit. Anytus verò liberaliter & amatorie, quibusdam id factum inurbanè & insolenter distitantiis, respondit, per Iouem non ita esse, verum ciuilitè, & circumspectè, quoniam cum omnia liceret auferre, dimidium reliquisset. Lysias rhetor cum de eius luxu sermonem haberet, sic ait: Nauigio, communi sumptu, Hellepontum Axiochus & Alcibiades cum petuissent, & ambo forent Abydi, communibus nuptiis duxerunt Abydenam Medontiadem, & Xynoçeipen, è qua filia cum nata esset; eius vter esset pater ignorare se dicebant. Vbi autem viro matura puella fuit, cum illa etiam consuetudinem habebant, & si dormiret cum Alcibiade, gnatam Axiochi esse ille dicebat, si cum Axiocho, Alcibiadis vicissim prolem is esse cauillabatur. Eupolis comica maledicentia eum proscidit, tanquam erga fœminas incontinentem, in Adulatoribus, sic:

A. Alcibiades iam à mulieribus egrediatur. B. Quid deliras? A. domum reuersus vxorem ille suam non exercebit. Pherecrates verò sic ait: Alcibiades minime vir, qualis cunctis videtur, Nunc mulierum omnium vir est.

purpura vestitus incedebat. Theatrum ingredientem omnes admirabantur, non solum viri, sed etiam fœminæ, quamobrem Antisthenes Socraticus, oculus testis, ut qui vidisset Alcibiadem, cum validum fuisse asserit, generosum, optimis institutis eruditum, audacem, & quouis decursu ætatis speciosum. Ad expeditiones & peregrinationes cum accingeretur, sociis quatuor ciuitatibus, velut ancillis, imperabat quæ necessaria forent. Tentoria Persicis similia Ephesus suppeditabat: equis alimenta Chij subministrabant: Cyziceni hostias præbebant ad sacrificia, & viscerationes: Lesbij, vinum, & alia quæ opus erant ad quotidianum victum. Athenas reuersus ex Olympia, tabulas duas pictas ab Aglaophonte in publico posuit. In altera Pythias & Olympias ipsum coronabant: in altera, super Nemeæ sedentis genibus Alcibiades fuit, facie pulchriore, quam esse deceret muliebrem. Cum exercitui præesset, etiam id curauit, ut pulcher esset. Itaque scutum ex ebore & auro confectum ille habuit; & in eo pro insigni, Cupidinem qui vlnis fulmen amplecteretur. Comestabundus aliquando, profectus ad Anytum a quo amabatur, locupletem hominem, vnâ cum Thrasyllo vno ex familiaribus, simul comestante, cui res familiaris erat angustior, cum ei præbibisset, poculorum quæ super abaco iacebant, partem dimidiam ut ad Thrasyllo asportarent, comitibus imperauit, deinde humanè festinèq; Anyto valere iusso, abiit. Anytus verò liberaliter & amatorie, quibusdam id factum inurbanè & insolenter distitantiis, respondit, per Iouem non ita esse, verum ciuilitè, & circumspectè, quoniam cum omnia liceret auferre, dimidium reliquisset. Lysias rhetor cum de eius luxu sermonem haberet, sic ait: Nauigio, communi sumptu, Hellepontum Axiochus & Alcibiades cum petuissent, & ambo forent Abydi, communibus nuptiis duxerunt Abydenam Medontiadem, & Xynoçeipen, è qua filia cum nata esset; eius vter esset pater ignorare se dicebant. Vbi autem viro matura puella fuit, cum illa etiam consuetudinem habebant, & si dormiret cum Alcibiade, gnatam Axiochi esse ille dicebat, si cum Axiocho, Alcibiadis vicissim prolem is esse cauillabatur. Eupolis comica maledicentia eum proscidit, tanquam erga fœminas incontinentem, in Adulatoribus, sic:

A. Alcibiades iam à mulieribus egrediatur. B. Quid deliras? A. domum reuersus vxorem ille suam non exercebit. Pherecrates verò sic ait:

Alcibiades minime vir, qualis cunctis videtur, Nunc mulierum omnium vir est.

Lacedæmone cum esset, Timæam Agidis vxorem stuprauit, quod nonnulli dum reprehenderent, non oblibidinem & intemperantiam cum ea se rem habuisse dixit, sed ut Lacedæmone stirps sua regnaret, & deinceps reges non ab Hercule nominarentur, sed ab Alcibiade. In exercitu cum imperator esset, Timandram secum Laïdis Corinthiæ matrem, & Theodoten Atticum scortum circumducebat. Atheniensibus, ab oppido profugus Helleponti dominatum reddidit: Peloponnesiorum amplius quam millia quinque captiuos Athenas misit, & suo in patriam reditu triremes Atticas oleæ fronde, vitis, ac fasciis coronauit, hostium naues quæ in potestatem venerant, extremis partibus mutilatas succendit: cum hippaginibus ducentis quibus potitus erat, manubiarum & Laconicorum armorum plenis, in patriam vela fecit. Triremis eius prætoria quæ uehebatur, ad Peiræi vsque claustra procurrat velis purpureis. Ut verò portum intrauit, & remis admouerunt manum remiges, Chryfogonus Pythicam stolam indutus classicos numeros est modulatus, Callipides verò tragœdiarum actor, clamore nautico illos est adhortatus ut gnauiter remis incumberent. Itaque festiuè dixit quispiam nec duos Spartam Lyfandros ferre posse, nec Athenas duos Alcibiadas. Exemplo Pausaniæ Medorum se moribus Alcibiades accommodauit, & tantisper dum apud Pharnabazum est commoratus, linguam Persicam didicit, ut & Themistocles. Duris libro vigesimo secundo historiarum narrat, Pausaniam abiecto popularium & gentiliū pallio stolam Persicam induisse, Dionysium verò Sicilia tyrannum, abollam, quæ tragica vestis est, induisse cum aurea corona, fibulis aurcis conferta. Alexander Asia subiugata Persica stola est vsus. Demetrius luxu

L omnes

i Detrahit acrostichis, sine rostris. Plutarch. k Plutarchus à Duride Samio scriptum hoc fuisse inquit: verum credibile non esse, & tacitum ab Ephoro, Theopompo, Xenophonte. l Quia Pythionices erat. Plutarch.

m Euisida. n Antigonis filius, non Phalerens.

o Alius Atheniense, à νεμεσιος de quo iactatum est prouerbiu, Vltia Hyperbolium.

p Apollinis dimicationem cum serpente Pythone.

q Caphisus. Alij nachosias: alij xaphosias: insignis tibiem, cuius meminere Plutarch. in Arato, & Demosthenio Socrato: Laertius in Zenone Scipion eius dictum videtur supra.

r Barchi spectatores, nempe cantores, musici, ludiones, histriones, scenici.

s Aegyptius. Tala fuit Aegyptius.

t Ea masculini venatores appellant, leu tailes.

u Ougonios: Sic nos hodie vocamus etel, calum, id quod demissis conopaeorum sine papilionibus superinditur mensi principum.

x Colere mali condonij.

y Color in seibat primum è cacco, deinde purpura tyria. Plin.

z approposio des a Plutarch. lib. De instituendis pueris, scribit, Alexandri ob id dictum inimicum Theocrito fuisse. Idem scribit Antigonij iussu esse interfectum, quia Eutropion cognominis principis Antigonij mandato ad illum eunti, rationes subduceret, dixerit, Crudum apponere me Cyclopi tu, exprobrans regi amissum oculis, Eutropion, artem culinariam.

b Ob aquilij aduocum nasum.

c Daphne Straboni lib. 16. oppidum mediocres, Antiochia vicinum, cum ingenti luco & opaco, fontibus irriguoyambitu studio sum 80. Oronia fluminis propinquitate ameno, in cuius medio sanum est asylum qd Apollini, & Diana templum.

Aristonimus Atheniensis, Athenodorus Teius: cantantes citharam pulsauerunt Heraclitus Tarentinus, & Aristocrates Thebanus. Accesserunt qui ad sonos tibia-rum caerent Dionysius Heraclotes, & Hyperbolus ° Cyzicenus: tibicines verò, qui primum Pythicum² cecinerunt, deinde cum choris modulati sunt, Timotheus, Phrynichus, Scaphisus³, Diophantus, & Euius Chalcidensis. Iam inde quos Dionysocolacas⁴ nominare solebant, Alexandrocolaces nuncupati sunt, ob larga munera quibus ab eo sunt donati, id quod gratum Alexandro fuit. Tragœdias egerunt Theilalus, Athenodorus, Aristocritus: Comœdias Lycon, Phormion, Ariston. Adfuit & saltator Phasimelus. Missa tum ad regem coronæ partim à legatis, partim à reliquis, talentis decies mille ac quingentis sunt aestimata. Polycletus Larissæus libro octauo historiarum, Alexandrum scribit in aureo cubili dormiisse, tibicinasq; semper & tibicines secutos eum in exercitu: ad auroram vsque illum potasse. Clearchus in Vitis, cum de Dario loquitur ab Alexandro euerso, ait, Persarum rex indicto premio si quis nouam ei voluptatem indicaret, regni sui maiestatem palam fecit esse inferiorem delitijs omnibus, nec se debellatum prius à seipso cognouit, quam occupato sceptro reges alij sunt declarati. Phylarchus libro vigesimotertio historiarum, & Agatharchides Cnidius libro decimo de Asia scribunt Alexandri familiares in luxum nimium effusos, inter quos vnus Agnon clauis aureis confixas crepidas & calceos gestabat: Cleitus verò, cognomine candidus, quoties aduentibus responderet vellet, amictus veste purpurea, & obambulans, cum iis qui compellauerant, sermones conferebat: Perdiccam verò & Craterum exercitatione corporis delectari solitos, pone sequebantur pelles magnitudine stadij, in quibus circumscripto loco vel castris positis exercerentur: Quin & multis iumentis ferebatur illis puluis ad luctas⁵ vtilis: Leonato & Menelao venationis studiosis aulæ⁶ ferebantur, quibus circumdatas feras insectarentur. Aureas quidem platanos, & auream vitem cum vuis confectis è smaragdjs, carbunculis Indicis, & alijs gemmis omne genus, summi pretij, fidem omnem excedentis, sub qua sæpius reges Persarum sedentes legatos audiebant, & ius dicebant, Phylarchus leuiora fuisse tradit quam qui apud Alexandrum sæpe fiebat quotidianus sumptus. Lectos enim centum capiebat eius tabernaculum. Aureis columnis octo sustinebatur. Lacunaria⁷ in summo protensa, aurata, magnifica varietate quadam eminebant, & superiorem partem contegebant. Ac primi quidem clauarij Persæ quingenti circa tabernaculum, fori adstabant, purpureis atque melinis⁸ vestibus induti: post eos sagittarij numero mille, partim amicti flammeis sagis, partim hygino⁹ colore tinctis, quidam cœruleis. His antestabant argenteis scutis insignes¹⁰ Macedones quingenti. In tabernaculi medio statuebatur aurea sella, in qua sedens ius dicebat, & legatos audiebat Alexander, corporis custodibus vndique circumfusis. Extra tabernaculum in orbem stratorum Elephantorum agmen dispositum erat, cum mille Macedonibus stola Macedonica vestitis, deinde Persarum millibus decem, & purpuratis quingentis, quibus Alexander eum vestitum indulserat. Ad Alexandrum tot amicis & famulis cinctum nemo audebat accedere, in tanta eius dignitate ac maiestate. Scripsit tum Alexander ad Ionæ ciuitates, & primum Chios, sibi purpuram vt mitterent: velle namque se familiares omnes purpurea stola vestiri. Apud Chios cum epistola recitaretur, adfuit Theocritus¹¹ sapiens, dixitq; cognoscere se verum esse, quod ab Homero dictum fuit,

Abstulit hunc purpurea mors, validumq; fatum.

Poseidonius libro vigesimo octauo historiarum scripsit Antiochum regem Grypum¹² cognomine ad Daphnen¹³ celeberrimos conuentus agentem, aduentantes splendidissime accepisse. Primum enim integra cibaria fuisse distributa, deinde viuos etiam anferes, lepores, capreas: conuiuis coronas aureas datas, argentea vasa multa, seruitia, equos, camelos, & eum qui singulis adstabat, puerum, lege proposita vt in camelum quisque ascenderet, deinde biberet, ac camelum haberet, & quæ gestaret camelus, ac puerum qui camelum ducebat. Idem libro decimoquarto, cum de altero eiusdem nominis Antiocho verba facit, scribit eum aduersus Arfacem in Mediam expeditione suscepta, quotidie conuiuiarum turbas cateruatim sic tractasse, vt præter ea quæ in

quæ in mensis absumebantur, & acruatim tollebantur, conuiuiarum quisque aufertret, intactam & integram carnem volucrum, quadrupedum, marinorum piscium, iam præparatam, quibus omnibus plaustrum oneraretur: deinde è melle concreto dulciarium opus multum, coronasq; multas è thure ac myrrha, insertis ac inculcatis aureis lemniscorum fasciis hominis altitudine⁴. Cleitus Aristotelicus in libro de Mileto refert, Polycratem Sami tyrannum præ luxu, quidquid esset vbique nobile ac clarum coegisse, ex Epiro canes, capras è Scyro, oues ac pecus è Mileto, sues è Sicilia. Alexis libro tertio de Sami⁵ pulchritudine, Samum ait ciuitatum multarum ornamenti decoratam fuisse à Polycrate, qui inuexisset Laconicos & Molotticos canes, è Scyro ac Naxo capras, pecoris greges è Mileto & Attica. Accibat idem & artifices ampla mercede. Anteaquam verò tyrannidem inuaderet, sumptuosos lectos faciendos curauerat, ac pocula quæ vtenda dabat, si quis aut per nuptias epularetur, aut apparatu lautiore amicos vel hospites inuitaret. Ob hæc omnia mirari par est tyrannum eum, quem nusquam legimus alienas vxores puerosve ad stuprum & libidinem accersuisse, quamuis macula venere ad stuporem vsque & insaniam exardesceret, adeò vt in amando puero Anacreontis poeta riuallis fuerit, qui ideo accensus ira amasi comam detondit. Primus Polycrates quas naues ædificarat, à patria Samias⁶ appellauit. Tradit Clearchus Polycratem delicatæ Sami tyrannum ob insolentiam & petulantiam periisse, cum Lydorum molitiam & lauticias imitaretur. Itaque pro cupediario loco, quem dulcem cubitum⁷ Sardibus vocabant, tanquam æmulam in ciuitate sua Lauran extruxit, Lydorumq; floribus famosos illos Samiorum flores⁸ opposuit ex aduerso. Samiorum quidem Laura angiportus fuit, in qua mulieres habitabant omnium cibariorum magistræ, & architectæ, quæ ad voluptatem & intemperantiam sunt inuenta. Illis certè Græciam totam Polycrates impleuit. Flores autem Samiorum, mulierum & virorum excellens pulchritudo fuit, ac ciuitatis vniuersæ in temulentia, & festis diebus agitando hilaritas, & lætitia. Hæc Clearchus. Apud meos Alexandrinos ego equidem scio Lauram fortunatorum etiam nunc forum quoddam vocari, vbi cupedia venent. Aristoteles libro De iis quæ per luxum admiranda fiunt, scribit, Alcisthenem Sybaritan luxu corruptum, tanta impensa vestem fecisse, vt in ea celebritate quæ in Iunonis honorem fit ad Lacinium promotorium, ad quam omnes Itali conueniunt, eam spectandam exhibuerit, ac ex omnibus quæ visa tum, & commonstrata sunt, admirationem illius summam fuisse. Eam aiunt, cum in illius potestatem deuenisset, Dionysium Seniore Carthaginensibus vendidisse talentis centum & viginti. Mentionem eius⁹ fecit Polemon in libro cui titulus est, De Carthaginis peplis. Herodotus libro sexto de Smindyride¹⁰ Sybarita Hippocratis filio & eius luxu id memorat, cum ex Italia procus nauigaret ad Cleisthenem Sicyoniorum tyrannum, Argarites eius filia nuptias ambiturus, tam mollem eum fuisse, ac luxu corruptum, vt aucupes & coquos mille secum duceret. Meminit & illius Timæus libro septimo. Satoryrus peripateticus in Vitis, de luxu Dionysij iunioris Sicilia tyranni literis hoc mandauit, in cœnaculo triginta lectos ab eo conuiuis impletos fuisse. Clearchus libro quarto vitarum ita scribit: Dionysius Dionysij filius totius Sicilia pestis, & perniciosus¹¹, cum accessisset in Locrorum ciuitatem, patriam matris, (nam Doris, è qua genitus est, Locrensis natione fuit,) ædibus in ea ciuitate amplissimis serpillo stratis & rosa, Locrensum virgines vicissim ac figillatim acciuit, & exuto omni pudore, nudus cum nudis illis in lecto se volutauit. At non multo post iniuria tam atroci Locrenses accepta, cum in eorum potestatem venissent vxor, & eius liberi, captiua corpora publica via prostituerunt, & violarunt, ac tandem ea contumelia fatiati, carnem sub manuum digitis acubus pungentes, interfecerunt: post ossibus defunctorum in mortario contusis, & conficilla minutim carne reliqua, eos deuouerunt, qui non aliquid inde gustaffent: deinde postea quam diras sunt imprecati, carnes eas molis¹² obrinerunt, vt ab iis varentur, qui fruges in alimenta sibi molebant, & quærebant: reliquias autem in mare demerferunt. Dionysius verò sub extremum ætatis tempus Cereri stipem emendicando cogens, ac tympana pulsans, cum morte

d Que explicata hominis altitudinē æquarent.

e Tōi agōn: quidam, quos, finibus ac terminis, quod minus probat.

f Vide prouerbiu Samij literati: & Samiorum mores: & Samiorum flores: & Samiorum Laura. g Vide prouerbiu Dulce cubitus: lustrium id & popina fuit voluptatibus fruendis destinata. h Hoc commentum inde sumptu quod Samum olim aduocum uocauit, forum copia nominauerunt, & ideo tanquam prouerbio quodam in ore vulgi fuerint Samiorum flores.

i Aut vestis, aut Sybarita. k Eius meminit Erasmus prouerbio Sybaritica mensa supra pag. 203.

l ἀδίκος, malus genius, perniciosus demon.

m Pistinaris.

vitam commutavit miserabiliter. Sunt igitur luxus & voluptatis illecebræ fugiendæ, perniciæ vitæ, temperandumq; ab iniuria, quam omnibus exitiosam nos censere debemus. Diodorus Siculus in sua bibliotheca tradit, Acraganthinos Geloni piscinam magno sumptu ædificasse, ambitu stadiorum septem, profundam viginti cubitos, in qua, fluvius & fontium aquis immixtis pisces alerentur, quorum magna copia Geloni ad lautitias & voluptatem superpetere: in eamq; aduolasse cygnorum ingentem numerum, iucundissimo eo spectaculo: illam post, aggesta terra, complanatam & abolitam fuisse. Duris libro decimo historię Agathoclis scribit, ad Hipponium oppidum, ostendi nemus perquam amœnum, & pulchrum, aquis irriguum, in quo Gelon ædificatum à se locum Amalthææ cornu vocauerit. Silenus Calatianus libro tertio De Sicilia rebus ait, circa Syracusas hortum fuisse magnificè instructum, quem Confabulationem appellabant: in eo Gelonem illos audire solitum, qui de publicis rebus conueniebant. Panormo vicina Sicilia regio tota hortus appellabatur, quod vbiq; abundaret cultis arboribus, vt autor est Callias octauo libro historiarum. Poseidonius vbi De Damophilo Siculo verba facit, ob quem excitatum est feruile bellum, quoniam affinis esset voluptati, ait, maleficum & luxuriosum illum fuisse, circumcirca per eam regionem rhedam quatuor rotarum egisse, ac tum equos, tum famulos pulchros, cum accursu intemperantium adulatorum, militariũque puerorum, postremò tandem cum vniuersa familia iniuriarum omni genere affectum, à domesticis trucidatum. Demetrius Phalereus, vt inquit Duris libro decimo sexto historiarum, cum annua mille ducentaq; talenta numerarentur, ac ex illis parum in militum stipendia ciuitatisq; administrationem impenderet, vt intemperans natura fuit reliquum omne prodigebat, paratis quotidie splendidis epulis, conuenientibus ad cœnam multis, sumptu ad eam rem profusior Macedonibus, munditiis superior & Cypris & Phœnicibus. Vnguentis namque solum is conspergebat. In virorum cœnaculis pauimentum, floribus, artificiosè multis in locis variegatum erat, & tanquam picturatum: Cum mulieribus clanculum tacitus is congredebatur: adolescentum nocturnis fruebatur amoribus: & qui leges præscribebat aliis Demetrius, cæterorumq; vitam moderabatur, contra legum scita insolentissimam vitam sibi delegerat, formæ curiosus, vt qui crinem capitis flauo colore tingeret, & faciem oblineret acantho, vnguentisq; aliis fucaret, vt aspectu hilaris & venustus videretur obuiis. In Dionysiorum pompa, quam præsul & prætor ducebat, in ipsum chorus versus cantauit Castorionis Solensis, in quibus nuncupabatur Soli facie similis, illustri admodum genere procreatus, ingenium mite fortitus, qui prætor diuinis honoribus Bacchum veneraretur. Carystius Pergamenus libro tertio Commentariorum scribit Demetrium Phalereum Himeræum occiso fratre ab Antipatro, cum Nicanore degisse, eo prætextu quod occiso fratri se parentalia sacrificare diceret: cum autem se in Castandri amicitiam insinasset, plerimum apud eum potuisse: & initio quidem pro prandio illi fuisse omnifuris oliuis & insulari caleso plena acetabula: vt verò ditatus est, Moschionem coquorum eius temporis optimum, & parandæ cœnæ peritissimum emisse: tantamq; fuisse in quotidiano victu cibariorum copiam, vt cum Moschioni reliquias largitus fuisset, biennio Moschus villas tres emerit. Ingenuis quidem pueris ille vitium obtulit, matronas illustrissimas stuprauit. Catamito eius Theognidi inuidebant omnes, tanquam amoris amulatione riuales. Tanti porro fuit ad illum accedere, vt cum pransus circa tripodas spatia retur, postea quàm magistratum iniiit, formosissimi pueri eò conuenirent, & spectandos se obtruderent. Nicolaus Peripateticus libro decimo sexto historiarum, tradit Lucullum cum Romam reuersus triumphasset, & rationes gesti aduersus Mithridatem belli reddidisset, à consuetâ frugalitate & temperantia, in sumptuosam vitam conuersum, primum Romanis luxum ducem & autorem fuisse, diuitiis & opulentia regum duorum potitum, Mithridatis, & Tigranis. Famosum etiam ob luxum & mollitiem apud Romanos Sittum fuisse tradit Rutilius. De Apicio nos iam sumus locuti. Pausaniam & Lyfandrum insignes luxu fuisse omnes prope modum narrat. Agis certè de Lyfandro dixit, secundum Pausaniam Spartam genuisse.

n Vide prouerbiũ, Herculi cornu, 88. 3. Cent. apud Iunium.
o Quem Athenis in potestatem redactum Cassander præfuit. Phanostrati filius is fuit, cuius Atheniensis, familiaris Theophrasti. Scripsit commentarios de Atheniensi re publica. Strabo lib. 9.
p Te colunt quidam referunt ad florido colore tinctas stragulas vestes, quibus panimentum operiretur.
q Acathi filia maculas & sordes faciei abstergunt, & eam lentore superluis lauant. Post hac lib. 13. de metricum lenocini: λουόμενος λένω τις ἐστὶν ἡ ἀσπίς τοῦ ἐν σφίσι. Alii faci genus esse volunt. Hinc Demetrio Atheniensis præcætas sexaginta statuas dicarite, quas mox lacerauerunt, nondum anno eò dies numerũ excedente. Plin. Ob nimis formæ curam Laertius tradit à muliere quadam cum vocatum fuisse λένωτα, & λένωτα βλάπτειν.
r Apud summum Atheniensi magistratus & princeps.
s Εὐφρόνια, quasi περιπταλίς, aut perempτορία: non περιπταλίς.
t Ζηλότυπος.
v Athenis via, sic dicta quod in ea starent dicati anei tripodes. Pausanias.
x Quidam legunt: Famosos etiam ob luxum & mollitiem apud Romanos Quinti filios Rutilius fuisse tradit: vt de Arrii gnauis hoc dicatur, de quibus Horat. Sat. 1. lib. 1. Quinti progenies Arrii par nobile fratrum, Nequitia, & vngui prauorũ & amore gemellum, Lusimias solis impenso prandere compitas.

nuisse. Theopompus libro decimo rerum Græcarum, de Lyfandro scripsit aliter, industrium nempe hominem atque gnauum fuisse, qui reges & priuatos colere nouisset, temperantem, & qui nulli voluptati cederet. Nam totius ferè Græciæ imperium adeptus, in nulla ciuitate aut venereis voluptatibus & libidine est exagitarus, aut intempestiuus vsus comotationibus. Sic verò apud antiquos promissus fuit sumptuosus luxus, vt Parrhasius pictor aliquando purpura indutus, capiti auream coronam imposuerit, quod à Clearcho in Vitis est proditum. Is enim luxu mollis, præter decorum, ac super pictoris sortem, verbis iactabat virtutem se amplecti, absolutisq; operibus suis inscribebat:

*Delicatus vir, atque virtutis cultor hoc pinxit,
Parrhasius, cui patria est inclita Ephesus:
Tacere quoque parentem nolim meum Euenorem, qui me genuit,
Natura verè Græcum, & pictorum omnium principem.*

Gloriatus quoque est arroganter, nec citra inuidiam quamuis audientibus narraret incredibilia, de sua peritia, in his quoque:

*Iam verò nunc aio:
Huius artis finem inuentum esse
Meis manibus: at insuperabilis me hic affixit
Terminus: sic mortalium cuius est quod conueratur.*

Aliquando Sami cum in certamen is descendit de Aiace pingendo cum altero minus laudato pingitore: à quo victus, vicem eius amicis dolentibus is dixit, de ea re non admodum se laborare, sed Aiace nomine moleste ferre, quod iterum ab indigno victus esset. Præ luxu purpuream vestem ille gestabat, & in capite albam fasciam, scipioniq; innitebatur, aureis veluti capreolis, & clauiculis circumuoluto: aureis habenis adfringebat calceorum ansas. Cæterum in artis operibus nunquam seueritatem & tristitiam præ se tulit, verum facilem comitatem, vt qui caneret inter pingendum, quemadmodum narrat Theophrastus libro De sclicitate. Prodigiosè quidem ille referebat, cum in Lindo pingeret Herculem, talem se deum representasse, & picturæ accommodasse, qualis per somniũ ipsi apparuerat: hos ergo tabulæ versus adscripsit:

*Qualem noctu sepe videndum se obiciebat
Dormienti Parrhasio, talem hic videre licet.*

Quin & Philosophorum totæ scholæ studium ad voluptatem suam profus destinaverunt, vt Cyrenaiorum, quæ ab Aristippo Socratico initium habuit. Vitæ iucunditatem atque voluptatem is sibi capeflendam ratus, finem esse illam iudicauit, in ea sitam esse sclicitatem, ac solam eam firmam durare, non aliter quàm luxuriosus, & helluo quiuis. Præterea earum voluptatum recordationem quæ iam abierunt, futurarumq; spem, inanem & friuolam esse, nihilq; pertinere ad beatam vitam, at id solum bonum esse quod præsens sit: iis voluptatibus quas olim percepit, aut aliquando sit percepturus nihil se moueri, quod prius illud iam euauerit, alterum nondum adsit, & quale futurum sit ignoretur, quod & iudicium hominum est luxu ac mollitie disfluentium, qui præsentia putant sola nobis delectationem asferre. Ab his præceptis non aliena vita fuit quam in omni luxu, sumptuosus vngentis, vestibus, ac mulierum congressu traduxit. Laidem scortum palam is amauit: Dionysij sumptuosâ magnificentia valde est allectus, quamuis iniuria ab eo sæpius afficeretur. Hegesander hoc de illo refert, cum apud Dionysium accubisset minus honesto loco, æquo animo tulisse: deinde tyranno percontanti postridie, ecquid videretur de eo loco in quo tum cœnasset, ad eum in quo pridie, respondisse eundem sibi videri. Nam hodie, inquit, quoniam à me disunctus est, contemnitur, qui heri mea præsentia fuit honoratissimus: is autem in quo hodie discubui, mea causa censetur honoratissimus, qui heri, quoniam me carebat, vilissimus fuit. Idem Hegesander alibi: Aristippum cum aqua perfudissent serui Dionysij, & quod id pateretur, Antiphon rideret, si ego quidem piscarer, inquit, & madefiam, an relicta opera ideo abeam? In Ægina plurimum versabatur Aristippus luxu dissolutus. Itaque vt resipisceret, quod ait Xenophon in commentariis, Socrates crebro exhortatus est, voluptatisq; & virtutis eius rei gra

y Παιὸς μέλας, inepitè, & indecorè. Vide prouerbiũ: Præter captionem.

z Plinius cap. 10. 35.

a Hanc artem à me consummatam fuisse.
b In eius sepulchro videtur hac scripta fuisse.
c Ex armorum iudicio; quo Vlysses ei Græci anteposuerunt.
d Timanthe, ingeniosissimo pingere. Plin.

e Laertius aliter hoc narrat.

Homines si deserant, illos non puto ego, vivere, sed animata esse cadauera. Domi, si libet ita, per quam dives esto: Tyrannico vine apparatus, si abest Lata mens, reliqua sumi umbra Mercari nolim hominem, pra voluptate.

z Vinea esse cadauera. Vide proverbum, vinum cadauer: Homo bulia.

a Vide proverbiu, Umbra sumi.

b Troadesis, Astyanactis filius, Laertius.

c Tλω μυσων μυσαριον, id est Musarum procuratorem, vocabant.

d Επιμελινη. Sic Athenienses μυσου ελευ επιμελινην appellabant regem factorum.

e Abderita. Laertius.

f Eudæmonici philosophi de beata & felici vita disputabant.

g Quod nescirent Anaxarchum philosophum esse.

h τω κρηνη. Eustath. rlt. Odyss. exponit lineum puniculum, ori nariumque obductum, ne molestem & odiosum quidpiam afflarent, qui farinam trahabant, & pingebant.

i In exempl. nostro, τολουαι, pracones. Olim diuitu canaque eulis pracones celebrabant.

k Notae & voculas magicas, quas qui gestarent, mira fecerunt, tanquam virgula divina, quidquid optarent, affequeretur. Vide proverbium, Ephesie litrae.

Lycon Peripateticus b, vt scribit Antigonus Carystius, Athenas profectus initio, vt in disciplinam philosophis se traderet, de Cothone quem ludebant collatis symbolis, & quantum mercedis scortum vnumquodque peteret, exacte cognouit, deinde Peripateticorum scholae praefectus, amicos excepit coena, multo cum sumptu & fastu. Nam praeter homines qui memoriter super coenam iucundas narrationes, & gratas aurius, recitarent, praeter argentea vasa, & stragulas vestes, reliquos apparatus, & in struenda coena diligentia, item mensarum tantus & coquorum strepitus fuit, vt expauescerent multi, & repressa, quam prius habuerant, adeundi coetum cum voluntate, tanquam prauam ciuitatis administrationem, choris magnificis personantem, ministrisq, tumultuosam, subire formidarent. oportebat enim constitutum in ea schola pro more ac legibus magistratum gerere c. Fuit autem consuetudo, vt ornatiorem coenam & elegantiorē praerberent qui magistratum inibant, obolos nouem promittere, non tantum qui adferre symbolam assueuissent, sed quos praeterea Lycon inuitasset, & si quis natu grandior scholam ingressus curiose omnia perspecturus casu occurrisset, vt ad vinguenta, coronas, sacrificia, & sustinendam Musarum procuratoris d dignitatem sufficeret contributa pecunia: quae omnia profecto parum consentire videbantur cum ratione ac Philosophia, sed magis luxui, & stolidae multitudinis circumfusis coronis ac circulis conuenire. Non enim ad eum honorem patebat illis accessus, quibus, vnde fieret impensa, non suppeditabat, aut qui non nisi vulgari sumptu ac tenui, quae dignitas ea postulabat, suppeditare possent. At enim valde ineptum fuit & inhonestum mercedem & symbolas exigere. Plato quidem & Spenippus coire familiares & amicos simul voluerunt, non vt posteaquam conuenissent, ad diluculum vsque mensis fruerentur, aut ad temulentiam biberent, sed vt palam fieret numina illos venerari, & quod natura suadet, facili vita comitate, mutuo sibi se dare, ac obsequii potissimum relaxadi animi ac de literis disciplinisq; confabulandi gratia: quae omnia postmodum eorum posteritas pra lacernis sumptuosis, & ea magnificentia quam exposuimus, parui fecit. Hoc ego de philosophis illis dictum volo, excepto nemine. Lycon certe arroganti temeritate in splendidissimo ciuitatis loco, nimirum Cononis aedibus, habitauit, coenaculo viginu lectis strato, quod ad excipiendos amicos & hospites idoneum, & laxum foret. In pilae quidem lusu magna fuit eius peritia, & dexteritas. De Anaxarcho e, Solensis Clearchus libro quinto Vitarum ita scripsit Ex philosophis Eudæmonicis f, cum ad Anaxarchum, ob eorum ignorantiam quibus sumptum praebant g epuli parandi summa potestas delata fuisset, nuda quidem ancilla vinum ministravit, conuiuarum iudicio pubescens, pulchritudine ceteras antecellens, eorumque reuera illam spectantium intemperantiam instigauit, & inflammauit. Pistor manicatus, & ore fiscella h capistrato farinae massam aqua resperfam tractabat, ne sudor stillans influeret, aut qui pinsebat halitu subactam farinam afflaret. Itaque in eum sapientem philosophum optime quadrabit quod al Anaxila poeta scriptum est in Ventum faciente:

Flauis unguentis cutem oblinens: lacernas gestans, Soleas trahens, bulbos comedens, caseum vorans, Oua exculpans, vinum Chium bibens, calyces i multos habens, Et praeter hac in consuetis corijs literas k Ephesias pulchras ferens.

Quanto his probior Gorgias Leontinus, quem idem Clearchus scripsit octauo libro Vitaru, ob temperantiam victus ad octogesimum ferè annum integra mente vitam traduxisse: & cum interrogaret aliquis quae victus ratione sic validus & sensibus illaesis tam diu vixisset, respondisse, quod voluptatis causa nihil vnquam fecisset, ideo vitam sic longinquam fuisse. Demetrius Byzantius in libro de Poematibus, Gorgiam Leontinu, sciscitant

sciscitante quodam quanam de causa fuisset ultra centesimum annum producta vita, refert dixisse, nihil vnquam a se factum in alterius gratiam. Ochus i animam agens, cum per longum tempus regnum obtinuisset, & ad regium sumptum pecunia, quod erat satis, abundasset, percunctante filio natu maximo, quae industria regnum per tot annos conseruasset, id edoctus vt imitaretur, dixit, pietate in deos, iustitia in homines regnum se tutatum fuisse. Carystius Pergamenus in historicis Commentariis narrat, a Cephalodoro Thebano scriptum, Polydorum Teium medicum, conuiuiam Antipatro fuisse, cum glabro rapete, croceo m, instar straguli, parui pretij, cui impositus fuit aeneus cadus, cum paucis poculis, quod is esset paucioris cibi, & acerrimus deliciarum hostis. Tithonum a diluculo vsque ad solis occasum dormientem vix exiecit cibi appetentia sub vesperam: quam obrem illum cum Aurora iacere fabulati sunt, propterea quod per senectutem n cupiditatibus irretitus, vt vinculis, obstringeretur, illis reuera tanquam alligatus & appensus. Melanthius o quidam voluptatibus & cupediis marcidus protensò collo suffocatus est, Homericò in Odyssæa Melanthio p gulosior helluo. Quibusdam ob importunas voluptates distortum corpus est, aliis supra modum pinguefactum: aliis ob delicias priuarum sensu. Nymphis Heracleotes libro secundo de Heraclea scribit, Clearchum patriae suae tyrannum, eius filium qui tyrannidem primus inuaserat, luxu & quotidiana voracitate sensum in tantam molem carnis extumuisse, vt propter crassitatem, & obesitatem anhelitus difficultate correptus sit & strangulatu, ideoq; medicos praecipisse vt tenuibus ad id paratis acubus, & praelongis, latera & ventrem configerent, quoties in profundiorē somnum laboretur. Carne in callum spissata ob nimiam pinguedinem, aliquandiu nihil ille sentiebat: cum verò ad puram adacta carnis acus perforasset, tum experrigebatur. Iis qui responsa petebant, reddebat, corpori obiecta arca, quae partes reliquas obregeret, vt facie tantum aperta colloqueretur cum iis qui compellabant. Huius Menander in Piscatoribus meminit, alioqui minimè conuiciator, inductis quibusdam exulibus ex Heraclea, qui haec loquantur:

Obesus q enim sus in os iacebat.

Luxuria sic indulgit, vt indulgere diu nequeat.

Expetenti mihi quae suauiora sunt,

Sola mors ea videtur facilis, & tolerabilis,

Si quis multis intestinis omasisq, distentus obesus iaceat,

Vix loquens, ex alto r ducens spiritum,

Et qui dum affatim cibus vescitur, dicat, voluptatibus ego putresco.

Annos quinquaginta quinque natus diem obiit, tyrannide per annos triginta tres continuata, prioresq; se tyrannos antecelluit comitate, & mansuetudine. Talis porro fuit & Ptolemæus, Aegypti rex septimus, qui beneficium se cognominauit, & veluti proclamauit, cum ex aduerso maleficum Alexandrini vocarent. Poseidonius Stoicus Scipioni, quem Africani appellarunt, in Alexandriam pergenti, comes, illum cum vidisset, ita scribit octauo libro historiarum, Ob luxuriosam vitam & delicatorem ventris & staturae totius crassa moles turgebat, quam vix vltis fuisset completus aliquis, inerti corpore, & languescente, quod ad talos vsque demissa tunicula vestiebatur, manicis ad palmas protensis. Pedibus nunquam ille è regia prodibat, sed perpetuo scipione subnixus. Gratam verò sibi voluptatem fuisse is etiam testatur octauo libro Commentariorum, Cyrenis creatum se Apollinis sacerdotem narras, & quae magnificentia illos qui eo sacerdotio erant antea functi in coenam aduocasset: inquit ergo: Cyrenis Artemisia celeberrimum est festum, in quo sacerdos Apollinis epulum praebet omnibus quibus antea delarum id sacerdotium fuerit, & catinos s apponit singulis. Vasa porro Catini sunt quae artabas t circiter viginti capiât, in quibus ferinae multum v carnis erat, diligenter conditae, aliorum cibariorum multum, domesticarum auium, marinorum piscium, ac peregrini fassamenti multa genera. Sapius verò conuiuatores nonnulli puerum, qui citharam pulsare sciret abeuntē conuiuias profecturum, velut asseciam iis addunt exiguum citharum x. Nos equidem amouimus illa omnia, & phialas totas ex argento fabricandas y curauimus, eius

l Ochus Artaxerxi filius, de quo vide Platarchum.

m Regibus: alij sibi imbratio.

n Nam in fabulis est Auroram illum amplexatam in calum suspulisse. Poeta: Tithoni croceò lingue Aurora cubile.

o Cygni callum is sibi optabat pag. 5. Iunius adagio 31. s. Cent.

p Vlyssu pastorem quem Telemachus interfecit, quia heri absentem & peius absumpsisset eius proci. Odyss. g. & x. Ouid. Pecorisq; Melanthius autor edidi. pag. 5. supra. Iunius adag. Melanthio delicatior. q Vide proverbiu, Sus Beroia. Catullus, Aut porcus Vmber, aut obesus Eshrusens. Pomponius in Veronibus: Porcus est, quae amare capi, pinguis, non pulcher puer. Erasim. proverb. Pinguis venier.

r Elato capite, & hiantior, quod sit a suspiretis, & anbelosis, quibus animus difficile est.

s Τριβλια. t Modus Atticor: τρις μεδυαρες.

u Ταυ ερωτικων: quidam exponunt aggressia olera, quorum sequeus rjus fuit Aegypti. Probabilis tamen in Diane venatrixis fido, appositam carnem ferarū captarum venatione.

x Pisco sacrum Apollini, aliq.

y Catinarum loco, quos pro minere auferret.

eius pretij singulas cuius sumptum praestitueramus: deinde ornatum equum aureis phaleris cum equifone suo dedimus, in quo sedentem vnumquemque domum reuerti fumus adhortati. Huius etiam principis filius Alexander euasit sagina multa obefior; is nimirum qui regni consortem matrem necauit. De illo Posidonius libro quadragesimo septimo historiarum ita scripsit: Aegypti verò Princeps inuisus populo, familiarium assentationibus excæcatus, delictis exolutus, ne ambulare quidem poterat, nisi duobus suffultus incederet. At in saltationibus quæ epulis adhibebantur, nudis ille pedibus è lectis superioribus desiliens, exercitatis concitatus & agilius corpus saltando mouebat. Agatharchides libro decimo sexto Rerum Europæ, scribit Magan, qui regnavit annos quinquaginta Cyrenis; cum bellis non occuparetur, & luxu diffunderet, immensa carnis mole auctum fuisse, vt sub vitæ finem prodigiosus esset corporis tumor, tandemque pinguedinis copia exanimatum partim ob ignauiam & segnitiam, partim ob ingluuiem, & nimiam cibi voracitatem. Idem scribit libro vigesimo septimo, apud Lacedæmonios insigni probum fuisse, si cui minus esset virilis forma, aut corporis tumor in aqualiculum proiectus & propensus conspiceretur; cum decimo quoque die nudos se iuuenes Ephoris contemplandos sisterent: qui & iuuenum quotidie tum cubilia, tum vestitum obseruabant, & merito quidem, quoniam Lacedæmone qui carnem ad obsonium præpararet fuerunt, aliarum præterea cupidiarum nihil. Idem autor libro vigesimo primo tradit, Naucleiden Polybiadis filium supra modum corpulentum & ob delicias crassum, à Lacedæmoniis in mediam concionem productum fuisse, & publicè à Lyfandro acerbè obiurgatum vt voluptarium, minimumque abfuisse quin in exilium ageretur, idque futurum minitatos Lacedæmonios, nisi vitam corrigeret: Lyfandrumque tum recitasse, Agesilaum, cum ad Hellespontum Barbaros bello premeret, & Asiaticos homines sumptuosos stolis exultos; sed imbelles & inutiles corporibus esse intueretur, captiuos omnes iussisse vestibus exutos ad præconem duci, qui venales prædicaret, indumenta verò seorsum vendi; vt socij & fœderati cognoscerent, præmiorum ampla spe aduersus homines nihili bellum susceptum esse, ideoque animo promptiore & alacriore cum hostibus dimicarent. Python rhetor Byzantius, vt Leon eius ciuis prodidit, corpore valde obefus, cum aliquando inter ciues esset orta seditio, ad pacem & mutuam beneuolentiam illos exhortans, Videte, inquit, ciues, quali sum corpore: obefior etiã mihi vxor est: & tamen concordens nos quous lectulus capit, discordibus autem vel ædes totæ angustæ futuræ sint. Quanto igitur fatius & honestius est, ò bone Timocrates, labore corpus attenuari, vt inquit Hermippus in Cercopibus^b, quàm diuitiis affluentibus similes esse Tanagrao^c ceto, quales viri fuerunt supra memorati: Hermippus ille, quem citauit, Bacchum alloquitur, & sic ait:

Qui laborant, & affliguntur, buculas tibi mutilas sacrificant, Leotrepidae^d ac Thaumantide^e exiliores. Aristophanes in Gerytade macilentos recenset, quos ad inferos legatos atrimissos ad poetas illic degentes. Eius verba sunt:

- A. *Ad mortuorum latebras aliquis & tenebrarum fores descendere non recuset; vnum verò ex singulis artibus deligamus, aduocata concione publicè:*
- Denuntiantes qui ad inferos legati sunt futuri, & frequenter illuc vltro commeantur.* B. *An verò quidam sunt vestrates homines ad inferos legati? A. ita per Iouem: Atque adeò sapissimè, veluti qui ad Thraces pergunt, omnia tenes.*
- B. *Quinam y futuri sunt? A. primum quidem Sannyrion, E tragediis: deinde è tragicis choris Meletus: è cyclicis^h, Cinefias.*
- Perquam tenui spe vos certè vehimini: Etenimⁱ hos, quamuis multos, si fortassis ingruat, Diarrhæa fluminis abripiet, & abibit, Cum Sannyrionis coriaceo^k presidio.*

De Meleto hic Sannyrion per iocum dixit Lenæorum^l esse cadauer. Fuit proculdubio tenuissima & procerissima statura Cinefias

^z Sub. probrosa fuit graui corporis moles. ^a Erasmi. prouerb. Pinguis veteri meo no gignit tenuem. ^b Astutus, Simus, Cyclopius. Vide prouerb. Cercopium cæcus: & Cercopixare. ^c Vide prouerbium, Tanagraeus cæcus. ^d Vide prouerbium, Macilentior Leotrepidae. ^e apud Iunium adagium 81. 1. Cadaueri inest venustus. ^f Thaumantius, Iris, Thaumatis & Eleitre filia, qua nihil fugacius, nisi inanis & momentanea quedam in aëre lucido cadentia pluuie guttari species cito diuascens. ^g Athenienses videt qui in Thraciam legatos miseret de iungendis fœderibus, & inuenda facietate. ^h Τα κούλια, siue κούλια, versus quos per vias ambulantes in circulo & coronis canebant, dithyrambi, hymni, psalmes, pro fodia. κούλια δὲ σκαλοῖς fuisse Cinefiam Aristophani interpres notat. Iunius adagio 11. 6. Cent. ⁱ Ridet vt valetudinarios, qui corporis exilitate ferre non possent diarrhæam, id est, alui profusum, in popularem morbum. ^k Sic vocat coriaceum thoracè, quo pelius circūdabat, vt firmior esset corporis truncus. Erasmi. prouerb. coriaceum auxilium, sic vocatum hominem putat, quod macilentus præter pellem nihil haberet. Posthac lib. 13. Lenæa Bacchi sacra, in quibus certabant poete ludicri certaminibus quibus risum excitarent.

Cinefias, de quo integram fabulam scripsit Strattis, Achillem eum Phthiotam^m vocans, quod in suo poemate sæpe Homerus Achillem sic appellauerit. Itaque ludens in eius speciem ac corporaturam, Salus, inquit, Achilles Phthiota. Alij verò, vt Aristophanes, identidem Cinefiam Philyrinum appellarunt, quod tabella sumpta è ligno tiliæ se circumcingeret, ne ob proceritatem & gracilitatem corpus flecteretur. Valetudinarium & asperis moribus fuisse Cinefiamⁿ Lyfias rhetor prodidit, in oratione quam inscripsit, de Sceleribus & delictis Phaniæ, eumque arte sua neglecta quadruplatorem ad calumnias & falsas delationes operam contulisse, indeque ditatum. De Cinefia verò poeta id dictum fuisse, non de alio, indicio manifesto est, quod impietatis, quia deos esse negaret, insimularint eum comici, & orator eiusmodi fuisse illum sic declarat: Miror equidem patienter vos ferre Cinefiam, in deos ea scelera patrantem, quæ vel oratione turpe sit alijs profequi. Eum tamen comedias dan tem quotannis vos auditis. Nonne verò aliquando Apollophanes, & Myftalides Lyfitheus^o ex atris & nefastis selecto die apud eum conuiuari sunt, assumpto Cacodæmonitarum^p nomine, præ Numenastiis^q, quod certe nomen eorum^r fortunis valde comperbat: non tamen hoc cogitant animo, cum sic se gerent, sed deos legesque vestras irridebant. Eorum quisque, vt scelestos æquum fuit, perit. Hunc verò notum quam plurimis dij sic affecerunt, vt inimici viuere quàm mori potius illum exoptent, exemplo futurum alijs, deos immortales in eorum filios qui nimis contumeliosi erga ipsos fuerunt, non differre pœnas, sed illos ipsos malè perdere, grauioribus & maioribus immisissis tum calamitatibus, tum morbis, quàm in cæteros homines. Vitam quidem certè cum morte commutare, & res aduersas, quamuis iusti simus, perpeti, commune ac publicum est nobis omnibus, at quotidie orientem è vita non posse discedere, eorum tantum est, qui erga deos, quod iste Cinefias, commiserint. De Cinefia hæc orator memoriæ tradidit. Eo gracilior quoque fuit poeta Cous Philetas, cuius pedibus ob corporis exilitatem globi plumbei subiiciebantur, ne à ventis euerteretur. Polemon Periegetes^s libro De admirandis refert Archestratum vatem captum ab hostibus, & in stateram^t iniectum ob oham tantum pependisse, adeò tenui corpusculo fuit. Idem narrat Panaretum, Arcefilai philosophi auditorem medicos nunquam consuluisse, consuetudinem habuisse cum Ptolemæo^v Euergete^w, annua mercede talentorum duodecim constituta: integra valetudine, quamuis gracillimum, vitam exegisse. Metrodorus Scepsius libro De reductoria, scribit Hipponactem poetam non tantum fuisse pusillo corpore, sed etiã tenui^x, at tam validis artibus, vt præ cæteris oleariam trullam vacuam proiiceret in longissimum spatium, tametsi leuia corpora, quoniam aërem diuidere nequeant, impetu violento non ferantur. Gracilis fuit & Philippides^y. In eum Hyperidis rhetoris extat oratio, in qua ex iis vnum fuisse ait, qui rempublicam administrarent, vili & despiciato corpore ob gracilitatem, vt inquit Hyperides. Alexis in Theoprotis:

- Mercuri deorum nuntie^z, ac Philippidis Tutelam sorte, oculus noctis velis nigris obscura.* Aristophan in Platone:
- A. *Triduo Philippide graciliorem eum reddidero.*
- B. *Siccine tam paucis diebus mortuos facis?* Menander in Ira:
- Fames ex vobis hunc bellulum si mordeat, Cadauer faciet Philippide gracilius.* Hinc *καφίλιππιδῶς*, gracilescere, & tanquam Philippidem fieri, dixerunt. Alexis in Mandragorizomene^{aa}:
- A. *Male habet penis, exiguus, ac pusillus est, ac καφίλιππιδῶς, extenuatus est.*
- B. *Nouis verbis te me alloquitur: miserum me, quàm emortuum est desiderium meum.*

Magis profectò esse talem decet hominis speciem, quàm, vt ait Antiphanes in Æolo^b, *Hunc igitur ob temulentiam, & crassitatem corporis, Vrem^c vocant omnes indigenæ.* Heraclides Ponticus libro De voluptate ait, Deiniam vnquentarium^d præ luxu amore lasciuientem, dissipata multa pecunia

nus adagio 28. Cent. 5. ^d Μυρράλλω: vnquentorum infistorem, ac venditorem.

^m Quis Philo dicitur tabulum. Phibia Theffalia vrbis, Achilli patria. ⁿ De Cinefia ob suppurationem pelvis marcescente, lepida Plato comicus, καλὸν αὐτὸν εἶναι φησὶν. Iunius adagio 76. Cent. 8. ^o Puralenti & tabidi Cinefiam meminit Galenus comment. in aphor. 44. lib. 7. Tales prisci nominantur κακοποιῶντες, vesiculos & pratenuer. Erasmi. prouerb. κακοποιῶντες. ^p Sic dicitur, quod deoris numina tollerit ac dissolueret. ^q Quod dicitur esse infestis. ^r Nouitiano, Apollini sacra faciebant, cum amicis epulabantur. ^s Orbis enarrator, vel ita clauus & faciliu descripto, vt lectorem audientem in rem præsertim enunciantem videtur. ^t Hoc proferus incredibile; nihil tam esse hunc loci oportet. Erasmi. adagio dignus: & oboli quatuor non emam. ^v Benefico ac liberali. ^w Notabili vultus feditate. Plin. cap. 5. 16. Erasmi. prouerb. Hipponactem præconium. ^x Supra pag. 172. ^y *καφίλιππιδῶς* tantumulo, prauis, deductor. ^z Que vsu Mandragora vel sapiebat, vel ad anorem illiciebatur. Ad ritumque valet Mandragora. ^{aa} Variis doloso, versipelli. ^{bb} Vivem etiam vocat fastuosum, virgidum, superciliosum Timon Philiæ filius κακὸς ἄνθρωπος, & ἀνοήτος, arrogante & venoso philosopho. Iun.

pecunia, vt ab ea infania & cupiditate liberatus est, dolore conturbatum, & poenitentia, virilia sibi amputasse, eiusq; amentiae causam fuisse indomitam & effrenatam intemperantiam. Athenis porro mos fuit luxuriosis, vnguentis pedes illinere, vt inquit Cephifodorus in Trophonio, ad hunc modum:

Mibi deinde vnguentum eme, quo linatur corpus,
Irinum, ac Rhodinum: mibi quidem id volupe est, Xanthia:
Seorsum autem pedibus mercator Baccharin. Eubulus in Sphingocaryone:
Lenas virginum in orbem circumiectas, delicatas,
In lecto molli decumbens nunc obiero:

Amaracinis vnguentis mei pedes confricantur. Apud eundem in Procride, quo pacto curandus esset Procridis canis, quidam explicat, de cane, vt de homine, loquens:

A. Primum cani molliter subfervite:
Et infra quidem subdite Milefiam
Lanam: deinde supra, vestem purpuream^e injcite.
B. Apollo: A. tum alicam illi macerate,
Cum anseris^f lacte. B. Hercules: A. post etiam pedes
Vnguento Megallino perungite. Apud Antiphanem in Alceftide quidam oleo pedes vngit. Idem in Metragyrte^h:

Ancillam cui vnguentum
Dina d. derat, pedes
Primum iubet illinere, ac deinde genua:
Eum mox vt ancilla tetigit fricatura,
Exiit.

Tum etiam mulierosus ego sum, sed immerito:
Quasiuis amicas esse mecum lubenter fero:
Quod tu nunc agis, prior olim passus ego sum.
Mollibus ac pulchris manibus pedes fricari
An non splendidum ac venerandum est?
Idem in Thoricisⁱ:

Lauat is profecto, in pelui aurea, vnguento
Aegypto linit manus, & pedes^k:
Phenicio malas, & papillas:
Sisymbriino vero vtrumque brachium:
Amaracino comam, & supercilia:
Serpyllino genua & cervicem.
Vnguento vero quod fuerat a Parone datum,
Heri, aspectu nigro, magni pretij,
Aegypto, Callistrati pedes inungit.

Themistoclen scribit mollem quoque & luxuriosum fuisse. Cratinus in Cheironibus, declarans antiquorum delicatam vitam, inquit,

Ad aurem tenellum sisymbrium, liliam, rosam, ponebat,
Manibus vero malum tenens, atque scipionem, concionabatur.

In Amatoriis Clearchus Solensis, cur manibus flores, poma, & id genus alia gestemus, sciscitatur: an quod qui delectatur illis, pulchritudinis appetetes esse natura demonstret? Itaque propter illud naturae ipsorum veluti specimen, quae pulchra sunt habent in manibus, & illis gaudet: An potius ob duas res haec circumferuntur nepe quod id felicitatis initium, & omen, ac voluntatis argumentum patefaciant. Nam quos habent flores, si quis petat, ad fruendum sua pulchritudine inuitat, & appellat: Sin vltro dant, iis qui accipiunt, pulchritudinis se participes vt faciant, antea praescribunt: An potius florum & fructuum venustatem, qui eiusmodi voluptate gaudent, sibi obiciunt, mulcendo leniendoq; suo desiderio, ac dolori, ob absentem illorum quos amant, pulchritudinem, molesto: Extunditur enim illorum quos amore prosequuntur desiderium, eius solatij praesentia: nisi forte ornatus & elegantiarum causa geruntur, ac in delictis sunt, vt quiduis aliud ad corporis ornamentum pertinens. Non enim tantum illorum

^e Καρυβων, placenta & nucibus.

^f Vnde & ustragium indumentum regum, vestem samineam salarem, & abolit. g. Pratiissimo dimetro. Sicin proverbio est lac gallinacium. h. Mendico Cerri stipem cogente. Sic olim vocabantur Cybeli circulatores & praestigiatores. Iunius adagio 33. Cent. 9.

ⁱ Vinofis, semulentia. Citatur & hic locus posthac lib. 35. k. Pedes & crura, lib. 35.

^l Sic magistratus Athenis vocabantur & iudices.

illorum qui pulchris floribus coronantur, sed etiam qui manibus illos tenent, decora & concinna magis est species. Fortassis etiam quod rerum honestarum simus cupidi. Grata nobis esse quae honesta sunt, arguit, quod formosa placent. Pulchra hercule omnino est autumnus & vere florum ac fructuum quae spectatur facies. An vero quicunque amant, hoc affectu motuq; animi procliuiores ad luxum, & nitidiores, pulchris illis gestunt, ac lasciuunt? Quin & vulgo creditur instum ac ingentum hoc esse. Praeterea probi ac formosi flores colligere dicuntur, vt Proserpinae virgines^m comites. Tum etiam Sappho ait, visam sibi teneriusculam puellam, quae flores demeteret. Porro voluptati sic incubuere eius aetatis homines, vt Callipygoⁿ Veneri templum aedificarint, hac de causa. Rustici viri formosa duae filiae in publicam viam egressae, ambitiosius inter se decertabant vtri pulchriores nates essent. Praetereunti iuueni, cuius pater senior erat, inspiciendas se ambae obtulerunt. Vtramque ille conspiciat, natu maioris pulchriores esse iudicauit, & eius amore captus est. Reuersus in urbem, cum aeger decubisset, iuniori fratri exposuit quod acciderat. Rusticus ille profectus, & puellas contuitus, alteram amauit. Iuuenem pater cum instaret, vt splendidius matrimonium sibi quaereret, idq; persuadere non posset, puellarum non inuito parente, illas euocat ex agro, & cum filiis collocat. Eas ciues καλλιπύγος nominarunt, vt narrat in Iambis Cercidas Megalopolitanus his verbis:

Syraculis Callipygon par fuit.
Amplas facultates naete ille, Veneri,
Quae & Callipygon nominarunt, adem construxerunt. Hoc etiam in Iambis Archelaus scripsit. Heraclides Ponticus libro de voluptate insanorum delicias esse iucundissimas ostendit hac historia. Thrasylus Pythodori filius Axonenfis^o, hac infania^p correptus fuit, vt existimaret esse suas quaecunque in Peiraeum naues appellerent, illas recenseret, dimitteret, deduceret, in portum subeuntes exciperet, tanto gaudio, quam si dominus earum mercium esset, de his quae perierant nihil requireret. de iis quae allata & salua fuissent vehementer gauderet: sic multa cum voluptate vitam agens. Vbi vero^q frater eius Creiron ex Sicilia reuersus praehensum medicis tractandum commisit, ab illa sanatus dementia, laetius ac iucundius se nunquam vixisse affirmabat, quoniam & omnis molestiae prorsus expers esset, & plurimis interea voluptatibus fruere tur.


^m Natali. n. Natus & clibus pulchre. Vnde proverbium, Calipygos, apud Erasmo.

^o Tribus nomen hoc est. p. Erasmo. proverbium. In nihil sapiendo iucundissima vitas & proverbium. Infania non omnibus eadem.

^q Apud Erasmo. epist. lib. 2. Argianus quidam credidit in theatro suo tragoides se audire: ope vero cognatorum sanatus, questus est extorrem sibi voluptatem iucundissimam, aditumq; mentis errorem gratissimam.

M 2

ATHEN





ATHENAEI DEIPNO-
SOPHISTARVM LI-
BER DECIMVSTERTIVS.



ATIPHANES COMICUS, amice Timocrates, cum suarum comcediarum Alexandro quandam recitasset, & non admodum acceptam sibi rex fuisse pro se ferret, Oportet, inquit, o rex, has qui probatus sit, & symbolis crebro coenasse, & id saepius apud sortum, plagasq; multas & accepisse, & intulisse, ut ait Lycophron Chalcidensis in libris de Comcedia. Nos igitur hoc loco apud ignaros fortassis de amatoris sermonem ordine quodam incepturi, (na saepius antea sermo de vxoribus & sortis est habitus, qui illorum historiam ignaris explicaret,) Erato^a musam inuocemus, ut memoria percurrere possimus Amatoriorum illam enumerationem, hinc exordientes,

^a Ab amore nun-
cupata, quasi pra-
sit illa amoribus.

*Age nunc Erato, ades dum mihi, et que sum dicturus suggerito,
Nempe quid olim de amore & de amatoris sit disputatum.*

Nam bellus nos-
ter coniuuator, vxores laudans, Hermippum ait libro de legislatoribus scripsisse, Lacedaemone fuisse quasdam obscuras oedes, in quibus virgines concluderentur simul cum iuuenibus qui adhuc oelibes forent, ut quam quisque accepisset, indotata illam vxorem abduceret. Itaque Lyandrum multatum fuisse, quod relicta priore alteram pulchriorem sibi vellet nubere. Clearchus Solensis in Adagiis refert, Lacedaemone feminas quodam festo die oelibes viros circum aram tractos impactis colaphis caedere, ut indignitatem eius contumeliae perosi, liberos ac prolem tollere cuperent, & tempestiue adiungerent sese vxoribus. Athenis primus Cecrops vnam esse vnus edicto sanxit, cum antea licenter ac inuerecunde cum viris feminae congrederentur, & nuptiae communes^b essent. Quamobrem eum quidam fuisse putarunt ancipitis naturae^c, cum nescirent illi prisci, ob coitus promiscuos quis esset suus pater. His positis, non iniuria quispiam illos arguat qui vxores duas Socratem habuisse prodiderunt, Xanthippen nimirum, & Myrto, Aristidis non cognomine iusti filiam, repugnant enim tempora: sed eius qui ab ipso tertius fuit. Autores eius rei sunt Callisthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus peripatericus, Aristoxenus, quos ad id scribendum prouocauit Aristoteles, qui libro De cognatione, literis id mandauerit, nisi fortassis plebiscito fuerit tum concessum ob ciuium raritatem, volentibus vxores habere duas ut liceret, ideoq; tacitum id a Comicis fuisse, quamuis Socratis crebro meminerint. De vxoribus Hieronymus Rhodius plebiscitum adscripsit, quod, vbi nactus librum fuero, ad te mittam. Iis qui de duabus Socratis vxoribus scripserunt contradicit Panætius Rhodius. Apud Persas regina multas pellices tolerat, tum quia rex vxori velut dominus^d imperat, tum etiam quia reginam, ut ait Dinon in Persicis, venerantur, colunt, atque etiam adorant pellices. Priamus feminis multis vitur. Aegre non fert Hecuba. Sic ergo Priamus loquitur:

^b Vel, eos vxores habere: quisque, quot vellet et curaret: vel cu obuia quam muliere sine discrimine coiret. Iunius adagio 71. Cent. 8.

^c Hermaphroditus, diuinitas, bisiformis, geminum.

^d Socrus, et asserius, quam vxori maritus, adeo ut regina ferendum sit, quod regi placitum est.

^e Phoenix hortatu suae matris cum Amyntoris patris concubina re habuit, Achillis praeceptor, quae ad Troiam secutus est, lib. 9. Iliad.

^f Creusam Creontis regis Corinthiorum filiam omnes appellant.

Nonemdecim prodierunt ex utero mihi tuo liberi:

Alios mihi pepererunt in palatio feminae. Apud Graecos Phoenicis^e mater Amyntoris pellicem non paritur: Medea tamen mos ille non ignotus esset, ut pote receptus a Barbaris, ob Glaucis^f nuptias excandescit, ut quae iam Graecis legibus

gibus & humanioribus assueuerit. Clytemnestra perturbatione commotioneq; animi in tranuersum acta Agamemnonem interficit simul cum Cassandra, quam princeps^g barbarico more nuptiarum iam imbutus, in Graeciam duxerat. Aristoteles inquit mirum fortassis videri, quod nusquam in Iliade tota Homerus scripsit pellicem vllam cum Agamemnone concubuisse, cum senibus apud eum Nestori & Phoenici mulieres sint, cum quibus dormiant, quippe qui annis iuuenilibus temulentia, venere, & ob voracitatem assiduis cruditatibus valetudinem sic non afflixissent, ut effectum illorum corpus esset, sed optimo iure in senectute validum. Helenam certe vxorem videtur Spartiata reueritus, cuius gratia tantum exercitum coegerat, ab aliarum feminarum congressu abstinuisse. Agamemnonem Therfites^h maledictis incessit quod pluribus ille feminis vteretur:

^g Κρηίων, βασιλίδε, ἀναζ, Agamemnonem sic Homerus vocat Iliad. α.

^h Vide prouerbiū, Therfite facies.

*Tibi multi sunt aene lecti, feminae q; multae
In lectis eximia, quas tibi Achivi*

Omnium primo dederunt:

Verum non par est, inquit Aristoteles, ad concubitus tot feminas illi fuisse, sed quas virtutis & dignitatis praemium nactus esset, quem admodum nec ad ebrietatem vini copia nobis quaeritur. Hercules porro, cui cum plurimis feminis commercio fuisse autumant, quoniam mulierosus esset, illas quidem separatim habuit, ut militaris vir, qui cum exercitu huc illuc in regiones varias commearet. Inde nata est illi tam numerosa proles. Herodorus scribit eum septem diebus virgines Thestijⁱ filias quinquaginta compressisse. Habuit & consuetudinem Aegus cum multis feminis. Primum enim Opletis filiam duxit: post vnam ex gnatis Chalcodontis, quas cum vtendas amicis tradidisset, nulla nuptiarum religione deuinctus, multas stuprauit alias: deinde sibi Pithei filiam Aethran connubio iunxit, ac denique postremam omnium Medeam. Theseus vero eius filius Helenam primum rapuit, deinde Ariadnen. Itaque Ister libro decimoquarto Rerum Atticarum cum recenset eius vxores, ait, alias quidem per amorem sibi conciliasse, alii vim attulisse, aliarum e legam praescripto maritum fuisse: & raptas quidem ab illo Helenam, Ariadnen, Hippolyten, Cercyonisq; & Sinidis filias, iustam vero illius coniugem fuisse Melibceam Aiace matrem: addit Hesiodus Hippen, & Aiglen, cuius causa fidem violauit quam iurciurando Ariadnae obstrinxerat, ut Cercops ait. Pherecydes adnumerat & Pherebean. Ante Helenam rapuerat iam quidem ille ad Troiam, Anaxo. Eiusdem Phaedra post Hippolyten amica fuit. Philippus Macedo in expeditionibus esse comites vxores nolebat, longè diuersus ab eo Dario, quem debellauit Alexander. Is enim totius belli tempore, ut scribit Dicaearchus libro tertio De victu & moribus Graecorum, secum trecentas quinquaginta pellices circumduxit. Philippus autem, ut autor est Satyrus in eius vita, quocumque inferret arma, vxorem illic ducebat. Annis igitur viginti quibus regnauit, ex Audata Illyrica quae illi nupsit, filiam Cynniam suscepit: deinde vxorem habuit Philam Darda & Machatae sororem: cum vero Thessalorum gentis beneuolentiam & amicitiam captaret, ex Thessalica duabus feminis liberos procreauit. Altera illarum fuit Nicesipolis Pheraea, quae ipsi peperit Thessalonice, altera Laryssa Philinna, ex qua genuit Aridaum. Olympiadis vero, e qua natus est Alexander, dos fuit regnum Molossorum. Thraciam idem cum subiugasset, Thracum rex Cithelas ad eum profectus est, cum multis muneribus, & filia Meda, quam post Olympiadis nuptias etiam duxit. Verum e cunctis vxoribus summopere dilexit Cleopatra, Hippostrati sororem, Attali ex fratre neptem, quam post Olympiadem duxerat, & cum ea transmisit reliquum aetatis, quoniam in ipsis statim nuptiis Attalus dixisset, tum demum reges futuros legitimos, non spurios: quod Alexander cum audiisset, calicem qui tum in manibus fuit impexit Attalo, & Alexandro poculum vicissim Attalus: post autem ad Molossos profugit Olympias, ad Illyrios Alexander. Fuit & mulierosus Euripides. Hieronymus in historicis Commentariis scribit, cum Sophocli diceret quidam Euripidem feminas auersari, eum respondisse, in tragicis quidem at in cubili esse illarum amantissimum. Quas vero pro vxoribus feminas habemus, eiusmodi non sunt quales Eubulus descripsit in Stephanopolitidibus^k:

ⁱ Alij Thestij vocant, et vna id nocte factum aiunt. Thestium Lede partem memorat Pauzanias, qui et lib. 9. ab Hercule vna nocte id factum scribit, excepta vnicuique. Vide locum.

^k Feminis quae coronas vendunt.

In prouerbijs re- cognis, Calathum Sycaminorum in malis habere de il- lis que faciem alie- no colore faciant: inuenerunt vo- cant.

Vel Sycamori succo, cuius facultas est absterforia: vel mororū succo, prae- fertim acerborum, qui cutem distendit: & rubeoens rubro colore tingit.

Sudore per nigriū calliblepharō ma- nante.

Que mulieres pro natino colore asci- ptum sic ostentat, apud Iunium ada- gio 52. Cent. 2. & in Prouerbijs reco- gniti dicitur Geo- metriam exercere in iij.

Milidōdā, rubrica inctum, qua na- tium sanguinis co- lorem fingunt.

Album capilli co- lorem mulieres las- dauisse hoc indicat.

Iuuecula, Puella. Homerus capita sex tribuit. Lycop- hrou μισονάστει- φορ κρησ vocat. E- rasim. ad. Incidit in Scyllam.

Scerzi nomen. Vi Bellerophon Chimera.

Apud Erasimum prouerbiū, Sino- pica.

Periculum effu- git auxilio valido- rum ramorum: me- zaphora. Hemisti- chium fortassis ve- teris cuiusdā poēta.

Fili nudata, quibus horrore fin- guntur Sirenes.

Præter modum gracilia, & maci- lenta: vel nigra.

Inter laudes mu- lierum flere κακί- τήναι & κακίοντες: in- ter vitia, Comper- tiū, valga, ratiū, extritū salus, cru- ra exiliora. Qui- bus erat extritū ta- li, κακίοντες vo- cabant, tenuiora crura crotala, quasi κακίον. Titimius.

Femina fibella, succrotila vocula. Festus tamē Todilla legit. & dicta pu- eat à Todii auculo, simili ratione qua Eubulus hic cecidit, no- bis dixit. Scal. in Varrohem.

Quodnam animal sit mane quadrupes, meridie bipes, vespere tripes. e Erasim. prouerb. Boeotica anigmata. d Dicitur hoc de is qui supra mortalium conditionem esse beatos se putant, & quod est in prouerbio, Cælum digito tangere. e Canterus cap. 5. 4.

Patian

Non, per Iouem, ceruisis oblita:

Nec quemadmodum vos Sycamino^m genis

Perunctis: si per astatem vobis est progrediendum foras,

Ab oculis continuo riuui

Duo fluunt atramenti^m: ex genis verò

Sudor^o manans in cervicem, miniatum^p sulcum notat.

Qui verò capillus in facie volitat

Cano similis³, cerussa plenus est.

Siquis hominum scortum unquam amauerit:

Eo nullum genus scelestius possit eloqui.

Nam quis serpens omnis societatis exors, qua ignem spirans Chimera

Que Charybdis, que triceps³ Scylla, marina canis,

Que Sphinx, hydra, leena, vipera, volucris Harpya

Despiciendum & abominandum genus hoc antequam sciantia?

Horum quidem nihil: improbitate antecellit omnia meretrix,

Hoc ab initio considerare licet: primum quidem Plangon^r,

Veluti Chimera quaedam Barbaros igne populatur.

Vnus eques^v solus ipsi vitam ademit;

Is conuasat a tota supellectile ex eius domo abiit.

Qui cum Sinope^r rem habent, an norcum Hydra nunc coeunt?

Vetula quidem illa est: adstat verò Gnathena proximè,

Cui cum plurima tribuantur, duplex me hercule id malum est.

Nam verò ecquid nunc à Scylla differre videtur?

Nonne duobus suffocatis amatoribus, tertium venatur

Ut diripiat? sed enasit nauigium^v abiegnis ramis.

Phryne haud multum à Charybdi profectò abest.

Nauiculatorem absorpsit illa cum scapha sua.

Theano proculdubio Siren vulsa^r est:

Aspectus & vox, mulieris: crura merula^a.

Thebanam Sphingem omnes vocare meretrices possumus^b:

Que aperit nihil loquuntur: sed ambagibus quibusdam,

Amare se, diligere, animo libenti congradi:

Deinde sibi opus esse aiunt bipede ancilla^c: quadrupede lecto, vel sedili:

Post atheno tripode. hæc cui perspecta sunt, statim facebit,

Perinde ac si ne illas quidem aspexerit,

Et solus, ita si visum fuerit, periculum effugit.

Qui verò se amari putant, suspensi confestim

In sublime ad ætherem vsque attolluntur^d: quid plura?

Vno verbo, ex bellis omnibus meretrice nulla perniciosior,

cùm recitasset Laurentius, Leonides vxoris nomen vituperans, & in inuidiam addu- cens, hos versus recitat ex Vatibus Alexidis:

Miseros nos qui vendidimus

Vita libertatem, ac delicias:

Amissa libertate serui mulierum viuimus:

Deinde magnam doiem cur non supplicium vocamus

Amarum, & ira^e muliebri turgidum?

Nam si conseras, ira virorum præ illa melior est:

Qui accepta iniuria facile quidem ignoscunt,

Cùm iniuriam facientes etiam lafos increpent femina:

Que non oportet inceptant, que fieri conuenit

Negligunt: peierant, cum mali nihil

Anaxilas in Neottide^r.

663

663

663

663

663

663

663

663

663

Patientur, agras esse crebro se dicunt.

Anne beata cicada sunt,

Quarum faminis vocis nihil inest?

Vi^r mollem, summe Iuppiter, & blandum aspectum habet.

Haud frustra est, quod ubique Veneri

Amice^v templum dicatum videmus,

At Marita nusquam in tota Græcia.

Nonne verò magis amica est,

Quam vxor beneuola, & facilis, idq; merito?

Vxor namque lege casta domi manet,

Amica verò probè nouit lenitate suauitateq; morum

Esse hominem sibi emendum, vel abeundum aliò.

Male percat quisquis iterum vxorem duxerit:

Ei qui primum, sic imprecari equidem nolim:

Nam hic, ut existimo, eius mali est inexpertus:

Ille verò quantum vxor malum sit satis didicerat.

quantulum progressus:

O summe & imprimis venerande Iuppiter, an verò aliquando

Fæminas maledictis profcindam? potius ego pessimè peream.

Optima adpol res est femina: quòd si

Præma Medea fuit, at Penelope

Eximia virtute: malam fuisse Clytemnestram dicit aliquis,

Probitissimam Alcestin oppono: fortassis quispiam

Phædrum^h, ut malam arguet: at mediū fidius

Excellent probitas fuit, cuius? heu me miserum,

Subitò inuestiganti mihi bona defunt femina,

Improbas etiamnum alias multas adhuc nominare possum.

lonideⁱ:

Malus malè pereat quisquis mortalium

Vxorem secundam duxit: qui primam, is peccat nihil,

Ignarus adhuc quam graue malum

Vxorem sumat: qui verò nuptias repetit

In malum iam antea pratentatum se conijcit.

A. Vxorem hercule duxit. B. quid ais? vera ne prædicas?

A. Duxisse certum. B. at ego viuum & ambulantiem^k reliqui modo.

in Arrhephoro^l, siue Tibicina:

A. Si sapiis, vxorem nec duces, nec vita mutabis genus.

Vxorem ego duxi: propterea ne ducas suadeo.

B. Ducere planè constitui: iacta esto alea^m.

A. Itaque perge: dij te seruent. Nunc reuera

In negotiorum & molestiarum pelagus tete conijcis,

Non Libycum, non Aegaum: ex triginta nauiculis

Naufragium vix tres faciunt:

Vxorem qui duxit nullus unquam sospes enatat.

Funditus dispareat flagitiosus ille qui primus coniunxit nuptias:

Tum, qui secundus, post, qui tertius, & denique qui quartus, ac eorum posteritas.

Carcinus tragicus in Semele, cuius initium est, O noctes, ait:

A. Proh Iuppiter, feminam quodnam esse malum dicere conuenit?

B. Enimvero satis fuerit, mulierem si dixeris.

Porro qui præter rationem ætatis maritantur, sese in expertum iam malum præcipitari non sentiunt, quamuis

de ea re poëta Megaricusⁿ admoneat:

Seni viro iuuenis vxor magna calamitas:

Non enim, veluti cymba, clauo illa obsequitur,

Quin, nec anchoram^o habet: effractisq; rudentibus

Xenarchus in Somno:

Philetærus in Corinthiafte:

Amphis in Athamante:

Eubulus in Chryfilla:

deinde paulo post ali-

Aristophon in Ca-

Antiphanes in Philopatore:

Menander

Idem in Accensa:

Porro qui præter rationem

M 4 Notu

f Paulo post hoc lib. hi versus citantur ex Cynegide Philetari.

g Tis ius: Eius paulo post sit mentio, ubi citantur & hi versus.

h Que apud The- seli priuigium Hip- polytam criminata est eaqum de stu- pro interpellasset, etc. i Alij, in Colonide.

k Tanquam vxore ducta mortem sibi conuulisset. l Apud Phædrum quatuor candidati in Minerue festo asurum dea ferebat. m Vide prouerbiū, Omne iacere alea, apud Erasimum.

n Theognis, Megari- riæ Siciliae natus, Suidas.

o Instabilis & in- constans est, metap- phora sumpta à ca- uibus.

Theophilus in Neoptolemo:

Noctu sepe in alium portum appellit.
Annofo quidem homini uxor inutilis est:
Nem ut acatos, ne tantillum quidem pareat
Vni gubernaculo,ruptis uero funibus
Noctu sepe in alio portu reperitur.

p Alijs, nauis a-
Euarat, eius o-
raria, quatin est fru-
mentaria: omerariu
potius esse credo,
qua magis uelu a-
gitur, quam celo-
rem & ahuariam,
qua remu & cla-
uo: Lembum quida
vertunt.

q Vide proverb.
Mulierum exitia:
& Lemnia mala.
Horat. Satyra 3. 1.
Nam fuit ante He-
lenam cannis de-
terrime belli Causa.

r Cirrha Phocidis
rhis ad Parnasi
radicem, Apollini
sacra, quem ideo
Cirrheum uocant.

s Idem Herodotus
lib. 3.

Plinio Corin-
thium est Ilyri-
ci. Vide ne scrip-
ta depraudata sit.

g Quasi Amor im-
pudicus, inhone-
stus, & indecorus
perpetuo sit, &
propter turpem li-
bidinem omnes a-
ment.

h Propertius elegia
8. lib. 1. Quicunque
ille fuit pueri qui
pinxit amore, &c.

k Tou d'auarou.
i Tou parou.
Que minime sint
amabilia.

m Inuerno, Cer-
uus:
n Proverbijs specit
id habet. De rudi
fictore, ac imperio
tammodò rursus pa-
bitur.

o Magister practe-
rior, institutor.

Neminem quidem vestram latere pu-
to, amicissimi viri, ob feminas tristissima bella exarsisse: Iliacum ob Helenam: pe-
stilentem lucem, ob Chryseida: Achilles indignationem, ob Briseida: quod sacrum ap-
pellarunt, ut ait Duris libro secundo historiarum, ob aliam cuiusdam uxorem The-
banam genere, cuius nomen Theano fuit, raptam à Phocensi quodam. Ad decen-
nium usque id extractum, anno decimo tandem confectum est adiutore Philippo.
Tum enim Phocidem Thebani ceperunt. Callisthenes libro De bello sacro, bel-
lum id quod Cyrthaicum est nominatum, ipsum quoque decennale, in quo Cirrhæi
aduersus Phocenses decertarunt, exortum inde esse tradit, quod Cirrhæi Megisto
Phocensis Pelagontis filiam & Argiuorum gnatas ex Pythico sacro redeuntes per
vim abduxissent. Exitu eius belli anno decimo tandem Cirrha venit in hostium po-
testatem. Iam uero vniuersæ familiæ, atque domus, feminarum causa labefactata
sunt: Philippi quidem patris Alexandri, ob Cleopatram coniugium: Hercules, ob ma-
trimonium Ioles Euryti filia, uia Deianira: Thefei, ob nuptias Phædræ Minoi filie:
Athamantis, ob Themisto Hypseilaonis ob Glaucen Creontis: Agamemnonis, ob
Cassandram. Cambyfes, ut autor est Ctesias, mulierum causa contra Ægyptios ar-
ma cepit. Nam cum mulierum Ægyptiarum congressum quam cæterarum iucun-
diorem esse intellexisset, ad Amasin Ægypti regem legatos misit, qui unam ex suis
filiam in uxorem poscerent. Suam quidem ille non misit, suspicatus uxorium hono-
rem illi non habitum iri, sed pro pellice futuram, verum eius loco Neitetin Apriae
filiam, qui copiis à Cyrenensibus profligatis Ægypti regno excidit, & ab Amasi est
interfectus. Neitetidis consuetudine Cambyfes delectatus, ac blanditijs vehemen-
ter allectus, omnia ex illa rescivit, obtestantisq; ut eadem Apriae patris uisceretur,
precibus est impulsus ad bellum Ægyptiis inferendum. Dinon in Persicis, & Lyn-
ceas Nauaratis libro tertio Ægyptiacorum scribunt, Neitetin ad Cyrum missam
ab Amaside, Cambyfesq; ex ea genitum, qui ut matris iniuriam vindicaret, aduersus
Ægyptios belligeravit. Duris Samius autor est, muliebri primum bellum exitisse,
duarum feminarum, Olympiadis & Eurydices, ac in conflictu cum tympanis furio-
sius Olympiadem impressionem fecisse, Eurydicem autem Macedonum more ar-
matam pugnasse, ut quæ bellicis esset rebus exercitata, commillumq; prælium fuisse
ad Cynanen. Illyrici. Post eum sermonem visum est Philosophis presentibus de
amore uerba facere, ac de pulchritudine: in quo argumento ultro citroq; philoso-
phorum modo, plurimi sermones habiti sunt, quibusdam theatralis sceniciq; Phi-
losophi Euripidis cantus in memoriam reuocantibus, è quibus hæc recitata sunt:

Ei qui cum amore versatur, virtutis accedit & sapientia
Maxima doctrina: omnium deorum hic natus est mortalibus suauissimus,
Ut qui voluptate nullis molestus aspersa.
Nos afficiat, & bona spe foueat: dij non faxint
Cum illis hominibus res ut mihi sit, qui non
Initiati sint ijs curis & laboribus quos iniungis:
Procul habitem ego à feris rusticisq; ingenijs.
Iuuenibus hoc prædico, amorem ne vitent,
Verum cum accesserit rectè illo utantur.

Ex Pindaro hæc alius me-

morauit:
Amare fas esto, & amori tempestiuè gratificari.
Tu uero, ò deorum hominumq; rex amor,
Aut quæ honesta sunt ne doceto homines,
Aut amantibus quorum es architectus & opifex,
Labore vexatis, adiutor & propitijs ades, prosperè fungantur labore ut suo;

Hoc si

Hoc si præstabis, magna futura est inter deos tua dignitas:

Si renues, qui tuo ductu amare didicerint

Gratiam non rependent, nec ullo te honore dignabuntur.

Pontianus scribit

Zenonem. Citientem existimasse Amorem deum esse, libertatis, amicitia, concordia largitorem, & procuratorem, ab eoque nihil aliud expectandum. Itaque in li-
bris de Republica ille scripsit, Amorem deum auxiliatorem esse in iis quæ ad ciui-
tatis salutem spectant. Philosophi quoque illo uerustiores, venerabilem quendam
amorem, & ab omni turpitudine semotum agnouerunt. Hoc inde manifestum est,
quod iis in ludis, in quibus corpus exercebant ipsi, Mercurioq; simul, & Herculi sta-
tuas ponerent, illi, ut orationis & faciundia, huic, ut roboris ac virium præfidi, ut
his in uinitatem coactis amicitia, & in rebus gerendis consensio uigere, quibus ade-
ptis & acquisitis libertas inualefcit. Athenienses uero tantum abest ut amorem fem-
inarum concubitu præfisse crediderint, ut cum eitra dubitationem esset dedicata
Mineræ Academia, illic Amoris quoque statuerint imaginem, & simul illi cum Pal-
lade sacrificauerint. Thespeus Erotidia, nempe Amoris festa celebratur, ut Athe-
nis Panathenea, in Elide Olympia, Rhodi Halia. Præterea in fœderibus quæ po-
puli ipsu & edicto percutiuntur, Amori plurimum honoris tribuitur. Lacedæmo-
nij ante instructas acies Amori rem diuinam faciunt, quod in militarii ordinum
amicitia sita uictoria sit, & salus. Cretenfes ad confictum iam expedito milite, ex
ciuibus formosissimos deligunt, qui Amorem inuocantes sacris operentur, ut scribit
Soficrates. Quam apud Thebanos sacram cohortem aut uirnam uocant, ex iis con-
stat qui amant, & amantur. In eorum uirtute atque fortitudine dei profecto maie-
stas elucescit, cum decoram ij mortem turpi ac probrosæ uitæ anteponant. Samij,
ut scribit Erxias in Colophoniacis, eum gymnasium Amori dicant, festum, quod
in eius honorem celebratur, Liberalia nuncupant. Huius certè numinis ope li-
bertas est Atheniensibus reddita: quamobrem Pisistratida imperio priuati huius
dei vim, sanctamq; potestatem & acta criminari sunt conati. His explicatis Plu-
tarchus ex Phædro Alexidis uersus hos citauit:

E Peireo mihi reuertenti, malis
Et animi aegritudine anxio philosophari uisum est.
Mibi quidem ignorare uidentur pictores,
Qualis amor sit, & ut absolutam paucissimis, quosquot
Huius demonis statuas faciunt.
Nec enim mas ille est, nec femina:
Nec deus, nec homo: nec fatuus,
Nec prudens: sed coagmentatus
Ex omnibus, in uno exemplari multas ostendens species:
Nam eius uirilis est audacia, muliebris uero timiditas:
Amentia furiosa: ratio
Cordata & circumspecta: ferina uehementia: labor
Indomitus: ambitio prodigiosa & admiratione digna.
Hæc per Iouem ac Mineruam
Qualia sint nescio, habent illa tamen
Aliquid, quod ab hac appellatione distet plurimum.

669

ros, in Campyllione:
Quis mortalium primus queso pinxit
Aut cera pinxit alatum amorem?
Nihil præter testudines ille pingere didicerat:
Quin & ingenium prorsus ignorabat huius dei.
Leuis enim minime est, aut ita facilis
Ut qui eius telis male habet, eo morbo statim liberetur,
Immo grauis supramodum: quorsum ergo illi penna?
Ea res planè nuge, tametsi quispiam ita esse aut uet.
Creber sermo est

Eubulus, siue Ara-

Alexis in Abscillo:

Apud

* Ego laica scripsisse
tradit Laërtius.

y Cicero lib. 4.
Tuscul. Egrotu q-
diaz, amorem ami-
citiæ uocat, cum a-
matur ingenia que
bene habitant, &
in amore queritur
corporum sacra &
nefaria commixtio.
Hoc amore qui u-
runtur Græcorum
more facere & a-
mare dicitur. Mu-
retus cap. 14. 15.
Var.

z Opus id à Zeno-
ne compositum au-
tor est Laërtius.
a Apud Plutarchu
libro, De puero-
rum institutione, amor
eum honestissimū
Euripides sic ostendit:
ΑΝΔΡΕΣ ΔΕΙΔΙΚΤΟΙ
ΕΝ ΑΓΑΠΗ ΚΑΙ ΦΟΒΩ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΩΤΑ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΩΤΑ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΩΤΑ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΩΤΑ

b Vide apud Iunili
proverbia, Ad-
imius Coniugalium.

c Amoris festa cele-
britates.

d Quasi maximam:
quod imperio ma-
ris aliquando positi
sunt Rhodij.
e Ex Abscillo, recu-
perate libertatis
indicia.
f Quoniam Har-
modius & Aristar-
gicon amici fide-
ligium, conuersione
ne fides, tyranni
Pisistrati maiorem
mali filium occide-
runt.

g Quasi Amor im-
pudicus, inhone-
stus, & indecorus
perpetuo sit, &
propter turpem li-
bidinem omnes a-
ment.

h Propertius elegia
8. lib. 1. Quicunque
ille fuit pueri qui
pinxit amore, &c.

k Tou d'auarou.
i Tou parou.
Que minime sint
amabilia.

m Inuerno, Cer-
uus:
n Proverbijs specit
id habet. De rudi
fictore, ac imperio
tammodò rursus pa-
bitur.

Apud Sophistas, non volare deum

Amorem, sed illos qui amant: alia vero de causa alas affingi, Pictores autem ignaros pennarum cum delineasse.

Ob inconstantiam, & varios animi motus.

Theophrastus in Erotico, Charemonem tragicum ait scripsisse, amorem ita misceri, ut vinum quod bibimus. Temperatum enim festiuium & comem esse: intensiorem autem, perturbare summa cum molestia: eundemque poetam recte distinxisse illius utramque facultatem, cum inquit,

Duos arcus illum tendere: alterum gratiarum, Bonis auibus, prosperaque fortuna:

Alterum doloris, quo vita hominum permiscetur ac confunditur.

Idem poeta in Saucio, de amatoribus ait:

Quis negabit eos solos vivere qui amant?

Illos enim oportet veluti milites paratissimos

Esse: ferreque, maxime posse laborem corporis:

Suisque, desiderijs constantissime & pertinacissime asserere:

Actuosos esse, praefractos, & inuercundos, alacres, consilio promptos,

In rerum difficultatibus oculos, miseriarum patientissimos.

Ad verbum belliosissimos. In stare, inharere.

Ad verbum miserum. Eo qui tibi delectatur.

Theophilus in Philaulo:

Qui amantes amentes esse iactitant,

Ingenio proculdubio fatuo sunt, atque stolido.

Voluptatem namque vite si quis detraxerit,

Amplius praeter mortem nihil superest.

Egomet quidem citharistram amo,

Puellam virginem: an idcirco per deos mente captus sum?

Amo, inquam, forma pulchram, statura proceram, artificem peritam.

Hanc intueri mihi sane incundius est, quam ludos & spectacula

Flagrantibus vobis frequenter edere.

Tum etiam in isto decreto est eiectus

A dijs ex concilio duodecim Amor suo merito?

Illos enim conturbabat, excitabatque, seditiones

Si quando una cum illis esset, quapropter nimis audaci

Ac petulantibus superbo alas praeciderunt,

Ne in calum iterum volare possent:

Et damnatum exilio huc ad nos depulerunt,

Ablatas vero pennas gesta ad us victoria

Dederunt: praecleara hostis spolia.

Ad verbum forma formosam, magnitudine magis, arte sapientem: qua omnia figurate per hyperbolem dicuntur. Erasimus pro- uerbio, Labore laboriosus.

Consuetudine & maiorum gentium quae dicti sunt: Iuno, Vesta, Minerva, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iuppiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Vide prouerbia, Mendicorum loculi semper inanes: Mendicorum pera non impletur.

In capitibus sacerdotum publicorum addi solebant, haec verba, ut apud nos, Amides amu, etc. Curias oppidum Cypri.

adagio 75. Cent.

fic inquit:

Heus tu quid ais? hac mihi persuasurum te credis,

Amatorem illum esse, qui elegantes amat

Eius mores quem diligit, neglecta forma corporis?

Insanus reuera ille fuerit, ego ut ita credam nunquam adducar:

Nihil magis quam inopem hominem importunum sapius

Diuitibus, ab ijs nolle quidquam accipere.

Quisquis uegeti corporis pulchritudinem amat,

Nec sui rationem amoris aliam statuit

Quam voluptatem, amicus ille amicorum non est:

Apertus, mortalis cum sit, amici deo est iniurius,

Qui enim apud omnes alios in suspicionem vocet, tanquam infidum.

Ex Alexide cum ea Myrtilus recitasset, & deinde in Stoicorum disciplinae sectatores oculos concuertisset, haec praefatus ex Iambis Herminiae Curienensis:

Audite Steiculi, nugarum mercatores,

Verborum arbitri & aestimatores: soli omnia

Quae laucibus apponuntur, nulla sapientibus data parte

Vos abliguritis: tum deprehendimini

Idem poeta

Theophilus

Aristophon in Pithagoriste

De amore Amphis in Dithyrambo

Alexis in Helena:

Ex Alexide

Alia

Alia facientes quam quod tragica voce proclamatis,

Iuuenibus illudentes: hac re sola imitatores Zenonis Phoenicis, vestrae sapientiae auctoris, & principis, qui, ut Antigonus Carystius in eius vita scripsit, pueris semper usus est, nunquam femina. Hoc quidem apud vulgus praedicatis, animum vobis amari, non corpus: ad vigesimum tamen & octauum usque annum eos qui amantur, retinendos esse docetis. Ariston Ceus peripateticus libro secundo Amatoriarum historiarum similiium, cuidam Atheniensi, aetatis iam prouecta, nomine Doro, qui se vt formosum ostentabat, non inepte dixisse videtur, quod Vlysses occurrentes Doloni est olim locutus, in te commodè transferetur,

Amplius muneribus animis quidem inhiabat.

Hegesander in Commentariis, ab omnibus inquit amari condimentum, carnem, aut piscem, non item. Si ergo desit condimentum, nullum carne aut pisce libenter vesci, quemadmodum nec cruda illa expetere, nec, si condimento careant. Piscum tamen est amare pueros, vt Aristophon tradit, quapropter Pustiones, & Pullos vocarunt eos quos amarent. Clearchus Amatoriarum primo libro dictum scribit à Lycophronide,

Nec masculi pueri, nec virginum qua auro sunt ornata,

Nec mulierum veste alius sinuosa indutarum

Pulchra natura facies est, sed modestia, cui flores pudor inspergit. Scribit Aristoteles amatores nullam magis corporis partem in iis contueri quos amat, quam oculos, ubi pudoris sedes est. Apud Sophoclem Hippodameia de pulchritudine Pelepis cum loquitur, ait:

Talem profecto Iyngem, venatricem

Amoris, fulgur quoddam in oculis habet:

Salit ipse deinde, meque aspicit, obtutus sic ad aequum dimetiens, vt fabri

Ad amulum euntis regula dirigitur.

Licymnius Chius cum Endymionem scripsisset à Somno amatum fuisse, illiusque oculos tametsi dormiret, claudii minime Somnum permisisse, vt perpetuo conspectus voluptate fruere- tur, sic ait:

Gaudens vero Somnus oculorum splendidis radijs,

Apertis oculis iuuenem sopiebat. Sappho de eo qui supramodum pulcher existimabatur, & in admiratione idcirco erat, inquit:

Consiste amice: obuius mihi esto:

Oculorum gratiam ac lepores explicato.

Anacreon: O puer, qui pudenter virginis instar contueris, te quaro:

Me vero tu non audis, nescis anime habenas mea à te regi.

Pindarus sublimis ille, & omnium poetarum maxime grandiloquus,

Qui micantes, ait, oculorum Theoxeni radios & scintillantes

Cernit, nec amore & cupiditate undabundus fluctuat,

Atra illius anima ex ferro & adamante fabricata est. Apud Philoxenum Cytherium Cyclops inflammatus amore Galateae, ac pulchritudinem eius laudans, tanquam caecitatem imminentem sibi praediinaret, exceptis oculis omnia caetera & recenser, & commendat, ad hunc modum:

O pulchram tuam faciem Galateae: o aureos coma vortices: o dulcem vocem: o amorum venustatem, quae profecto laus igniua & caeca est: longè ab hac diuersa quam Ibycus scripsit.

Euryale dulcium Gratiarum tenellum germen,

Nympharum eleganti coma spectosarum cura, & delictis

Te Venus ac Suadela hilari pulchroque supercilio

Decora, inter roseos flores educarunt.

Phrynicus de Troilo dixit,

In purpurascensibus gemis, atque malis splendere amoris lucem.

Vos autem raso iam mento exoletos amasios circumfertis, cum Alexandri tantum saeculo radendi barbam mos inuectus sit, vt ait Chrystippus vester libro De honesto & voluptate, cuius orationem adscribere, nisi fallor, haud intempestiuum erit: Valde namque mihi placet

Citius, de quo supra.

Refert Laertius puero semel aut bis visum fuisse, ancilla semel, ne secum ondisse videretur.

Catamitos, pullos, pustiones, amasios. Iliad. u. Obscurè significauit, eum qui formam suam ostentabat, magnis muneribus adduci posse, vt sui copiam faceret. Tu nudus.

Erasm. proverb. Pudor in oculis. Pili mo, male siue gene pudori sedes sunt.

Inius adagio 91.4. Cent. Erasim. proverb. Iyngē trahor. Alij, saltat. Erasim. proverb. Ad amulum, & proverb. Ex perpendiculo.

placet ille scriptor ob insignem eruditionem, & lenitatem ingenij. Inquit ergo Philosophus, Alexandri temporibus radenda barba consuetudinem inoleuisse, & uo que priore hoc fuisse inustratum, cum tibi cen famosus ille Timotheus prolixa barba tibi inflaret, & Athenis obseruatum sit non admodum vetustum esse, illum cui primo abrata est, ideo *κόσμη* fuisse cognominatum. Quapropter Alexis inquit,

1 ο κοσμη, τὸ ἴδιον. Vide supra pag. 381.

A. *Picatum, aut de rasum si quem forte uideris, Horum virumque cuius rei gratia factum putes?*

B. *Aut de militia cogitare ille mihi videtur, Facturus omnia quae barba non conueniant;*

Aut in ciuitate flagitijs omnibus se inquinaturus;

Nam per deos, sequitur nobis barba pilus molestus est,

Propter quem hominem esse unumquemque nostrum apparet?

Nisi fortasse mediteris quod indignum eo sit.



Diogenes conspecto

quodam, cui nudatum sic mentum fuerat, An naturae vitio vertis, inquit, quod virum te generauerit, non foemina? Alterum idem contuitus sic depilem, in equo sedentem, vnguentis delibutum, ac veste indutum quae ei mollitiei conueniret, pridem a se inuestigatum dixit, quidnam foret Equiscortum, tum demum verò inuentum. In Rhodo quamuis lege cautum sit ne quis radatur, nullus est tamen qui violata legis illius reos agat, quandoquidem raduntur omnes. Byzantij cum indicta sit multa tonsoribus, si nouacula habeant, nihilominus tamē ea vtuntur omnes. Haecenus admirabilis Chrysippus. Zeno verò sapiens ille, vt ait Antigonus Carystius, cum vaticinaretur qualis esset futura vita vestra, & assimulatum suorum praceptorū studium, dixit, qui decreta sua legesq; osecitantes audiret, vel non intelligeret, vel eis non obtemperarent, sordidos futuros, seruorum instar, & illiberaliter cultos, aut, veluti ex Aristippi sectatoribus qui deprauantur, intemperantes, auaces, ac temerarios. Ex vobis quidem plurimi eiusmodi sunt, humilis ° contractiq; animi, sordidati non solum corpore, sed etiā moribus. Nam cum vos frugales esse, ac vestra forte contentos, viliq; & tenui victu parcos probare vultis, pro foribus auariciae viuere miserē vos ac fordidē cōperiunt, angustiis brēnibusq; palliis vestitos, sonis inanibus impleto aurium corio. Cinædos autem illos vocatis, aut qui vnguenti non nihil olēt, aut veste amicti sunt vtunque lautiore. Sic vos adstrictos & solitarios profectō dedecet attonitos ad aurum stupescere, rasoq; tum pendendo, tum mento glabros, amassios huc illuc ductare, vobis assecias in Lycium euntibus, cum sophistis, sic me Iupiter amet, exilibus, iciunis, impastis, & quod inquit Antiphanes, coriaceis. Pulchritudinem ego equidem magni facio. Nam quibus in ciuitatibus magnus est virorum bonorum, fortium, ac bellicosorum numerus, pulcherrimos seligunt, & obtinere primas illos sinunt. In Elide pulchritudinis etiam sit iudicium. Quem pulcherrimum esse iudices pronuntiarunt, dei vasa ferenda illi traduntur: proximus ab eo boyem victimam agit: tertius infulas, vittas, coronas, libamina, & id genus reliqua imponit. Heraclides Lembus narrat apud Lacedaemonios virum pulcherrimum in admiratione magis fuisse, quam venustissimam foeminam, propterea quod Spartae pulcherrimae nascerentur mulieres: Archidamumq; regem ab Ephoris multatatum, quod cum hinc formosam mulierem spectasset, illinc deformem, sed diuitem, ad eam inclinasset, obiurgatumq; seuerē, quia Spartiatis regulos procreare mallet quam reges. Euripides inquit egregiam pulchritudinem, & quae alias omnes pulchritudinem mirabundi:

Haud reprehendendum quod Troiani, & armis conspicui Achini,

Pro hac femina labores diu perpetiantur,

Deabus profus immortalibus ore similis est.

Obstupuit etiam

Priamus ad eius mulieris speciem, quamuis aduersis rebus conflictaretur. Miratur & idem Agamemnonis formam, & sic eloquitur:

Oculis adeo formosum nondum sum intuius

Aut sic venerabilem, & angustum, regiam dignitatem ille pra se fert.

Pulch

1 ο κοσμη, τὸ ἴδιον. Vide supra pag. 381.

o Contradicti sunt periculis quidam.

p Auribus parum teris, tremulis, inerti, in scitis. Pro verbis specie hoc dicitur.

q Erasim. prouerb. Coriaceum auxiliium. Supra pag. 408.

r Ταε θυλάδες: quae ad hostiam ornandam, & peragendum sacrum operi sunt, molam, primitias, &c.

s Μικροί, non ἀγαθὸν: pusilla, exigua. Plutarch.

t Βασιλίσσης: at Plutarchi libro De instauranda puertate βασιλίδος scribit, reginas. Mureti cap. 23. Var.

Pulcherrimis viris plurimae gentes regnum deferebant, vt etiam nostra memoria Aethiopes, quos immortales vocant, vt inquit Bion in Aethiopicis. Etenim, vt par est, pulchritudo maxime regibus conuenit. De forma inter se dea contenderunt. Ob eximiam formam dii Ganymedem rapuerunt, qui esset Ioui a poculis,

Sua pulchritudinis gratia, vt ad immortalium sedem transfret.

Formo-

simos quosdam etiam dea raptos abduxerunt, cum quibus cubitarent, vt Cephalum, Cleitum, Tithonum Aurora: Ceres Iasionem: Venus Anchisen, & Adonin. Ob pulchritudinem Iuppiter nunc per tegulas aurum fluit, nunc taurus mugit: nunc aquila pennis volat, nunc ignis prope Aeginam lucet. Socrates philosophus, cum omnia despiceretur, Alcibiadis pulchritudini fuit impar: vt & grauissimus Aristoteles, discipuli Phaselitis. Nos verò quadrupedum pulcherrimas ceteris anteponimus, & Spartiatarum laudamus consuetudinem, qui hospitibus & aduenis nudas virgines ostenderent. In insula Chio iucundissimum est stadia gymnasiq; adire, & iuuenes aspicerere colluctantes cum virginibus. Tum Cynulcus, Haecine loqui tu audes Myrtilē, cum, vt Carcinus ait, tibi minimē rosei digiti sint, sed alterum crus stercoreum: & eius poetae tibi cognominis memoriam renoues, qui in tabernis, cauponis, & popinis assiduus est, quanquam Isocrates rhetor in Areopagitico dixerit, in caupona bibere, vel comesse, ne frugi quidem seruum sustinere, & hoc a veteribus eo consilio institutum fuisse, grauitati & honestati morum vt assueceret quisque, non insolentiae, & impudentiae. Hyperides in oratione contra Patroclum, si modò illi oratio haec falsò non attribuitur, tradit Areopagitas vertuisse quendam in Areopagum accedere, quod pransus esset in caupona. Tu verò, o Sophista, per cauponas vagaris, non cum sodalibus, & familiaribus, sed cum scortis, & lanis quidem multis, quae meretrices ad te perducant, manibus semper terens Aristophanis libros, Apollodori, Ammonij, Antiphanis, atque adeò Gorgiae Atheniensis, qui omnes de meretriculis Atheniensibus scripserunt. O praeclearam istam tuam eruditionem: Quam nihil emulatus es Theomandrum Cyrenicum, qui, vt Theophrastus ait libro de foelicitate, huc illuc oberrans docturum se beatam vitam pollicebatur. Tu verò amorum doctor, ac magister, nihil differs ab Amasio Eleo, quem in Erotico Theophrastus ait, rerum amatoriarum fuisse apprimè scientem. Nec aberauerit profectō qui te meretricium pictorem vocauerit, quo nomine Aristiden, Pausaniam, atque etiam Nicophanem pictores appellarunt. Horum, vt in eo artificio praestantium, amicum Polemon libro de tabulis quae Sicyone fuerunt. O egregiam doctrinam, amici viri, huius grammatici, qui non modò non dissimulat, aut silentio tegit, sed palam semper ex Eubuli Cercopibus haec loquitur:

Corinthum accessi, iucundissime hic quidem

Oleris quidpiam arrosurus, vt Ocimum: at perditus

hic sum, & dum nugae ago, perulam amisi.

Bellus scilicet hic rerum Cor-

inthiarum Sophista discipulis interpretatur Ocimum fuisse scorti nomen. Aliis quidem fabulis multis, os impudens, a meretricibus praefixus titulus est, vt Thalartae Dioclis, Corinno Pherecratis, Antea Eunnici, siue Philyllij, Thaidi Menandri, & Phannio, Alexidis Oporae, Eubuli Clepsydrae. Sic nominabatur illa meretrix, quod ad clepsydram sui copiam faceret, donec aqua tota è clepsydra extillasset, vt inquit Asclepiades Arei filius, in opere suo de Demetrio Phalereo, vbi proprium nomen eius fuisse tradit Metichen. Quod in Rustico dixit Antiphanes,

Ei qui alit meretrix est calamitas.

Gaudet enim, malum cum maximum domi habeat.

Timocles in Neara lugen-

tem quandam sic inducit: *At miser ego sum*

Qui Phrynem tum amauerim, cum cappares ad huc

Colligeret: tum scilicet, quae nunc habet, non habuit:

Sapissime magnam cum impensam fecerim, nunc foribus

Excludor.

Idem Timocles in fabula quam inscripsit Tautocleides Do-

rius, inquit:

Civica miserimum hominem dormiunt

N

Amicæ

1 ο κοσμη, τὸ ἴδιον. Vide supra pag. 381.

2 Pute, scdm Erastum, vlcibus exesum. Erasmi prouerbio solistipnam: tanquam è stercore bubulo constat, interpretatur.

3 Plin. cap. 10. 11.

4 Voluptatibus & scortationibus infame oppidum.

5 Huius paulo post sit mentio. Scorti nomen.

6 Huc non nihil pertinet. Erasmi prouerbium: Inaniter aquam conijm.

7 Paulo infra.

f. Sinope iam annis facit rugas axoleum; colore suo calabat; unde sic est adagium quod dicitur: de q. qui pra se ferunt quod non sunt. Iamvis adagio 30. 5. Cent. 2. Ad qui ponderis, parvis estimatio- nis, aequilibrium. h. in exspectari meo haec non leguntur. Adit ille Natalis, tanquam in super- pererit. i. Depyren Horatius vocat, satyra 2. Depyren, natus, breui latere, ac pe- de longo est. k. Locus restitutus coniectura. l. Vide supra pag. 401. Ex hoc loco cō- jectare quod possit aut d. g. m. sicum esse, qui genae ru- bro colore tingat, qualis in pueris cer- nitur, et placent. Plurimus eius soci- usus est mulieribus Italici et Hispani- cae. Pederota Ae- gyptium quoq. vi- gnetum vocari di- ximus, quod ex fla- ribus Aegyptiae si- pe conficitur. Ar- tho radice est lu- gus, Marcellus rubra; Barbaro et Ruellio, ruffa. Ex ea fructus paraba- tur facis, ut nunc sit ex Anchusa ra- dice, aut Brasilio li- gno, quod Verzini appellant. m. Qui capiti in macello vendebat, myrica fide oros- hant; ut in myri- ca passas capras si- gnificarent; et ideo pueriorē esse car- nem, vel ut sedus carni odor mitige- retur. n. Nominis dicitur, sic Thebalos vocabat, quoniam cum sit equitandi peritissi- mi, variis boni ve- rantur. Promiscua libidinis hominem sic autor significat, o. Vide procerbum. Claudus optimē vi- rum agit. p. Aut doctorē, aut patrem sic vocat, qui aut sutor esset, aut sic vocaretur. q. Faminarum na- turā et puzenda sic appellat. Brasin, procerb. cetero dicitur, exponit, torum intueri, quasi philosophus nihil aliud discipulum docuisset, quam supercilium, et vultus truculentiam. r. Vide procerb. Sedens columba. s. Kurodes, tanquam hōitor rigat. t. Properat, elegia 15, lib. 3. Con- tra relictā que libere radis amictu Custodem et nulla septa timore placet, etc.

Amica vptusta, Nannium; Plangon, Lycas
Gnathena, Pryne, Pythionice, Myrrhine,
Chrysis, Conalis, Hieroclea, Lopadium, Horum scortorum Amphis quo-
que meministi in Neouacula, sic:
Esse mihi cecus videtur Plutus,
Qui ad huius aedes prorsus non ingreditur,
Apud Sinopen, Lycam, Nannium,
Laqueis per vim compeditus.
Intus sedet stupidus, nec prodit foras, Alexis in Fabula, quam Ifoctasium
inscripsit, meretricium apparatus, & artificiosum comptum sic exponit:
Præcipuum v. Studium ad questum est, et eos
Qui propius se admovent spoliandos: Superuacua cetera:
Omnibus struunt insidias: ubi vero ditata sunt,
Nouitias meretrices assumunt, tyrocinium artis facturas:
Ipsasq. statim informant, ut nec ingenium,
Nec vultus ac facies semper eadem permaneat.
Breuis si corpore quaedam est, suber crepidis
Insarcitur, si grandior, solea tenui calcens, suppingitur:
Et capite in humerum deiecto prodit:
Hoc de proceritate nonnihil admittit: si cui gracilior coxa est,
Assuta subris veste induit, ut pulchris esse natibus
Exclament qui viderint, venter
Si tumidiore est, fascijs rite obstringitur,
A tergo: si peccoris gibbus prominat,
Virgulis statim et tabellis anteriora versus
In corpore ventrem repellunt,
Ruffa quoque supercilia sunt, pinguntur fuligine:
Que nigra colore est, cerussa oblinunt:
Que nimis candida est, Pederota huic affricant,
Quod in corpore pulchrum est, nudum id ostenditur,
Quibus elegantes sunt natura demes, ridere coguntur inuita,
Et qui adsunt os conspiciant, quam venustum sit:
Rifus autem si odiosus est, totum diem agunt
Domi, et que se penumero coquis apponitur
Captarum dum vendunt caluas, ut gulam
Myrteam in labris, tenuem, rectamq. habent,
Ut et cum volunt, et cum nolunt, diductis labris opportunè dentes retogant,
His nimirum artibus faciem aspectumq. suum fictum concinnant, & interpollant.
Quamobrem id tibi consilij do, o Thessale, qui variis fellis vteris, ut iis quæ domi
sunt foemina contentus liberorum facultates non absumas, ubi minimè opus est.
Nam ædè pol strenuè tu claudus foeminas subigis: nec calcærius te fecit emenda-
torem qui docuit coria inspicere: Anne vides, quod in Pernoctante dixit Eubulus,
Præparcas et auaras pecuniarum iuices:
Pallas Veneris versutus, et veteranas,
Nudas ordine deinceps commode dispositas,
Tuniculis prætenui filo textis tanquam membranulis tectas, stantes, quales
Padus limpida aquis puellas abluat
Vicinus: tuto et sine periculo tibi licet
Paucis nummis hanc voluptatem emere, Idem in Nannio, est enim ca fa-
bula Eubuli, non Philippidis:
Quisquis per tenebras clanculum in alieno thoro sponsus cubat,

Anne

Anne mortalium est omnium miserrimus?
Cum liceat palam ad solem inspicere
Nudas ordine, deinceps commode dispositas
Tuniculis prætenui filo textis tanquam membranulis tectas, stantes, quales
Padus virgines puris abluat aquis
Propinquus: tuto et sine periculo tibi licet
Paucis nummis hanc voluptatem emere,
Non autem clandestina venere plerisque omnes
Persequi, per iniuriam, non voluptatis gratia.
Miseræ ego equidem Græcia vicem
Doleo, quæ Cydriam huic classi præfectam abire iusserit. Xenarchus in
Quinquertione eos arguit, qui tuo more viuunt, & has sumptuosas meretrices am-
biunt, ingenuasq. foeminas sollicitant, hoc modo:
Indigna et intolerabilia in ciuitate iustores admittunt:
Nam cum multum formosa sint iuuenes
In lupanarium lustris, omnino illas videre est.
Pectus insolantes, modo vestitas,
Modo nudas, deinceps opportunè collocatas:
E quibus licet, quæcunque grata fuerit, seligere:
Gracilem, obfam, rotundam, oblongam, rugosam, curuam:
Iuuenem, senem, ætate media, prouectiorem:
Non verò admotis scalis occultè ingredi:
Nec subire per foramen apertum sub tecto:
Nec inuolutum palea astutè importari:
Etiam recusantes illæ per vim attrahunt:
Nam quos senes vident appellant
Paterculos: quos iuniores, fraterculos:
Et harum singulas ut libet, vili pretio habere possis,
Interdium, vesperi, et omni quo voles modo.
Quas autem nec videre licet, nec si videas, apertè conspiceret,
Semper trepidanti, contremiscenti,
Formidanti, in manu vitam habenti:
Domina maris, o Venus, quaeso te, qui
Coire illi possunt, et osculari,
Præsertim cum in mentem veniunt Draconis leges.
Philemon in Del-
phis narrat, Solonem iuuenem ætate vigentium libidini emptas mulierculas in ga-
neis obiecisse. Idem Nicander libro tertio Colophoniacorum tradit, Vulgaris tem-
plum Veneris extruxisse, ac præterea in fornice meretrices ut prostitutæ, argentum
mererent, constituisse Versus Philemonis sunt:
In omnes beneficis o Solon fuisi.
Hoc enim primum te vidisse aiunt,
Quod, o summe Iuppiter, populare valde et salutare fuit,
Et, quod mihi fas sit dicere, magnopere tum expediebat
Cum frequentem iuuenibus ciuitatem esse tu, animaduerteres,
Qui necessarijs legibus natura obsequerentur:
Et multa ubi parum conueniebat, delinquerent.
Empitias mulieres statuisse quibusdam in locis
Omnibus communes, et apparatus,
Stant nude: ne te fallant, dispice omnia:
Tu mentis compos es: si voles, habes:
Accede: tibi quidem fores patent.
Obolum numerat: pro fili et abi: nulla
Earum ficta est simulataq. recusatio: nulle iuge: non illa se subtrahunt.
Si placet statim amplectere, et quo voles modo:

N 2 Existi,

Horat. satyra lib. 2.

Nempe aduersus iniuriam Solis caput obnubentes.

Ita uariis: ad verbum, maturum.

Amphiclytus, in noui comædij bla- dimenta domina- rum.

Suum vitam periculo exponen- tis: quam sola ma- nu, audacia ad defendendū se pa- rata inuentur. a. Quibus ad alte- rium capitale fuit. Vide apud Iunianum procerbum. Dra- conis leges. id. r.

Amphiclytus: ut in alijs mulieribus, quæ tamis maxi- mè cupiant, quod viri offerunt, per simulatione se nolle fingunt. Vide pro- uerbium, Accipere, c. Nihil tibi surri- piunt, quidam.

A. Si qua modesta oratione mulier,
 Egenibus atque rogantibus aliquid inferuat, & gratificetur,
 Ob eam familiaritatem & comitatem amicae traiecit.
 Nuncupata est: ac non quem admodum nunc loquuntur
 Meretrix, πρῶτον; amare eiusmodi tu mulierem
 Occupisti. B. ita profus. A. Est ergo simplex.
 B. Urbanis moribus elegans, ita mihi faueat Iuppiter.

Nostrer verò hic sapiens adolefcentulorum amator talis est qualem in Somno Alexis, siue Antiphanes sic fingit:

Eapropter catamitus iste meritorius porrum
 Non cenat quotidie nobiscum, ne scilicet
 Quidquam offendat charum amatorem.

De his Ehippus in Sappho

rectè dixit:

Nam quispiam si iuuenis alienam domum
 Ingressus, cibaria vorare didicerit,
 Immunis ac obsonijs manum inserat,
 Hunc polliceri iam puta noctem tibi.

Eadem, in oratione contra Timarchum, Æschines orator dixit. De meritoriis fœminis Philetærus in Venatrice,

Non temere, inquit, Veneris amica^o, τῆς ἑταίρας, ubique templa sunt:

At marita, nusquam in tota Græcia.

Memoria quoque teneo in

Magnesia festum celebrari, quod Etæridia vocant, non quidem à scortis, ἀπὸ τῶν ἑταίρων, sed ob aliam causam quam Hegesander in Commentariis sic explicat: Etæridia festa celebra sunt Magnæribus, ideo quòd, vt narrant, Iason Æsonis filius collectis Argonautis, primus Etæridio Ioui, nempe Sociali, sacrificauit, ac festum illud nominauit Etæridia. In Etæridiis quoque Macedones sacris operantur. Meretriciæ Veneris delubrum esse Abydi scribit Pamphilus. Nam seruitute^f cum premeretur ea ciuitas, custodes præfidiarij aliquando sacro peracto, vt in fabulosis Cleanthes scripsit, temulenti, multas suæ comestationi meretrices adhibuerunt, è quibus vna sopitos illos conspicata, furtim auertis portarum clauibus, muros transgressa id Abydenis significauit, qui extemplo correptis armis, & concursu facto, præfidiariis occisis, muris potissim libertatem recuperarunt, & meretrici gratiam vt redderent, templum meretriciæ Veneris extruxerunt, Alexis Samius libro secundo De Samiorum finibus, scribit, ædem Veneris in Samo, quam in arundinibus quidam vocant, alij in palustribus, meretrices Periclem secutas, cum obideret Samum, ædificasse, ingenti quæstu prostituta forma ditatas, Eualces in Ephesiæcis tradit, Ephesi quoque scorta meretriciæ Veneri templa construxisse. Clearchus libro primo Amatoriorum refert, Gygen Lydiæ regem in ore hominum fuisse, non solum quòd amica dum viueret, & se & regnum totum suum gubernandum commiserit, sed cum extremum diem clausisset, conuocatis omnibus eius prouinciæ Lydis tumultum erexerit congesta terra, quem adhuc Lydij scorti monumentum appellant, in tantam sublatum altitudinem, vt cum eum totum tractum, qui Tmolo cingitur, peragraret, quocunque verteretur, aggerem conspiceret, quem omni ex parte videre quoque possunt qui Lydiam incolunt. Demosthenes rhetor in oratione contra Neæram, si modo germana est, vt Apollodorus censuit, Nos, inquit, voluptatis gratia meretrices habemus, concubinas verò, quæ quotidiano pellicatu nobiscum viuunt, & corpus misceant, vxores autem legitimam nobis prolem vt edant, & fideli custodia domesticam rem tueantur. Tibi porro, ò Cynulce, prolixum & Ionicum^g, vt ait Æschylus, sermonem ordiar, de meretricibus, à Corinthoq; formosa auspiciabor, quandoquidem Corinthiacam^h sapientiam mihi exprobraisti. Chamæleon Heracleotes in libro de Pindaro, vetustam legem Corinthi fuisse tradit, cum Veneri ciuitas magnis de rebus supplicaret, vt accirentur in supplicationum pompam meretrices multæ, quæ deam precarentur, & post aliorum discessum in templis permanerent. Cum Persarum rex Græciam armis tentauit, Theopompus, & Timæus libro septimo autores sunt, Corinthias meretrices in Veneris templum conuenisse, & pro salute

ⁱ Erasim. prouerb. immunitatem venire.

^e Citatur & hic locus supra pag. 415, ex Corinthiensi Philetari.

^f Alij, Nam seruitute eam ciuitatem occupassent.

^g Vido apud Iulium prouerbium Corinthia, & Ionica verba. h Scortationis studium. Erasim. prouerbio, Non cuiuslibet adire Corinthum: & prouerbio, Corinthiari: Strabo lib. 8.

lute totius Græciæ deam orasse. Quapropter Simonides cum deæ tabulam Corinthij dicassent, adhuc extantem, in qua priuatim erant meretrices depictæ quæ supplicationibus deam propitiauerant, & in eius fano peractis supplicationibus subsisterant, adscripsit hoc epigramma:

Hæ pro Græcis & bellicosus ciuibus
 Constituerunt, diuæ opem Veneris imploratura.
 Itaque Veneri non est visum sagittarijs
 Persis arcemⁱ Græcia prodere.

Corinthiorum quoque plebs vouere

solet, si quod precibus flagitat, impetret, deæ certas quasdam se meretrices adducturam. Cum ergo de cultu ac veneratione deæ sancitum hoc fuisset, Xenophon Corinthius ad Olympicum certamen exiturus, meretrices etiam Veneri se adducturum, si vicisset, voto spondit. Eius tum Pindarus laudes versibus complexus est, quorum hoc initium,

Domum ter Olympiæ victricem laudo: deinde scolium carmen in eundem scripsit, quod cecinerunt dum victimam immolaret. Eius principium statim ductum est à meretricibus, quæ reuerso Xenophonti, & Veneri diuinam rem facienti adstiterunt, simulq; sacrificarunt. Sic ergo inquit,

O regina Cypri, in tuum istud nemus puellarum viginti quinque^k
 Lasciuarum gregem adduxit, votum letus vt exolueret. Carmen verò illud sic aggressus est poëta, Peregrina & hospitales^l iuencule, ministræ sacrorum,
 In opulenta Corintho, flauas manibus thuris lacrymas tenentes,
 Sapius nobis^m amorum calescem matrem placauerunt,
 Mentemq; &ⁿ animo ad Venerem prouolantes,
 Nobis illam à superis adiutricem præbuere.
 Harum mollisculam pulchritudinem, cum orget necessitas,
 Vos demetere lectis in dulcibus, ò iuuenes, perpulchrum est.

Sic exorfus,

post inquit,
 Miror autem quid domini^o de me sint existimaturi,
 Melliti huius scolij carminis excogitato huiusmodi principio,
 Quod publicarum seminarum laudi, veluti connubio adnexum & adiunctum est.

Est enim sat manifestum meretrices eum alloquentem, addubitasse, perplexoq; animo fuisse, ecquid gratum id Corinthiis esset futurum: cum verò animo secum reputasset illos, vt probabile fuit, boni consulturos, mox ait,

Aurum quam preciosum sit, cithara nos ostendimus, Lydio quasi lapide. Priuarim quidem Aphrodisia meretrices illic celebrasse, Alexis in Amante fœmina sic inquit,

Scortis Aphrodisia celebrabat ciuitas,
 Alteraq; seorsim ingenus fœminis:
 Per illos dies comessari mos est,
 Atque statuta lex, quæ sunt illic meretricibus
 Nobiscum.

Polemon orbis descriptor^p, libro De iis quæ diis dicata sunt Lacedæmone, tradit in ea ciuitate imaginem fuisse Cortinæ celeberrimi scorti, quam aiunt æneum bouem dicasse. Eius hæc est oratio: Est & Cortinæ meretricis imaguncula. Eiusdem domus fuisse nunc etiam dicitur Colona^q proxima, vbi templum est Dionysij, inter multa eius ciuitatis illustris ob fœminæ claritatem, ac plurimis nota. Supra Mineræ^r Chalciæci statuum donarium eius positum est, nempe æreæ buculæ simulacrum, quod antea diximus. Formosus Alcibiades, de quo hæc Comicus quidam,

Alcibiadem pulchrum, ò terra, ò dij,
 Quem excipere mæchum^s Lacedæmon cupit.

Agidis vxori dilectus,

spretis Lacedæmonii Atheniensibusq; matronis, ad meretricularum fores comestabat. Medontidem Abydenam auditione tantum amare ille cœpit, & imprimis charam habuit: eam tamen cum Hellepontum nauibus adiiisset, Axiocho nauigationis comiti, & pulchritudinis ipsius amatori, vt inquit Lyfias in oratione quam

N 4 contra

ⁱ Sic Corinthum vocabant, itaquam propugnaculum munimentumq; totius Græciæ. & vt Phippippus dicebat, clauem.

^k Puellarum quibus artus centum sunt, ad verbum: id est viginti quinque artus enim cuique quatuor.

^l πρῶτον γενναί, excipientis hospitibus affabiles, & comes, in Vniuersi Græciæ, in Intimo animi sensu orantes.

^o Corinthij ciues, quibus probrosum videbatur tantum honoris scortis deferre.

^p Ἐπιπολιεύς. q Panfan. libro 3. Colona, quasi iugum dicas, locus est Lacedæmons, & in eo Colonaæ Bacchi, tanquam Ingalis templum.

^r In colle quodam, quem Arcem vocabant, Lacedæmonia templum Mineræ fuit, quam & Χαλκιδεύς, & Χαλκιδεύς nominabat. Panfan.

^s Cùm exularet Sparta, Agidis regis absentis, & in castris agerit, vxorem suprauit, quæ eo concubitu grauidi facta est.

contra eum scripsit, utendam illi dedit. Alia semper scorta duo secum ducebat Alcibiades, Damafandra iunioris Laedis matrem, & Theodoten, quae in Melissa, Phrygiae pago, infidiis Pharnabazi occisum eum funeravit, & iusta perfoluit. Nos equidem in Melissa vidimus Alcibiadis monumentum, cum è Synadis Metropoli pergeremus, ad quod bos immolatur quotannis iussu Adriani imperatoris optimi, qui etiam Alcibiadis statuum è Paro lapide imponi sepulchro voluit. Porro autem mirandum non est auditione tantum quosdam amore captos fuisse, quandoquidem Chares Mitylenæus, libro decimo historiarum Alexandri, prodidit, nonnullis quosdam amatos fuisse nusquam antea inspectos, quorum species tantum in somnis obuersata fuisset. Hispaspæ natu minor, inquit, frater erat Zariadres: ambo tam insignis pulchritudinis, ut ex Venere & Adonide procreatos incolæ dicerent. Dominabatur Hispaspes in Media, & eo tractu qui Mediae subiectus est: Zariadres verò in ea regione quae est supra Caspiae portas ad usque Tanaim. In aliis prouinciis, quae ultra Tanaim iacent, regnabat Omartis. Huius filia, cuius nomen fuit Odatis, historis proditum est, Zariadram imaginem dormienti apparuisse, illiusque, ea visa, correptam amore fuisse; idem accidisse Zariadram, qui statim amore erga illam accensus est. Cum ergo perseueraret mutui ille amor visis nocturnis conciliatus, essetque omnium Asiae sceminarum Odatis pulcherrima, & Zariadres oppidoquam formosus, ad Omarten ille misit, nuptiarum earum cupidissimus, qui uxorem sibi poscerent. Renuit Omartes, quod filiis careret, & apud quendam ex familiaribus collocare decreuisset. Haud ita multo post conuocatis regni optimatibus, amicis, & cognatis, illam nubere voluit, & non tamen cui prius uxorem daturus esset indicauit. Ergo cum ferueret temulentia, ad epulum accita Odatis, conuiuii auscultantibus, & tacitis, Nos, inquit, Odatis, nuptias tuas nunc facimus. Omnes tu circumspice, & contemplator, auream phialam vino plenam sume, & ei trade quem tibi maritum optas: illius esse coniugem te proclamabimus. Patri obsequens omnes illa contuebatur, & flens circumibat, summopere Zariadren videre cupiens, etenim literis illi significauerat celebratas iri nuptias. Castrametatus tum ille fuerat ad Tanais ripas. Ceterum hoc ut rescituit, clam exercitu, auriga solo comite, fluuium traiecit, & noctu cum ciuitatem pertransisset, magna celeritate curru circiter octingenta stadia permensus prope vicum accessit in quo fiebant nuptiae: ibi certo quodam loco relicto curru & auriga, stolam Scythicam indutus processit, & aulam regiam ingressus, Odatis inspecta, quae ante poculorum abacum lacrymabunda stans cunctantibus phialam miscebat, ut prope illam constitit, adsum, inquit, tibi Odatis, sicut mandasti. Ea verò cum animaduerneret peregrinum esse virum, egregia forma, ei similem quem noctu viderat, gaudio exultans, phialam in manum dat. Accipit ille, raptamque Odatis in currum perduxit, & aufugit. Conticuere famuli & ancillae amoris consciae, imperanteque patre ut reuocarent, nescire se quo abiisset responderunt. Barbari, qui Asiam habitant, hunc amorem saepe commemorant, & dignissimum esse putant, quem obnixè imitentur, ideoque fabulam hanc in templis & regiarum atriis pingunt, atque etiam priuatis aedibus: primores autem gnatas suas Odatis vocari gaudent. Aristoteles libro de republica Massyliensium similem historiam refert: Phocenses Ionios mercatores Massyliam condidisse, Euxenon inter illos Nani eius orae principis, sic enim appellabant, fuisse hospitem. Is cum essent filiae praeparatae nuptiae, Euxenum, qui nauis tum forte appulerat, inuitat ad conuiuium. Sic porro fieri nuptiae consueuerant: Post coenam virgo intrabat: temperatamque phialam porrigebat cui vellet ex adstantibus procis: cui tradidisset, is sponsus erat. Accedit tum virgo nomine Petta, & siue casu, siue ob quandam aliam causam, Euxeno phialam offert. Ita cum accidisset, & pater deorum providentia contigisse crederet, lubens filiam despondit. Mutato vir nomine Aristoxenam illam vocauit, & oblitus patriae vnà cum illa vitam exegit. Proxis quidem Euxeni fuit & Aristoxenae filius. Ab eo gens propagata nunc Massyliae Protiadae appellatur. Iam Themistocles ex scorto quod Abrotonum vocabant est genitus, ut scribit Amphicrates in opere De vitis illustribus;

*a Verbes Phrygiae.
Plutarchus & Pro-
bus in eius vita.*

*Quid erga ho-
stitem beneuola
fuisse.
Ad verbum, in-
hisauit.*

Abroto

Abrotonum Thracia genere mulier fuit, sed quae

Magnum, ut aiunt, Themistoclem Graecis pepererit.

Neanthes Cyzice-
nus libro tertio ac quarto historiae Graecae Euterpes gnatum fuisse tradit. Cyrus, qui copias aduersus fratrem mouit, Phocensem meretricem pulcherrimam atque sapientissimam in exercitu habuit, quam Zenophanes prius nominatam Miltro fuisse tradit, postea verò mutato nomine Aspasiam. Secuta etiam ipsum est in illa expeditione Milesia concubina. Thais Atheniensis meretrix cum Alexandro magno fuit, eumque praecipue impulit, ut Cleitarchus autor est, ad comburendam regiam Persopolidis. Post obitum Alexandri, Ptolemaeo, qui primus Aegypti regnum adeptus est, illa nupsit, ex eoque liberos concepit, Leonticum, & Lagum mares, Eirenen sceminam, quae Solonis Eunosti regis Cypriorum vxor fuit. Secundus Aegypti rex, cognomine Philadelphus, ut refert Ptolemaeus Euergetes libro tertio Commentariorum, amicas multas habuit, Didymam quandam mulierem indigenam, elegantissima facie, alteramque Biblistichen, & Agathocleiam, praeterea Stratonicen, cuius monumentum ingens fuit ad mare Eleusines propinquum: tum etiam Myrtium, & alias perquam multas, quoniam propensior is esset ad venerem. Polybius libro decimoquarto historiarum scribit, Cleinus, quae ipsi à poculis fuit, statuas Alexandriae multas erectas, indutas simplici tunica, quae tenerent in manibus Rhyton, domosque ornatissimas & splendidissimas Myrtij, Mnesidis, & Potheines appellatione inelytas fuisse, quamuis essent tibicinae Mnesis, & Potheine, Myrtium verò vna ex publicis & vulgaribus Deicariadibus. Ptolemaeus rex, cognomine Philopator, sub meretricis Agathocleae, quae regnum illius euertit, potestate ac imperio fuit. Eumachus Neapolitanus libro secundo historiarum Annibalis, tradit, Hieronymum tyrannum Syracusiorum, cuiusdam filiam qui praefuerat domesticis rebus, uxorem duxisse, nomine Peicho, & eam reginam declarasse. Timothei, qui cum magna gloria Atheniensium dux exercituum fuit, mater erat Thracia genere, meretrix, sed grauibus & laudatis moribus. Nam eius conditionis sceminae cum ad temperantiam & continentiam sese applicuerint, aliis qui ob eas virtutes gloriantur, probiores sunt. Timotheus quidem aliquando cum irrideretur, quod eum mater eiusmodi generasset, illi se gratiam habere dixit, quia propter eam Cononis esset filius. Carystius in Commentariis historicis scribit Philetarum Pergami & eius prouinciae quam nouam appellant, regem, Boae genere Paphlagoniae, meretricis ac tibicinae filium fuisse. Idem autor libro tertio Commentariorum prodidit, Aristophontem rhetorem, cum legem promulgasset Euclidean praetore, ut qui non ex muliere ciue gigneretur, is nothus esset, à Calliade Comico esse reprehensum, quod ex Choride scorto liberos sustulisset. Demetrius Phalereus Lamiam tibicinam amauit perditissimè, ex eaque gnatam Philam suscepit. Lamiam illam Polemon libro De varia in Sicyone porticu, Cleanoris Atheniensis filiam fuisse tradit, & porticum memoratam Sicyoniis aedificasse. Leenam quoque, Atheniensem etiam meretricem, deperit idem princeps, & alias complures. Machon Comcediarum scriptor in ea fabula quam inscripsit, Sententiosa dicta, inquit,

Leane tu quidem cedis habitu corporis,

Quae migravit ad Demetrium, & cum illo nunc vitam beatam agit.

Idem ait,

Demetrium ab incubante Lamia concinnè suauiterque subagitatam fuisse, & cum illa rex idcirco laudaret, respondisse, Ad haec Leenam quoque, si vis, habe. Fuit quidem certe Lamia disteris salsa & acuta, prorsusque in respondendo Atheniensis, quemadmodum & Gnathæna, de qua postea verba nos faciemus. De Lamia rursum Machon haec scribit, Demetrium aliquando inter pocula, varia genera vnguentorum ostentantem Lamiae tibicinae, ut illa non ita iucundè olere dixit, non nihil commotum & tanquam vellicatum, quod improbanis omnia petulantius illuderet, innuisse ut Nardinum quoddam afferretur, & cum pudendum manu conficuisset, ac digitis contrectasset, dixisse, hoc Lamia iam olfacito, quantum à reliquis distet, cognoscas: illam verò subridentem respondisse, atqui, ô miser, omnium longe putidissimum hoc esse mihi videtur: regemque, mox subiecisse, è regia tamen glande per Iouem

*3 Sic ille dictus est,
quod maxima se-
licitate in regnum
et patriam redi-
isset.*

*2 Pag. 370. Ar-
stoteles huius Ptole-
maei, & fororis, et
uxoris, statuae & hy-
ton in manibus ha-
buerunt, quod esset
Cornucopiae loco.
a Sic prostituta, et
meretrices vltimi-
mas Alexandri
vocabant.*

*b Eam, visio ad
Cyprium Ptolemaeo
nauis ostendit, in-
ter regis pellices
Demetrius reperit,
et tam efficitur a-
maris, ut ab alijs
diceretur. amari,
eius verò esse ama-
tor. Plutarch. supra
pag. 189.*

*c Plutarchus eius
amicas reuocet,
Chrysidam, Demo-
Lamiam, Anticyra.
d Eubolus. Pro-
uerbia olim fuerunt,
Attico sale defricare,
et vialo aceto
perfundere. Vide
apud Erasmi, Sal-
sundo non inest et
Acetum habet in
pectore, Vide infra.
e Ad vnguentorum
confictiones glandis
oleo, quod ideo vng-
uentariam vocatis,
est sunt vereres, io-
cus est in duplici
glandis significatu.*

Cicatricibus prorsus tuberosum sensit, miser, iterumq; miser.
 Dixit, homo, unde insulsa haec tibi vulnera?
 Paucis respondit ille,
 Paerum olim se in ignem insilisse,
 Collapsam dum lustraret cum equalibus:
 Per amicam sacramq; Cererem, inquit, homo, iure te
 Excoriarunt, quandoquidem scutica & flagris castigari non potuisti.
 Apud Dexitheam meretricem cum carnaret aliquando
 Gnathana, & quidquid erat obsonij,
 Matri fere seposuisset Dexithea, per Dianam,
 Hoc, inquit, mihi certum si fuisset,
 Cum matre tua, non tecum carnassem, mulier.
 Aetate iam prouecta, &
 Iam citra dubitationem prorsus capularis,
 Quod aiunt, in forum sese contulit,
 Obsonium inspexit, sedulo quanti
 Veniret quidque, sciscitata est: casu vero intuita
 Macellarium¹ quendam lanium, festiuum admodum,
 Aetate valde iuuenem, heus tu, per deos,
 Adulescens, inquit, formose, quae so dic, quanti te indicas?
 Arrisit ille, & vili, ait, nempe triobolo²:
 Ecquis vero, inquit, o miser, permisit tibi
 Athenis cum sis, uti libra Carica³?
 In Stratoclem illa haec dixit tabernarium:
 Stratocles haedos familiaribus gratis dat,
 Sale veteri patinas se condere simulans,
 Tantam in crastinum relinquit sitim,
 Matutinam ut compositionem cupiant omnes hesternae adiungere,
 Longasq; in posterum dare symbolas.
 Gnathana cum amatorem vidisset militem
 Valde occupatum⁴ in colligendis symbolis,
 Stratocles in haedis⁵, inquit, tempestates excitat.
 Conspicata puberem Gnathana, perquam macilentum,
 Nigrum, & quidem certe supra modum gracilem,
 Sordidum⁶, breuiorem etiam reliquis adolescentibus⁷,
 Per iocum Adonis esse dixit. Cum admodum rustice
 Adolescentulus quidam & tyrannice⁸
 Occurrisset illi: respiciens pedisequam ancillulam que secum ibat,
 Aequius huic, o fili, te per deos⁹.
 E Ponto quendam narrant adolescentulum,
 Cum Gnathana cubantem ab illa petuisset
 Cum iam esset diluculum, clunes ut semel
 Praberet sibi, illam vero dixisse, miser clunes tu nunc postulas,
 Cum educendi ad pastum sues tempus est. Idem Machon Gnathænidis
 illius ex forore neptis scite dicta sic refert:
 Athenas cum appulisset peregrinus quidam,
 Satrapa impendio senex, nonagenarius:
 Per Saturnalium is ferias exeuntem vidit Gnathanium
 Cum Gnathana ex ede sacra Veneris:
 Eius formam contemplatus, ac concinnam elegantiam,
 Percontatus est qua mercede polliceretur operam
 Noctis unius: Gnathana in purpuram¹⁰
 Et hastas¹¹ coniectis oculis, mille drachmas
 Pretium taxauit: repente is quasi lethali plaga tetus, p. a. p. e.

¹ Μακρῶν, qui carnem venderet.

² Opera sua frastu, non corporis pretium intellexit. a Cur te minimo pretio aestimas? Vide proverbum, In Care periculum.

³ Ad verbum, militiamem. e Alludit ad haedos, celeste signum, procellosum.

⁴ Λιπαῶν, ὑψηλῶν, πινυῶν. e Synephebia. f Βασίλειο, superbi, arrogant.

⁵ Tam insolens obuium sterichius serua tam paruum respectum habere.

⁶ Quia vestitus erat. i. Sutorum stipatum.

Mulier

Mulier, inquit, quoniam exercitu me stipatum vides, viuum¹ capis:
 Tibi mina quinque numerabuntur: pacificator:
 Domi nobis lectos sternito: illa vero
 Satrapam qui dexteritate ingenij pollere videbatur, excepit:
 Dixitq; da quantum libuerit, pater: sat enim scio,
 Omninoq; certum & persuasum habeo,
 Filiola in hanc noctem mea daturum te duplum.
 Athenis faber quidam ararius ingeniosus & solers,
 Cum artem iam meritoriam fere desisset Gnathanium,
 Nec amplius meretricari vellet, quoniam
 Andronicus histrio eam haberet suavi
 Contubernio, sed qui tum abesset domo, profectus peregre:
 Ei scilicet masculum puellulum Gnathanium pepererat:
 Respuentem illam quoduis pretium,
 Quamuis mercedem, obsecrans, & acrius instans
 Magna cum sumptu, aureis tandem nummis obtinuit.
 Impense festiuus ille post fornacarius
 In sutoris officina cum quibusdam sedens,
 Otiosus ut sermo habitus est de Gnathenio,
 Cum altero nemine ita rem habuisse ac secum dixit:
 Illam enim sibi deinceps inquit asse quinquies.
 Aliquanto post cum audiret id factum Andronicus
 Nuper e Corintho reuersus in oppidum,
 Inter potandum dixit Gnathenio,
 Se quidem, licet valde cuperet, tamen
 Ab ipsa nunquam impetrasse, ut eo coiret situ corporis,
 Sic vero illuisse nebulonem ac furciferum:
 Respondit mox, ut finem dicendi fecit, Gnathanium,
 Sibi non visum fuisse, mammas ut circumamplecteretur manu
 Miser ille sordidusq; opifex, ad os usque tinctus fuligine,
 Quod auri magnam summam dederit, se pertulisse:
 Id tamen philosophatam summam ut corporis
 Minimamq; partem leuiter ille attingeret.
 Aliquando, quod aiunt, Gnathanium
 Inter potandum Andronicum noluit
 Basiare, superioribus ut erat diebus solita,
 Succensebat enim quod dedisset ille tum nihil.
 Cum vero is dixisset, An non Gnathana vides,
 Quam filia tua me superbe fastidiat?
 Indignata anus, misera, dixit,
 Filia, amplectere, & osculare, cum volet:
 Tum illa, quo mater pacto cum suauari queam,
 Qui commodi nihil tecto, adibusq; nostris afferat,
 Et communem agrum priuatim dono sibi dari cupiat?
 Publicus Athenis conuentus¹ habebatur: Gnathanium
 In Peiraum² descendebat ad peregrinum quendam
 Mercatorem & amatorem, sed comitatu villore: sedebat illa in cliella³,
 Cum ea fuerunt tres aselli tantummodo,
 Ancille tres, unaq; nutrix iuuenis.
 Occurrit illis in via quadam angustia
 Malus quidam luctator, ex eorum numero,
 Qui magno studio in publicis ludis certant, & vincuntur.
 Is praterire cum non posset facile,
 Et arctata via moraretur, dixit, bis terq; miser

¹ Ve sic in bello, cum pacta certa pecunia summa capitioru vite partitur.

669

669

669

669

¹ μνηστήριον. Quinto quoque anno in Athenis sebat. Herodotus. in 1o edito loco sita fuerunt. Athene: Peireus in depresso. in 2o μνηστήριον, scilicet praecia que ibi tegat, cliella. Cliellaria Plauti fabula inde Astraba vocata est.

Agaso,

Q

Stentium. Siquam Troade op- pidam vicinam Scamandro. Plin. ...

Multiloquus & futilis quidam in Peloponnesum se profectum fuisse loquacius ex- ponebat, qui ergo, dixit, primam eius urbem non adiit? quam quaso: ait, Sigeeum, inquit. Ad eam quidam ingressus, ouis in quodam vase conspectis, an cruda sunt, inquit, o Gnathæna, an elixa: ænea, inquit, puellule. Chærephon non inuitatus ad eam cenatum venerat. Poculum ei Gnathæna propinavit, & hoc cape, o super- be, dixit: tum ille, an verò ego superbus? Quis te superior, inquit Gnathæna, qui non vocatus adueneris? Nico, quam Capram vocabant, occurrenti parasito cuidam, vt Lynceus tradit, ex ægritudine macilento cum dixisset, quam gracilis es: ecquid me putas, inquit, toto triduo comedisse? vel oleariam trullam, inquit, vel calceos. Democli parasito cognomine Lagynioni, cum in loco tectorio sublito decidisset, tu, inquit Gnathæna, impediti, vbi calculi sunt. Idem cum aliquando subfili- rit in propinquum lectum, hoc vide, inquit, ne euersus corruas: vtrumque hoc distum Hegesander scripsit. Aristodemus libro secundo responforum festiuorum, inquit, Gnathænam aliquando fuisse ad duobus conductam, altero milite, altero verberone: & cum eâ proteruius lacum miles vocasset, Quid ita, dixisse, an quia duo vos amnes in me confusiis, Lycus, & Eleutherus? Apud Gnathænum eius filiam, mendici quidam & inopes amatores comestabundi minabantur ædes se perfosuros, ad id se iam ligones attulisse: hos si habetis, inquit Gnathæna, cum pro operæ vestræ mer- cede pignus acceperitis, domum remittite. Fuit quidem certè Gnathæna elegans, concinna, & vrbanitate quadam falsa festiua, vt quæ conuualiam legem præscripse- rit, obseruandam amatoribus, suis vel filiarum aduentoribus, philosophorum imitatio- ne qui leges constituerunt. Callimachus in tertia legum suarum tabula eam scri- ptis mandauit, eiusque initium hoc esse prodidit: Trecentis ac viginti tribus verbis paribus, atque similibus, hæc lex descripta est. Callistium, quam Prochelenam cognominabant verbero quidam conduxerat. Quia tum ætas fuit, nudus ille ia- cebat. Conspectis plagis, vnde tibi, miser, inquit, hæc cicatrices: puerulo mihi af- fusum est feruens insculum, ait: sic sane, inquit, sed vitulinum. Menandro poetæ ideo tristi quod scilicet in theatrico spectaculo non fuisset, subeunt ædes Glyceræ, obtulit ea lac, & vt forberet hortata est: respuit ille, quod anum superstare dice- ret: at, inquit, ipsam afflatu remoue, & eo quod subtus est vrere. Insolens & fa- stuosus Thaidis amator quidam, à multis pocula mutuatus, cum diceret, illis omni- bus concisis ac comminutis noua se facturum, Perdes, inquit, in singulis proprium, Leontium accuberat cum amatore: conuiuio superuenit Glyceræ, cui cum ama- tor proprius se adiunxisset, & subtristis ideo Leontium esset, ad eam conuersus fa- miliaris ille sciscitatus est, quidnam afficeret molestia, hystera inquit. Sigillo misso Laidem Corinthiam amator quidam ad se venire iussit: non possum, inquit, lutum est. Ibat Thais ad amatorem qui hircum olebat. Rogauit aliquis quod tenderet, ad Aegeum Pandionis, inquit, cum illo congressura. Cenans cum hircoso amatore Phryne, sublatam phorinen porrexit, & hanc, inquit, κατὰ πρότυπον. Misit ad eam quidam ex familiaribus vinum optimum, sed paucum, & decem annorum esse si- gnificauit, tot annis, inquit paruulum est. In conuiuio cum quaereretur cur coro- nas appendant, quoniam, inquit, animum oblectant, & erigunt. Cum verbero quidam petulantius adolescentum more cum ea iuuenatus, ac lasciuens, cum mul- tis dixit se rem habuisse, ficto vultu ea tristitiam simulauit, causamque roganti, quoniam multas habes, inquit, tibi succenseo. Auarus quidam amator, blandien- do dixerat, tu quidem es Praxitelis Aphrodifium, respondit illa, & tu quidem Eros Phidia. Quoniam verò ex iis qui rempublicam administrarunt, quosdam scio scortorum mentionem fecisse, & nunc earum artes vituperasse, nunc earum causam defendisse contra eos qui insimulant, de illis etiã verba faciam. Demosthenes in oratione sua contra Androtionem Sinopes & Phanostratæ meminit: Sinopem He- rodicus

rodicus Cratetius libro sexto De iis qui à Comicis notantur, Abydon vocatam fuisse tradit, quoniam esset vetula. Eius meminit Antiphanes in Arcade, in Holito- re, in Sartrice, in Iuencula: Alexis in Cleobuline: Callicrates in Moschione. Apollodorus libro De meretriculis Atheniensibus Phanostraten ait Ptheiropylen cognominatam fuisse, quod stans pro foribus pediculos quaeritabat. Hyperides in oratione contra Aristagoram, sic ait; quas Aphyas vocant, eadem ratione appellarunt. Meretrices quasdam Aphyas olim cognominarunt, de qui- bus idem Apollodorus ita scripsit: Stagonium & Anthidem sorores, Aphyas ideo nuncupatas, quod exiles essent, candidæ, oculisque grandioribus. Antiphanes li- bro De meretricibus Aphyam ob eam causam scribit Nicofratidem appellatam fuisse. Idem Hyperides in oratione qua Mantitheon accusat, de Glyceræ sic inquit: Glyceram Thalassidis filiam operto iugo ducebat. Hæc scilicet est quæ in palatio Harpali vixit: & de qua scripsit Theopompus in opere de epistola Chia, Harpalum post Pythionices obitum Athenis Glyceram acciuisse, ac illò profectam in regia, quæ Tharis fuit, collocasse, vt adorarent omnes, ac reginam salutarant, iussisse, & ne quis Harpalum coronaret prohibuisse, quin & Glyceram corona simul or- naret: ausamque illam fuisse æneam ex arte suam prope Harpali statuum in Rosa ponere. Eadem scripsit Cleitarchus in historiis Alexandri. Qui Agenem Satyricam fabulam scripsit, siue Python Catanensis, siue ipsemet rex Alexandri, inquit:

Atqui audio decies mille modios Harpalum Ad eos misisse tritici. Agenibus non minores. Glyceræ triticum id fuit, ac fortassis Ipsis arrha pignusq, exitij, non meretricis.

r. Leodov: Baob: profundum per es- ... r. Epidio Syria Antiochena. Plin. ...

Lysias in oratione ad Laidem sua, si modo illius reuera est, scortorum quoque horum meminit. Phylra iuuenis adhuc scortari desit, vt & Scione, Hippaphetis, Theoclea, Pfamathe, La- gisca, Anthæia: sic enim scribendum, non, quod faciunt aliqui, Anthæia, quandoquidem apud nullum autorem sic scriptum meretricis nomen reperitur: at de Anthæia integram fabulam edidit Anthæia titulo, vt supra dixi, siue Eunicus, siue Phyllyllius. Huius quoque meminit qui contra Nexram scripsit orationem. Lysias in oratio- ne, si ei tribuenda est, contra Philoniden, de iis quæ violenter gesserat, Naidem memorat, ac rursus in oratione ad Medontem sua, De falso testimonio. Eius scorti cognomen hoc fuit, nomen verò proprium, Oea, vt inquit Antiphanes in opere de Atheniensibus scortis, vbi Anticyram illam quoque vocatam fuisse tradit, vel quod deliris & insanis veratrum propinabat, vel quod illam diu Nicofratius me- dicus cum habuisset, moriens veratri plurimum reliquit, & præterea nihil aliud. Lycurgus in oratione contra Leocratem, Eirenidis scorti meminit, quæ Leocratis amica fuerat: Niconis Hyperides in oratione contra Patroclum: Hanc Capram vocatam fuisse antea nos docuimus, quod mercatorem Thallum fortunis exhau- sisset, & thallis capræ libenter vescantur: quamobrem Athenis in arcem nec ascen- dit hoc animal, nec immolatur Palladi: sed hæc de re alibi nos agemus. Sophocles tamen in Pastoribus capras pasci thallis sic ait:

Matutino, priusquam tibi cinem viderem aliquem, Cum recentes capræ pedibus aggerarem. Tarentinis sic Nannij meminit: Bacchanalibus furti Nannium, vt temulentam eam traducens. Falfo Hercule: Nannium is de concubitu non rogat.

Alexis in

Menander in

Antiphanes in opere De scortis

Proscenium vocatam fuisse tradit, quod esset lepida facie, sumptuosisque aureis ves- tibibus indueretur, exuta verò maximè deformis. Huius filia Corone fuit, cui scorta- tores in lupanari Nutricis appellationem indiderunt. Hyperides in oratione con- tra Patroclum, Nemeadis tibi cinæ meminit, in cuius mentione hoc admirandum, quod appellatam ludorum nomine, qui celeberrimi sunt, meretricem, Athenienses neglexerint, ac silentio præterierint. Non solum enim meretricibus, sed etiam aliis seruis

g. Scena vestibulis ... h. Fortassis ob m- ...

e ex oliv. alij. chio. Sic Attica tribum vocauerunt. d Phantia nate: vel, rarissime, et vicia, ut inter anes Phantia. e Torpentem, ignatum, immoderatum, iracundum. f In amandis formis, ut qui nuptias perpetuo sit auerfatus. Probus in eius vita. g Quod cum praefert feminam contemptum, cum illis tamen esset potantior. h Quale id fuerit, ut quod legisse memini. i Hunc locum depravatum fuisse ad notavit Canterus cap. 17. 4. R. est et hanc historiam. Plu- tarchus in. Nisi rhetor. k Vel obliuendi corporis causa, vel in honorem Neptuni. l T. lo. ad aduocat. x. de qua in multa epigrammata poeta scripsit. Plin. cap. 10. 3. ad exemplar Campes- ses pellicis Alexan- dri pictam scribit. m Operos velo Cupidinis oculos esse poeta fingunt. n Vide apud Pausan. in Attica quo- que illa Praaxiteles iudicium expressit de suis operibus, ut quae pulcherrima essent, cognosceret. o Vicium Adonis sic appellatur, de quo Pausan. lib. 10. p. Caius prior sum- lacrum id amouit, et frendum Romam curant. Red- didit Theophrastus. Claudius: abstulit iterum Neop: ab vicia- latu nomen vterq; imperator male pe- ruit. Pausan. Bana- tium. q Idem narrat. Plu- tarchus libro. De Pythia oraculis. r Quae ad statum simul et visum cog- eret, vel a siliu lacrymis. Iunius adagio 34. C. 9. s. Dicitur, cribro cer- nere ac excutere: unde etiam, qui cri- brum quassat et agit: alludit haec vox ad Silium op- tidum. t Ut ortice surfurique suo triticum mola factum in cribris stollatur.

tilus: Quandoquidem nobis feminas publicas enumerantibus impedimento fuisse, non ut eas recensuit Socrates Phanagoras in Solis, aut Nicænetus Abderites, Samiusve, in Mulierum indice; non nihil me inhibebo, & ad tuam interrogationem verterar, honorandæ Phœnix. Sic ergo habet masculinum genere Alexin in Pyrao ita dixisse: *Aperi, aperi fores: ne scijstis. Iam dudum hic ambulare me: statuas reuere astruum, equum fluuiatilem, parietem, Saleuæ ferum tigrin.* Succurrunt & alia testimonia, quæ in aliud tempus differenda nunc cenfeo, quoad pulchrum feminarum reuersionem abluero. Clearchus de Epaminonda Thebano scribit, cum grauiorem aliis fuisse, in congressu tamen foeminarum parum honestum, iudicioque suo falsum, si quis reputet secum eius factum in vxorem Lacedæmonij. Hyperides orator Glauippo filio eiecto paternis ædibus, Myrinen sumptuosissimum scortum domum accessit, eamq; habuit in vrbe: in Peiræo Aristagoram: in Eleusine Philam, quam, cum scriuere, magna pecunia redemptam donauit libertate, & custodem post ac cellariam dispensandis rebus domesticis præfecit, ut scribit Idomeneus. In oratione pro Phryne, falsus eam sibi mulierem amatam fuisse, eoque nodum amore defunctus, Hyperides Myrinen, quam diximus, domum ad se perduxit. Phryne Thespia genere, ab Euthya capitalis noxæ rea facta, ipsius ope absoluta est. Quamobrem Euthyas, ut tradit Hermippus, indignatus, aliam nunquam post causam egit. Phrynæ quidem cum patrocinarer Hyperides, & iam manifestum esset calculis iudicium condemnatam iri, in apertum eam produxit, & discissis tuniculis, pectoreq; nudato, postrema orationis parte illius conspecta pulchritudine ita perorauit, ut tanquam ministram sacerdotemq; Veneris, iudices religione tacti, & misericordia commoti, necandam minime censuerint. Verum posteaquam iudicium id euasit, plebiscito decretum est, ne qui causas reorum dice- rent, commiserationem excitarent, ac ne quis accessitus, ne quæ postulata, coram iudicibus sententiam pronuntiatursisteretur. In iis partibus corporis quæ non deteguntur, fuit quidem Phryne pulchrior: quapropter illam videre nudam haud facile fuit, quod adstricta carni veste id prohiberet, & balneis abstineret publicis. At frequētissimo illo conuentu qui apud Eleasinem fiebat, & per Neptuni ferias, depositis vestibus, capilloq; passlo mare ingrediebatur, adeo præstanti specie, ut ad eius exemplum emergentem Apelles à mari Venerem pinxerit, Praxiteles verò statuarius, eiusq; amator, Cnidia simulachrum Veneris finxerit, & in basi statuae Cupidinis ad theatri scenam posita, versus hos insculpsit: *Praxiteles quem passus est Amorem, elaborauit, E suo corde sumpto genuino primarioq; exemplari. Pro mercede illi dedit Amor Phrynem: is autem venenum dum amatorium mittit, Non iacit temere sagittas, sed intentis oculis collimat.* Phrynæ Praxiteles optionem dedit aliquando, ut è suis quam vellet statuis deligeret, siue Cupidinem, siue stantem in Tripodibus Satyrum. Cupidinem illa prætulit, & Theophrastus dicauit. Phrynes verò ipsius vicini & accolæ statuam auream Delphis posue- runt, super columna marmoris Pentelici, quam fecit Praxiteles. Crates Cynicus id signum conspicatus, intemperantiæ Græcorum donarium esse dixit. Inter Archidami regis Lacedæmonum, & Philippi Amyntæ filij statuas, ea locata est, cum hac inscriptione, Phrynes Thespensis illustris, ut scribit Alceas libro secundo De iis quæ Delphis dicata sunt. Apollodorus libro de scortis, Phrynas duas fuisse tra- dit, alteramq; Saperdion cognominatam, alteram Clausigelota. Herodicus libro sexto de iis qui à comicis perstringuntur, inquit, à rhetoribus alteram vocatam fuisse, *συσόρ*, quod eos qui congrederentur fortunis exueret, & tanquam cribro ex- cuteret: alteram Thespiciam, vsque adeo dinitem ut Thebarum mœnia extructuram se polliceretur, si adscriberetur, Alexandrum diruisse, Phrynem verò scortum refecisse, ut ait Callistratus libro De scortis. De illius opibus Timocles Comicus in Neæra

in Neæra mentionem fecit: extat supra de hac re testimonium, & apud Amphin in Couride. Parasitus fuit apud Phrynen vnus ex Areopagitis, Gyllion, ut tradit Satyrus Olynthius, histrio, in Pamphila. Aristogeiton in oratione sua contra Phry- nen, eius proprium nomen fuisse tradit Mnesaretus. Haud ignarus sum Diodorum orbis descriptorem prodidisse, Anaximenis orationem illam esse, quæ Euthyæ no- mine aduersus eam in vulgus prodit. Posidippus comicus in Ephesia, hæc de il- la scripsit:

Fuit ante nos Phryne longè clarissima, E scortis omnibus, quamuis iunior ac recentior Illis qua tum sternerunt, audistin certamen? Cum hominum vitam ledere videretur, Ad Helicam grauiore damno percussa est corpore, Cum lacrymis, & iudicum prebensis dexteris, Animam vix illa seruauit. Ignotum vobis non est, Demadem oratorem è tibia meretrice Demæam sustulisse, quem in subselliis frementem ac insolescentem velut ore clauso coercuit Hyperides, sic allocutus, num tacebis ado- lescentule? maiorem statum habes quam mater. Bion Boristhenites philosophus Olympiæ Lacedæmonia meretricis filius fuit, ut inquit Nicias Nicæensis in Suc- cessionibus philosophorum. Sophocles tragicus iam senex Theoridem scortum amauit, quæ de causa Venerem sic orat:

Precentem me audis, o nutrix iuuenum, hoc concede petenti, Iuuenum amorem & amplexus femina, ut hac renuat, Canis verò senibus delectetur, Quibus corporis vis est languidior, mens autem diuina est vegetissima.

Homero quidam hos versus tribuunt. Theognidis huius meminit ille in quadam statione chori ad hunc modum: Theoris enim mihi diligitur. Idem sub exitum vi- tæ, ut refert Hegesander, Archippam meretricem amauit, & bonorum suorum hæ- redem reliquit. Tantisper dum eum eo seniore Archippa versaretur, Smierines, qui prius illam amauerat, à quodam interrogatus, quidnam Archippa rerum ageret, se- stiuè respondit, eam, ut noctuas, assidere tumulo. Isocrates autem omnium ora- torum pudentissimus, amicam habuit Metaneiram, & eam quidem pulchram, ut tradit Lyfias in Epistolis suis. Demosthenes in oratione contra Neæram, Lyfias a- micam fuisse Metaneiram inquit. Victus est Lyfias quoque à Lagide scorto, cuius laudes scriptis mandauit Cephalus rhetor, quemadmodum Alcidas Laites f. Gorgia discipulus Naïdis meretricis laudationem composuit. De hac Naïde Ly- fias ita scripsit in oratione contra Philonidem: Meretrix quædam femina est, cui nomen Naïs, Archiæ mancipium. Hanc cognatus vester Philonides amare se dicit. Huius meminit Aristophanes in Gerytade: ac fortassis etiam in Pluto, cum ait,

Amat Lais, non causa tua, Philonidem, pro Lais, Naïs scribendum est. Hermippus in libro de Isocrate, iam ætate prouectum ait, Lagiscam scortum do- mum recepisse, filiulamq; ex ea genuisse. Eius Stærtis sic meminit:

Et Lagiscam Isocratis pallacem, Vidisse me ficos legentem, cum adhuc in cubili iaceret, Ipsumq; tibias perforantem.

Lyfias in oratione contra Lai- dem, si eius omnino est, alias quoque meretrices enumerans, sic eam memorat: Scortari deserunt Philyra, Scione, Hippaphesis, Theocleia, Psamathe, Lagisca, Anthcia, Aristocleia. Demostheni rhetori prolem ex meretrice susceptam fama est. Is itaque in oratione quam de auro habuit, matre absente liberos in iudicium produxit, ut misericordiam impetraret, quamuis moris esset, ut de quibus iudicium constitueretur, vxores illi adducerent, sed verecundia id factum, & quod metue- ret ne quis ea de re crimineretur. Oratorem eum fuisse intemperanter libidinosum scribit Idomeneus. Aristarchi adolescentis gratia, quem in delictis habebat, cum in Neæra

7 Pag. 412. 2 Nonacula, Pual- la. 3 De Phryne iam amosa, sed rugas faciei obliuete rugu- gulo, scripsit Ari- stoph. in Conciona: tribus; q. d. v. l. v. x. u. a. d. u. o. u. o. s. a. e. s. m. i. s. p. r. o. b. i. s. Vide proverb. Ha- bet lecythi in ma- lu. Eadem dicebat, et generosi, mi- multos facem bibe- re, quod se quam- uis retulam multi non sustulit. Pla- tarchus libro de Py- thia oraculis, Phry- nen ob partem ad- catam fuisse irade; ut puto quod cu- Phryne, id est Ru- beta, colore esset. 2 Quo de vita co- didis apud indices. a Forum Athenis celebrissimum, in quo capitis cause di- cantur, Pausan. b Corporis aspe- ctus, quod nudauit Hyperides. Verum proximum in ex- plari suo legit Na- talis: in meo doest. c Vide Leopard. cap. 21. 9. Emend. Quidam hoc refe- runt ad Diogenem. Vide et Iunium Adagio, Ampullas loqueri. d Theoridis sacer- dotis in vita Demo- stheni sit mentio, ab eo delata, seruos fillere quod doce- ret; et damnata capiti. e Saphelli, qui ex- trima Thesclidre filicinium esset, et iam tumulan- dus. f O dicitur: quidam dicitur: Olenum Achaia oppidum, Patri vicinum. g Euxisus: quidam dicitur: Olenum Achaia oppidum, Patri vicinum. h Tibias perforat, qui cum scortis ve- nerit maxime tri- te, et exercitate rem habet, quasi fertundat quod a- pertissimum est. i Supra pag. 437. k Quo fortassis ab Harpalo corruptus fuisse et accusatus et conuictus est. Euripus. Erasm.

Non extat illa inter orationes Demosthenis. Ob eam corruptos mores Batalus in vocatus est, nempe thallis, effeminatus, proterbio, Batalus.

in Nicodemum debacchatus, eum grauibus maledictis laceraffet, puero oculos exculpsit. Circa obfonia, iuuenes & feminas lumptuofum fuisse fama iactatum. De illo quidam fcriba dixit:

Iam de Demosthene quidnam eloqui possit aliquis?

Quae anno toto ipsi cogitata sunt.

Vna muliercula vna nocte miscet, ac conturbat.

Præterea cum domi esset vxor, Cnosionem adolescentem in ædes pertraxit, quapropter illa stomachata, Cnosioni stuprandam se præbuit. Myrinen Samiam meretricem habuit rex Demetrius, postremus è successoribus Alexandri, vt inquit Nicolaus Damascenus, omnium fortunarum suarum participem, excepto diademate. Ptolemæus Philadelphus regis filius, qui præfidiariis militibus impositis Epheso, præerat, amicam Eirenen habuit, quæ cum illi Thracæ infidias essent moliti, & in Dianæ templum confugisset, eò profecura est, ac posteaquam cecidit ibi trucidatus, arrepto valuarum annulo, altaria cruore illius sparsit, quoad simul eam iugularunt. Danaën Leontij Epicureæ filiam prostitutam Sophron Epheso præfectus amicam habuit, cuius fide ac beneuolentia infidias Laodices euasit: ea verò præcipitata est: quod sic Phylarchus duodecimo libro exponit, Laodice Danaë Leontij filia, quæ cum Epicuro physico philosophiæ operam impendit, veluti consiliaria, assidebat, sic intima, vt ei Laodice arcana omnia sua crederet. Sophronis amica prius illa cum fuisset, vt subauscultauit Laodicen illum occidi velle, eas infidias nutu protinus significauit, quibus cognitis, simulauit dubiū Sophron ac incertum id sibi esse quod sciscitabantur, biduumq; petiit ad id memoria recolendum; quod cum obtinisset, noctu Corinthum aufugit. Hoc à Danaë factum cum Laodice intellexisset, per præcipitium deturbari mulierem imperauit, nihil eius beneuolentiæ recordata, qua prius eam complexa fuerat. Danaën ferunt, cum imminens periculum ea præsensisset, interrogantem & compellantem Laodicen responso non fuisse dignatam, & cum ad præcipitium duceretur dixisse, à multis non iniuria deos contemni. Nam quod, inquit, virum meum seruaui, hanc mihi gratiam dii rependant, quod autem Laodice maritum suum interfecerit, in maximo honore est. Idem Phylarchus libro decimoquarto de Myta hæc prodit, Seleuci regis amicam fuisse; qui à Gallis superatus, vix se periculo fuga cum eripuisset, vestem regiam illa exiit, & eius ancillæ, quæ prima occurrerat, amictu sumpto, cum aliis captiuis comprehensa & abducta, simulq; vendita, Rhodum accessit, vbi quænam esset cum aperuisset, magnifico ad Seleucum apparatu illam Rhodij miserunt. Demetrius Phalereus Lampeto Samiam meretricem, quam amabat, vrbane aclepidè nuncupauit Lampeto: prius enim, vt scribit Diyllus, Charitoblepharos appellabatur. Nicarete meretrix Stephani rhetoris amica fuit, Lyfiæ verò sophistæ Metaneira, Casij Elci seruæ ambæ, cum aliis scortis, Antea, Stratola, Aristoclea, Phila, Isthmiade, Neæra, quæ amica fuit Stratocleidis, Xenocleidis poetæ, Hipparchi ludionis, Phrynionis Pæanensis, Demonis filij, Democharis è fratre nepotis. Hanc, Phrynion & Srephanus rhetor, cum arbitri de illa re amici ita statuissent, habuerunt alternis diebus, Stephanus verò eius filiam Strobilam, quam Phano post appellarunt, perinde ac gnatam suam cum Phastore Ægialensi collocauit, vt ait Demosthenes in oratione contra Neæram. Idem orator de Sinope scorto hæc recitat: In Archiam sacrorum præsidem, apud iudices conuictum impietatis, quod præter leges patrias sacra fecerit, vos animaduertistis. Archiæ quidem alia Demosthenes obiecit, sed hoc præcipue, quod per Aloa, Eleusine, in cœnaculi foco Sinopæ amicæ illuc deductæ rem diuinam fecisset, cum per eos dies lege vetitum sit ne quis sacris operetur, nec ad eum sacrificandi ius pertineret, sed ad sacrorum Antistitam. Famosa quoque meretrix fuit Plangon Milefia: Hanc pulcherrimam Colophonius quidam iuuenis amare cepit, qui prius Samiæ Bacchidis amore tenebatur. Venustissima forma Bacchidem esse Plangon cum intellexisset, vt ab illius amore iuuenem auerteret, quod fieri non posse credebat concubitus mercedem poposcit Bacchidis monile, hominum sermonibus maximi pretij. Iuuenis quidem cum efflicim deperiret Plangonem, Bacchidem

Ne qui forma illius ritium offere conaretur: aut, ne quem interea oculis ad amorem sui mutaret. In vita Demosthenis Messenij Nicodemi sit metio qui nunc Cassandri parzes, nunc Crateri secutus est. In insigni regio.

De pælagio, marculo, forte manu, qua trahuntur feres.

Venustis supercilij formosa. In adagij recogniti pronerium, Geometriam exercere in cilio.

De pælagio, Auctore Plutarcho, in Numæ, in eodem loco & ordine fuit, quo apud Romanos ponesse maximus. Festum agricolarum, subactis iam frugibus celebrari solitum in honore Cereris, & Bacchi.

dem orauit, ne se miserè tabescentem negligeret. Precibus illis commota Bacchis, perspecta eius summa cupiditate, monile dedit, quo accepto Plangon, iuueni sui fecit copiam, & cum nulla æmulatione laborasse Bacchidem euidenter cognouisset, illud ad eam remisit. Ea liberalitate deinceps & mutuo sese amauerunt, & communem amatorem comiter acceperunt, tam grato ingenue simplicitatis & bonitatis exemplo Ionibus, vt Pamphilam Plangonem appellarint. Archilochus benignitatis eius testimonium tulit his versibus:

Ficus in scopulis nata, multarum cornicum altrix,*

Quæ externos mira facilitate & humanitate recipit, est Passiphila.

Menandro poetæ Glyceram amatam fuisse norunt omnes. Cum autem Philemon, eiusdem scorti amator, in scriptis suis alicubi optimam vocasset, aduersus eum Menander scripsit, nullam esse probam meretricem. Harpalus Macedo plurimam Alexandri pecuniam depeculatus, & ad Athenienses profugus, amore scorti Pythionis flagrans, eius causa maximam numerum vim prodegit, & vita functæ magnificentissimum multorum talentorum impensa monumentum ædificauit, eamq; funeravit, & ad sepulchrum extulit, vt scribit Poseidonius libro vigesimosecundo historiarum, artificum nobilissimorum frequenti cœtu, & omnifariis musicis instrumentis cantibusq; prope cadauer adhibitis. Dicæarchus libris De descensu in antrum Trophonium, Hoc, inquit, illis accidet, qui Athenas petunt, via qua Eleusinen itur, & quam Sacram vocant. Nam eò cum peruenierint, vnde versus Athenas prospicientes, templa cernere & castellum possint, iuxta viam extructum monumentum videbunt, cum quo nullum aliud, ne ex iis quidem quæ vicina sunt, æquiparari magnitudine queat. Hoc autem vel Miltiadis esse, vel Periclis, vel Cimonis, vel alius cuiusdam primarij fortisq; viri statim quispiam arbitretur à ciuitate publico sumptu magna cura excitatum: cum autem cuius sit quæserit, & didicerit esse Pythionis scorti, quam de Atheniensibus opinionem concipiet: Theopompus in sua ad Alexandrum epistola, perditos Harpali mores dum insectatur, ait: Considera iam, & aperte ex iis qui Babylone sunt, audi, quo modo Pythionem mortuam in tumulo deposuerit, & eam quidem seruam Bacchidis tibi cinæ: hæc autem Thraciæ Sinope seruierat, quæ Athenas ex Ægina suæ scortationis officinam transevit, vt non solum ter mancipium, sed etiam ter scortum fuerit. Huic scilicet monumenta duo excitauit talentis plus quàm ducentis, quod nemo non est admiratus, cum eorum qui pro regno tuo in Cilicia mortem oppetierunt, atque pro salute Græcorum, adhuc nec ille, nec quispiam alius ex iis qui prouincias regunt, sepulchrum ornauerit, Pythionem verò meretricis Athenis visitur monumentum alterum, alterum Babylone, iam pridem absolutum. Quam enim sciunt omnes publicè quæstuarium, cuius communem fuisse, ausus hic est, qui de amicitia tua gloriaretur, illi & lucu & templum consecrare, ædemq; illam & aram Pythionem Venæris nuncupare, simul & deorum vltionem parupendens, & honores tibi debitos contemnere, ludibrioq; habere conatus. Quin & idem in Syriæ Tharlo arcem Glyceræ statuiam posuit, vbi tua erigenda fuerat, illique vt habitaret in eius oppidi regia permisit, lætus cum ipsam videret à populo & adorari, & reginam saluari, & donis cumulari quibus matrem vxoremque tuam honorari par fuit. Horum meminit Philemon in Babylonio, sic:

Babylonis reginam, fortassis,

Pythionem nostri, & Harpalum.

Huius meminit & Alexis in

Lycisco. Post obitum Pythionem Harpalus Glyceram acciuit, eam quoque meretricem, vt ait Theopompus, qui & Harpalum vetuisse tradit, ne quis se coronaret, nisi & coronam illi scorto imponeret. Attestatur his & autor Satyricæ fabulæ Agenis, quam docuit Bacchanalibus ad Hydaspis amnis ripas, siue Python Catanensis, Byzantinusve, siue rex ipsemet. Acta quidem ea fabula est, cum Harpalus iam à rege defecisset, & fugisset ad maris oram. Nam in eo Pythionem vt iam defunctæ sit mentio, atque etiam Glyceræ, quæ tum apud illum cum esset, vt muneribus sibi & largitione Athenienses deuinciret, persuaserat. Eius poematiij verba sunt:

Est quidem

Ut arboris in præruptis nata fructus edunt sola fræ, & peregrine anes, sic Passiphila externi fruuntur homines, non ciues, & indigene. Diogenes, nisi fallor, cum eiusmodi arboribus illos comparabat, qui aulendi parasiti, leonibus, & nebulonibus rem absumunt, non fouendi bonis & probis viris.

Vide pag. 437. Tibicinium, tubicinum, musicorum, & Pausanias lib. 1. Suprà pag. 437. y Πάριος, arcem. In exemplari suo Natalis hæc legit: in nostro desunt.

Vel, qui Babylone adueniunt.

Hoc ad verbum, ἀγιδυλον, verè & ἀγιδυλον hic inteligo, in signis mancipium, eximium scortum pag. 437.

Hæc diuisa à superiore Theopompi accusatione resartit.

Suprà pag. 437.

a Syriacus, quem odoratum medici vocant.

f In Aegypto, quo Harpalus primū fugiens se recepit. g Sapientes, diuinarum humanarumq; rerū periti. h Fortassis oīu p̄cipuos, quāsi tremebundum, et mota palpitantiem: quidā legunt p̄cipuos, pellicum amore resanum.

i Syriaci aut Aegyptiacam mensuram puto, pag. 437.

k Lib. 2. l Perrea, transfugendu & torrefaciendū bobus, ē decima parte venorū sicuti confecta. Herodotus, i budaē suuēlus.

m Vino nimirum, quod matutino iestaculo bibebatur, quia nocturna lūta & veneri exoritate incaluit, ac ruberet. n Leta & hilares. o Euphonia, lasciuas, libidinosas, ad Venere prurientes. p Sappho duas fuisse voluit, alteram Erythram, alteram Mitylenē, vtramq; Lesbiam, & condendū versibus illustrem.

q Aegēs, sordidus, preparatus. Eustathius.

r Orpheus. s Earydici plagis omnes vocant.

Est quidem ubi calamus^a prouenit: illic erectum ad sinistram sepulchrum Meretricis, nobilis afficit populus: id scilicet posteaquam Aedificauit Pallides, sui peccati conscius, solum vertit exilio. Hic^k autem Barbari quidam magi^l, Affectum illum tam praeclare generoseq; contuiti, Effecerunt, ut crederet sursum In beatorum sedes Pythionices animum se subuecturos. In his Palliden^m

Harpalum vocat, proprio nomine postea nuncupans. Sequitur porrò: A. Nunc ex te volo cognoscere In extremo agri Attici solo, incolarum Quam res prospera sint, & illic quam feliciter agant. B. Olim, ut aiunt, larga suppetebat arnonna: Quodque satis erat, illi comabant: nunc autem legumina Tantum edunt, ac feniculum, tritici non multum, Quamuis Harpalum mille decies audio Tritici modios non minores agenibusⁿ, Ad eos misisse, & inter ciues adscriptum fuisse, Epimero Glycerā id triticum fuit, quod illis forsitan Aliquando pignus arhaq; futurum est exitij, non meretricis. Celebres quoque meretrices, & insigni forma, tulit Naucratis, Doricam, quam elegans Sappho Charaxi fratri suo, mercaturae gratia Naucratin profecto naue, dilectam, versibus suis proscripsit, quod multa illum pecunia emunxisset. Herodotus eam Rhodopen vocat^k, ignarus aliam fuisse Rhodopen, quae Delphis illa famosa verba^l dicauit, à Cratino memorata. Posideippus Doricam in Aethiopia saepe meminit, & de illa epigramma hoc composuit: Quam mollis tibi crines, o Dorica, reuinxit Fascia, quam unguentum suauitate tua vestis oluit, Gratiosum Charaxum amplexata Concolor^m matutina pecula tu cum attractares, Suavis quidem Sapphus manent adhuc, olimq; manebunt Versuum candidaⁿ tabulae, personantes Beatissimum nomen tuum: quod Naucratis haec celebrabit Quoad per maris fluctus ad Nili voluptates & oblectamenta naues appellent.

Fuit & Naucratis Archidice, lepidum quoque scortum. Solet enim, ut scribit Herodotus, Naucratis meretrices habere venustas^o. Fuit etiam meretrix Eressia Sappho^p, nominis illa maximi, quae Phaonem arsit, ut scribit Nymphis in Afix circumnavigatione. Megarensis quoque Nicarete non obscura & ignobilis meretrix fuit, sed & natalium splendore, & doctrina perquam amabilis. Philosopho namque Stilponi operam dederat. Fuit & Argiuae Biblistiches magna celebritas, quae ab Atreidis genus traxit, ut tradunt qui res Argolicas mandarunt literis. Est & magna Leanae scorti claritas, amicae Harmodij, tyranni percussoris, quae ab Hippia tyranno cruciata, cum omnia celasset, in tormentis expirauit. Stratoclis rhetoris amica fuit Paroramos, cognomine Lime^q, quoniam duabus drachmis ad illos accederet, quicumque vellent, ut ait Gorgias libro De scortis. Haec locutus Myrtilus, iam, ut videbatur, taciturus erat, cum, Propemodum, inquit, amici viri, oblitus sum Lyden amicam Antimachi recensere, itemq; alteram huic cognominem Ledam, quam dilexit Lamynthius Milesius. Etenim horum vterque poetarum, ut ait Cleitarchus in Amatoriis, barbaro Ledae amore inflammatus Leden poema scripsit, hic quidem elegiacis carminibus, ille vero lyricis. Omisi quoque Mimnermi amicam Nanno tibicinam, & Harmesianaetis Colophonij Leontium: cuius gratia elegiacos libros tres scripsit, in quorum tertio illos enumerat qui vehementius amarunt, ad hunc modum,

Qualem charus Oeagri^r fuit reduxit Agriopen^s, Thracia instructus cithara

Ex infē

Ex inferis: cum ad dirum & inexorabilem caetum nauigauit^r: Vbi Charon, ut fama est, in cymbam trahit Mortuorum umbras, & procul sonat paludis Vnda, per densas illisa iactataq; arundines. Constanti tamen animo prope fluctus illos accinctus citharam pulsans Orpheus, varios flexit & ad misericordiam commouit deos, Cocytumq; inhumanum, qui supercilys arripit^t: Truculentissimi canis idem aspectum sustinuit: Ignea vox exasperati: igne micant oculi: Pauor ingens tricipitem belluam cernentibus^u: Illic canens scilicet à magnis inferorum regibus impetrauit, Mollis ut vita spiritus Agriopa restitueretur. Quin nec Luna^v filius inhonoratam neglexit Musaeus, Gratiarum praefes, Antiopen^w: Musaeus, inquam, qui ad Eleusinia multum decantata solum Iucunde spirans^x, protulit^y ex abditis oraculorum arcanis Puerulum^z ceremoniarum afflatu fouentem nutriendumq; Cererem, etiam Plutoni ac inferis notam. Iam verò Baeotius relicta domo Hesiodus, omnium rerum cognitione ac scientia praeclitus Aescraus, vltro ad Heliconem pagum migravit, Vbi cum Eoam^o Aescraicam virginem procus ambiret, Grauiam multa perpeffus omnes scriptorum suorum libros edidit, Hymnorum, à puella quam amabat, primum exorsus. Summus verò ille poeta, quem Iouis fauor sorte felici Omnium qui cum Musis versantur suauissimum esse voluit, Aridam macram^g, Ithacam adiit, diuinus Homerus Carmimbus suis, prudentis & castae Penelopes gratia Laborem, magno paruum ad insulam transiret auit, Multum à spatiofa patria sua remotus. Desleuit Icarij^h genus, & Amycleum populum, Atque Spartam, proprijs malis impulsus, Mimnermusⁱ, qui grauiam multa perpeffus, dulces reperit Sonos, & mollis pentametri caetum: Vrebat^j enim, temporibus iam canis, amore Nannus, Et in comessantium caetu frequens erat. Grauem deinde sibi Hermobium impatienter ferens, & offenso In Phereclen animo, versus illos composuit. Antimachus^k Lydiae Chryseidis amore Ictus, ad amnis Pactoli fluentia progressus est: Eam verò mortuam, in Dardaniq; terra arida sepultam Relinquens, Colophonem amantissimam sitam reuersus, Eiulatu ac questibus sacros impleuit libros, Atque ita molestiam planè suam leniuit. Lesbius Alceus^l quoties comessabundus lasciuierit, Dum Sapphus blandum amorem cithara canit, Probe tenes: Poeta quidem is lasciuarum cantionis gloriam amauit Suauis & copiosa oratione. Affectus dolore Teius^m, Et Sappho conuenit mellitus Anacreon, Mixtim alijs cum Lesbiadibus incedentem: Nonnunquam verò alio Samo relicta commeabatⁿ:

669

669

669

669

669

P Ex Oe

soni coeuis. g Mityleneus. Sappho apud Ouid. Nec plus Alceus confor patrieq; lyrae, Laudū habet, quamū grandius ille sonet. h Anacreon: à Teo, Ionie ciuitate: qui impensè amant Baryllum Samium. Horat. Non aliter Samio dicunt arripisse Barylla Anacreontis Tium. i Ad Baryllum.

r Traiecta stygis palude, & inferorum fluminibus. u Inuitus & insolitus aliquod latitiae signum ostēdit. x Pauorem ingenitū tribus capitibus ordine dispositū incutiens: ad verba, y Antiochemi filij fuisse, & Eumolpie scripsisse tradit Pausan.

z Pulcherrimam heroiam, Nylcti filiam, Lyci regis Thebani uxorem: à Ioue compressam: matrem Amphionis & Zethi. a Ob thymi & aliarum stirpū fragrantium copiam: vel odorū qui vebantur sustinuit. b Exposuit, declarauit: cum hominibus inuitatū comunicauit.

c Triptolemū, quē muricata Ceres inuēditū lacte alēbat, noctu igne cōsegebat, interea sacerdotum suorum ritibus, serendū frugum modum, & leges mortalitati prescribendū, unde dicitur dicitur vocatur, edocens. De Triptolemo Pausania multa lib. 1. & inter cetera, filium Aharis fuisse: quānobrem fortissis in hū versibus dicitur vocat Hermestianax.

o Hesiodus poemate laudauit illustres feminas. Versuum eius, operis initium erat, dicitur, aut qualis. Quānobrem poetama illud dicitur vocant, iuniores autē poēte, ut Hermestianax crediderunt isillo amicam illius fuisse. Cāterus cap. 3. 4. citat opus illud Pausan, lib. 1. Vide supra.

d Laconica regis patris Penelopes. e Colophonius elegorum poeta. Properi. Plus in amore valet Mimnermi versus Homero: Carmina mansuetus lenia queris amor.

f Colophonius, Thebaikos scriptor, Platonis.

ATHENAEI DEIPNOSOPH.

Quædam, quam... Ex Oenissa Doride... In Lesbum vino prestanti nobilem... Sapientiam dum seret, spectans, ex adverso... Rursum vero tanquam apus à ramosa... Discedens, secernit Sophocles in tragici chori stationibus... Amorem simul & Bacchum... Quos ipsi charo canendos Iuppiter dedit... Virum nunc porro dicam qui ab amore semper abstinuit... Et cui concubitus omnis fuit odiosus... Omnium mulierum... Percussus, ne noctu quidem dolore vacabat... Verum Macedonia omnia parvatus est lupanaria... Et Archelai quaestorem ac dispensatorem Aegionam profecutus amore est... Donec Euripidi malus Genius perniciem molitus... De vita cum canibus obuium certare voluit... Cithecum hominem Bacchi nutrices... Educant, tibi arumque fidelissimum custodem ac promum... Musæ, bene institutum Philoxenum... perculsus ille... Ab Oryge... in hanc civitatem venit... Nocti quam magnum suo ploratu desiderium Galatæ... Melijs excitavit, ipsius progenitoribus... Nocti & poetam, quem Eurypli... Cui, ex are sub platano dicarunt Philetan... Battida canentem alacrem, totis suis carminibus... Loquaci verborum prolixitate... Quin & nec illi durior sibi vitam qui indixerunt... Homines tortuosam meditantur sapientiam... Quos angunt sermonum amara studia... Et qua in honore est eloquentia vis prepotens... Amoris graue bellum vitarunt... Quamvis instare prospicerent, sed immiti aurige collum huic subdiderunt... Hac quidem insania Pythagoram Samium obstrinxit... Theano... qui circumvolutos & implexos Geometricarum linearum anfractus... Adiuvenit, & quantum orbem at her circumceat... Ea quoque omnia in exiguo digessit globo... Quem perdo audio vilissima philosophia cognitione... Vniuersos homines antecelluisse Socratem... Irata Venus sui viribus ignis ex imo... Illius animo iuueniles curas extudit... Itaque ad Aspasia domum cum frequenter iret, nullum unquam finem... Is dicendi faciebat, quamvis multas ad exitum vias excogitasset... Cyreneum virum in Isthmum pertraxit amor... Excellentem, ubi Larde Thessalia potitus est... Acutissimus ille vir nugæ omnes philosophorum excussit... Imperium dea ut detrectaret, cui coactus morem gessit... In his fallitur Hermefianax, qui Sappho coæuam Anacreonti fuisse putet, cū ea sub Alyatte Cræsi patre vixerit, Anacreon verò sub Cyro & Polycrate... Chamæleon in libro de Sappho tradit, quosdam asserere, in eam versus istos ab Anacreonte compositos fuisse: Me purpura indutum rapit, Et fert Amor: cui splendidus Auro capillus emitet: Captumq; varijs nunc iocis, Secum iubet me ludere Amara Lesbos quam tenet

Ex Oenissa Doride, qua vergit insula In Lesbum vino prestanti nobilem: Bathylli cubile ac patriam Sapientiam dum seret, spectans, ex adverso Rursum vero tanquam apus à ramosa ficu Discedens, secernit Sophocles in tragici chori stationibus, Amorem simul & Bacchum, deos coniunctos, beneuolus Quos ipsi charo canendos Iuppiter dedit. Virum nunc porro dicam qui ab amore semper abstinuit, Et cui concubitus omnis fuit odiosus Omnium mulierum: curuo ille arcu Percussus, ne noctu quidem dolore vacabat: Verum Macedonia omnia parvatus est lupanaria, Et Archelai quaestorem ac dispensatorem Aegionam profecutus amore est: Donec Euripidi malus Genius perniciem molitus, De vita cum canibus obuium certare voluit. Cithecum hominem Bacchi nutrices Educant, tibi arumque fidelissimum custodem ac promum, Musæ, bene institutum Philoxenum: perculsus ille Ab Oryge, in hanc civitatem venit: Nocti quam magnum suo ploratu desiderium Galatæ Melijs excitavit, ipsius progenitoribus, Nocti & poetam, quem Eurypli Cui, ex are sub platano dicarunt Philetan Battida canentem alacrem, totis suis carminibus, Loquaci verborum prolixitate, Quin & nec illi durior sibi vitam qui indixerunt, Homines tortuosam meditantur sapientiam, Quos angunt sermonum amara studia, Et qua in honore est eloquentia vis prepotens, Amoris graue bellum vitarunt, Quamvis instare prospicerent, sed immiti aurige collum huic subdiderunt. Hac quidem insania Pythagoram Samium obstrinxit Theano, qui circumvolutos & implexos Geometricarum linearum anfractus Adiuvenit, & quantum orbem at her circumceat, Ea quoque omnia in exiguo digessit globo. Quem perdo audio vilissima philosophia cognitione Vniuersos homines antecelluisse Socratem. Irata Venus sui viribus ignis ex imo Illius animo iuueniles curas extudit. Itaque ad Aspasia domum cum frequenter iret, nullum unquam finem Is dicendi faciebat, quamvis multas ad exitum vias excogitasset. Cyreneum virum in Isthmum pertraxit amor Excellentem, ubi Larde Thessalia potitus est. Acutissimus ille vir nugæ omnes philosophorum excussit, Imperium dea ut detrectaret, cui coactus morem gessit. In his fallitur Hermefianax, qui Sappho coæuam Anacreonti fuisse putet, cū ea sub Alyatte Cræsi patre vixerit, Anacreon verò sub Cyro & Polycrate. Chamæleon in libro de Sappho tradit, quosdam asserere, in eam versus istos ab Anacreonte compositos fuisse: Me purpura indutum rapit, Et fert Amor: cui splendidus Auro capillus emitet: Captumq; varijs nunc iocis, Secum iubet me ludere Amara Lesbos quam tenet

Sappho,

Sappho, meos sed negligens Canos, cupit alios sibi. In aureo vos qua throno Musæ sedetis, caritum Istud feraci ex insula, Quæ feminas pulchras alit, Traxit senex nunc Teius, Qui floridus scitè canit.

Sapphoq; sic ad illum respondisse:

Sapphus id carmen non esse neminem la- ret. Ego verò Hermefianactem per lusum de Anacreontis amore id scripsisse arbi- tror. Etenim Diphilus Comicus in fabula Sappho amatores eius inducit Archilo- chum, & Hipponactem. Hæc vobis curiosè, ô amici, recitavi, illos enumerans qui in amorem proni fuerunt, quod non inficio, amori deditus, sed amore quod calum- niatur, & obicit Cynulcus, non dementatus. Nam, vt Æschylus Alexandrinus inquit in Amphitryone,

Mifero homini quid verbis multis est opus? Tacere cum licet, & hac silentio tegere.

Hic quidem Æschylus est, Mef- feniacorum carminum autor, vir oppidoquam eruditus. Magnum itaque deum Amorem, potentissimumque ratus, Euripidis auream Venerem animo reuoluens, sic ait:

Nym, vides quanta sit dea? Nec verbis explicare queas, nec metiri animo, Quanta illa sit, & quousque vis eius pertingat: Et te, & me, & mortales omnes illa nutrit. Argumentum huius rei non solum oratione proferam, Sed ostendam reapse diuæ potentiam.

Amat imbre, tellus, cum humus arida Squaloreq; sterilis, humore indiget.

Calum autem venerandum satiatum pluuia, Venerè illectum labi in terram cupit:

In unum verò ambo cum permiscetur, Nobis generant simul, & nutriunt omnia.

Quibus viget & viuunt humanum genus.

Grauius Æschylus in

Danaïdibus Venerem eandem sic loquentem fingit:

Terram penetrare liquidum calum, Peroptat, & terra illis siui nuptijs:

A puro celo lapsa pluuia: Terram fecundat, vt pariat mortalibus

Pecudum pascua, & cereales fruges. Humidis his ipsis nuptijs pulchritudo arborum

Perficitur. Horum omnium ego causa & autor sum.

Apuè Euripidem

in Hippolyto, rursum illa sic loquitur: Nam quo quot intra terminos Atlantici

Maris possit, lumen Solis vident, Si vires quidem meas reuerentur, honore prosequor:

Illudo verò, & fallo, si erga me sunt elatiores, mo superbi.

Iuueni siquidem omni virtute prædito id solum vitij fuit, & perniciet causa, quod Venerem non co- leret, & nec Diana, cui fuit apprime charus, nec deorum dæmonumve quispiam opi- tulus est: Itaque, vt ait idem poeta,

Quisquis amorem magnum esse deum non putat, Et omnium eorum longe maximum,

Aut stolidus est, aut rerum honestarum imperitus, Non nouit eum mortalibus esse maximum deum.

Anacteontis versus Amore laudibus ad cælum euehentis in ore, sunt omniū. De illo sic optimus Critias inquit: Muliebrium versum cantus olim qui tenuisti

P 2 Dulcem

Quædam, quam... f. Hippolyto. i. Cum fugientes... i. Verum hunc... i. Calleschri filius... n. Ad verbum, plied- nisti, &c.

Comedij & 178
gedijs scribendis
minime deditum,

p Brachio,

k Theophrasti,
q Cottabi laux,
Vide lib. 15,

r Sardinum, lyri-
cum & elegiacum
poetam, qui pedi-
culari morbo ince-
pit,

s Iuvenem, ca-
befacit, excaecavit.

t Dulcis carmina,
r iuvenem, Tifias
proprio nomine, ob
maledicta in Ele-
na excoecatus, etc.
x Puerilis iustus &
delicias: puerilia
oblectamenta.
y Mares sex, totidē
feminas.
z Amoris pueror-
um infamem. Sic
pediculus vocan-
tur.

a Alij contra, di-
splicent.

b Vide prouerbia:
Ibyci grues. Ibyci
egritus. Ibyci mi-
nimit Cicerō &
Tusulan.

c Graeci ἰδίω δουρί
& ἰδίω & ob vo-
cum similitudine,
elegantiore sunt.
d iam senex.
e Commouetur, in-
citur.

f Malivocis: mali-
vocis: que ceram
& mel colligit.

g Archidami: de
quo Pausanias lib.
3.

h Dioclem puerum
amorem suum
honoribus affecerat
Macedonij: cui la-
dos dederunt, in
quibus de quibus
firmos coniectum
Theophrasti in
12. Amores puero-
rum & feminarum
inter se comparat.
Lucianus in Amo-
ribus, Plutarchus
in Eroticijs, Euse-
bius lib. 1. Praepar.
Curtius lib. 1. o.
i Ad verbum, in-
penit, in (lib.)

i Amores puero-
rum & feminarum
inter se comparat.
Lucianus in Amo-
ribus, Plutarchus
in Eroticijs, Euse-
bius lib. 1. Praepar.
Curtius lib. 1. o.
i Ad verbum, in-
penit, in (lib.)

Dulcem te Anacreon tum in Graeciam adduxit
Conuiuorum illecebras, & mulierum fallaces blanditias:
Tibiarum hostem: lyrae studiosum, suauem, semper gratum.
Nunquam vel senescet vel emoretur lepos tuus,
Donec aquam vino admixtam in poculis
Circumferes ad propinandum puer dextro humero,
Pernoctationesq; sacras mulierum catus celebrabunt,
Plastinxq; aris filia, summi Cottabi
Excesso virtutis, Bromij guttis infidebit.

Atchytas Harmoniacus scribit, vt ait Chamaleon, amatoris verbis condendis omnium principem & ducem Alcmancem fuisse, erga mulieres petulantissimum, & ante omnes in vulgus eam musam & ea carmina edidisse, quae in hominum congressu ac conuenticulis canerentur. Alicubi de seipso is scribit:

Amor denno me Cypridis filius illapsus exhilarat. De Megalofrata, quam modicè & honestè amabat, foemina verbis condendis exercitata, quae suo colloquio facile irretiret amatores, haec inquit, suauem hanc musam dono dedit felix virgo flana Megalofrata. Stesichorus autem amori non mediocriter deditus, eum canticorum modum coposuit, quae olim *ωαυμὰ* & *ωαυμὰ* vocauerunt, adeo certatim hoc de Amore scribendi negotium obibant, nec fuit tum aliquis, molestos esse qui putaret amoris studiosos viros. Itaque poetae magni Aeschylus & Sophocles suis tragicæditis Amorem in theatra duxerunt: hic quidem Achillius erga Patroclum: ille verò Niobes liberorum erga se inuicem. Quamobrem nonnulli tragicædiam Pæderasten appellat: placent tamen ea cantica spectantibus. Ibycus autem b Reginus haec exclamiat, ac vociferatur:

Vere Cydonia mali fluuiorum aquarigata, in hortis virginum illesis,
Vnaq; umbrosis sub vitis palmitibus augetescentes florent:
Mibi verò nunquam sopitus amor, vbi Boreas quidam
Exurens ab immani Thoracia, irruit à Venere,
Et torrido furore me horrendus percellit,
Vel à pueritia mentem validè meam occupans.

Pindarus etiam amori mirifice addicit, inquit: Amare liceat, amoris gratificari. Ergo in tempore, nec sane tardius, anime mi, huic rei incumbito. Quamobrem & Timon in Sillis ait:

Amori suum tempus est: suum quoque nuptijs: est & in tempore cessandum: nec opperendum quoad, vt hic ipse philosophus inquit, dum est occidendum oseruiamus voluptatibus. Idem Pindarus quo loco meminit Theoxeni amasij sui, ait: Oportuit, anime mi, cum tempestiuum erat, Et atq; ferebat, amoris fructum demetere. Nunc autem fulgentes in Theoxeni facie radios aspexit. Qui nulla cupiditate fluctuat, huic atrum. Cor è ferro vel adamante est fabricatum, Gelida flamma: Venus arcuatis cilijs formosa. Nulla eum honore dignatur. Semper in ardore. Difficilis labore est, aut matronali. Grauitate & fastu gelidus per omnes vias. Incedit: at ego corde velut ab ape mellifica puncto.

Peithon in gratiam filij Agefilai, Tenedi habitauit. Puerorum amorem anteposunt multi foeminarum amoribus. In multis ciuitatibus Graeciae, quae rectè legibus administrantur, consuetudine hoc receptum & probatum est. Cretenses, vt diximus, & in Euboea Chalcidenses prodigiòse amore puerorum flagrant. Echemenes in Creticis non à Ioue Ganymedem raptum fuisse tradit, sed à Minoe. Chalcidenses, quos indicauim

dicauimus antea, raptum apud se Ganymedem à Ioue prædicant, ac ipsum locum ostendunt, vocatum Harpagium, cregis myrtis constum. Inimicitias quae ob caedem filij inter ipsum & Athenienses exarserant; Minos condonauit, amore Thesei placatus, cui & Phædrum filiam nuptum dedit, vt scribit Zenis, siue Zeneus Chius in opere De patria sua. Hieronymus Peripateticus in amoribus puero- rum plurimum studij veteres posuisse ait, quoniam accidit saepe, vt ætate vigente mu- tuaq; beneuolentia & consensione tyrannidas euerterint. Nam coram puero ama- tor quiduis potius sustineat, quam vt apud amatum in opinionem timiditatis inci- dat. Reipsa planum hoc fecit apud Thebanos ab Epaminonda instituta sacra co- hors: Peisistratarum Athenis mors, coniuratione ab Harmodio Aristogeitoneq; facta: Charitonis & Melanippi, qui eius catamitus fuit; vt inquit Heraclides Ponti- cus in Amatoris, conspiratio Agrigenti Siciliæ. Si cum in suspensionem venissent tanquam insidiarentur Phalaridi, vt consiliorum participes denunciare cogentur tormentis subiecti, non solum non conscios prodiderunt, sed cum haberetur qua- stio de illis crudeliter, ad misericordiam ira Phalarin commouerunt, vt solui iusse- rit, laudata eorum constantia: quod eius factum sic Apollò probauit, vt gratiam red- dens prorogauerit eius necem, & de inuadendo tyranno oraculum consulentibus, differri præceperit, ac de Charitone honorificè è cortina responderit carminibus duobus, quorum pentametron ante hexametro, vt postea in elegijs suis ordinauit Dionysius Atheniensis, cui Aenei cognomen indiderunt. Ex adytis haec fuit vox Apollinis:

Fortunatus & Chariton, & Melanippus, Diuini optabilis amicitiae cultores ac duci. Celebratur hominum quoque sermonibus id quod Atheniensi Cratino contigit. Formosus is adolescens, vt refert Neanthes Cyzicenus secundo libro De mysterijs, & in iurationibus, humano san- guine Epimenide. Atticam terram ob vetusta quadam scelera expiant, pro patria, cuius alumnus erat, vltro sese deuouit, & interficiendum obtulit, post eumq; diem obiit illius amator Aristodemus. Horum interitu nefarium id flagitium est oblite- ratum. Ob eos itaque amores tyranni, quibus iniussa est ac inimica huiusmodi be- neuolentia, pueros amari veruerunt, & eam conjunctionem extirpant. Quidam & exercitationum ludum, velut ex aduerso constructa suis arcibus, mœnia, combus- serunt, ac demoliiti sunt, vt Polycrates Samiorum tyrannus. Apud Spartiatis, vt inquit Agnon Academicus, ante nuptias veruari cum virginibus, non secus ac cum pueris, licet. Quod verò legiflator Solon inquit:

Femora desiderans, & os dulce: apertè dixerunt Aeschylus, & Sophocles: hic quidem in Myrmidonibus: Purum crurum decus tu non reueritus es. O infelix, frequentia nec oscula: ille verò in Colchidibus nonnihil de Gany- mede loquens:

Cruribus accendens Iouis tyrannidem. Non porrò me latet Polemonem orbis descriptorem in suis ad Neanthen rescriptionibus censuisse fabulosa, quae de Cratino & Aristodemo vulgata sunt. Vos autem, o Cynulce, has narrationes, quantumuis fictitias, veras esse creditis, libenterque addiscitis ea poemata, quorum argumentum est puerilis amor, à Cretensibus primum, vt Timæus prodidit, inue- ctus, quamuis alij scribant ortum fuisse à Laio ad Peopem diuersato, qui adama- tum eius filium Chryssippum cum raptum imposuisset curru, Thebas aufugit. Pra- xilla Sicyonia Chryssippum à Ioue raptum fuisse inquit. Ex barbaris Celtæ, quam- uis pulcherrimas vxores habeant, amore puerili magis delectantur, vt saepius ex iis quidam in pellibus cum pullis duobus cubitent. Perfas Herodotus scribit, Graecis eos amores didicisse. Alexander rex ad insaniam amore puerorum exarsit. Dicarichus libro De sacrificio quod ad Ilium peractum est, eunuchum Bagoam adeo ipsum deperisse scribit, vt resupinus in conspectu theatri totius eum suauaretur: acela- mante verò cum plausu spectantium turba; & tanquam ad iteranda oscula inultan- te, patuisse, atque rursus inflexa ceruice basia congeminasse. Charopii Chalcidensis, vt scribit

k Androgei Pau-
sanæ lib. 7.

l Erasmi prouerbio,
Sacer manipulus,
m Contra Phala-
rin, qui tandem fi-
cto cinium impetu
captus, & ino tan-
to, quem alij eras-
maria fabricandū
curaras, inelusus
est, de viuis exu-
sus.

n Phesio Creten-
si, vide in prouer-
bijs. Epimenide
somnus, de illo Pau-
sanias, quaedam
Suidas scribit. Epi-
menidem iam sen-
tibus purgasse à
Cylonio piculo, à
lympiade quadra-
gesima quarta Pau-
sanias lib. 7. tradit,
Cylonem de tyran-
nide consiliis inisse,
statuamq; ei posita,
quod firme digni-
tate prestaret, est
serij gloria cele-
bra, quia in Olym-
pia de iurato fla-
dio uicisset. Ica-
rijs habere Thra-
gicis. Myrmidonum
tyranniam. Vi-
de Plutarchum in
Solone. Epimenide
lib. 7. Herodotum
lib. 1. Ciceronem
lib. 1. De legibus.
o Difficilius illud
Solonis à Plutarcho
citatur in Erotico
huic verbi: Es o i-
ans agerem in
istis: maudici
cei Magoi iustos
qui duxerunt obli-
gati.

p Crurum pulchri-
tudine Iouem regē
inflammant,
q Aeschylus, Do-
nusonibus.

r Multa de Laio
Pausan. in Bæoti-
cijs: de hoc tamen
recepto nihil.

s Sic Gallos in uni-
uersam olim appel-
larunt.

vt scribit Carystius in historicis commentariis, bellus puer erat, dominus valde charus, quem, dum apud Craterum Alexander potaret, vt visum laudauit, cum Craterus Alexandrum osculari continuo iussit: minime, inquit Alexander: hoc enim tantum mihi voluptatis non asserret, quantum tibi molestiae. Hic enim rex, vt ad amorem propensior fuit, ita in eo quod honestissimum ac maxime decorum est temperans, vt qui non solum Darij filias & eius vxorem formosissimam captiuas non violarit, sed ne quidem se captiuas esse vt intelligerent, voluit: & perinde ac si Darius adhuc in regia foret, imperauit illis omnia suppeditari: quod vbi rescituit Darius, deos est precatus manibus in solem protensis, vt aut se regnare vellent, aut Alexandrum: Rhadamanthi iusti Talon¹ amoris fuisse Ibycus ait. Diotimus in Heraclea, scribit Eurythem² in deliciis Herculi fuisse, eiusq; gratia Herculem eos labores famosos obiisse: Argynnum in Cephalo natantem Agamemnon cum vidisset, eius amore correptum fuisse fama percipit, frequenter enim in eo se flumine abluerat. Itaque vita functum illum ad Cephalum humauit Agamemnon, & ibidem Veneris Argynnidis³ templum aedificauit. Alcymnius Chius in Dithyrambis Hymenaeum tradit Argynni fuisse amicum: Antigoni vero regis citharcedum Aristoclem Antigonus Carystius in vita Zenonis his verbis: Comes fabundus Antigonus⁴ rex Zenoni illudere solitus, aliquando ex computatione interdum reuertens, in Zenonem profuit, & vt apud Aristoclem citharcedum, quem perditit amabat, secum comestaretur, persuasit. Fuit & in adolescentium amorem pronus Sophocles, vt sceminarum Euripides⁵. Ion poeta in opere cui titulum praefixit, Peregrinationes, ad hunc modum scribit, Cum exercitus imperator classe Lesbium Sophocles peteret, in Chio ego cum illo sum congressus, vico inter puera iocoso, & vrbane faceto. Conuiuio illum excepit Hermefileus, & priuatum eius hospes, & Atheniensium publicus. Ad ignem stabat qui vinum ministraret, pudore⁶, vt erat manifestum rubicundior. Huc Sophocles est sic affatus: Suauiter me bibere vis? Annuente puero, Calicem igitur lente mihi & asser, inquit, & aufer. Erubescite magis puero, ei qui proxime accumbebat, ille tum inquit, eleganter Phrynichum hoc dixisse:

In purpureis genis Amoris lux splendet: respondit Eretrienfis⁷, siue Erytraeus ludimagister, & literator, in componendis versibus, o Sophocles, sapientes: Phrynichus tamen non recte dixit, purpureas esse formosi pueri genas. Nam purpureo⁸ colore si huius pueri genas pictor tingeret, formosus iam non videretur. Non autem quod pulchrum, est comparandum cum eo quod minime pulchrum apparet. Arridens Sophocles Eretrienfis, non igitur, ait, placebit tibi, o hospes, Simonididis illud, quod dictum optime Graeci iudicant:

Purpureo vocem ab ore virgo misit: nec quod poeta dixit, anticomum Apollinem. Pictor enim si Apollinis capillum aureum, & non atrum, representaret, elegans tabula minus esset: nec quod Aurorae digitos esse roseos idem poeta scripsit probabis, quoniam roseo colore infectis digitis purpuratae manus sint, non pulchrae mulieris. Secuto risu, tanquam impacto colapho repressus est Eretrienfis: ac denuo sermo de puero haberi ceptus. Ei Sophocles dixit, festucani, minimo digito, in calyce fluitantem, si videret, vt tolleret: sibi conspici puer dixit: eam, inquit Sophocles, expelle flatu, ne digitum maedafias. Admouebat puer faciem poculo, cum interim Sophocles paulatim id propius os sustolleret, capiti suo vicinior vt esset pueri caput: vt autem proximum fuit, manu prehensum osculatus est, cum risu & clamore cunctis applaudentibus, quod ita puerum subdole ad suauium coegisset, mihi nunc, o amici, dixit, cogitandum id est, vt callide & prudenter exercitum ducam, quandoquidem Pericles facere⁹ me quidem ait, imperandi vero artem nescire. Mihi ne reus ac sollicitus vertit haec militaris astutia? Alia profecto multa Sophocles huiusmodi interponendum ingeniose ac festiue tum dicebat, tum faciebat, in administrandis publicis rebus nec ita sapiens & prouidus, nec diligens, & actiuus, sed inter Athenienses probus, & integer. Hieronymus Rhodius in historicis commentariis scribit, Sophoclem venustum puerum extra ciuitatis moenia duxisse, cum illo vt coiret, puerumque suum pallium instrauisse gramini, Sophoclem vero & se & illum sua

¹ Apud Pausaniam Cinathan scripsit, Talon Cratin fuisse filium: Tali Vulcanum: Vuleani, Rhadamanthi. De eo portento narrat, inuoluntatem fuisse, pedibus amens, no die tota. Cratin peruersus fuit. Nida praeterea: Sardobius risus: & prowenb. Chalcentos. & Sthenis filium, regem Mysiarum, Alij tradunt horum. Iudicium vt Herculem parider, illi periculum obiecit.

² De Argynno & Argynnidis Veneris templo, vide quae prolixius scribit Leopardus cap. 4. lib. 4. Emendat. est Phaeagus, Stephanus De verbis Alcymnia Chio.

³ Eius auditor, cum Alesia degeret, fuit Antigonus, cui quo apud Aristoclem Zeno sepis est conuatus. Laertius. 2. Diogenis. Legendum puo puooyus. Sic enim Euripide vocantur, quod auferantur mulieres, & castissimus esset.

⁴ Alij calare: quoniam ad ignem stabat.

⁵ Hic proprium id nomen est, non patris.

⁶ Quam est viala nigra.

⁷ Hic, vt scribitur, in fine scribere.

sua operuisse veste, opereque peracto, Sophoclis penula surrepta discessisse puerum, relicto illi quod subiecerat, puerili palliolo. Id quod acciderat, vt par fuit, hominum sermonibus & rumore ditulgatum, Euripides cum intellexisset, cachinnans per ludibrium dixit, illo se aliquando puero vsum fuisse, verum sibi furtio nihil amissum, Sophoclem autem ob intemperantiam & insolentiam contemptui habitum. Hoc vbi Sophocles audiit, in Euripidem epigramma scripsit huiusmodi, Solis & Boreae adaptatis nominibus, obscure tamen veluti per aenigmum adulteria illi exprobrans:

Sol quidem, o Euripides, non puer cum me tepesaceret,

Veste nudauit: tibi vero alienam vxorem osculanti.

Incessit boreas¹. tu hercle non sapias, qui amorem

Athenum in vulgus spargas, & vestium furem ducas domum.

Theopompus libro de iis quae sacrilegio in templo Delphico compilata fuerunt, scribit in Aesopiehi Epaminonda² catamiti scuto pugnam Leudricam caelatam fuisse: in eo praelio eum magno vitae discrimine fortiter illum dimicasse, appensumq; Delphis id scutum fuisse in porticu. In eodem opere Theopompus scribit, Phayllum Phocensium³ tyrannum mulierisum fuisse, Onomarchum vero in puerorum amorem procliuem: huncq; puero profecto Delphos, eleganti coma pulchro, cum quo rem habuerat, e templi muneribus strigiles pusillas quatuor aureas dedisse, a Sybaritis dicatas: Phayllum vero Bromiae tibicinae, Deinidae filiae, quae, nisi turba obstitisset, in Pythiis modos erat tibia factura, argenteum carchesium, & aureum cyssibium, Peparethioru⁴ donarium: Onomarchum rursus Lycola Physceidi⁵, Tricholei filio, formoso, coronam lauream ab Ephesis consecratam. Puer hic ad Philippum⁶ a patre ductus, & oblatu eius libidini, indonatus est remissus ad suos. Idem Onomarchus Dampipum Epilyci Amphipolitae filium perpulchrum donatio Pleisthenis muneratus est, vt Pharsaliam Thessalicam saltatricem Philomelus⁷, laurea corona ex auro, quam dicauerant Lampaceni⁸. Aeneam laurum Metapontinum⁹ sub reditum Aristei Proconnesij, qui ad Hyperboraeos vsque¹⁰ affirmabat se penetrasse, Apollini dedicaram. Ex ea lauro cum esset vox edita, Pharsaliam illam tum in forum Metapontinorum forte accedentem vates qui illic consistebant, furore & amentia perciti discepterunt¹¹, cuius facinoris causam post homines cum inuestigarent, compertum est, ob dei coronam quam sustulerat, dilaniatam fuisse. Ergo videte vos Philosophi, qui praeter naturae leges exercetis venerem, & aduersus deum numen hac impietate vos obstringitis, eo ne modo pereatis. Tum enim formosi pueri sunt, quod dicebat Glycera scortum, vt autor est Clearchus, cum sunt sceminae similes. Cleonymum Spartiatam ego equidem sentio hominum primum fecisse quod natura suadet, qui obfides a Metapontinis acceperit ducentas virgines¹² genere nobilissimas, & eximia specie, vt scribit Duris Samius libro tertio historiarum Agathoclis: Ego Hercule, vt inquit Epicrates in Antilaide, amatorios versus, & Sapphus, & Cleomenis Iamynthij, prorsus memoria teneo. Vos autem philosophi, cum primum amare sceminas in animum inducetis, si quod in votis est assecuturos vos desperetis, mox, vt Clearchus ait, euanescent atque cessabit amor. Circa Pyrenaeos montes in aenacum vaccam bos tanquam initurus conscendit: pictis vero canis, columbae, arseri, sceminae, matres eius generis sese cum adiunxissent, & insulissent, destiterunt, quoniam id fieri non posse cognoscerent, velut & Cleisophus Selimbriacus, qui in Samo, e Pario marmore facta statua amore perditus, in templo se clausum abdidit, tanquam cum ea cohaerens, spe vero deceptus ob saxi frigiditatem & renixum, id cupere desinit, & caruncula obdita¹³ libidinem expleuit. Eius rei meminit Alexis poeta in fabula cuius titulus est, Pictura, hoc modo:

Factum est, vt aiunt, hoc in Samo:

Saxeam homo quidam virginem

Expetiuit, oclusisq; in templo sese.

At olim in Samo marmoream statuam

Homo quidam amant: deinde in templo se inclusit.

fuit, vt inquit Adaeus Mitylenaeus libro De statuariis.

Eadem de re Philemon;

Ctesiclis¹⁴ id signum operis

Polemon autor eius operis

P 4 quod

¹ Veste contactus, ne te quis censem agnosceret alienum horum pallioli, vel, abdito capite, contractaq; veste, violato genitali aliorum lecto, supra se periculo eripuisse. Ob hoc etiam morum prauitatem quibus Boreae: vntus est asserimus. & ad diffinitum.

² Viri quos meminit Pausanias lib. 10. Supra pag. 173.

³ g. Ephrethos insula, cum a montem Athos.

⁴ h. Sapphus & familiae nomen, putant: quidam Phocensium interpretantur, obfessum, quosdam, i. Amant, qui aduersus Phocensium Thebans supplicat: & factu bellum conficit.

⁵ h. Qui diripiendum esse templum in Polio est.

⁶ Pharsaliam: de oraculo Pythiae, de narium fuisse Cnidiarum scribit.

⁷ Metapontum Italiae oppidum, vicinum Sybari.

⁸ h. Ad Pyrenaeos montes peruenisse: tra dit Pausanias lib. 5. o quibus iam multa de Hyperborae potuerit inuestigare.

⁹ Pharsaliam: de Pythia oraculo scribit, cum in Apollinis templo ea luderet, adulescentes impetum facto de auro inter se pugnares, mulierem disceptasse.

¹⁰ h. Factum quod quod id est: h. Hieronymus & omnia obfidesibus.

¹¹ q. Padesares, ex quam obscuritate verborum, regeda. Idem tantum quidam in Brasilia Venere Cnida, relicta macula indige cupiuitate: & rursus alius in eisdem officij Cupidine Pario, eodome amoris vestigio illi.

¹² h. Lunosus perantiquam statuam in Samo fuisse. Similitudine ab igne opus tradit Pausanias.

quod Hellenicum inscribitur, ait Delphis in tabularum armario pueros esse duos saxeos: quorum alterius, cum quidam consulturus oraculum, amore ferueret, eum in templo delituisse, & congressus premium coronam dedisse: deprehenso vero eius flagitio, Delphis percontantibus deum praecipisse, missum ut facerent: illum enim puero mercedem persoluisse. Amarunt quoque animantia bruta homines: gallus, quem centaurum vocabant, Secundum regis Bithyniae ministrum, qui ei fuit a poculis, ut tradit Nicander libro sexto De fortuitis. Apud Argiuos: puerum amauit anser, ut Clearchus narrat Amatoriorum libro primo. Puerum illum Amphilochem nominatum fuisse, Olenium patria, Theophrastus autor est in Amatorio. Hermeias Hermodori filius, genere Samius Lacydem: philosophum anseri dilectum fuisse prodidit. Clearchus pauonem scribit in Leucadia virginem sic deperisse, ut mox expirauerit illa morbo extincta. Delphinum: certe in Iaso: & fama est, & Duris scripsit libro nono, puerum amore persecutum fuisse. De Alexandro autor is loquitur ad hunc modum: Ex Iaso puerum acciuit. Etenim in ea ciuitate Dionysius puer a palaestra rediens, ad litus cum vrinaret, delphinus masi accedens, & obuius, tergo gestabat, longissime natans, in terramque post reuehebat. Est autem delphinus animal hominum amantissimum, ac prudentissimum, & quod gratiam sciat rependere. Phylarchus libro duodecimo narrat. Ceraunum Milesum, conspicatum in piscatorum verriculo Delphinum, quem pararent in frustra concidere, data pecunia redemisse, & relatum in mare saluum dimisisse: postea vero naue ad Meconum fracta amissis reliquis, omnibus qui in navi fuerant, solum euasisse, ab eo Delphino seruatum: cum autem iam senex fero concessisset in patria, & exequiarum forte fortuna secundum mare Miletii fierent, Delphino turbam in littore visam eo die, parum ab iis distantem, qui mortuum efferabant, tanquam homini iusta soluerent, & fauus quoque adiurarent. Idem Phylarchus libro vigesimo narrat, summam Elephantum erga puerum charitatem, & benivolentiam, his verbis: Cum hoc elephantus nutrita fuit elephas femina, quam Nicram appellabant. Huic vxor Indi animam iam agens, puellulum suum triginta dies natum eiusodiendum apposuit. Cum vero decessisset a vita illa femina, amore quodam, singulari infantem bestia dilexit, ut quae ipsum diuelli a se non pateretur, ac nisi praesentem aspiceret, tristes doleret: lacte satiatum a nutrice, & in cunis faciatum inter medios pedes reciperet, & nisi id fecisset, abstineret a pabulo: deinde toto die arundinem & appositum stramentum congereret, dormiente puero muscas abigeret, si ploraret agitatam manu: cunis ipsum sopiret, quod saepius fiebat etiam ab elephantum mare. Vobis autem philosophis mens est quam delphinis & elephantis agrestior, & immittor, tamen Perseus Citiensis in conuiualibus commentariis vociferetur, & asserat de veneris inter epulas esse tractandum, quandoquidem ad ea poti nos inclinemur: qua in re laudem si merentur qui cum hilaritate eorum usum moderantur, vituperandi contra, qui ferarum more in ea cupiditate sunt inexpleri. Nam vel dialectici, ubi ad componendum coeunt, si de suis conclusionibus & argumentationibus inter se disceptent, alieno loco & tempore id ab illis fieri quibus existimet. Boni quidem ac probi viri nunquam inebriantur: at falso temperantiam qui simulant, in conuiuiis, aliquandiu modestos se praestant: cum vero ad intima sese, vinum in sinuarit, indecore ac turpiter inepiunt. Accidit nuper hoc legatis Arcadum ad Antigonom missis, qui cum principio feueros & compositos prandere se crederent, & non solum ex nobis quempiam non aspicerent, sed ne se quidem mutuo, ut processit compositio, inducunt, sunt tum festiuae narrationes, tum Thesalae saltatrices, ut illis mos est, nuda, cum subligaculis, saltantes, se diutius non continuerunt, sed magno impetu desiluerunt a lectis, ac exclamauerunt, velut admirabili spectaculo stupefacti, felicem praedicantes regem esse, cui tali voluptate frui liceret, aliaque id genus multa odiosa facientes. Iam Philosophus quidam apud nos conuiuia, saltatrice ingressa, cum laxum esset vacuumque prope illum spatium, assidere volentem puellam non permittit, sed tetricum & feuerum exhibuit sese: deinde cum auctione veniret tibicina, ut fieri solitum est in compositationibus, in licitatione admodum iuueniliter licent

Sic apud Plin. cap. 22. 10.
 Addit Plinius, quod est in illis. Eius sapientia, anseri a Lacyde, nunc quod dicitur, nec interdu, nec noctu, nec in publico, nec in balneo.
 Addit Plinius, puerum abentem in litus delphinus anse in sequitur, in armam inuictum aspirasse. Alexanderumq; amor illi omnium propitij fuisse, interpretatur, Babylone puerum Neptuni sacerdotio praefecisse eadem ciuitate Hermiam puerum mare se persequentem, repitina procella subitibus obrutum, a delphino relatum in litus, nec delphinum in mare, nec sum, sed in sicca expirasse, sed in sicca causam fatentem.
 Oppido Caris, a quo stetit Iasus. In Iaso, in quo corpus exercitatus praecipue lucta.
 Victarius cap. 20. Var. h. Pheasida.
 Conuictio, & iurgio.
 Quam ab paguacem illorum praesentem, uter in canibus, vicia de-
 tur.
 Conuictio, (Conuictio, vicia de-
 dienda.)
 Plautus, vel a-
 dolescenti, vel puellam, vel, solum, & ancillam.
 Tibicina, vena-
 las olim in conuiuiis, eam in auctio-
 ne proponebat: qui maius praemium offerret, solus eas habebat, & illam co-
 gressu praebatur.

terque mercatus est, & cum venditore, pretio ab alio quodam celerius aucto, decertauit, negans ab ipso additam fuisse, tandemque ad manus est ventum, ipso philosopho digladiante, qui initio assidere tibicinam prohibuisset. Num vero, inquit Cynulcus, Perseus ille est, qui de tibicina pugilatu dimicauit? Scribit enim Antigonus Carystius in vita Zenonis Citiensis, Perseus inter potandum mulierculam tibicinam emptam ducere domum cunctante, quod simul habitarent, id ubi sensit, puellam in aedes illum pertraxisse, & cum Perseus concludisse. Me porro non fugit Polystratum Atheniensem Theophrasti discipulum, Tyrrenum cognomine, tibicinam vestes induisse. Studium quoque reges adhibuerunt, ut essent in comitatu feminae peritae musices. Liquer hoc ex epistola Parmenionis ad Alexandrum, in qua significat ipsi Damasco in potestatem redacta omnibus impedimentis, vasis, & facinis Darij se positum fuisse, recensens eos qui inter captiuos sunt reperi, nimirum pellices regias, quae callerent musicam, trecentas viginti nouem: coronarum textores sexaginta sex: obsonij praeparandi artifices: ducentos septuaginta septem: qui in ollis coquerent: viginti nouem: lactarios tredecim: qui pocula conficerent: septedecim: apothecis vini praefectos: cellarios septuaginta: vnguentarios quadraginta. Ego vero, o amici, apud vos liberè id profiteor, oculos nihil magis delectare quam formosam mulierem. Apud Chæremone tragicum Oeneus de quibusdam virginibus a se conspectis cum loquitur in fabula eiusdem nominis, sic inquit:

Iacebat haec ad albos luna radios
 Ostendens vbera, soluta pectoris fascia:
 Illa vero in chorea saltans sinistri lateris laxata fibula,
 Nudata, a thecens spectatoribus
 Finam picturam, intuentem praebuit in eius scilicet oculis
 Albus color per atram pupula umbram pariter lucentem coerebat:
 Detegebat alia vlnarum sinum cum pulchris manibus,
 Alia cervicem totam veste contegens
 Sub plicis palle reducta
 Monstrabat femur: sumq; amor
 Arridentis illarum pulchritudinis, citra potuendi spem,
 Tanquam sigillo impressus est mihi.
 Supina cadebant ille in Helenium:
 Violarumq; frondem nigri folijs densam obterebant:
 Atque croci, qui aureo texta
 Pella colore attingit venuste.
 Persicus vero, foliosusq; & latus Amaranthus
 Mollibus in pratis cervicem protendebat.
 Idem poeta in celebrandis
 floribus multus, & curiosus, ait in Aleusibcea:
 Fiebat autem species corporis
 Albo colore nitens decora, & elegans:
 Pudor vero modificabatur blandissimum
 Ruborem, candori addens illum splendido:
 Coma porro cerea, qualis in statuis,
 Ipsis capillorum circinnis implexa
 Leuibus argutisq; ventis iactata lasciuiebat.
 Idem in Io, flores ap-
 pellant veris filios: sic:
 Circumcirca stratis veris filijs.
 Idem in Centauro, quae fabula variis
 metris constat, prati liberos ac stirpem, his verbis:
 Vbi quidem ipsorum florum confertim simul genitorum
 Innumerum exercitum populati sunt, pratorum prolem voluptati venantes.
 Idem in Baccho:
 Chori amatrix bedera, anni filia.
 Idem sic de rosis in Vlyse:
 Capillis verna tempestatis indicium, rosa pulchrum florem,
 Gestabat, veris nutrix venusti sumi.
 Idem in Thyeste.
 Rosas

h. Plautus: La-
 cerius in eius vides,
 qui locus est corrup-
 tus.
 i. Coquos.
 h. Xystus: lego,
 xystus: medicina-
 stinos, qui oculos per-
 ficauerunt abster-
 gerent.
 i. Sedande per astus
 & squalores sibi.
 m. Quoniam, qui
 viti colu defecar-
 rent: inde dicitur
 dicitur.
 n. Paribon filius,
 Meleagri, Tydei,
 Deianira pater: de
 quo Ouid. 8. Me-
 tamorph.
 o. Epomide: vox
 haec significat, ut
 veteres dixerunt,
 strophium, ut Mar-
 tialis, mamillare,
 quae tumor papilla-
 ra cubiletur, v. i.
 Elum ad humeros.
 p. Apud dicitur:
 contra sidera exi-
 guum quidpiam sub-
 lucebat: ut dicitur
 hic se dicitur, re-
 missus.
 q. Secundum Dio-
 scoridum, odoratam
 plantam.
 r. Earum quae mu-
 linae Graeci vo-
 cant.
 s. Ad verbum, solari.
 t. Mulierum enim
 flammae lutea sunt.
 u. Persicum Ama-
 ranthum vocat, tan-
 quae Persia primus
 aduectum.
 v. Haec non perti-
 nent ad flores, sed
 ad descriptionem
 pulchritudinis.
 y. Flaua.
 z. Quidam in Au-
 rora.
 a. Sic Aeschylus in
 Persis: v. i. ma-
 phis v. i. v. i. v. i.
 Var.
 b. Que toto anno
 viret & riget.

d Laertius in eius vita. e Laertius tradit eam orationem ab Aeschino inscriptam fuisse, De calumnia.

illius vxor Aeschini dederit, quod Idomeneus affirmat. Sic igitur Lyfias in oratione cuius est titulus De aere alieno, contra Aeschinum Socraticum, (illa quidem recitare mihi propositum est, quoniam aduersus factum ingentem vestrum, o philosophi, multa commemorantur,) exorditur: ΝΥΝ ΟΥΔΑΜ, iudices, futurum putassem, vt auderet Aeschines in tam turpem causam descendere, cum aliam vix arbitraret eum posse inuenire quam tanta fraude & calumnia diceret. Hic enim, iudices, cum Sofimo & Aristogeitoni mensariis argenti drachmas tres deberet, me conuenit, & supplex rogat, ne se ob scenora suis fortunis iam deturbatum negligerem, in animo esse arti vnguentariae se tradere, sed deesse commoditatem: pro mina f vsura nouem se obolos mihi persoluturum. Pulchrum scilicet beatae vitae finem, & Philosopho dignum, is constituit artem vnguentariam, Socratis philosophiae convenientem, qui vsuum vnguentorum vituperauit, cum & legislator Solon artem illam exercere viros omnes vetuerit: quam ob rem Pherecrates in Somno, seu Pernoctatione, ait:

f Mina, centum drachma. Drachma, sex oboli. g Athenas haec verba.

A. Quanam, cedo, ars illa, vnguent a qua venditat? B. Eam qui didicit artem, sedentem oportet In sublimi, sub conopaeo, confessu hominum ad id congregatorum, Toto die cum adolescentibus confabulari. deinde aliquanto post deinceps: Culinariam nemo vngquam sciuit: Atque adeo nec piscinariam. Nam in singulis generibus Aptae esse oportet, quae ad artem sunt necessaria.


h Nec vendendi piscis ars. Ad verbum, οὐδ' αὖτε πωλείου. i Lyfias, cuius sermonem intermiserat.

Pergit orator: Illis ego persuasus, cum praesertim Socratis discipulum esse crederem, qui sic loqueretur, & de virtute ac iustitia disceptare solet multo grauius, sermone, suspicatus nunquam sum id facere vel ausurum, vel aggressurum, quod inceperant homines iniustissimi, ac scelestissimi. Idem postea cum ab eo patrata facinora exposuisset, quod pecuniam sceneratus, nec sortem reddidisset, nec vsuram: quod ad condictum diem vltro non satisfecisset, ideoque pro tribunali, contra eum absentem, indicta causa, pronuntiatum esset, ac eius punctis notatus seruus pigneratus fuisset, aliis eiusmodi multis hominem cum accusasset, haec tandem subiunxit: At non solum, iudices, erga me talem se praestitit, verum etiam erga omnes, quibus cum illo negotij quidquam, ac commercij fuit, An non vicini caupones, quibus acceptae portiones ille pretium non persoluit, clausis cauponis iudicio cum eo nunc experiuntur? qui autem in propinquo habitant, tot iniuriis ab eo laesi sunt, vt relictis aedibus alias procul semotas conduxerint: iam quotquot conuiuia collecta pecunia instructa sunt, si quid superfuit ex eo quod est collatum, non restituit, aut numerat, sed apud cauponem, velut ad monumenti pilam, cippumve, id corrumpitur. Tot verò, diluculo statim, petitori quod ipsis debetur, domum eius adeunt, vt ad exequias illius mortui conuenire videri cuidam possint. Sic autem qui Peiræum incolunt, sentiunt de illo, vt esse putent longè tutius nauigare in Adriatico mari, quam cum eo negotiari quidpiam. Etenim multo magis quae scenore mutatur, esse sua credit, quam quod haereditarium à patre obuénit. Hermæi quidem vnguentarij facultates interceptas nonne is possidet, stuprata illius vxore iam septuagenaria, quam cum amari sibi fingeret, eo perpulit, vt maritum & liberos ad inopiam & mendicitatem redigeret, seipsum autem efficeret à caupone vnguentarium, puellulam illam amanter blanditiis delinitam fouens, dum tenella eius aetate fruitur, cuius dentes numerare, quandoquidem pauciores erant, quam manus digitos fuit magis expeditum. Agite testes: huc confendite. Ergo sophistae fuit eiusmodi vita. Sic, o Cynulce, Lyfias perorauit. Ego verò, quod ait tragicus poeta Aristarchus, haec cum dixerim, non te adortus & lacepsens, sed maledicta regerens, huic orationi aduersus te & alios canes susceptae finem impono.


k Abliguitur, dilapidatur. Proverbij specie dictum hoc videtur, de ijs quae perduntur, nec recuperari possunt.

l Sic euocabantur in iudicio testimonij dicitur.

ATHEN



ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARVM LIBER DECIMVS QVARTVS.



NSANVM Bacchum esse, o amice Timocrates, complures aiunt, quod plus iusto meri qui bibunt tumultuantur, Vinum te mellitum sauciat: vinum & alijs Noxium est, qui assatum hauriunt, & bibunt plus satis. Centaurum illustrem Eurytionem vinum Perdidit, in atrijs magnanimi Peirithoi, Ad Lapithas profectum, cum mentem vino Furiosus obruit, & quod minime iustum fuit, admisit in adibus Peirithoi.

a Malum dicitur colore, gustu. Cuius poetae sunt hi versus, auctor non indicat. Nota cuius fabula est centaurorum qui Peirithoo Hippodamen sponsam eripere sunt conati. Exstat proverbium, Lapitha.

In corpus enim cum vinum subit, vt inquit Herodotus, sursum efferuntur ac innatant indigna verba, & furore concitata. Clearchus comicus in Corinthiis sic ait:

Is qui inebriantur quotidie, Capitis dolor si accedat, priusquam bibant Merum, nemo nostrum vngquam biberet. Nunc autem quoniam ante illam molestiam

Voluptate fruimur, ea frustramur utilitate quae in vino est. Agefilaus, vt auctor est Xenophon, aequè fugiendam esse putabat temulentiam, atque insaniam, & cibum intempestiuum, atque inertiam. Porro nos, haudquaquam sic bibaces, vt quibus nimio potu mens alienatur, foro iam frequentissimo, ad musica venimus haec conuiuia. Curiosus enim reprehensor Vlpianus, cum dixisset quidam, se non esse egovon, eum increpuit, & vbi legitur, inquit, vox egovon? Apud Alexim, respondit ille, in Synecizomeno, sic: egovon, temulentus, haec faciebat. Quoniam verò quotidie, ad novos semper nostros sermones, & varias frequenter narrationes, ac colloquutiones, magnificus ac splendidus conuiuator noster Laurentius inducebat qui risum mouerent scurras, age de illis non nihil traestemus, quamuis hoc probè sciam, Anacharsin Scytham accitis in conuiuium edoctis ad risum mouendum hominibus, solum omnium non risisse: post autem adducta simia in risum solutum dixisse, natura quidem animal illud esse ridiculum, hominem verò arte, & studio, Euripides in Melanippe vinculis adstricta:

Hominum multi risus gratia Festiuos sales & iocosos meditantur: ego verò Captantes risum odi, qui in sapientes viros Effrent ore debacchantur: & ne quidem inter viros Censentur: ad risum verò mouendum elegantes ac idonei, Alienas domos frequentant, & quae classe adueta sunt Domi habent, & seruant.

b Apud Xenophontem est: atque gulosam voracitatem, & cibum intempestiuum, atque peccatum. c Sive hora, tertiana, sexta, d Vini potu de potestate mentis detestum: vino perturbatum: temulentum. e Eum, qui adibus & vice contubernio associatus est, aut connubio imbutus, id verbum significat. f Erasmi proverbium, Simia caudata.

Parmeniscus Metapontinus, vt scripsit libro quithes Deliadis Semus, primarius tum genere, tum opibus, cum in antrum Trophoniae descendisset, reuersus postea nunquam ridere potuit: ea de re sciscitanti oraculum; sic Pythia respondit:

De iucundo risu me rogas, o tristis homo, Domi sua mater dabit, quam imprimis venerare.

Sperans igitur post redum

g Magno vite discrimine, quale adesto solent qui nauigant, aut classem regunt, quae sita, & comparata: nempe magna labore patet, ridicula opera confeguntur, & acquirunt. h. Vide proverbium, In antra Trophoniae, & Lausaniam in Baeotia.

cuius deplorarent, & amoris spei sensu tangerentur. Quam obrem cantionem illam edidit, & vastas solitudines, ubi composuit, peruagata est, quod aiunt, vociferans, & eam canens, quam Nemion vocant. Eius haec est portuicula:

Proceræ quærim, ô Menalce.

Aristoxenus libro quarto de Musica scribit, primas feminas cecinisse cantionem quandam nomine Calyce. Stesichori versus extant, in quibus quædam nomine Calyca, Euathli iuuenis amore capta à Venere precatur eius nuptias: cōtempta verò à fastidioso & reuente iuvene, præcipitio sese interemit, id quod circa Leucadem ^b factum est. Eius virginis mores apprime fuisse pudicos poëta finxit, vt quæ iuuenis consuetudinem non prorsus & quouis modo cuperet, sed optaret, si liceret, Euathilo virgo nubere, aut, si quod in votis erat, obtinere non posset, abire vita. In compendiosis & breuibus commentariis Aristoxenus scribit ab Iphiclo, quem impotenter amabat, Harpalycen cōtemptam merore contabuisse, institutumq; ab euentu illo virginibus cantionis certamē, quam Harpalyce nominant. Nymphis libro primo de Heraclea, de Maryandynis loquens, ait, Apud eos cantiones itidem nonnullas audire & intelligere est, quas patria consuetudine cantantes, hominem priscum quandam nomine Borcum, in clamant, eumq; narrat viri diuitis ac illustri gnatum, forma & ætatis vigore alios excellentem, cum suis intensus ne gottiis, mellioribus quod biberent, dare vellet, ad aquam hauriendam profectum euauissile. Itaque illum quærere indigenas, cum flebilium versusum lamentis euocantes, quibus omnes ad hoc vsque tempus vri perseverarunt. Talis fuit & quem Ægyptus luget Maneros ^c. Coniuuii ne defuerunt quidem nostro Rhapsodi ^d. Laurentius enim, si quis alius, Homeri versus tam impensè oblectabatur, vt præ illo nugas egisse Caslandrum Macedoniæ regem putes, quem in historicis commentariis tradit Carystius Homeri fuisse adeo studiosum, vt in ore magnam eius carminum partem haberet, & seorsim ac priuatim tum Iliadem sibi, tum Odyssæam describendas curauerit. * Rhapsodos Homeristas vocatos fuisse Aristocles in libro De choris autor est. Quos autem nunc appellant Homeristas, primus in theatrum produxit Demetrius Phalereus. Chamæleon in libro De Stesichoro scribit, non tantum decantari solitos Homeri versus, verum etiam Hesiodi, Archilochi, Mimnermi, Phocylidis. Clearchus in primo, Antilochi verbis adscriptis, inquit Simonidem Zacynthium in theatro sellæ insidentem versus memoriter pronuntiasse ^e. Lyfianias primo libro De iambicis poëtis scribit, Mnasionem rhapsodum, ostentationis gratia, cum sui specimen ederet, iambos quosdam è Simonide, velut histrionem, recitasse. Empedoclis expiationes ^f in Olympicis ludis memoriter reddidisse Cleomenem rhapsodum, ait Dicæarchus in Olympico. Iason libro tertio De Alexandri sacrificiis, tradit in Alexandria magno theatro Hegesiam comicum historiam Herodoti egisse, Hermophantum verò Homeri poësim. Nobis frequenter mimi exhibentur nomine Hilarodi ^g, quos nunc quidam Simodos ideo vocant, vt inquit Aristocles libro primo de choris, quod Simus Magnes aliis poëtis hilarodus elegantior ac concinnior fuerit. Aristocles libro primo de Musica Magodos ^h recenset inter rhapsodos, his verbis: Magodus, qui idem est cum Lyfiodo. Aristoxenus Magodon exponit qui habitu muliebri, viri personam agit, contra Lyfiodum, qui mulieris, virili cultu: cætera eisdem versus canunt, & aliis in rebus omnibus nihil differunt. Ionico sermone Sotadis carmina in publicum prodierunt, & ante illum, quæ Ionica dicebantur, & quæ ab Alexandro Ætolo, Pyrete Milefio, Alexe, & aliis eiusmodi poëtis edita sunt. Alexen Cynædologon ⁱ vocant. In eo carminis genere floruit Sotades Maronites ^k, vt ait tum Carystius Pergamenus in opere suo De Sotade, tum Apollonius Sotadis filius, qui librum scripsit de patris poematibus, è quo perspicitur importuna Sotadis in maledicendo libertas, qui Lyfimachum in Alexandria probris incesse, apud Lyfimachum, Ptolemæum Philadelphum, & alios reges in aliis ciuitatibus, quam obrem meritas poenas luit. Nam, vt refert Hegesander in Commentariis, cum nauem iam soluisset ex Alexandria, & turus à periculo videretur, ipsum occiderunt, quoniam in Ptolemæum insolentissimè debacchatus, Arfinoes potissimum fororis sic exprobrasset nuptias,

h rhytm Leucadia peninsula, contra sinum Ambracium. De hoc scopulo, & is qui ex illo delauerunt, vide Strabonem, & Scaligerum in Anthonium.

e Ægyptijs Linus. Eū primi regis ipso rum flū, prematura morte eim decessisse, instituta soli ipsi cantionæ publicæ Ægyptiū lamenti decoraat. Herodotus lib. 2. d. Qui aliena carmina recitant in hominum cõuentibus: qui in aliis sensu aliudq; argumentum, vel megoris versus ab oriū rursant, vel ex illis discisse alios cõtinuatos & itaq; confusus faciūt. Vide Henricum Stephanum suo libello de Rhapsodis.

f Eas, & illius physica, millibus versu quinque fuisse iūprensas tradit Laërtius.

g Ad verbum hilaria, fuisse, lata canētes, vt de amicis & alijs rebus incudis, sed condita grauitate quædam tragicæ.

h Henrico Stephano, Magodi histriones, comicis similes, tympanū & cymbala ihebant, habitus muliebri, mæchi, lanonis, ebrij personam agentes, ad amissa cōmestatum eunū, & c. Lyfiodos idem discas putat, quod in Lysij filij epi initiationibus ea fabule peragebantur.

i Turpibus & obscenis verbis vtebatur. Natalis refert, ad Ionicum sermonem.

k Maroneis oppidū Thraciæ Plinio.

Nefandum

Nefandum stimulo foramen ¹ pertundis. Patroclus igitur vnus ex Ptolemæi ducibus in insula Cauno eum captum & in amphoram ^m plumbæam coniectum in altum euexit, ac demersit. In Philenum Theodori patrem ⁿ stilum acerbè distinxit. Talia fuerunt eius castmina:

Foramen via posterioris angustæ ubi detexit,

Ex frondosa valle ingentem clauam exprumpsit,

Qualem arator fræux laxat bos.

Gravior illis poëtis est, quem vocant Hilarodum. Nilul enim delicatè mollitèrve ^o agit, vel dicit. Virilem is candidam vestem induit, auream coronam gestat. Olim, vt inquit Aristocles, solea ^p pro calcamento fuere, nunc crepida. Simul cum Hilarodo, vt & cum Aulodo, cantat vel mas, vel femina. Coronantur Hilarodus, & Aulodus, non tibicen, non cantor. Magodus vtitur & cymbalis, & tympanis, vestitu muliebri toto, lasciuens, & mollitèr faciens omnia, nunc femina personam agens, nunc lenonis, nunc adulteri, nunc temulenti, qui comestatum ad amicam it. Aristoxenus scribit, post Tragœdiam, Hilarodiæ grauisimam esse, post Comœdiæ summam esse Magodiæ grauitatem. Magodi sæpe, comicorum argumento sumpto, instituto suo, atque dispositione, varias personas repræsentarunt. Magodiæ porro idcirco nuncuparunt, quod illis cantionibus magorum ^q prodigiola miracula exponantur, medicamentorumq; declarantur vires. Apud Lacedæmonios, vt inquit Sosibius, comica lusionis peruectus quidam modus fuit, haud ita magni laboris, quoniam in his apparandis simplex esset Spartanorum frugalitas. Populari & parum exquisita oratione quidam fructum imitabatur fures, aut externum peregrinumq; medicum hæc dicentem, vt Alexis in Mandragorizomena ^r planum sic facit:

Indigena medicus si dixerit, catinum

Huic matutino date pitisana, mox parui pendimus ^s.

At si quis dixerit, date pitisanam ^t & catinum,

In admiratione est: Rursum si quis è nostratibus

Σουτυλιον, betam, proferat, nobis est despiciatui,

Si quis τωψήλιον ^v, animo libenti nos audimus.

Qui eos lusuf proficerent δ' υπιδακῆς ^x Lacones vocabant, tanquam mimos, & scenicum apparatus ^y instruentes. Huius Decelistarum generis secundum regiones vatiæ sunt nomina. Phallophoros vocant illos Sicyonij, nonnulli αὐτῶν Βοιάδας ^z: Alij, vt Itali ^a, Phlyacas ^b: Sophistas multi: Thebani, quamuis assueti multa propriis nominibus appellare, Voluntarios. Dictionum innouatores esse Thebanos Strattis sic in Phcenissis testatur:

Nihil intelligitis vniuersi Thebarum ciues,

Nihil prorsus. Primum quidem vos sepiam,

Vt vulgaris est sermo, vocatis Opisthotilam ^c:

Gallum, ὀρτυλίον: medicum, Γαίληον.

Γεφυράν, pontem, φλεφυράν: σύκκα, ficos, τύνκα: hirundines, νοτιλάδας:

Μανσαν infantium ^d buccæam, ἀπολογὸν videre, ἐκελεδέω ^e:

Quod perforatum nuper est, νεοκατὰ τρυτον, νεοκατὰ τρυτον.

Semus Delius in libro De Pæxanibus inquit: Quos Autocabdalos nominant, ij coronati hedera, pedetentim ac incesu composito gradientes verba tãquam irrorabant ^f. Eos posterius sæculum, eorumq; poëmata, Iambos appellauit. Quos Ithyphallos nuncupat, personas ebriorum induunt, coronas gestant, & manicis anethino ^g colore tinctis manus operiunt: tunicis vestiuntur albo distinctis, Tarentino ^h amictu præcinguntur ad malloolus vsque demissio: tacitèque per vestibulum subeuntes, cum in mediam orchestram processerint, ad theatrum conuersi dicunt:

Abscedite de via: laxum deo spatium præbete.

Erectus deus, mallo ductus ⁱ, per medium i theatrum ambulare vult.

Phallophorik personam, inquit, faciei non admoent, sed hederaceum integumentum circumponunt

Q 4

59. Cent. 6. d. Ενδιασιον: significat & hæc vox quasi cibarium frusta indita ori.

e Iude Latinorum video. f. Lentè & cunctanter proferebant. g. Violaceo. h. E mollissima lana contexto, qualis est Tarantina. i. Sic avocam imagine m Bacchi vocant: ἑσφυραμένω: Alij τρωμαμένω: k. Hic Phallophori, qui Phallum canentes sequuntur.

1 Plutarch. lib. de peroratorum institutione. m. Μαλοθρησκον. ἑξαιδω. καὶ ἄλλοις λικνοσφαιρα, ἀμφορα, ε. quæcunque materia sit. n. Natalis addit, σαλατῶν, τινδιέντι. o. Συμῆ: ἄλλ' ὅτι νῆ: ἄλλ' κωολ: ἴ. Vide Vistoriū cap. 4. 34. Var. p. τῶοδ' ἕγεντα. q. Ita de causa apud Persas honor habebatur Magi, quod putarent illos admirabili quadã posestato veteris posse cobibere, pluuia ciere, & miracula id genus alia edere, tum etiam, quod illos crederent simplicium pharmacorum facultates optime nouisse. l. Ius cantionibus nō distimiles esse reor cõciones & musicos cãtus medicorū circumforaneorū, quos Charlutanos vocat Italia. r. Mandragora vsu suspensâ & attonita. s. Tanquam notum & ideo vilem. t. Quo pacto loqui solebat externi medici lingua vernacule rudis. u. Sic emmiabant externi, & aduenæ. x. Δεικνῶν, imago, μίμησις, ἑκείνου. Erasmi. proverb. Callipides. Iunius adagio ἴγ. Cent. 6. y. Quod ante histrionis in scenam prodentes veluti fabule essent preludia. z. Nihil. Vide cap. 34. lib. 5. Animaguerfonum Brodai, rudis, tumultuarius, extemporales. a. In magna Grecia. b. Temulentos, Hæschel. c. Οπίσθησι, quia parte corporis posteriori stercus, id est atramentum effundit: ἑσφυραμένω, pipio auroa nuntius: σαλίος, saginator: ἄλλοις, garula. Iunius adagio. Lentè & cunctanter proferebant.

Iunius prouerb. Medium sequere.

appellat. Pratinas¹ hæc alicubi scripsit:

Ne concitatore seect are, ne remissiore.

Qualis est Ionica: ad medium diuerte

Solum: Aeligos delige modos.

Idem aliquanto post manifestius inquit:

Auidos cantionum iuuenes. Aelica decet harmonia.

Prius ergo, quod dictum est, concentum eum vocarunt Aelicum, post autem Hypodoricum, quod & in tibiis nonnulli putant obseruatum fuisse, certum tibiariam sonum rati esse Hypodoricum. Ego verò arbitror homines cum in eius cantus legibus nescio quid tumidum, & quod generosi animi fortitudinem referret, esse perspicerent, hypodoricum appellasse, & veluti nos subalbam dicimus, quod albo simile est, subdulce, quod accedit ad dulce, quamuis non sit eiusmodi, ita & hypodoricum appellatum fuisse quod Doricum valde non sit. Milesiorum nunc ingenium expendamus, quod elucet in Ionibus, ob pleniorum corporis habitum gloriosis, animosioribus, pertinacibus, contentiosis, nulla comitate humanitate uadeutes inuitantibus, morum asperitate, citra vllum beneuolentia & amoris indicium rigidis. Quapropter modorum id genus minimè floridum & lætum est, sed austerum & durum, in quo tamen deprehendas elatum quidpiam generositatis non expers. Quamobrem amat concentum illum tragœdia. Nostra verò ætate Ionum mores deliciis sunt perditissimi, eorumque itidem cantus ab illo vetusto multum diuersus. Fama est Pythermum Teium in eo numerorum genere obscuros versus composuisse, & quoniam ille poëta fuit Ionicus, Ionicam harmoniam eam fuisse dictam. Pythermum scilicet eum intelligo cuius Clazomenius² Hipponax in iambis sic meminit:

Pythermus aurum loquitur, aliud nihil:

id nimirum significans aurum merum Pythermum esse, aliudq; præterea nihil. Est igitur probabile Ionicum Pythermum cantum suum accommodasse Ionicis moribus: harmoniam tamen illam opinor verè Ionicam non fuisse, sed admirabili quadam concentus specie modulatum. Parui sunt igitur faciendi qui generum illorum differentias nesciunt examinare, sed acumen tantum & grauitatem sonorum considerantes, hypermixolydium concentum, & præter eum nescio quem alium comminiscuntur. Ego equidem non video Hyperphrygi proprias esse leges, quamuis & nonnulli affirmant Hypophrygiam harmoniam nouam quandam aliam nuper excogitam fuisse. Harmoniam certè animi vel affectus³, vel mores⁴ oportet indicare, qualis est Loerensis, vsitata quibusdam Simonidis & Pindari coeuis, nunc rursus obsoleta. Tres igitur, vt principio diximus, quot & Græcia nationes, sunt harmoniarum differentia. Phrygia, Lydiæque Barbaræ Græcis innotuerunt; ex quo Lydiæ Phryges in Peloponnesum vnâ cū Pelope descendunt. In Lydia namque Sipylus⁵ est; è qua multi sunt comitati, quemadmodum & Phryges, non tantum quia sunt contermini, verum etiam quia principi Tantalo parebant. Visuntur in Peloponneso vbique, potissimum Lacedæmone, ingentes tumuli, quos Phrygum Pelopem secutorum esse aiunt sepulchra. Hanc Græci harmoniam ab illis didicerunt; quapropter Selinuntius Telestes ait:

E Græcis ad pocula primi cantum Phrygium⁶ Montana⁷ matris cecinerunt Pelopis comites, Cum Pectidum⁸ sonis Lydius hymnus strideret. Nec verò credendum quod ex historiis, Ephori Polybii Megalopolitanus inquit, vel ad homines tanquam præstigiis fallendos inuectam esse musicam, vel temere Lacedæmonios Cretenesq; veteres, loco tubarum in prælia tibias & modulatos numeros eduxisse: atque adeo nec antiquos Arcadas⁹ inconsultè totius reipublicæ administrationem musica fuisse moderatos, vt cum ea non solum pueri, sed etiam iuuenes ad annum vsque trigessimum educarentur, quamuis cætera illis esset vita maximè austerâ. Itaque apud illos pueri ab infantia consuecunt hymnos & Pæanas cantare¹⁰ præscriptis numeris, quibus singuli, vt patrius mos est, Gentiles heroes & deos celebrant: deinde postea cum Timothei & Philoxeni modos perdiderint, ad tibias in theatris quotannis saltant per Bacchanalia, pueri quidem, puerili certamine, iuuenes, virili: totòque vitæ decursu in publicis conuentibus, ij, nullis introductis quos canentes audiant, vicissim

Ephesus in fuit, Pythes & Procidus filius: sed à tyranno pulsus abij. Clazomenas, vnde & Clazomenium vocarunt. Avonius hie legitur. Vide prouerbium, Hipponax præconium.

Tram, tristitiam, amorem, iustum, ve gentinas & subitatis perturbatio: ne. In fuit virtutes, ac vicia.

Magnesia oppidum, Epheso vicinum. Plin.

Cybeles, Careris. a Phædis, udyadys: instrumentum musicum.

Erasm. prouerb. Arcadicum germè, contra quam scripsit Ashenaus, tradidit omnem musicam à suis ciuitatibus reiecit Arcadon.

Varro de vita populi. Roman. In conuiuijs vt pueri modestè cantarent carmina antiqua, in quibus laudes serant maiorem, et esse vocè, & cum viciu.

Alis se disciplinis eruditos negare, haud indecorum est: ignaros canendi se fateri, turpe censetur. Iidem, gressus ordinatè & pedetentim ad tibiam suspèdere meditantur, publicaq; impèsa & diligètia, saltatione cum exercitati fuerint, sui profectus in teatro specimen quotannis edunt. Hac porrò consuetudine maiores illos imbuerunt non voluptatis & licentiæ^d gratia, sed duriorum fore vitam prospicientes, moresq; asperiores, nempe ob aëris circumiecti frigiditatem, & crassitiem, quæ in eo tractu plurima & maxima est. Cælo enim circumstanti similes vt fiant cuncti homines, comparatum est à natura. Quapropter, vt est nationum diuersitas, plurimum ab inuicem distamus ingenio, forma, colore. Præter hanc in musicis disciplinam congressus publicos, & sacrificia quadam tum viris, tum fœminis in more posuerunt, virginumq; cæteris & adolescentum simul, natiuam & indomitam feritatem eius consuetudinis lenimento mitigare atque mansuafacere adnitentes. Ex Arcadibus Cynætenes, qui in asperrimo & loco & cælo eius prouinciæ habitant, sprete omnino illa & institutione, & prouidentia, ambitione ex mutua conuersatione nata vsque adeo sunt tandem efferati, vt apud eos tantum scelestissima facinora^e patrata sint. Quo certè tẽpore cædibus ij crudelissimis & atrocissimis læuierunt in illis vrbibus Arcadiæ in quas pertranscuentes irruerant, oppidorum omnium aliorum incolæ, voce præconis, suis è ciuitatibus illos eiecerunt^f, Mantiniæque post eorum discessum, ciuitatem expiarunt, victimas circa eius situm, quacumque ambitus patebat, circumducentes. Agias musicus dicebat styrcis, quem in orchestris per Bacchanalia fuffiunt, odorem, Phrygium^g olfacientibus esse. Apud præcos hortamentum ad virtutem musica fuit. Alceus poëta, si quis alius musicus scientissimus, pugnam strenuitatem anteponebat poëticæ, plus iusto bellicosus. Quamobrem ea de se opinione inflatus, ait,

Splendet mea magna domus are: Totum rectum mauortijs ornatum est galeis nitidis: Ex his cassidibus deorsum nutant candida ex equino pilo crista, Hominum fortium insignia: occultis muro clauis Indique affixæ sunt ocreæ splendida, munimenta Contra sagittas tibiarium: tum etiam lineæ thoraces noui, Cannæ, scuta superimicta, & hæc propè, enses Chalcidici^h: Baltei multi, & paludamenta non prætercunda silentio, Quandoquidem eorum cura imprimis habenda est:

magis fortasse conueniebat instrumentis musicis esse plenas ædes: cæterum fortitudinè inter ciuiles omnes virtutes esse præstantissimam veteres iudicabant, eam multo pluris æstimantes quam alias. Itaque Archilochus eximius poëta primo loco gloriatur quòd ciuilia posset obire certaminaⁱ, deinde memorat suam in condendis versibus scientiam, ac facultatem, ad hunc modum:

Mavis regis cultor sum: Amabile musarum donum ego quoque didici: Sic Æschylus, quamuis maximam famam consecutus esset ob poëticen, nihilo fecius hæc inscribi monumẽto voluit fortitudinẽ præferens: Præclaram animi fortis constantiam predicabit Marathonius lucus,

Expertusq; Medus ipse, coma densa capillatus, Fortissimi quidem Lacedæmonij cum tibia sub signis sunt: Cretenes cum lyra: cum fistulis & tibiis Lydi, vt scribit Herodotus. Ex barbaris multi legatos ad hostes cum tibiis & cithara mittunt^k, vt eorum infestas mentes emolliant. Theopompus libro quadragesimo sexto historiarum tradit. Getarum legatos citharas pulsantes aduenire, vnde verisimile est, Homerum præcum illum Græciæ statum & morem conseruantem, dixisse,

Cithara quam sociam epularum dij fecerunt, tanquam utilis etiam conuiuantibus ars musica sit. Fuit autem, vt probabile est, veluti lege id sancitum; primum quidem vt eorum qui ad satietatẽ & temulentiam edissent atque bibissent, mederetur petulantia ac insolentia musica, quæ impotentiam animi temerariam non solum cohibet, & mitigat, sed etiã discussa tristitia lenitatem affert, liberalemq; lætitiã

d. Tis aduersus.

e. Mutuæ cædibus, proscriptioib; & reliqua eiusmodi crudelitate. f. Ne ciuitatem incoherens tam immani scelere abominandam. g. Acrorem.

h. E. Chalcidici: quidam aeneos interpretantur.

i. Bella que pro salute ciuitatis & ciuium suscipiuntur.

k. De scienda pace, aut dandi iudicijs.

1 Cui Agamemnon per vim amicum stupuerat.

lætitiā : quapropter Homerus in prima parte Iliadis post ambitiosam illam 1 de Achille contentionem, fingit musica deos recreari:

Perstabant enim audientes

Cithara pulcherrime sonum: quam Apollo tenebat,

Ac musas, quae vicissim canebant dulci voce.

Sic enim par erat iurgia &

seditionem placari, ut antea diximus. Videntur ergo multi in hominum conuentibus illam scientiam musices approbasse, quod ad motus animi sedandos proficit: at prisca homines cōsuetudine legeque decorum hymnos & laudes in cōuiuuiis ab omnibus cantari iusserunt, ut reuerentia numinum, eius quod honestum ac moderatum est fines non transirent. Adiuuata namque musicis numeris de diis oratione, magis compositi sunt, & graues cuiusque mores. Philochorus autor est, non semper veteres, cum libarent, vfos fuisse dithyrambis, sed vino madidos, ac temulentos, & Liberum patrem si inuocarent: sū Apollinem, placidē & ordinatē cecinisse. Itaque Archilochus ait:

Bacchi regis canticum elegans dithyrambicum auspicari scio,

Vini fulmine percussa mente:

Epicharmus verò in Philoctete 2:

Dithyrambum, inquit, nullum futurum, aquam si bibas.

Non ergo leuisculae ac triuialis voluptatis causa, principio musicam in conuiuia receptam fuisse, ut quidam arbitrantur, planum est ex iis quae diximus. Lacedaemonij an musicam docerentur nec ne, haud certum est. De arte illos iudicare potuisse, & corruptam, ab illis ter conseruatam restitutamque fuisse, nemo ambigit. Ad exercendam acue-

m Conciatio ex summis vitiis.

n Erasmi adag. Nō est dithyrambus, etc. Idem adag. Aquā bibens, etc. Supra pag. 31. & 32.

o Εὐχρηστικὸς ἰνυσις adagio 80. 6. Cent. Erasmi. pro-nerli. Non est cura Hippocrati. Erasmi. proverb. ἰσοχρηστικὸς. p. Διὰ τὴν ἀσκήσιν καὶ τὴν ἀσκήσιν. q. Ἀρτεία. r. Vt nostro saeculo fit à musicis. s. Quasi subsaltationes, quod sub numeris & cantionibus poetarum saltarent.

t Ita vocabatur in Attica tribus.

damque mentem confert & musica: quocirca apud singulas nationes tum Graecorum, tum Barbarorum, quorum nobis innotuerunt leges ac instituta, in pretio est. Itaque, ut non incite Damon Atheniensis dixit, agitatio prorsus animo cantiones atque saltationes fieri necessum est, liberales ac speciosas ab animis eiusmodi, contrarias ab iis, quibus animus diuersus est. Festiuium fuit Clisthenis tyranni Sicyoniorum dictū, ac indicium mentis bonis artibus erudita, qui Atheniensem Hippocleidem vnum ex proci filiae laboriosius saltantem conspicatus, eum dixit ob illam tam graue saltationem excidisse 9 nuptiis, ratus, ut credibile est, hominis eiusmodi animum fuisse. Nam & inter saltandum, & inter ambulandum pulcher est ordinatus & honestus 2 corporis habitus: contra odiosa & turpis incondita & confusa peruersitas 3. Quapropter, ab omni memoria hoc si reperatur, poetæ semper ingenius saltationis modos praestituerunt; figuras depingentes 4, quae cantionum essent notae, diligenter id praescribentes quod virile ac generosum esset, quamobrem & hyporchemata 5 illa nuncuparunt. In eo ludo si quis praeter iustum ac praefinitum modum, corporis habitum figurasset, aut cantantibus interueniens nihil saltando caneret, indignum putabant qui laudaretur: qua de causa siue Plato, siue Aristophanes, ut Chamæleon inquit, sic dixit:

Itaque si quis probe saltaret, iucundum id spectaculum erat:

Nunc autem otiosi & desides nihil agunt,

Sed ut attoniti, rugientes vociferantur pedibus insistentes.

Fuit enim in

choris saltationis genus cum dignitate, ac magnificentia, & quod armorum velut motus imitaretur. Ob id videlicet, in suis poematibus Socrates inquit, eos qui optime saltant, ad bellicas res esse idoneos, his verbis:

Qui choris religiosissime deos venerantur, sunt

In bello strenuissimi.

Est enim saltatio velut armorum instructa ad prociendum meditatio, in qua spectatur non tantum ordinis conseruatio & modestia, sed etiam qua corpus diligentia curatum sit. Amphion Thespiensis libro secundo De musæo quod in Helicone est, accuratas fieri puerorum in Helicone saltationes ait, & vetustum de illa re epigramma hoc citat:

Ambo hac praestiti saltant, & musicam docui

Homines: tibi cen verò fuit Anacus Phibalensis 6,

Sum autem Baccheidas Sicyonius: dijs profecto

Sicyonij pulchrum hoc decus repositum est.

Non

Non ineptè Caphesias 7 tibi cen, cuidam ex discipulis altissimo sono tibiam inflare conanti, & id meditati, dixit manu feriens, in ea soni magnitudine sitam non esse artis bonitatem, sed ut rectè sonus in magnitudinem attollarur. Sunt autem prisca artificum 8 statuae, veterum saltationis reliquiae. Quamobrem hac de causa manuum gestus attentius sunt distincti, ac constituti, quoniam & in illis decoros motus requirerent, ac liberales, quod maximum est ad id referentes quod bene fiat. Inde scilicet figuraciones corporis probas choris adaptabant, & ex choris assumptas, palæstris, musica, & sedula corporis exercitatione, ad nanciscendam animi fortitudinem proficientes: quin & armatum corpus vario exercitationis motu lassabāt, unde saltationes Pyrrhichæ originem habuerunt, & omnes id genus aliae, quarum sunt multiplices appellationes: apud Cretenses Orsites, Epicredios, & Apocinos, cuius meminerunt Cratinus in Nemesi, Cephisodorus in Amazonibus, Aristophanes in Centauro, & alij complures, post dicta Maëtrismus, quam foeminae multae saltabant, ob id nominatae Martyriae 9. Reliqua tripudiorum genera simpliciora, & in quibus minus varietatis 2 est ac iactationis, vocantur Dactyli, Iambici, Molossica modulatio, Cordax, Sicinnis, Persica, Phrygia, Nicatimus Thracius, Calabrisimus, Telesias, Macedonica, quam Ptolemæus cum saltasset, Alexandrum Philippi fratrem occidit, ut scribit Marfyas libro tertio rerum Macedonicarum. Furiosae sunt Cernophoros, Mongas, Thermantris: popularis & plebeia Anthema, quam saltantes cum sese mouerent, hoc accinebant, Vbi mihi rosa? vbi mihi viola? vbi mihi formosum apium? Apud Syracusios Chitoneas peculiaris Dianae & saltatio, & tiliarum cantio est. Ionicam saltabant inter pocula, & Angelicam, qua ut exactius tripudiarent, multum adlaborabant. Est alia, quam Incendium 3 mundi vocabant. Eius meminit Menippus Cynicus in Conuiuio. Ridiculae sunt, Igdis, Maëtrismos, Apocinos, Sobas, Morphasmos, Noctua, Leo, Farinarum effusio, Noua 4 tabulae, Elementa, Pyrrhiche. Ad tibias saltabant in ea quam Celeustæ 5 vocabant, & in ea quam Pinacidem. Saltationum quoque species sunt Xiphismus, Calathismus, Callabides 6, Scops 6, Scoppeuma. In Scope manum curuam 7 fronti & oculis praetendebant, qua figura nos aliquid procul spectamus. Antiquorum Scoppeumatum Aeschylus meminit in Theoris 8: Callabidum sic Eupolis in Assentatoribus:

Ambulans 9 saltat Callabidas, e Sefamo placentas cacat.

Eiusmodi sunt &

Thaumastris, Caterides, Scopos, Prona manus, Medipodismus, Lignum in manus sumptum, Epanconismus 1, Strobilus. Militaris saltatio fuit Telesias, sortita nomen à Telesia quodam, qui primus illam saltauit armatus, ut scribit Hipparchus libro primo de Carthaginensium republica. Satyricam saltationem Sicinnin esse tradit Aristoteles octauo libro De choris: Sicinnistas enim Satyros vocari. Quidam aiunt, Sicinnin Barbarum hominem eius inuentorem fuisse; alij Cretensem natione quendam, nomine Sicinnum. Est autem ea gens saltandi studiosa, & perita, ut inquit Aristoxenus. Scamion libro primo de inuentoribus rerum, ait Sicinnin dictam fuisse, ἰσὶ τοῦ σάειος, à corporis succussu, & primum Therisippum illa tripudiasse. Motum pedum prius repertum fuisse quam manuum indubitatum. Antiquis enim pedes magis in publicis ludis 4 exercebantur, & in venatu, quam manus. Sunt autem venationi dediti Cretenses, ideoque pernices. Quidam Sicinnin poetica licentia dicta volunt ἰσὶ τῆς κνήμης, à corporis motu, eaque citissima tripudiare Satyros. Affectum ea nullum monstrat animi, ideoque saltantium motus ac gestus nihil mutatur. Olim quidem poemata Satyrica choris omnia constabant, ut & eo saeculo tragædia, quamobrem ab histrionibus agebantur. Tres porro sunt in scenica poesi saltationes, Tragica, Comica, Satyrica 1: totidem & Lyrica poeseos, Pyrrhiche 2, Gymnopædice 3, Hyporchematice 4. Est autem Pyrrhiche Satyricae similis: utraque velox, & tumultuosa, & Pyrrhiche 5 quidem militaris: armati iuuenes illam saltant. Celebritate in bellis opus est, tum ut instemus fugienti hosti, tum ut victi periculum fuganos euadamus, nec in eodem vestigio consistamus, stulto pudore metuentes ignominiam. Gymnopædice affinis est saltationi tragicæ, quam ἐμμελειαν 6 nuncupant. In utraque apparet venerabilis quaedam grauitas. Hyporchematice ei non absimilis

7 De eo vide supra pag. 400. 8 Leopardum cap. 2. 9. Emend.

x Saltatorum, & musicorum.

y Quidam Macroscopia.

z Magni stataria. a Vel à Phæthibon- tu fibula: vel ab il- lorum opinione qui conflagratione mū- di non putant.

b Natalis legit, καὶ τὸν ἀσκήσιν, Carnis exercitio.

c Καλοῦσθαι vocant remigum & naua- rῶν ἰσχυροτάτη: τὴν γὰρ ἄγοντες.

d Ηχοσκόπιο, καὶ ἀ- βίδος, ἵμνῳ can- tari soliti in templo Diana Dertheidi- da.

e Anū nocturna, vario nutu capitis, corporisq; gestu ri- dicula & imita- trix.

f Apud Plinij An- ephibus nobilissimū Satyrum pinxit cū pelle pantherina, διαποροσώμενος. g Legatur ad oracu- lum missus.

h Sic adulatores inopie affingit que ridicula & solida sunt. Citatur & hic locus posthac. i Flexuosa corporis distortio.

k Cursus, saltu.

l Histriones Itali hodie vocant Pa- storales.

m A Pyrrho Achil- lis filio.

n In qua nudi pue- ri saltabant.

o In qua saltabant ad postarū versus.

p Erasmi. proverb. Pyrrhichen: oculis pra se ferunt. Ex Xenophonte salta- tionem hanc descri- bit autor pag. 12.

De hac, & Cretens saltatione, Plato & de legibus. Fuit & ea saltatio frequens apud Gallos & Ger- manos. Nonius.

q Numerositas, & modulata.

R est

r Tardorum, & lentorum, qui sensim ingrediendum movent.
 s Cantionibus que deum & hominum laudes continent.
 t Ophelus: intonsos, sonoros. Eos canebat Arion cum in mare desiliit.
 v Iteoratum Iulii.
 x Dithyrambici.
 y Olympe, palmes pmissis suavisque generosis viti. Ta.
 a Bacchi sistum, in quo eos palmes gestant ingenii puberes, ac in templum Minerue Sciriada deferrunt.
 B A manuum gestulatione.
 n Quia ad versum numeros in ea saltant.
 b Sumus adagio, Nihil cunctandum.
 c Quia canerentur ad citharam. Tā.
 d Quod in apparatusu classis & expeditionis maritime illi versetur, praesertim cum solvent a portu.
 e A virginum saltantium castu.
 f Rustica & ridicula saltatio, in qua carpitur libos & spinam quatibant. Frequens in ea trocheus erat, qui ob contractionē & breuitatē dignitatem non habet, & Graecis, & tragicis.
 h Anaxi, molitor: fortassis, adatus, ero, medicus.
 i Sub peculiare. De Phrygia & Dorica melodia vide Aurelianum cap. 5.
 k Tardorum.
 l Pulpito, scena subdito.
 m Apud Plutarchum in Apollithogmatibus, nuntiansi euidam Atheniensis in Peloponnesum missi nouis armis instructum exercitum, Epaminondas respondit, non gemiturum tibi cinem optimum Amigenidem, si Tellus pestifera tibi nactus esset tibi noxas, m. Eius mentionem facit Apulius lib. 1. Floridorum, ut musci excellentissimi: & Erasmi pronerbi sibi canere.
 o Romanos multis in locis per iocum Plautus Barbaros vocat, quod ita Graeci appellarent.

est Comica, quam appellant Cordacem: vtraque est iocosa ac ludicra. Aristoxenus scribit Pyrrhichen nominatam fuisse à Pyrrhicho natione Lacedaemonio. Vocabulum certe etiamnum Laconicum est Pyrrhichus. Militaris ea videtur saltatio Spartanorum inuentum: & alioqui bellicosi Lacedaemonij, quorum addiscunt filij Embateria. Modorum id genus est, quod & Enoplion vocant. Iidem Lacedaemonij praeliaturi Tyrtei versus recitantes numero passu gradiuntur. Philochorus scribit, Lacedaemonios Tyrtei ductu & auspiciis cum Messeniis deuicissent, in exercitiis ac expeditionibus inolefcere morem voluisse, vt quoties caena conuiuus frequens appareretur, cum Praenibus, seorsim ac viritim vnusquisque Tyrta versus caneret. cognitor vero ac iudex esset imperator, carnem pro praemio illi daturus, qui alios cantu superasset. Apud ceteros Graecos abolita est Pyrrhiche, qua obsoleta etiam bella finiri contigit. Soli eam Lacedaemonij retinuerunt, vt quendam belli praemeditationem. Itaque Spartae omnes mox post annum quintum Pyrrhichen saltare consuecunt. Nostra vero Pyrrhiche magis esse videtur Bacchica, longè quam prisca illa placidior, quandoquidem hastarum loco thyrsos gestant saltantes, eosque alij mutuo in alios vibrant, ferulas & lampadas ferunt, saltandoque repraesentant Bacchi res gestas, subactos Indos, & Penthei supplicium. Postulat haec saltatio modos elegantissimos, numerosque rectos. Gymnopædices magna similitudo est cum ea quam nominauit antiquitas ἀναπαύση. Nudi saltant omnes adolefcetes, concinnio quodam impetu corporis, sed inter scisso, molli quadam manuum figuratione, pedumque venusto motu, vt luctae ac pancratiij exhibeatur species, & exemplum. Modi sunt Bacchici, & quales canuntur in Oeschophoriis, vt ea saltatio omnino sit Libero patri destinata. Aristoxenus scribit antiquos exercitatos in Gymnopædice ad Pyrrhichen transire solitos, priusquam in theatrum prodirent. Vocatur & Pyrrhiche, Cheironomia, estque Hyporchematica, quia cantans in ea chorus saltat. Quamobrem Bacchilides ait,

Opus illam esse nec sedentarium, nec otiosorum, & cunctantium, Pindarus autem, Opus esse Lacedaemoniarum virginum gregis: quoniam, vt ille scribit, Lacones eam saltant, hyporchematicam, viris communem ac mulieribus. Elegantissimi porro illi modi sunt quos saltant, nimirum Prosodiaci, qui & Apostolici, & Parthenij, seu Virginales appellantur. His modis & similibus Venerem, Bacchum, Panam, celebrant aliquando, aliquando minimè. Sunt & apud Barbaros, quemadmodum & Graecos, saltationes quaedam commendatiores, quaedam contemptiores. Apud Graecos Cordax fuit despiciatui, Emmeleia vero in pretio, velut apud Arcadas Cidaris, apud Sicyonios Alecter, quem & sic appellant Ithacenses, vt scribit Aristoxenus libro De comparationibus. De saltatione tot haecenus mihi dicta sunt. Prioribus quidem saeculis in musicis quod esset decorum & honestum seruabant, ornatus proprius & aptus quibusque canticis tribuebatur, erantque singulis tibiae peculiare, & ludis publicis, vnicuique tibicinum, quae modis quadrarent: nunc vero temerè & inconsideratè musicam tractant. Pronomus Thebanus primus pro varietate tibiae, modos distinxit. Olim populari turbae placuisse argumentum erat artis minus absolutae, quamobrem Alopodorus Phlasius tibicine magno plausu laudato, in hyposcenio adhuc moratus, quidnam hoc est? inquit, magnum oportet aliquod malum accidisse, alioqui tam multis non probaretur. Scio quibusdam de Antigenide id proditum, & nostris temporibus perfectionem artis, theatrorum gratia & successu aestimari. Quapropter Aristoxenus in Confusis conuiuialibus: Nos id facimus, inquit, quod Poseidoniatæ, ad Tyrrenicum sinum positi, qui antea Graeci, in Tyrrenorum aut Romanorum barbariem lapsi, mutatis voce, & institutis, festo quodam vno die exiis qui sunt in Graecia celebres, coeunt, memoriamque refricant & prisca nominum, & consuetudinum antiquarum ac legitimarum patriae, lacrymatique & sortem suam ad inuicem conquesti discunt: sic & nos, inquit, ex quo

quo theatra barbarie corrupta sunt, & publicae discrimen ingens musicae fuit, priuatim, qui restamus pauci, memoria repetimus olim ea qualis fuerit. Haec Aristoxenus, cuius oratione ad philosophandum & disputandum de musica impellor. Etenim Pythagoras Samius tam inclytus philosophus, vt multis indicis patet, non perfunctorie operam impendit musicae, qui naturam vniuersi musicis rationibus fabricatam fuisse demonstrat: atque adeo in totum prisca Graecorum sapientia musicae fuit addictissima: quapropter Apollinem ex Diis, Orpheum ex Semideis sapientissimos fuisse, musicisque, scientissimos autumarunt, & quicumque artem illam profiterentur, Sophistas appellarunt, vt Aeschylus in his:

Deinde probè testudinem pulsans sophista. Studio musices veteres admodum captos fuisse liquet ex Homero, qui propterea quod vniuersam poësim suam canebat certis numeris, atque modis, versus non dubitauit multos facere subinanes, absque capite, & ad extremum curtatos. Xenophanes verò, Solon, Theognis, Phocylides, Periander Corinthius elegorum scriptor, & ex ceteris omnes, qui modos carminibus suis non ad mouerunt, versus condunt metrorum ordine, ac mensura, idque laborant, ne capite verus careant, ne ad finem sint muti, ne tanquam graciliores sint ac nimis extenuati. Versibus caput deest, qui à principio claudicant, vt,

Ἐπειδὴ νῦν τε, καὶ ἐλλήσων ἴδοντο, Ποσειδάμονα καὶ Ἥλῆσποντον περὶ νεμερῆται. Item: Ἐπίπτον τε τάλισσος βοῶν ἐπιπλάσσειον, Vinculum bonis strenuè mactati discentium erat. Αἰσχροῖ ἀντὶ τῶν ἀδελφῶν ἡμεῶν φήσιν Ἀρχίλοχος, Statim quidem Aeneam charum Anchise filium. & τῶν ἀδελφῶν ἡμεῶν φήσιν Ἀρχίλοχος: Ducebant hos rursum Aesculapij duo filij: μέιστροι verò, & trunci, qui ad exitum & finem sunt eiusmodi, vt: Τεῦδες δὲ ἐβρίσσαν ὄπως ἰδὸν αἰόλον ὄφιν: Obriuerunt Troes conspecto angue rario: & Καλὴ κροσίου πεισὶ θεοῖς δ᾽ ἑμας εὐκλεία. & Formosa Casterea, deabus corpore similis: & τῶν φερέν ἐμπλήσας ἀσπὴν μέγαρον ἐνδὲ καὶ ἦτα. Hoc impletum magnum utrem abstulit simul & viati: i commeatum. Musicam ex

Graecis integram Lacedaemonij maximè custodierunt, eius plurimo apud illos vsu, & frequentibus carminum poëtis. Priscas iidem cantiones curiosius memoriae tradunt, multasque ex illis discunt, quas exactè sciant. Itaque Pratinas ait: Λακωνική, in choris felix: Et poëtae diu cantiones Lyricas sic innuerunt: Dulcissimum praesidem carminum mellitis alis volantium musam. Nam ex austeris moderatæque vita facile sese ad scientiam musices conueriebant, quae plurimum allicit, vt ea meritò gaudeant qui audiunt. Demetrius Byzantius libro quarto De poëmate scribit Choragos vocatos fuisse, non, vt saeculo nostro, qui choros conducunt, sed chori duces, & praefectos, vt indicat vocabulum ipsum. Musicam sanè veteres optimè nouerunt, eius leges non sunt praetergressi, illi maximo studio vacauerunt: secuta deinde totius ordinis confusione, senio labascens iam cunctis ferè, quae approbat confuetudo, obliteratum est illud institutum, deprauatiq; musices numeri, quibus nunc cum vtuntur singuli, lenitatis atque benignitatis loco irrepit socors mollities: temperantiae, insolens audacia, ignauesque animi langor, ac remissio, quae fortassis posthac grauiora magis vigeant, nisi quispiam patriam musicam in pristinum splendorem asserat, vt, quod fiebat apud maiores, deorum laudes, heroïumque nos acta musicis canticis personemus. Homerus scribit Herculem ex heroibus viris ab Achille praecipue cantionibus laudatum: Phemium vero nouisse multa hominum delinimenta, deorum ac hominum opera, quae poëtae cantat. Apud Barbaros hic etiam mos inualuit, vt tradit in Persicis Dinon, qui poetas inquit vaticinatos esse primi Cyri fortitudinem, bellumque futurum cum Astyago. Nam priusquam

p Plutarchus libro De anima procreantione, in Timaeo Platoni descripsit.

q Αἰσχροῖ ἀντὶ τῶν ἀδελφῶν φήσιν Ἀρχίλοχος.

r Incipiunt à breui syllaba.

s Odyss. u. s Austragum ad Cambysam patrem, & Maudanem matrem Astyages illi in Persiam ablegasset. Vide Herodotum.

quod dicitur in
peribis armiferos

quam Cyrus in Persiam peregrè discessisset, inter virgatores⁹ lictoresve Astyagis prius fuit, deinde inter armatos⁸ stipatores, & post in Persiam est amandatus. Astyage fortè cum amicis tum conuiuante, Angares quidam nomine, inter musicos regios primariæ dignationis, accitus, & alia pro more cecinit, & ad vltimum dixit, in palustria dimitti belluam immanem, apro truculentiorè, imperatorem suis prouinciis, & prosperè cum paucis, aduersus multos præliataram: sciscitante verò Astyage, quænam illa esset bellua, Cyrum Persiam nominauit. Eum rex bene coniectasse ratus, Cyrum, sed frustra, reuocauit. Mihi porrò adhuc multa de musica disputare cum liceat, audito tiliarum strepitu loquacitatem meam comprimam, hæc profatus ex Philauro⁷ Philereri:

Pulekrum est, ô summe Iuppiter, mori in funere canente⁶ tibia:

Apud inferos illis solis venerea voluptatis

Potestas fit: Quibus autem mores sunt

Musices ignorantie sordidi, & squalidi,

Aquam in pertusum dolium conuehunt⁵.

9 tiliarum studio
8 in plebis exco
quibz adhibebatur
olim tibia: in nobi
liorum funere tuba,

5 ad apud inferos
Bellidum supplicio
est. Aquarialis fas
runt etiam olim in
fimes.

h Naualis machi
na, Polybio lib. 8.

6 Kallidôque, &
duâdôque Polluc
vacat. Vegetius scri
bit in sâlyce tra
da, quæ propo tur
rem statuitur, fime
esse qui de superio
re parte trocleji sca
lae laxant ad murû
descensuras, & per
tas bellatores egres
si turri transiant
ad inuadenda mœ
nia. Locus restitui
tus coniectura,
d Kouâkân, obiba
re.

7 Iunius adagio 14
Câi. 7. Erasim, pro
verb. Magadari.

8 Per Pyrandri, Ma
gali addit.

9 Citatur & hic
vltis pag. 116. Ma
gno humilij song
& alloquat.

h Cithare modis
conuenientem.

Post hæc de Sambuca cum inci
disset quaestio, acutum esse Masurius dixit eius sonum, Ephorionemque scriptorem
versuum heroicorum, in libro de Isthmiis, eius fecisse mentionem, nempe quatuor
fidibus tensum instrumentum illud, vltimum esse Parthis, & Troglodytis. hocq; pro
ditum à Pythagora, libro De Mari rubro. Est & Sambuca machinæ bellicæ genus,
oppugnandis urbibus idoneum^b, cuius figuram & structuram Biton explicat libro
De machinis ad Attalum. Andreas Panormitanus libro trigesimo tertio rerum Si
cularum, in oppidis memorabiliam scribit, aduersariorum mœnibus duabus fuculis
admoueri, & cum erecta fuerit, eius formam similem esse nauium scalis^c foras pro
iectis, & expansis. Moschus verò libro quinto De machinis, Romanorum machi
nam esse tradit, cuius fabricam & speciem inuenit Heraclides Tarentinus. Poly
bius octaio libro historiarum, Marcellus, inquit, in Syracularum obsidione, ab Ar
chimedem instrumentis & fabricis consistatus, dicebat, suas è mari naues Archime
dem sorbere^d, quasq; Sambucas suas, veluti percussas colaphis, spòdè in mare
prorubarî. Interpellat tum Æmilianus, & ô amice Masuri, sapius, inquit, animo
voluo, quandoquidem musicam amo, quam Magadidem vocant, an tibia species ea
sit, an cithara. Alicubi namque dulcissimus Anacreon inquit,

Magadin habens^e viginti fidibus cano, ô Leucaspî, tu verò pubescens inuenaris:

Ion verò Chius in Omphale quasi de tibia, sic ait:

Lydia magadis tibia vocî precat:

quem iambicum versum cum interpretatur
Aristarchus grammaticus, à Panætio Rhodio philosopho vates & diuinus appella
tus, quod facile poetarum sensus perideret, & enuclearet, tibiae genus esse dicit, cõ
tra iudicium Aristoxeni in libris de Tibicinibus, ac in libris de tibiis, & musicis in
strumentis: contra sententiam, & Archestrati, qui libros duos composuit De tibi
cinibus, & Phillidis Delij, qui etiam de tibiicinibus librum edidit^f, & Euphranoris,
Tryphon libro secundo De appellationibus inquit, quam Magadon & Magadin vo
cant, in eadem syllaba tum acuto, tum graui accentu notari, ideòque Alexandridè
in Armato bellatore sic dicere,

Magadin^g tibi magnam^h & pusillum loquar.

Hanc præter solum te,
dubitationem mihi nemo dissoluet, ô probe Masuri. Tum ille: Didymus grammati
cus in suis Ionij contrariis expositionibus, ô amice Æmiliane, tibiam exponit Ci
tharisticam^h, memoratam ab Aristoxeno, libro primo De tiliarum perforatione,
quo loco ait tiliarum esse quinque genera, puellares, pueriles, citharisticas, perfe
ctas. Deesse itaque apud Ionem oportet iungenda hæc vocabula, Magadin tibiam
vocari, qua etiam cum cithara canunt. Magadin instrumentum dici cantionibus
aptum, à Lydis repertum Anacreon inquit, quam obrem Lydias mulieres psaltrias &
cantatrices vocari Ion autor est in Omphale, his verbis:

At vos Lydia psaltrie vetustorum

Hymnorum cantatrices ornate hospitem.

Theophilus in actu comæ
diarum cantor, in Neoptolemo, cum magade canere, *μαγὰδ' ἴσπυ* ita dixit:

Impro

Improbium patris est, tum filij, rotæ^a insidentes μαγὰδ' ἴσπυ:

Nostrum modos illos nemo canit.

Euphorion in libro De Isthmiis
scribit Magadin priscum esse instrumentum, seròque admodum eius mutata esse
fabricam, vna cum nomine, vocatamq; fuisse à posteris Sambucam: frequentissi
mum id esse apud Mytileneos, ideòque à Lesbiothemide, antiquo statuario vnam ex
Musis sculptam, quæ illud teneret. Menæchmus libro De artificibus, Magadin ait
eamdem esse cum Pectide^k, & inuentam à Sappho. Aristoxenus scribit Magadis
& Pectidis absque plestro vsum esse in canticis, ideòque Pindarum in suo ad Hiero
nem Scolio^l Magadin appellasse cantum reciprocum^m, quod duplicis generis semperⁿ
concentus adesset, nempe viroorum & puerorum. Phrynichus in Phoenissis ait:

Canticis modos perforantes reciprocatos^o.

Phryges multi Pectidis triangula

Concentus reciprocos voce modulabantur.

Est autem hoc in quaestio
ne, cum instrumenta quæ fidibus multis tenduntur, in vsum tardius venerint, quo
pacto Anacreontis sæculo Magadis nota fuerit. Eius enim sic meminit poeta:

Fidibus viginti cano, Magadin habens, ô Leucaspî.

Posidonius quidem
ait, numerorum illum trium mentionem fecisse, Lydij, Dorij, Phrygij, qui solum ef
sent ipsi vltati. Horum quisque septem fidibus quoniam absolutur, rectè poetam
dixisse, viginti se fidibus canere, vna detracta, pari numero id enuntiantem. At igno
rat Posidonius Magadin antiquum esse instrumentum, cum disertè Pindarus scri
bat, à Terpandro excogitatum fuisse Barbiton, cuius sonus Lydiæ Pectidi æquipa
randus sit:

Barbiton, inquit, Lesbios Terpander inuenit primus.

Cum in cœnis audiuisset sublimis Lydiæ Pectidis

Cantum suo Barbiton parem.

Iam Magadin eandem esse cum Pecti
de constat ex Aristoxeno, & Menæchmo Sicyonio, in libro De artificibus, qui Sap
pho Anacreonte priorem, ante omnes Pectide vsum fuisse tradit. Anacreonte ve
rò Terpandrum esse vetustiorè, hoc argumento est, quod, in Carneis^p omnium
primus vicerit, vt scribit Hellanicus in suis metris, sigillatim recensens in Carneis
victoriam assecutos. Sunt autem festi dies illi vigesima sexta Olympiade instituti, vt
ait Sosimus libro De Temporibus. Hieronymus libro de Cirharœdis, qui septimus
est operis eius De poetis, Lycurgo legislatori coærum fuisse Terpadrum ait, quem^q
magno consensu tradunt omnes cum Iphito Eleo, quam primam Olympiadem nô
minant, digessisse. Euphorion libro De Isthmiis scribit, musica instrumenta, quibus
multæ fides adnectuntur, appellatione tantum esse mutata, & antiquissimum fuisse
illorum vsum. Diogenes tragicus in Semele, à Magade differre Pectidem sic ait:

Auditione cognouimus Asiaticas mixhratas,

Cybeles feminas^r, fortunatis satus Phrygibus,

Tympanorum are^s percussorum strepitu,

Ac cymbalorum, quæ manibus pulsant, murmure

Frementes sapientem celebrare, ac medicam^t deam.

Narrant & Lydias Bactrianasq; virgines,

Accolas^u fluuij Imolo^v exorti, deam.

In luco lauris opaco Dianam venerari,

Cantionibus Pectidum, ac Trigonorum iugi^w vtraque parte

Vicissim tacta, stridente Magade, dum Persicis

Modis tibia in hospitium recepta, choris concinit.

Phillis Delius libro
secundo De musica, Magadin à Pectide distare sic ait; Phœnicès, Pectides, Magadi
des, Sambuca, Iambi^x, Clepsiambi, Sciindapsi, Enneachorda. Quibus instrumen
tis iambos metos cecinerunt, Iambicos appellant: quibus iambos velut adultera
tos & metrica ratione sua fraudatos, Clepsiambos: Magadidas verò, quæ concentu
sua *πρωτῶν*, consentiunt & respondent æqualibus cantorum^a modis. Sunt autem &
alia præter hæc olim confecta, vt Barbitos, siue Barinos^b, & alia complura, partim
fidibus^c adiunctis sonora, partim quæ ad sonum instantur spiritu. Quia & alia di
uerfa

Instrumento per
nali, examinando
& torquendo, quo
tempore nihil mi
nus cogitatur quã
ex musicis instru
mentis oblectatio.
8 Sappho: nulli dicit
vultu idus vltis
cogitatur quã
concentus vltis ada
gio 17. Cent. 9.
i. Carmine conui
uati, vltis supra.

m Aristobolus:
vel, reddatum mu
tum vltibus: vel è
contrariis vocibus,
quales sunt puero
rum & viroorum,
tantquam composi
tum.
n. Quæ uocatur: qui
dam harmonia mu
sicam hęc interpre
tatur musicis omni
bus notissimâ, quã
olitam uocant.

o Aristobolus:
p. Apellinũ fisto.
Carnum uatè in
terferunt Hera
clide. Vestis inuasi.
Ex oracula instru
to fisto Apollinis
Carnei uelut pe
ctis. Vide Panamã,
& Gyraldum.
q. Lycurgum. Pau
sanias lib. 1.
r. Eius sacerdotis, ei
consecratis.

s. Ante ferrum in
uentis æner instru
mentis uelut fuisse
terram id signifi
cabat. Gyraldus.
t. Sapientem, quod
mater sit & deorũ
& hominũ, vt in
quit. Orpheus in
Hymnis: Medicam,
quod pecorũ mor
bi, & hominũ, præ
sertim pueroũ, ex
cogitatis multa re
media: itaque in e
ius ade herbarũ o
mne genus coacer
uabat, & eius
antistes medicinã
faciebãt. Gyraldus.

u. Aljũ fluuij acco
las Imoliam deã.
Canterus cap. 5. 4.
& Pætholi.
y. Zuyos, in citha
ragum, pars quã
sinistra manus am
plectitur.

z. Quidam, iãtici,
vt paulo post.
a. Musici nostri hęc
concentum uocant
in octauis unisonũ.
b. Quidã, Epico
dũ & Epicoen.
c. Quæ attrahitur
digitis, plestro, arcu
sua fides ex equino
pilo facta illudense.

d Didymo ea sunt ex testu... nostratibus, ex testu, vel ostibus, inter digitos inferiu: vel ex pulsibus similibus alligati: Hispanie, ex aneis duobus velut exigui lancibus collis: strepitus eiusmodi illi vocantur Castragetas.

e Xanthopodorum ad verbum aneis genus. f Concha genus, mica valua, striv: & saxu afficum. g ianthea, & Sepulchrale columba sic vocant: at hoc loco ianthea accipio, ianthea, ianthea, ianthea, ianthea.

i Vt Lyra, & que nos appellamus Violini, rebequeis.

k Digitorum pulsa velut similibat. l Xanthopodorum: dicitur & cursus reflexus & repetitus, ut cum ad metam est perventum, redeatur ad carceres.

m Inventore.

n Bassi.

o Peditatio.

p Vt fasciaru, vitarum, tannarum.

q Absque hominu pace.

uerfa sunt, tum ab iis quæ animantur afflatu, tum ab iis per quæ protenduntur fides, crepitu solum obstrepentia, veluti Crembala, id est, Crepitaacula. De illis Dicæarchus in libro De Græciæ ritibus, ait, popularia supra quàm credat aliquis, instrumenta fuisse quædam, saltationibus & cantilenis fœminarum accommodata, quibus percussis digitis suavis ederetur strepitus: eaque significari in Cantico Dianæ, cuius hoc est initium:

Diana unde tibi venit in mentem, ad dulcem me somnum dimittere? deinde postea: Canebat alius habens in manibus Crembala anea, deaurata. Hermippus in

Dinis, κρημβαλίσση dixit Crembala pulsare, his verbis:

Lepadas petris abscondunt, & κρημβαλίσση.

Didymus scribit quosdam solitos lyrae vice conchis & testis complosis, numerosum sonum saltantibus excitare, vt testatur & in Ranis Aristophanes. Artemon libro primo de Bacchica & intelligentia, & studio, scribit Timotheum Milesium opinionem multorum Magadidem in usu habuisse, auctam fidium numero, eiusque rei causa accusatum illum apud Lacedæmonios, quod veterem musicam labefactaret, ac corrumpere, & cum fides superuacuas præcidere jam esset paratus quidam, ostendisse stantem apud ipsos exiguam Apollinis imaginem, in cuius lyra tot essent fides, ac eodem situ & ordine porrectæ, ideoque absolutum. Duris libro De tragœdia, dictam Magadin vult, à Magdie, natione Thrace. Apollodoros in sua responsione ad epistolam Aristoclis, scribit, quod nunc Psalterium vocamus, esse Magadin: quod verò Clepsimbū, Trigonum, intactum, nouem fidibus instructum, ferè ab usu reiectum. Alcman, Magadin deponere, inquit. Sophocles in Thamyra: Peædides, Lyra, Magadides, & apud Græcos suaves modos sonantia, que raduntur.

Telestes in Hymenæo Dithyrambico, Magadi quinque fides esse his verbis ait:

Alius alio clangore è cornu vociferans,

Magadin irrisabat, quinque fidium virgis distinctam,

Manum versans celeriter, unde cursum inijt, eo recurrentem.

Non me fugit musicum aliud quoque instrumentum esse, quod cœnis adhibet Thraciæ reges, vt ait Nicomedes in libro De Orpheo. Phœnicem Ephorus & Scamnon libro De inuentis, instrumentum vocant repertum à Phœnicibus, ideoque sic appellatum: Semus verò Delius libro primo Deliadis ita vocatum censet, quia eius artifex cubitum è palma quæ Deli est, fabricatus sit. Idem scribit, Sambuca primam vsum fuisse Sibylam, nominatumque sic fuisse illud instrumentum à Sambyce quodam. Artemon, quem nuper citauimus, de musico instrumento quod Tripodem vocant, ita scribit: Ex instrumentis multa ne nos quidem scimus, an vnquam extiterint, veluti Zacynthij Pythagoræ tripus, cuius vsus breui tempore durauit, seu quod videretur operosus esse tractaturis manibus, siue ob aliam quamuis causam, statim derelictus est, ac idcirco multis ignotus. Simile id fuit Delphico tripodi, à quo & nomen inditum est: vsum autem præbuit citharæ triplicis. Nam stantibus in sede versatili pedibus quo modo sellarum quæ circumaguntur positus sunt, per media spatia tria, quæ è pede ad pedem pertinent, fides extendit, cubito vniciuque supergradecto, adaptatisque infernè clavis, quibus fides intenduntur, addito supra & communi pedibus omnibus lebetis ornatu, & quorundam insuper aliorum appensorum, quæ sanè fuit lepida & elegans hominis imaginatio, præterquam quod plenior & luculentior sonum reddebat. Cuique intervallo suos modos ille dispersitus erat, vt omnino tres essent, Dorici, Lydij, Phrygij: sedens autem in sella à tripode modicè distante, prolata sinistra manu pulsandis fidibus, & altera plectrum incutiens, in quacunque forte incidisset ex illis tribus modulationis speciem, sedem instrumenti pede in orbem agebat, volubilem ipsam, & ad motum promptam, tanta velocitate cœsuetus manum huc illuc transferre, vt si quis eius industriam non aspiceret, sed auribus iudicaret tantum, facile crederet citharistas se tres audire, diuersos modos canentes. At verò instrumentum illud quod in magna fuit admiratione, post eius obitum confestim neglectum exoleuit. Nudos & solos citharæ cantus Menæchamus ait primum inuexisse Aristonicum Argium, qui Corcyræ habitauit sæculo Antiochi.

tiuchi. Philochorus libro tertio Atthidis scribit, Lylandrum Sicyonium, citharisten, primum modos citharæ nudos mutasse, intensis sonorum productionibus, amplificaræ eorum veluti mole: eundem citharæ cantum iunxisse cum tibia, quo genere concentus primus est vsus Epigonus: rigorem inflexibilem & acriorem, qui fuit in nudis citharistis, detraxisse, Chromata nitidiora primum cantauisse: Iambicos, Magadin, & quod instrumentum Syrigmon nuncupant, solum ex omnibus qui antecesserunt, in vsum vocasse, locupletaræque musica primum Chori autorem fuisse. Dionem Chium primum, Bacchicum spondeum tibia cecinisse Menæchmus ait. Timomachus in Cypriaci Stefandrum Samium inquit, artem multum auxisse, primumque Delphis cithara Homeri pugnas cantauisse, auspiciatum ab Odyssæa. Narrant alij, primum apud Eleuthernæos Ametorem Eleuthernæum amatorias cantiones cithara sonasse, cuius nepotes etiam Ametoras nuncuparunt. Aristoxenus scribit, vt quidam risus gratia hexametrorum versuum repererunt consarcinationes parodicas, sic Oenopam ad citharam primum cantasse, eum post imitatis Achiuo Polluce, & Cynathensi Diocle. Phanius Eresius in iis quæ scripsit contra sophistas, inquit, Telenicum Byzantium, & Argam, malorum versuum, ineptorumque fuisse modorum poetæ, in illa priuatim specie poetæ copiosos, & abundantes, sed qui ne paululum quidem potuerint Terpandri aut Phrynidis modos attingere. Argæ meminit sic Alexis in Apobara:

A. In choris victor hic poeta fuit.

B. Quorum canticorum poeta? A. apprimè grauium.

Si cum Argæ conseras, vnus cursu diei præstantior.

Meminit eiusdem Anaxandrides ita in Hercule:

A. Ingeniosus hic quidam esse videtur,

Qui concinnè sumpto pronuntiantorum versuum argumento,

Acri celeritate mox ex tempore hos condidit, canticis

Dij boni, plenus: B. ad Argam te volo,

Certaturum mittere, ubi quid possis, explorauero,

Sophistas, amice, queas vt vincere.

Autor Mendicorum, quos Chionidæ adscribunt, Gnesippi cuiusdam meminit, hilaris musa ludicra scribentis his verbis:

Hæc per Iouem non Gnesippus, non Cleomenes

Diebus nouem edulcauerunt.

Stesichori, Alcmanis, Simonidiisque, prius

Modos cantantem audire licet Gnesippum.

Adulteris nocturnas ille cantiones est commentatus, quibus euocent fœminas, trigono & sambuca ludens. Cratinus in Mollibus:

Amatorem quis me vidit è Gnesippe?

Ira ego vehementiore commotus nihil stultius arbitror, nihil vanius.

Idem Cleomachum sic deridet ob insulsa sua poemata in Bubulcis:

Poscenti Sophocli chorum is non dedit,

Sed Cleomacho, à quo me doceri nolim

Vel ea que vulgo cantantur in Adonij.

Ito verò è tragœdia

Actor Cleomachus, cum suis pilos auellentibus feminis,

Cui chorus est mulierum, Lydiorum more versus depilantium,

Ineptos.

Telecteides in Solidis scribit eum adulteriis infamem & iniquitatem fuisse. Clearchus libro secundo Amatoriorum censet, amatorias cantiones, & quas vocant Loericas, nihil differre ab iis quas Sappho & Anacreon composuerunt. Quæ verò non pauca tum Homerus tum Archilochus lasciuia & voluptuaria condiderunt metrica poemata, animo scriptorum & affectibus conueniunt: quæ autem de amore literis commendauit Apollodoros, & quidquid extat epistolarum amatoriarum, velut amatorius quidam dialogus, & poësis est. Hæc Mafurius cum discruisset, allata sunt mensæ, quod aiunt, secundæ, sapius nobis structæ, non tantum

r Antequam id musices genus corrigeret.

s Musica tres sunt modulationes: Harmonia, artificiosa, graui, egregia auris: Chroma, subtilior, solertior, crebrior, stauior: Diatonos, facilior, & interuallorū magna distantia. Hæc vocamus pesante, & contrepunt: Secundam, Decouper: Primam, vne musice que vemplic.

t Eleutherne oppidum Crete mediterraneum.

v Matre orbatos.

x Napodis, qui ex aliorum partibus tanquam nouos conuunt.

y Erasmi prouerbio, Telenicia echo.

z Eiusmodi sunt apud Italos Macaronici: tales scripsit Antonius de Arena Gallus.

a Acrobatus, qui desultorius equus cerat.

b Prouerbij specie hoc dicitur, vt multu parangiu anteire, longo intervallo post se relinquare.

c Musices peritior: vt paulo antea.

d Effecerint, vt audiui sine incunda.

e Sic vocabant Lacedæmonij suos famulos, & colonos.

f Vel de choro vtilior: vel vt chori natus scriberet, ageret, recitaret.

g Maximè tritū lugubribus canticibus. Argiuas matronas Adopin desistere vide apud Pausan.

h Iunius adag. 19. Cent. 7.

i Valero hoc fortassis contempim.

j Iunius adagio 98. Cent. 8.

k Παγγιλαγλας que vossellu molles homines depilant, & deplabrat. Iunius veris, que obfanas partes relunt.

l Corruptentium, insulos pronuntiantium. Lydiorum nota mollities. Lydios etiam modos sic fortassis inuuit, effeminator.

m Martialis Ven-
ctos vocat.
n Pileati. Marc.
Versu ludere non
laborioso, Permis-
tis, puto, pileata
Roma.
o Quis ille mensis
fuerit, non compe-
rio.

p Indo fortasse tra-
Elum est Solana I-
salorum nomen.

q Nisyros Plinio, in
insula Co mons-
de fortasse, Nisyri
legendum hic.

r Iunius adagio.
Cent. 9.

s Populi Graecia ve-
tustissimi, oriundi
ex Arcadia, qui post
longos errores in
Thessalia tractu
confini Macedonia
confedere.

t Ta in digne-
tio: Erasmi. pro-
uerbio. Ad coreni-
dem vsque.

v Versus est ex
Hippolyta Euripi-
di. Vide prouerbiū,
Posterioribus me-
lioribus.

w Πόσινα negotiū.

y Anaxippos: qua-
rum nomina no cog-
noscentur: que
pro copia nominari
non possunt: que af-
feruntur etiam si
non mandes.

z Testium venalem
fidem notat.

a Avaritia et per-
fidiam iudicium ar-
guit.

b Quibus capiti
veos vel damna-
bit, vel liberabit.
c Ad quas vhesores
erubant.

per Saturnales^m dies, quibus seruos Romani^m conuiuio solent excipere, seruilia mi-
nisteria ipsi obeuntes; à Græcis more sumpto, quoniam idem Mercurij festis diebus
in Creta fit, vt scribit Carystius in historicis commentariis, epulantium seruatorum
mensis ministrantibus ac famulantibus dominis. Idem fit & apud Træzenios mēn-
se Gerastione^o, quo per multos dies conuentus aguntur, & nundinæ: Eorum cer-
to die, serui cum ciuibus talis publicè ludant, & conuiuium domini seruis exhibent,
vt Carystius idem tradit. Berofus libro primo Babylonicorum scripsit, mensis Loi
decimosexto die, per quinque dies Babylone festum celebrari, Saccas nominant, cuius
tempore mancipia dominis imperant, & ex seruis vnus quidam præest adibus,
vestem indutus regix similem, quam Zoganam^p vocant. Huius festi meminit &
Ctesias in Persicis. Contra verò fit apud Coos, qui, vt refert Macareus libro tertio
Coacorum, dum Iunoni sacrificant, seruitia prohibent ad epulas accedere: quamo-
brem Phylarchus dixit:

Soli Suri^q dum sacris operantur, liberi:

Apud homines illos, quibus liberum cor est,

Mancipium admittitur nullum, ne tantillum quidem.

Baton Sinopenfis rhetor libro De Thessalia, & Hæmonia, monstrat apertissimè Saturnalitas^r ferias
esse maximè Græcas, illasq; Peloria vocari à Thessalis, his verbis: Cùm victimas pu-
blicè Pelasgi^s diis immolarent, Pelasgo cuidam virum nomine Pelorum denuntiaf-
se, ingenti terræ motu, quos montes in Hæmonia Tempe vocant, diffractos, reclu-
sôque hiatu palustrem aquam erupisse, qua in alueum Penei delapsa, inundata palu-
de regio detecta sit, & siccatis aquis apparuerit ampla & amœna planities. Hoc au-
dito Pelasgum mensam Peloro lautam & opiparam apposuisse, aliosq; perbenignè,
quidquid cibi domi fuit exquisiti, nuntio largitos in mensam concessisse: Pelasgum
ipsum alacriter, conuiuanti ministrum se præbuisse: è cæteris, qui dignitate splen-
didiores essent, ministrandi officium non detrectasse, vt obtulit cuique se occasio:
quamobrem vbi regionem incolere cœperunt, ad imitationem festi quod tum est
peractum, hostias Ioui Pelorio mactare, sumptuoso mensarum apparatu conuiuari,
tanta humanitatis & mansuetudinis in eo conuentu significatione, vt peregrinos
ad illas epulas omnes inuident, vinctos soluant, famulos accumbentes cum maxima
libertate cibum capere sinant, occupatis in eorum ministerio dominis: ac prorsus
etiam nunc Thessali festum id, quod Peloriam vocant, maximà celebritate & ma-
gnificentia transigunt. Crebrius igitur cùm hæc nobis afferrentur bellaria^t, eorum
qui aderant, dixit aliquis:

Postiores^v cura sunt vtiq; sapientiores:

Quid mensa desiderat? quo cibo non onusta est?

Marinis obsonijs plena est: adest

Tenera vituli caro: ex ansere ferculum:

Plausibiles placenta^w, flaua perna volantis

Apis succo dulci affluenter madefactæ,

inquit Euripides in Fœminis Cre-
tentibus: & vt Eubulus in Fortunata:

Eodem in loco simul omnia veniunt,

Athenis: vna innumera^y,

Rapa, pyra, mala, testes^z, rose,

Mespila, omasa, fani, cicor, iudicia^a,

Hordeum, triticum, sortes^b,

Hyacinthus, agni, clepsidra^c, leges, edicta.

Pontianus tum, de sin-
gulis quæ admonebantur, dicturus cùm esset, de his nos prius non audiemus, inquit
Vlpianus, quàm de bellariis, πῶς ἐπιδοσπασμάτων, discipuleris. Tum Pontianus,
Tragemata sic dixit Philippides in Auaro,

Placenta, ἐπιδοσπασμάτων, oua, sefama:

Hæc cuncta numerantem me deficit dies:

Tragma, myrri bacca, placenta, amygdale:

His omnibus perquam libenter ἐπιδοσπασμάτων, pro bellarijs vescor.

Diphilus etiam in Telésia:

Sophi

Sophilus in Deposito:

Incundum est semper cum Græcis viris

Id quod non sit ingratum negotiari: duos

Cyathos bibere non sustines?

clamat statim aliquis:

Ad Tanagram^d comedendum nobis est: vt ibi

Qui vocatus ad conuiuium erit bellaria^e venulia ἐπιδοσπασμάτων, edat postrema mensa.

Plato in Atlantico μετὰ ὄρωια^f sic vocat:

Incolis suauiter olere videbatur vniuersa terra:

Mites enim fructus plurimos illa gignebat,

Nycum magnam vim, & quæ voluptionem allicerent μετὰ ὄρωια, bellaria.

Dionysius Tryphonis filius, tradit, olim priusquam introirent conuiuia, cuique suâ
portionem in mensis diuisum fuisse: postea verò multa & varia mensis inferri solita:
proptereaq; ἐπιδοσπασμάτων, tanquam iteratos missus, aut fercula dici. Philyllius in Pu-
teario quæ post cœnam afferuntur sic memorat:

Amygdale, nuce, ἐπιδοσπασμάτων, id est, bellaria, fuerunt.

Archippus in Hercu-

culc, Herodotusq; libro primo, ἐπιδοσπασμάτων dicunt, post cœnam comeisse tragemata.

Archippus quidem in Hercule ducente vxorem, ἐπιδοσπασμάτων sic vocat bellaria:

Libis^g, & alijs τοῖς ἐπιδοσπασμάτων, bellarijs, abūdat mēsa. Herodotus in primo: Cibis se

paucis implent, ἐπιδοσπασμάτων verò, id est, bellariis, multis. Quod autè prouerbio iacta-
tur, Abydenorum bellaria^h, breuis hymnus est, ad conuiuijⁱ finem, vt inquit Ari-
stides libro tertio Adagiorum. Plato^k in Menelao ἐπιδοσπασμάτων, mensarum au-
ctaria, nominat, veluti mensis adiecta cibaria, his verbis:

Dixit mibi

Restare valde pauca ex bellarijs,

Quoniam decorum hostis ille deuorasset omnia.

Aristoteles libro De te-

mulentia scribit bellaria dicta fuisse τρογῳλῖα^l, & ἐπιδοσπασμάτων. Pindarus:

Ad exitum cœna, inquit, dulce τρογῳλῖον, & puerorum^m assuetum cibum.

Hæc quidem si nos aspiciamus quæ apposita sunt, licebit dicere quòd est apud
Euripidem:

Mensa tu vides copiam, & quàm incunda hæc vita sit.

Secundas men-

sas fuisse apud antiquos apparatus maxima cura & magnificentia, docet Pindarus in
Olympionicisⁿ, vbi de Pelope conciso, & illato mensæ verba sic facit:

Extremos tui corporis concisos minutissime,

In mensas distributos, & à dijs comesos artus^o fuisse.

Mibi autem religio ac metus est ex dijs beatis

Aliquem gulosum & helluonem vocare.

Antiquiores simpliciter men-

fas appellarunt, vt Achæus in Vulcano Satyrico:

Conuiuio nos primùm exhilarabimus: ecce adest:

Deinde rusticos mores vt tuos mansuefaciam,

Fragranti totum corpus tuum vnguento linam:

Lauandis manibus prius aquam non daturus,

Quàm hinc amota sit mensa procul.

Lauandis aqua manibus post mensas afferatur.

Aristophanes in Vespis:

Aristoteles libro De te-

mulentia, itidem vt nos, vocat Secundas mensas, his verbis: Prorsus igitur existimā-
dum, à cibo^p, τρογῳλῖον, tantum differre tragemata, quantum à cibariis, τρογῳλῖον
& τρογῳλῖον, quæ vernacula Græcis est appellatio. Nam inter bellaria dapes non
apponuntur. Itaque rectè nomina sic videntur, qui secundam mensam vocauit. Est
enim cœnæ velut appendix, & accessio bellariorum missus, tragemataque, vt altera
cœna nobis afferuntur. Dicæarchus libro primo De descensu in specum Tropho-
nij, aduecta est, inquit, secunda mensa, in cœnis magna quidem impensa, coronæ,
vnguenta, suffitus, & huiusmodi reliqua. Nonnunquam verò secundæ mensæ daba-
tur & ouum, & leporina, mixtim cum turdis, & opere dulciario^q, vt inquit Antipha-
nes in Leptinisco ad hunc modum:

A. Vinum bibes Thasium? B. Si fundat aliquis.

A. Quàm

d Oppidum The-
bis vicinum.
e Tes μετῳου, las-
tissimas cupidias.
De huius verbi si-
gnificatione dic-
tur postea.
f Tanquam Post-
cœnia.

g Τοῖς ἱελοῖς.

h Vide Prouerbiū,
Abydena illatio.
quod hic conuocor
autor vocat. Hely-
chius ἐπιδοσπασ-
μάτων dicit. Scio tamen
ἱελοῖς etiam non-
nunquam significa-
re conuocari, conui-
ciari, lamentari.
i Quo deos adora-
bant, & deijs gra-
tias agebant, que
in mensa fuisse
apposita, id etiam
nobis solenne est.
k Hinc exegit repe-
titum Tryphonis
Philyllij locum, sus-
ab autore obtinuo-
so, sue ab imme-
mori transcripore.
l Quod ea duriora
solidioraq; arrode-
rentur: quod se-
queretur cœnam.
m Bellariorū enim
pueri sunt audito-
res sub. τρογῳλῖ-
ον.
n Hymno primo.
o Fabulantur poi-
te reliquos omnes
deos abstulisse: Ce-
terem solam hūe-
rum abstulisse.
p pro quo Iuppiter re-
uocato in vitiā Pe-
lope eburneum re-
stitueris.
q Vt enim τρογῳλῖ-
ον ἱελοῖς idem
significans, sic ἱελο-
ῖον, & τρογῳλῖ-
ον.

q ἱελοῖς μετῳου.

Eodem, puto, arguendo, quo Me- uelimos Plautus scripsit. s. Tois... Ex lacte... Castore... Pol- loem sic appella- bant... Aglauro forore, cui & Herse... Aglauro abditum in cista Erichtho- nium Pallas com- misit... Hoc nihil incom- modabit. Curio, Cernuo, a Fortassis quia totis septem diebus pulchrum fore pu- tabant qui ea ve- sceretur, ut est apud Martialem. b. Eiclos, caena: e. uiclos, que post cenam in mensas veniunt. c. Vnguenti quod fit e palma floribus. d. Placenta e melle ac tritico. e. Placenta e lacte. f. Maxima copia. Sumpsum ab illo sacrificio quo boues centum immolabant. g. E. uiclos. Videt prouerbium, Omnia chinamata. h. Placenta genans. i. B. uiclos. Sic appellanti tenerrimam lanam ag horum nuper na- torum, vel molissimi mam p. lanam am- ferunt a cuius simi- litudine lagana quaedam sic vocata, candida, exiliata, gilla, qualia Ger- mani parare solent, Sreublemg. vocat. l. Sic reddo uaua- pidus. Alij tenuissi- ma lagana expo- nit. uauas etiam de casis appellant, a Canaba ligna in spicium quo lutum formatur. m. Cibis delicatissi- mus. Vide prouer- bium, Iouis cerebrum. n. Bellarij genus. Monpeflani. E. scaltet: nobis Gaufr. fre. o. Ample paropsi- des. Adagij. spicis. Plaustra bo- norum. Naues bo- norum. p. Vide prouerbium. q. Membranam pe- ritionis, aut omnia, si gnificari puto, qua medullam ofibus

A. Quam tibi placent amygdale? B. Est cum illis pax mihi Altissima, & tutissima. A. cum melle tibi ludere necessum est, Ecquid te mellita iuuant? B. Nonnihil arrosferim. A. Ecquid ouum? B. Deglutierim, alia si desint. Idem in Fœminis? similibus: Induxit deinde choream, nempe secundam mensam, Bellarijsg, omnifarijs refertam apposuit. Amphis in Muliebri furore: A. Iam dudum optasti vitam lautam, & vntam: Ecce tibi: plane potes illam assequi: placenta, Vinum suaue, oua, sesame, unguentum, Corona, tibicina. B. o Iouis filij, duodecim deorum nomina recensuisti. Anaxandrides in Agricolis: Vi coronatus sum, mensa est apposita: Tot constrata cibus, quot per deos, Atque deas, nec ego vidi, nec quisquam alius: Sic optime cum viuebam, tum ego nonne vixi? C. learchus in Pandroso? A. Sume aquam in manus. B. Neutiquam, Bene est. Eubulus in Campylione? A. Sume sodes, o bone vir. B. Nihil opus. A. Heus tu puer, impone mense nucem, & bellaria, B. Sape bellaria non ita ego cupio, Alexis in Polycleia, (id scorti nomen:) Lepidus fuit, qui primus inuenit bellaria: Prolatam conuinij exercitationem, ac moram, ille reperit, Otiosa ne aliquando maxille forent. Idem in Similibus fœminis, quam fabulam etiam Antidoto quidam assignant: A. Non ita mihi, per Aesculapium, canare volupe est: Bellarij ego potius gaudeo. B. Recte sane: Bellaria dicis, ut sentio. Quod de more ad sponsas euntes sponsi Præbent, placentas, leporis carnem, turdos. A. His delector: cibos superuacuis scitamentis conditos, Dij boni, ac iuscula, fastidio. Pamphilus scribit Apionem & Diodorum, vocare bellaria, quæ post cenam ministrantur. Ehippus in Ephebis: Alica: post unguentum ingressum est Aegyptium: Phœnicini calyx utcumque detectus hiebat, Deinde liba, bellarij, apposuit: Pyramus, Amos, onorum Hecatombe: omnia hæc abliguriuimus. Quidquid ad manum fuit prorsus viriliter mandentes: Etenim valenter circumactis dentibus pasti nos sumus. Idem in Cydone: Post cenam, Punicorum acini, cicer, faba, alica, caseus, Mel, sesamides, stridor ac fremitus manducantium, Mnus, pyramides, mala, nucem, lac, cannabis semen, Alexis in Philisco: Concha, ordei cremor, qui Iouis cerebrum est. Remouenda mensa: danda manibus aqua: afferenda corona, Vnguentum, libamen, thus, escharis, bellaria: Dandum ouum, attingenda placenta. Quoniam verò Philoxenus Cytherius in Cœna, cum de secundis mensis loquitur, eorum multa quæ nobis sunt appo- sita commemorat, age, verba illius recitemus: Quæ prius iam aduenerant vnta, & splendida, Bonis multis plena rursum nauigia intulerunt, Quas diary mortales vocant mensas, cœlestes & immortales Amalthæa cornu. Earum medio insidebat Magna hominum voluptas, medulla candida, Verecundam, ne aspiceretur, faciem operiens vittis Aranca tenni similibus, relicto fati necessitate arido

Pecoris

Pecoris tardè nascentis septo, In aridis Aristæ laqueis, multa fundentibus. Medullam hanc nominant. Mollibus deinde manibus Pelum imposuerunt siccas buccas daturam, Quas vocant trognata. Deinde partita Distribuerunt obrita valdeq, tosta bellaria, Cicer igne cum multo strepitu frixum: fabam: Edulium quoddam suaue ex libis, & vulua, Et hoc omne mixtum cum ordine duplici assæ carnis. His accessit hians concha, oleo flauo prorsus feruens: suilla carnes innumera, Simul tosta, iucundum nidorem exhalantes: Mellita placenta abunde suppetebant, nullo flammæ vestigio: Ex amylo placenta in platano formata, e lacte, melle, Et deraso casco subacta: compacta e semidalide, Feruenti oleo spissata, in latum porrecta, & sesamo conspersa Pemmata, tercbinthi fructui usq admixta oua; Anni pulchra tempestate vigentes amygdala: Ter ac quater pueris grate nucem: & quotquot Alia epulas decent fortunatorum & opulentorum hominum. Cottabis est potum, frequens sermo habitus, cum nouis Et festiuis salibus, quos & admirati sunt, & impense laudauerunt. Hæc Cytherius Philoxenus, quem in Tritagoniste sic commendat Antiphanes: Poetas omnes longe antecellit Philoxenus: primum enim vocabulis Vbiq; communibus & priuatis vititur. Deinde versus eius figurarum mutationibus, & coloribus Quam recte sunt temperati: inter mortales deus Ille fuit, verè peritus musices. Nunc verò qui hederæ percussa, e fonte hausta, & Floribus distincta scribitis, nouis vocabulis, Aliena texunt tantum profecto carmina. Placentarum nomina multi cum tradiderint, tecum hæc communicabo, non Ignarus Callimachum in indice omnigenorum scriptorum recensuisse Egimij, Hegeßippi, Metrobij, atque etiam Phæti libros De placentis conficiendis. Earum quas transcripsimus appellationum placentarum, tu particeps eris: non quemadmodum ad Socratem placentam cum misit Alcibiades. Etenim derident Xanthippæ dixit philosophus, illius ergo nullam tu partem capies. Narrat hoc Antipater libro primo De ira. Ego me hercule placentarum audis nequaquam patiar diuinam illam placentam maledictis incessi, de qua sic Plato comicus in Poëta, facta eius mentione, inquit: Solus ego impastus, euisceratus stupéo vos aspiciens, Exanimis, torpens. Memoria tamen non excidit pagus, quem De- metrius Scepius tradit libro duodecimo Troiani apparatus Placentam vocari, di- stantem stadiis sex, a Thebis monti Placo subiectis. Posterior vocis πλάκῃς syllaba, nominandi casu, accentu circumflexo notatur. Est autem ea dictio contracta, a πλά- κῃς, ut a τυρός τυρός: & σιζαμῃς, σιζαμῃς, quæ simplicia vocabula ita enuntiant, ut αἰσῶν, panem, deesse intelligamus. In Hellepōti Pario laetas comedi placentas tes- tantur qui eo peregrinati sunt, non dissimulando errore Alexidis, qui ex Faro, in Archilocho eas sic laudat: Felicis incola Pari, fortunatè senex, Quæ insula præ omnibus duo fert præstantissima: Lapidem dijs beatis ornamentum, & mortalibus placentas. Excellere Sa- mias quoque placentas Sopater Nugarum scriptor sic inquit in Procis Bacchidis: Placentarum opificem Samon, quam celebrant. Fusilium placentarum in Falso Hercule meminit sic Menander: Candylos

exemptam obuol- nere solent. Vituli, sub. aut bouis: Post nonum men- sem. Offe. Terra, qua boue Aristæus desidit, ve apes repararet. Lancem patula. Tragemata. Quorum flauum & melleum coloré flamma non vitia- nerat, aut denigra- uerat. Vase in quo po- pana fingitur: aut latè patens, & spa- tiosa, adartusos. Purissima sari- na. Triplici genere certaminis exerci- tato. d. Afflatu bacchico edia. e. Caballino, ut in- quit Persius. f. Ve apud Latinos scribituram fa- ciendarum modum Cato docuit. g. Exeßis, consum- ptus, fame rife- ribus. h. Phrygijs, de qui- bus Strabo lib. 13. τῶν δὲ ὑλίκων, & ἡδύων τῶν πῶν, nullo Homerus vo- cat Uliados. i. Cascosus. k. Sesamaceus. Pa- nis. Sic uauas, pa- nis est placētaceus: ouosus, Sesama- ceus, etc. m. E marmore flo- bant deorum tem- pla, & statue. n. Tāv ἰοχίτων. Enchysis confectio- nem tradit. Cata- cap. 80.

o E lacte & melle
ibarium. Erasmi.
adag. Neg. Lydo-
rum carice.
p Affusis largiore
oleo: vel liquato ca-
seo pinguiore. Sic
no: vocamus ex o-
na pondū igne du-
ratis paratum edu-
lium, rno Amplete
baustu.
q Kueyobōrōs.
a Anusuppos. Fūte,
inquit, omnia, con-
tra quam decet. Co-
quus parat dulcia-
ria, quē assare car-
nem oportuit. Con-
ducta bellario fa-
ciendū mulier, in af-
fanda carne occu-
patur.
r Sōfisa quā vifan-
dū se prebet. Unde
quādam vifā, r-
mabāca, & dā ge-
nā, mūnera quā
illi dantur, cum fa-
ciem reuelat. Loqui-
tur coquus.
s Quibus id placē-
tariū genus inhol-
getatur, ne liqui-
dior materia dif-
fluere inter coquē-
dum.
t Tās hōrōrōs.
r Cibi ex amylo,
caseo, melle, lacte.
x Amylo.
y Eradiza.
z Apud dōs vifā,
a Irine insula situs
Argolici. Plinius.
b Allude ad id no-
men vulgare no-
strum, Coques.
c Sōfisa. Spirā ap-
pellare videtur Ca-
eo, cum, vt inquit,
tracta sunt: tan-
quam vifā, in r-
les placentae, Florē-
tini, Buccellate,
Ciambelle.
d Nō dūme: quasi
nuper & recenter
tractata. Quidam
esse volunt scribi-
tam Casoni.
e Operarij, manū
labore victum sibi
querentibus.
f Polentam coctā in
aqua ex oleo.
g Genū placentae,
aut panis exigui,
rosignū, similitū ca-
pitiū clauorum.
h Florētijs Marro-
ni, a similitudine
castaneorum.
i Vulgo, oblie.
j Mellis placentā,
Globulos Casoni
quidam esse volūt.
k Casoni Euchy-
stos.
l Ordeum decorti-
catum.

Candylos^o facere non licet: nec qua tu
Soles, in unum confusus melle
As semidalide. Nunc enim aduersa sunt omnia. Coquus fusiles^p facit
Placentas assas: alicam coquit: & costam affert:
Post falamētum, deinde thron: post vuas^q:
Contra dulciarium artifex mulier^a, cui mandatum id fuit,
Carnem assat, & turdos. Euangelus in Anacalyptomene^t:

A. Mulierum dixit in mensas quatuor? virorum sex?
B. Carnam omnibus numeris absolutam, in qua desit nihil,
Splendidasq; prorsus volo fieri nuptias.
Quid autem sit opus, ex te percontor:
A. Videbo ipse, ac dicam omnia.
Olearum quotquot voles sume genera:
E carnibus, vitulum, porcellum,
Suem, leporem. B. Quam arrogans scolestus hic?
A. Ficulnea^s folia, & caseum ad placentas^r fusiles.
B. Heus tu, Dromo puer. A. Ad Candyllum^v oua, & amyllum, denique.
Altitudo mensa cubitorum esto trium:
Vt attollat sese conuina, capere si quid velit.

Antiphanes:

Ametes ex amylo.
Amela Cherisso quendam is dum coqueret, perussit.
Iones, vt scribit in Lin-
guis Silenus, Amen^x vocant, & paruulos Ametiscos, Telecleides:
Sponte turdi cum Ametiscis in fauces aduolabant. Diaconium. Pherecrates:
Pra voracitate in super comedit & Diaconium, cum Amphiphontem haberet.
Amphiphon placenta Dianæ sacra, circumpositis in orbem accensis faculis.
Philemon in Mendico:
Viarum^y preses Diana, amica domina,
Hunc affero tibi Amphiphontem d veneranda,
Et ad libandum quæ sunt opus.

Meminit huius & Diphili
lus in Hecate, Philochorus tradit Amphiphontem vocari, Dianæq; sacris inferri, & in triuuis ea die poni, qua lunam occidentem sol exoriens, occupat & illustratur vtrinque cælum^z. Bafynias. Semus libro secundo Deliadis scribit, Delios in insula Irine^a Hecatæ sacrificare placentas quas vocant Bafynias. Fiunt hæ ex farina tritici aqua subacta, & cum melle cocta. Quæ verò Coccora^b nominantur, ex tribus ficis, & toridem nucibus. Strepti^c. Neelata^d, Horum meminit Demosthenes rhetor in oratione de Corona pro Ctesiphonte, Epichyton, Niochares in Cheirogastoribus^e:

Ego equidem panes, mazam^f, pultem, polentam,
Colligas^g, obeliam^h, melittamⁱ, epichytos^k:
Pisana^l, placentas, dendalidas, tagenias^m. Pamphilus Attaniten, Epichyton vocari scribit: Attanite in his meminit Hipponax:

Non attagenem lepore ve comest:
Tagenias sesamidibus ille non condit:
Attanitas fauis non obliuit.
Creion. Placentaceus panis, quem Argis a sponsa ad sponsum ferunt. Coquitur in pruna. Ad illum edendum inuitantur amici, apponitur cum melle, vt ait Phileras in Dissolutis, & Petulantibus. Glycinas. Apud Cretenses paratur ex oleo & passo, vt ait Seleucus in Linguis. Empeptas, vt idem scribit, triticeus panis, modice cauus, iis quas Crepidas vocant, similis, quibusⁿ indunt confectas è caseo^o placentulas. Encrides. Exigua bellaria cocta in oleo, deinde melle illita. Harum sic meminit Stesichorus:

Alicam, Encridas, aliq; bellaria, & flauum mel. Meminit harum Epicharm

m Vulgo, baguet. n Crepidā, Ruellius vertit: cuius Empepta ventri, o Topy, Ruellius, ex nepō cod. not.

charmus quoque, & Nicophon in Cheirogastoribus. Aristophanes in Danaïdibus, quendam poetam encridas vendidisse his verbis inquit:

Simul verò non aderit qui vendit encridas. Pherecrates in Crapatallis:
Hæc quandoquidem habet, in via rapiat Encridas. Epicyclos^p placenta quædam apud Syracusios vocatur. Eius meminit Epicharmus in Terra^q & mari. Gouron placenta genus Solon in Iambis sic ait:
Bibunt, ac manducant, hi quidem^r liba,
Panem alij, commixtos alij
Gouros lenticule: illic nec bellariorum
Penuria est: quacunque nigra mortalibus
Terra exhibet, affluenter omnia suppetunt.

Cyribanas placentas quædam apud Alcmanem interpretatur Apollodorus, atque etiam Sosibius libro tertio De Alcmane. Eas variis figuris delineari, idem affirmat: Lacedæmonios illis vti, vxoris aduentu in nuptiis epulantes, & cum laudes sponsæ virginis parato encomio cantaturi sunt in chorea saltantis ascleæ, eas circumferri. Crimnites placenta fit è Crimno^s, vt Iatrocles exponit libro De placentis. Stætites placenta, ex adipe & melle. Huius meminit Epicharmus in Hebes nuptiis. swis, vt Hierocles explicat, humor^t est fartagini affusus cum melle, sesamo, & caseo. Charisius^v. Huius meminit Aristophanes in Conuiuiis:
Ego vesperi placentam nostram Charisison mittam. Eubulus in Ancylione^x, tanquam panis sit, ait:
Exiliū nuper charisium dum coquerem. Epidætron, placentarum fasciculus, quem post cenam edebant, vt Philemon ait libro De vocabulis Atticis. Nanos, placentaceus panis, ex caseo & oleo confectus. Pfothia, quæ & Pfathyria vocant. Pherecrates in Crapatallis, id est Morionibus:
Apud inferos triobolomet Pfothia, & Crapatallum^y. Apollodorus Atheniensis, & Theodorus in Atticis linguis, panis pusulas coctura excitatas Pfothia nominant, quas nonnulli vocant ἀθηναϊκός. Itrium, paruulum est bellarium, è sesamo & melle: Anacreon huius sic meminit:
Itrium ego tenue, diffractum, sum pransus: vini autem bibi cadum.

Sophocles in Iride:
Esuriens ego irria respicio. Amoræ, mellita cibaria Philetas in Dissolutis:
Amoræ, inquit, hominem demulcent.
Missæ verò illæ sunt mellita placentæ. Tagenites, placenta in oleo fritaxa. Magnes, aut qui scripsit comedias illi attriburas, eius sic meminit in secundo Baccho:
Tagenias iam respexisti, tepidos, stridentes dum ipsis mel affunditur.

Cratinus in Legibus:
Rorem matutino iacit, tepentes Tagenias. Elaphos, placenta quæ in Elaphebolis^z pinsebatur, ex farina subacta & sesamo^a. Nastos placenta genus, condimentis variis intus factæ. Choria, edulium ex lacte & melle temperatum. Amorbites, placenta genus apud Siculos. Pæsa, placentulæ apud Coos, vt scribit Iatrocles. Sesamides, globosa bellaria è melle sesamóque frixis, & oleo. Eupolis in Adulatoribus:
Gratias^b ille meijt: Callabidas saltat ambulans:
Sesamidas cacat: mala excreat. Antiphanes in Deucalione. Sesamidas, vel è melle compacta, bellaria, vel quidpiam aliud. Earumdē meminit & Ephippus. Testimonium extat in Cydone. Mylli. Heraclides Syracusius libro de vetustis & sancitis moribus, scribit, apud Syracusios in perfectis Thesimophoriis^c, ex sesamo & melle fingi pudenda muliebria, quæ per ludos & spectacula^d circumferbantur, & in tota Sicilia vocabantur Mylli. Echinus. Lynceus Samius in sua ad Diagoram epistola, dum quæ eximia in Attica gignuntur, comparat cum iis quæ Rhodus fert, ita scribit: Famæ verò Ametis, nouum aduersarium & concertatorē agam. Cùm illa obiicit, secunda mensa inuectum, de quo nunc summam agam. Cùm

p Orbiculata.
q Cibarij quæ è terra & mari petuntur.
r Iogum.

s Crastiore tritici farina. Diofcor. Eā Similā, vocat Latini, nos Simoule.
t Vinum, aqua, passum, defrutum, aut alius eiusmodi.
y dōs & pōs di-
ctum volunt, quod resistentibus incun-
das sit.
x Curuo.

y Pistic genus. Crapatallus, morio, stætuus, delirus. Hefych.

z Diane fissa, quod dea ceruus immolabat, mensē februatio, vt alij, Decembri.

a Vel oleo sesamino: vel semine sesami.

b Citatur & hic locus supra pag. 469.

c Cereus Thesimophoria, & mystheria, maiora minoraq; fuerunt. Vide Gyraldum.

d Tās dicitur: alij, melle dicitur: doctus: nempe Cereus & Proserpine.

S verò

Sub farina, alicia, filiginis, aut aliud quippiam eiusmodi, f. Sailla.

g. cu. vel. d. g. l. g. m. u. d.

h. e. g. l. u. m. o. s. Supra. r. o. d. p. o. v. o. c. a. t.

i. Catillus cupedite genus: unde Catillones.

k. Sic ad verbum: malim cocidi. R. uel ius legit. g. l. o. o. s. f. r. u. e. f. e. r. i.

l. Ve extillet oleum, m. intelligendum, admisceri filiginis, et, ut ait Cato, depsi cum castorela gena distilla in oleo coqui.

n. Ve coaguletur, o. Fiscelle parua.

p. Hic quidam legunt. d. l. g. i. s. a. l. i. j. m. i. s. s. i. s. N. a. t. a. l. e. m. i. s. s. i. s. A. l. i. j. e. x. p. o. n. i. t. s. i. c. i. n. o. r. g. e. d. u. m. e. s. s. e. v. a. s. v. t. q. u. e. p. a. r. t. e. c. a. s. i. i. n. f. r. a. s. u. i. t. s. u. p. r. a. v. i. d. e. a. u. r.

q. E palea textis, quibus imponatur caseus, ut per straminis rimas et interstria ferum distuat.

r. Vocem Castoplaenta, que in Graeco habetur, puto hinc eximendam, et interstria placenta que supra enumerantur, eiusque loco scribendum Castora.

s. Inde sumptum nostrum Castean. t. Auellanae mellisgo. q. namque plerique omnes Thasias nucez exponunt Amygdalas.

v. Ne retorrada sint.

x. Omnium seminum congeriem.

y. Itala.

z. Interpreti Aristoph. nouelle spica. Alijs leguminum vel farina d. l. g. o. v. e. l. c. r. i. m. m. o. n. P. o. l. l. u. c. i. l. d. v. s. i. d. i. e. m. : p. u. l. t. i. s. s. p. e. c. i. e. s. e. x. i. m. m. a. t. u. v. o. t. r. i. t. i. c. o.

a. Mellens succus, qui matutino de celo cadit.

b. Amygdalon, capella. a. p. o. v. i. a. s. h. o. c. d. i. c. t. u. m. d. e. a. l. i. q. u. o. c. u. i. f. a. c. t. o. b. a. n. i. m. a.

verò huc accefferis, & confectum, ut est Rhodiorum lex, ac consuetudo, manducaueris, conabor prolixius de illo sermonem instituire. Cotylisci. Heracleon Ephesius ita vocari quãdam placentas scribit, factas è tertia parte Chœnicis. Chœrinæ f. Harum meminit Iatrocles libro De placentis, & illius quam Pyramunta vocant, & quam differre à Pyramide censuit. Pyramidem enim fieri è tritico tosto, ac melle macerato, eamque præmium illis dari qui in somnes pernoctauerint. Chrysippus Tyaneus in Opificio panario, species generaq; placentarum hæc recenset, Tarentinam, Crasianam, Siculam, Cloustron, Hedybia, Marypton, Plicium, Gloutaton, Pourion, Gogloanion, Paulianum: è caseo verò confici quæ sequuntur, Enchytion, Scirbatellum, Bityllum: ex alicia & caseo, Spiram, Argyrotryphema, Lucillos, Libum, Circum, Aixapham, Cruftam, Placétam: fieri quoque & oryziten placentam: Sic porrò confici Phthoidem: expressum caseum, & tritum, æneo cribro iniici, incerni, addi mel, & filiginis libram: hæc omnia emollita in vnitatem redigi: apud Romanos Catillum ornatum sic parari: lactucas lotas eradi: vino in mortarium effuso illas conterri: exprimi deinde succum: cum eo subigi aliquantum filiginis, quam vbi residere permiseris, rursus paulo post eam teri, adiecto paululo fuilli adipis, ac piperis: teri denuo: in lagana distrahi, quæ læuigata & disiecta frustulatum coquuntur in oleo feruentissimo, frusta postremo in colum coniti. Sunt & alia placentarum genera, Coptoplacenta, Ostracitis, Attacira, Amylum, Tyrocoscinos, cuius hæc est confectio: Expressus probè caseus excipitur vase: cribrum æneum subditur, transmittitur caseus. Cum mensæ infertur placenta, supernè mellis tantum additur quantum est fatis. Sic verò parantur Hypotyrides. Inditur lacti mel: quod ita mixtum est exprimitur, in vas conicitur, concrefcere finitur. Si ad manum sunt pusilla cribra, in ea mittitur quod vase receptum erat, ut ferum extillet. Vbi coisse videbitur, sublato vase, quod est coagulatum in argenteam lancem effunditur ut supernè refrigeretur inuersa pars. Cribra verò parua si desint, colando ferro nouis & puris stabellis vitior, quibus ignis ventilatur. Eundem vsum illa præstabant. Gastris. Idem scriptor ait in Creta placenta genus, quod Gastrin vocant, ita confici. Thasias nucez oportet inglandas, amygdalas, papaueris semen frigi, & dum friguntur probè accurari: deinde in mortario mundo teri sedulo: tritis fructibus illis admisceri mel decoctum, addi complusculum piperis: ea simul subigi: nigrescentem massam illam ob admixtum papaueris semen, in quadram dilatari: hoc vbi factum, sesamum album teri, subigi cum melle cocto: inde protrahi parua duo lagana: horum alterum pro solo infernè subiti, alterum supernè locari, ut intermedium illud sit quod nigricat, aptè & concinnè interpositum. Hactenus sapiens ille Pematum scriptor Chrysippus. Harpocratum verò Mendefius libro De placentis, apud Alexandrinos quandam ait nominari Pancarpam. Ibidem, contrita liba, cocta, cum melle, & post cocturam in globosas pilas formata, & congesta, tenui papyro colligari, ut cohæreant, nec dissoluantur. Pultis meminit sic Alcman: *Iam Pyaniam pulcem præbebit, Chidron candidum, & ceruum fructum.* Est autem Pyanion, ut inquit Sofibius, omnium seminum congeries in passo cocta: Chidrus autem elixum triticum: Cereus fructus, mel. Epicharmus in Terra & mari, de melle sic inquit, *Matutino coquenda est puls.* Placentarum, quas Meliceridas vocant, sic meminit Pherecrates in Transfugis: *Veluti capella ore is meliceridas obolet.* Hæc dicta cum essent, Vnde verò, inquit Vlpianus, vobis hi doctissimi grammatici: ex qua bibliotheca emerferunt hi scriptores imprimis venerabiles, Chrysippus, & Harpocraton, qui appellationis similitudine præstantium philosophorum nomen inuidiosum reddunt: Ecquis Græcorum heminam nominauit? ecquis amyli meminit? Occurrit Laurentius, & iis qui adscripta Epicharmo poemata coniderunt, notam inquit heminam fuillè. Sic enim legi in eo, cuius titulus est Cheiron: *Aquam tepidam bibere duplo largius quam heminas duas.* Versus hos quos Epicharmo falsò tribuunt, à præclaris viris editos fuillè, nempe à Chryfogono tibi-

icne

cine tradit Aristoxenus, libro octauo legum ciuilium, quod opus inscripsit Rempubliam, Philochorus autem libris De diuinatione ab Axiopisto natione Locrensi, aut Sicyonio, qui & Sententias scripsit, & Regulam. Idem affirmat Apollodorus. Amyli Teleclides sic meminit in Solidis:

Grata mihi calens placenta, non sylvestris pyrus:

Arridet palato leporina, Amylo insidens.

His auditis, quandoquidem vos, inquit Vlpianus, placenta quãdam speciem nominatis, eamque video in mensa cuique appositam, nobis dicite, è cupediarij catillones, quis è famosis scriptoribus huius vocabuli meminerit: Tum Democritus, Marinum, inquit, porrum, Dionysius Itycæus libro quarto Georgicorum copten vocari scribit: eius verò mellita placenta quam nobis apposerunt, meminit sic Clearchus Solensis, libro De scripturis: Iustus aliquis similia venterilia nominare, hæc dixit: tripes, olla, lucerna, actæa, scamnum, spongia, lebes, lasanum, olearia trulla, sporta, culter, catinus, calyx, acus: Iustus verò obsonia nominare, hæc locutus est: è freis leguminibus puls, lenticula, falfamentum, piscis, rapum, allium, caro, thynnus, muria, cepa, carduus, olea, capparibus, fungus. Bellaria porrò eodem modo sic est persecutus: Ames, placenta, entiltos, itrion, rhodoon, cicer, sesama, copte, vua, catica, pyra, perfica, mala, amygdalæ. Hactenus Clearchus. Sopater verò Nugarum scriptor, in opere cui titulus est Portæ, nempe fabula quadam, ait:

Equis innumeris papaueris inuenit coptas?

Equis tragematum delicias, triticeas, indorosas commiscuit?

Coptam, è bellemi fermocinator Vlpiane, tu iam habes, quam ut edas, a medijs, confulo. Nihil ille cunctatus ablatam comedit. Arridentibus cunctis, inquit Democritus, at, è præclare nominum indagator, id consilij non dedi ut comeses, sed contra ne comeses. Nam Theopompus comicus in Phineo eo significatu a medijs sic dixit:

Desine puer ludere iam tesseri: blito

In posterum utere: aluus tibi adstricta è dura est.

Inter pisciculos, abstine, a medijs à saxatilibus:

Consultus è prudens ut sis, vini sax magnopere valet.

Eam si bibes, autior res futura est.

In vsu tamen verbum a medijs eo intellectu dicitur, ut de re quapiam gustare significet. Hermippus in Militibus: *Heu me miserum: mordet, mordet ille mihi aurem a medijs, come est.* Reprehensus ita Syrus, & vehementer compunctus, Vobis, inquit, allata sunt Pfittacia. Tu si dixeris apud quem legatur hæc vox, donabo, non aureis decem stateribus, ut ait Ponticus garrulus fabulator, sed hoc poculo. Vbi finem dicendi fecit, Quoniam de hac re dubitas, inquit Democritus, ex me disces. Nicander Colophonius eorum sic meminit in Theriacis:

Pfittacia ramis amygdale similia.

Pfittacia esse videntur Amygdala.

Scribitur & alio loco: Poseidonius Stoicus libro tertio historiarum, Gignit, inquit, Arabia Persion, Syria quod Bistacion vocant, racemoso fructu, albo cortice vestito, oblongo, glandibus simili, acinorum instar sic coaceruato, ut alium incumbens alius contingat. Quæ intus abduntur sapore quàm in nucis pineæ strobilis & nucleis sunt minus grato, sed odoratiora. Autores Georgicorum fratres libro tertio ita scribunt:

Et Fraxinum, & Terebinthum, & que Syri nunc vocant Pfittacia.

Ita profectò Syri nominauerunt cum litera w. Nicander verò cum aspirata p. Poseidonius autem cum litera B, Bistacium. Hæc fatus omnes circumspexit, à quibus impensè laudatus, At, inquit, de aliis omnibus disserere placet, quæ nobis apposita sunt, ob multiplicem doctrinam apud vos maiore ut in æstimatione sim. Incipiam ab iis arboribus quas Connaros & Paliuros vocant Alexandrini. Harum meminit Agathocles Cyzicenus libro tertio Rerum patriarum, his verbis: Cum sepulchrum de cælo tactum esset, arbuscula è tumulo sese tum exeruit, quam Connarum appellant. Magnitudine quidem parua illa est, pino aut vlmò similis, vtraque non humilior crebris ramis, nonnihili spinosis, prælongis: pallido folio, tenero, natura rotundo. Fructum

e. Alge speciem secundam simile Palacana cepa. Theophr. cap. 4. hist. d. Placenta, quidam. e. Vila ex Attica marmore Pentelico. Hesych.

f. Hanc puto simile placenta fuisse nomen Gasteri filiasse dictam quod per bracteos velli posset.

g. Quod semen eius sit copiosissimum. h. In nostr. cod. x. v. g. a. l. u. s. : r. e. p. o. s. i. t. u. m. u. n. i. c. o. s. u. a. p. e. s.

Cnecus perquam amarus placenta non conuenit.

i. Faculentum vinum. Adolescentem quidam luxuriosum monet, ut sumptuosam vitam agere cesset, et cibis vilissimis contentus sit. Victorius in Varj. k. Vlpianus.

l. Pistacia. m. Perseus arbore, de qua multa apud medicos.

n. A. x. g. d. u. s. : in nostr. cod. d. x. g. l. o. s. o. v. t. o. r. u. x. u. p. a. r. i. x. u. p. o. s. u. l. o. s. Sapor. i. v. x. u. g. tamen à medicis vacatur, que bonum succum alendo corpori præbent.

p. P. litera nunc trã sit in B, ut Parrh, Burrhus: Pyrrhia, Byrrhia: nunc in Ph, ut Prages, Phuges, Fruges. Ut Ph, in B, Phalaena, Balena, nunc in D, ut Bellu, Duellu: ut n. in B, p. l. o. s. u. s. Buxam. Vide Victorij cap. 3. 14. Var.

q. Ex hoc scriptore Cicero lib. 1. De diuinatione Hamilcaru improviso à Syracusanis capsi historiam recitat. Victorius cap. 12. 20. Var.

r. Magnitudine & altitudine par: non autem eadem filiorum aut fructuum specie.

s. Videtur hæc historia nostrã Zixypm depingere, bisfram, ob celi in Egypto clementiam: vel, quod fructus tardius autumno cecipi pars, rãre tãndè maturecat, ante florã exortum, qui apud nos ante Maiã exoriri non solet.

bis quotannis parit, vere & autumnus, apprimè dulcem, magnitudine oleæ phauliæ, carne & officulo, ei quam diximus oleæ, similibus, eximia saporis iucunditate. Recens estur: at cum exsiccatus fuerit, molitur in farinam, quam pedibus calcant, non manibus pinunt, aut aqua rigant, quoniam respuit eius natura, sed cogunt in offas negligentius. Euripides in Cyclope Paliuram dixit. Harum meminere Theopompus libro vigesimo primo Philippicorum, & Diphilus Siphnius medicus libro De cibariis sanorum & ægrotantium. Horum ego primo loco mentionem feci, amicissimi viri, non quod in præfens hæc nobis sint apposita, sed quod in pulchra sæpius Alexandria secundæ mensæ illatis vesci contigerit, & in hanc libri partem cum iam peruenissem, nomen quod, dum illic essem, incolæ docuerunt, relegerim. De Pyris, ἡν ἀπὸ πυρῆς, agam deinceps, quandoquidem ab illis Peloponnesum Apiam cognominarunt, quoniam, ut scribit Ister in Argolicis, in ea regione frequentissima est illa planta. Coniuiis apponi solita pyra cum aqua, ostendit sic Alexis in Brutia:

A. Vidisti aliquando
Esurientibus pyra hominibus apposita
Cum aqua multa? B. Sæpe hercule. quid ita?
A. Nonne semper quisque seligit, ac capit,
Ex ijs quæ adveniunt, quod maturum est maxime?
B. Scilicet.

Pyra quidem non sunt Amamalides, ut quidam arbitratur, sed alterum genus fructus suavioris, absque nucleo. Aristomenes in Baccho:

An nescis, inquit, in Chio generari Amamalidas? A Pyris has discrepare, & suaviores esse, Æschylides libro tertio Georgicorum monstrat, cum de insula Ceo loquitur, quam ait optima pyra educare, & quas in Ionia vocant Amamalidas, carentes nucleo, grati saporis, dulces. Æthlius libro quinto De limitibus Samiorum, si modò vere illius est hoc opus, Omomelidas ipsas nominat. Pamphilus libro De linguis & nominibus Epimelidas, pyri genus esse tradit. Ex punicis, grana sunt aliis dura, aliis tenella, & molliuscula, quæ Apyrena vocant. Horum meminit Aristophanes in Agricolis, & in Non senescente:

Præter farinam, inquit, & punicæ. Rhoidion, exiguum Punicum, diminutionem significat, ut ῥοῖδιον, bucula. Antiphanes in Bœotia: Affer ex agro mihi punicæ, quibus granum durius est. Epilycus in Fure? deprehensio:

Malæ & punicæ loqueris.
Punicum è tua manu pecto.

Alexis in Procis: Sidas à Bœotis Punicæ nominari, scribit Agatharchides libro decimonono Europicorum, his verbis: Athenienses cum Bœotis de regionis finibus litigabant, quam Sidas appellat. Epaminondas in ea controuersia partes suas defendens, allegansque iura sua statim è sinistra manu, quod occultum gerebat punicum, dextra cepit, & Athenienses rogauit, quo nomine vocarent: responderunt illi, ῥοῖαυ se nominare: at nos, inquit, Sidam appellamus. In eo tractu de quo fuit contentio, plurimæ sunt mali Punicæ, indèque principio nomen est inditum. Sic Epaminondas causam obtinuit. Menander in Heautontimoroumeno Rhoidia sic nominat hoc malorum genus: A prandio Amygdalas ego ut attuli, Rhoidia nos arrosimus. Sidam etiam eodem nomine plantam vocant similem Punicæ malo, in aquis Orchomenij lacus nascentem, cuius folio vescuntur greges, germinibus suis, ut inquit Theophrastus libro quarto De plantis, quo in loco scribit, alteram plantam Stratiotæ cognominem sine radicibus in Nilo fluitare. Palmulæ, Xenophon libro secundo Expeditionis Cyri, Aderat, inquit, plurimum & frumentum, & vinum è palmulis, acetumque; ex iisdem elixis paratum, palmarum verò fructus quales apud Græcos videre non licet, seruis ac famulis præbebantur: quas autem seruabant dominis, seligebant, magnitudine & pulchritudine admirabiles, aspectu prorsus electo similes. Eas quidam arefactas in usum belliarum reponebant. Vinum quidem illud potu suaue erat, sed capiti graue. Herodotus libro primo, cum de Babylone loquitur, scribit, in eius toto agro palmas

Valerius Amalantides, & Ambrosius Galenus.
Nuclei vice semina habet pyro omnino similia, quæ fructus causa sunt, cur quidam pyram esse crediderint.
Epimelus Dioscoridi, molli genus describitur, ac de pingitur in libro De stirpibus R. 1. 1. 1.
Dioscoridus: alij lacunculæ reddidit, & Sidius Dioscoridi mali Punicæ conium, & putamen, & Sidam.
Thebanorum dux, & De se penas exigente.
Imo potius cuius fructus malo Punico similia est. Nymphæam quidam esse illam putat, Lucæam præferunt.
e cap. 11. lib. 4. hist.
Stratiotem suuilem Dioscor.
Baldus, glandes, h. Vide Hieronymus Mercuriales cap. 2. 1. Var. & supra pag. 65.
Addit Xenophon, quod Athenæus tacuit, milites eo primum in loco Palmarum ceterum esse, & omnes, cui exemplum id fuisse, exaruisse, multum eius cibi speciem & suauitatem admirantibus potulentiam quidam, quæ tamen valde capere tentat.

mas generari, magna ex parte fructiferas, è quibus non solum vinum, mel, cibum conficiunt, sed illas etiam caricarum modo in offas cogunt. Addit præterea is scriptor, palmarum, quas mares appellant, poma illis circumligari quæ balanos edunt, ut earum fructum maturet culex subiens, nec ex arbore is defluat: Culices autem in maris fructu concipi, non aliter quam in Caprificus grossis. Quæ de loto Libyca scripsit Herodotus, eadem refert Polybius Megalopolitanus, oculatus testis, libro duodecimo historiarum, his verbis: Est autem lotus, arbor minime procera, aspera, non tamen aculeata: folio Rhamni, paulo latiore, & crassiore: fructu per initia colore & magnitudine simili perfectis bacis myrti, dum augetur, coloris phœnicis, oleæ magnitudine, rotundo, nucleo admodum pusillo. Maturus colligitur, & cum alica tufus ad seruorum famulorumque cibum in vasa conculcatur, ac stipatur: ingenuorum autem edulis, detracto nucleo eodem modo reponitur, ac pro cibo est, gustu caricis & palmulis non dissimili, odore tamen suauiori. Fit & ex eo vinum, in aqua macerato, & trito, saporis grati, & iucundi, qualis est optimi mulsi. Merum id, & sine aqua bibunt, sed vltra decimum diem non perdurat. Quamobrem paulatim ad vsum tam breuis temporis conficiunt. Fit & acetum ex eò. Melanippides Milesius in Danaïdibus Phœnicem vocat non palmam arborem, sed fructum illius, cum de iis verba facit ad hunc modum:

Immortalium deorum speciem, non hominum, præ se ferebant:
Quin nec eorum muliebris facies erat:
In curribus exercebantur, sellis super impostis:
Feris autem sæpius animus ferox leniebatur esu sacrarum lacrymarum thuris.
Odonatarumque, quoniam, palmularum, ac tenella castæ,
Quæ omnia Syria sunt insignes opes.

Aristoteles libro De plantis sic etiam quoniam appellat. quoniam, palmularum, inquit, nonnullas tanquam testibus carentes, ἀνδρῶν, vocant quidam, εὐνύχων, castratas, alij ἀπυρῶν, nucleorum expertes. Hellanicus, in suo ad Ammonem ascensu, si germanum & verum id opus illius est, ac Phormus Comicus in Atalantis, quoniam palmæ fructum vocarunt. De palmulis, quas Nicolaos vocant, & quæ aduehuntur è Syria, hoc tantum vobis possum dicere, ab Augusto imperatore hoc nomen inditum fuisse, qui admodum cibo eo delectaretur, quod Nicolaus Damascenus eius amicus palmulas sæpius illas ad ipsum mitteret. Fuit quidem is Nicolaus peripatericus, & historiam luculentam condidit. Caricæ. Caricarum ex Attica magnum pretium fuit. Dinon in Persicis scribit, mensæ regis apponi solita cibaria, primitiarum instar, quæcunque regiones proferunt eius ditioni subdita, peregrino verò aut cibo aut potu sibi utendum nunquam reges priores existimasse, promulgata de illo instituto postea lege: at cum ex eunuchis quidam inter reliqua bellaria Caricas ex Attica regi apposisset, percontatum vnde essent, ubi rescituit Atticas esse, veruissè emptores rerum in foro venalium quidquam ex iis vel mercari, vel emere, donec sibi tantum sumptum fuisset, quantum vellet. Fama est ab eunuchis de industria id factum, ut expeditionis regem commonefaceret, quam destinabat aduersus Athenienses. Alexis in Gubernatore:

Ingressæ sunt caricæ, Atheniensium insignia, & aliquot thymi fasciculi.

Lyncæus Samius in epistola ad Poseidippum comicam, Ex tragicis, inquit, Euripidem nihil distare puto à Sophocle, in affectibus animi commouendis. Atticas verò caricæ multum aliis præstare iudico. Idem in epistola ad Diagoram. Hæc autem regio Chelidonis caricis opponit contra, quas barbaro nomine Brigindaridas appellant, suauitate & voluptate nihil inferiores Atticis. Phœnicides in Odiola:

Baccarum Myrti laudes atque mellis predicant,
Deinde Propylæa commendant, & quarto loco caricæ.
Hæc ego statim ut naui appulsa est, gustauit omnia,
Atque etiam Propylæa: eorum prorsus nihil
Ciborum cum Attagene conferendum est.

In his obseruandum Attagenis etiam mentionem factam. Philemon libro de Atticis nominibus Algidas

h. Baldus Phœnicem glandes ferentibus, nesci sœmibus, quarum fructum balanos vocant.
Theophr. cap. 12. lib. 2. hist. maris florē admoueri sœmibus, & ex eo puluorem succui scribit, non autem maris fructu alligari, in illic Theophr. n. Fabe, Theophr. de Loto à Dioscoride memorata hæc audienda sunt: Secunda lori Theophrasti quæ καρπὸν ἔχει, id est fructum habet inclosum nuci putamine: Herodotus lib. 4. fructum varissimè & appositissimè tradit esse lentisco similem.

o Equis ferocibus, ac indomitis.

p Aristoteles hic verbis Palmulam ad ipsam Plinij significat, cap. 1. 2. & 3. n. 1. 1. Dioscorid. d. c. p. 49. 1. cui lignum ideo nullum intus est, quia viridius & immatura decerpatur, prius quam genus sit nucleus. Palmulis enim prima nascitur pomi caro, postea lignum intus, hoc est semen eius. Argemum quod parua sine hoc reperiantur in eodem palmite.
q Earum meminere Plinius, & Plinarchus in Quest. conuualibus.
r Xerxes, qui numerosissimo exercitu, & tum classe, & pedestribus copiis inuasit Atticam.

s Propylæa bellaria & tragemata que ante vestibula aditu ciuitatis, & in portibus, veniebant.

fidas inquit amplissimas caricas dici, ab Ægilis pago Atticæ, quem ab Ægilo heroe sic nominarunt: Chelidonias autem vocari è nigro rubescentes. Theopompus in Pace, caricas Tithrasias sic laudat. Maza, placentæ Caricæ Tithrasia. Tanto vero studio Caricæ omnibus semper hominibus sunt expetitæ, (nihil enim mediustidius, quod Aristophanes inquit, caricis dulcius est,) vt Amithrochates Indorum rex ab Antiocho literis postularerit ad semitti dulce vinum, caricas, & sophistam, empta omnia sua pecunia. Rescripsit autem sic Antiochus: Vinum dulce & caricas ad te nos mittemus: sophistam vero apud Græcos vendi leges prohibent. Toftas caricas solitos olim comesse Pherocrates his verbis ostendit in Corianno:

At caricas mihi toftas selige: Nigras caricas mihi nonne afferes? Intellexisti?

& paulo post:

Apud Mariandynos illos barbaros χύτραι vocantur nigræ caricæ. Proscenidas caricarum quoddam genus apud Pamphilum dici non ignoro. βοτρυμ̄ vulgaratam & communem esse vocem, nemini dubium. σφυλλίς, tametsi vocabulum id Asiaticis peculiare videatur, meminit Crates libro secundo De Attica dialecto, & pro dictione βότρυς, scribit in antiquis hymnis legi σφυλλίη his verbis: nigris ipsiς (σφυλλίσι) vuis comati. Apud Homerum σφυλλίη extare cuius est compertum. Plato libro octavo de legibus sic βότρυς & σφυλλίς, nominat. Quisquis agricola fructum gustaverit, seu βοτρυμ̄, vuam, seu ficum, anteaquam tempestivum sit demerere, & Arcturus eius tempestatis comes appareat, siue decerpserit è suo prædio, siue ex alieno, sacras drachmas quinquaginta Baccho pendito, si è fundo suo abstulit: sin ex vicino, minam: at si ex alieno remotiore, minæ partes duas. Qui autem, quam σφυλλίη, vuam nobilem vocant, aut quos nobiles ficos appellant, colligere voluerit, si ex agro suo, quantum & quoties libebit, demerito: si ex alieno, absque domini bona venia, & permisso, legi minime obsequens id mouere prohibenti quod non deposueris ac seueris, impune nunquam id ferat. Hæc diuinus Plato. Ego vero etiamnum indago quænam illa sit σφυλλίη, vua nobilis, & quinquam fici nobiles. Hæc vos inquirere oportunum, tantisper dum inceptum sermonem de his quæ nobis apposita sunt, exequor. Tum Mafurius, Nec in crastinum hoc differendum, inquit, nec ad nouilunium: τὰ γενναία, nobilia, philosophus vocat aut generosa, vt & Archilochus, sic:

Accede generosus γυναικ̄ες, aut quæ supernata sunt. Aristoteles quidem pyros, πυροβολάδας, immisitias nominat; quæ inoculato surculo satæ sunt. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte: Ficos, vuas, βότρυς, & oliuas colligens. Xenophon in Oeconomico scribit, tempore solis σφυλλίς, vuas, dulcescere. Vuas in vino conditas maiores nostri cognouerunt. Eubulus in Agglutinato:

Tu verò acceptum hominem temerò feri: densas oliuas dato.

Crebras vuas in vino seruatas rodere cogito.

Autor Cheironis, quem adscribunt Pherocrati:

Amygdalas, inquit, mala, memacyla,

Myrti baccas, apium, ex vino vuas,

Ac medullam.

Athenis fructus omnes perpetuò fuisse, planum est ex Aristophane in Tempestatibus. Non ergo videtur incredibile, aut mendacio confictum, quod Aethlius Samius narrat libro De iis quæ Sami pulchra & rara sunt, in ea insula bis anno ficos, vuas, omomelidas, mala, rosas, nasci. Lynceus in epistola ad Diagoram, vuas Nicoftrarias laudans, quæ in Attica proueniunt, & comparans ex aduerso cum illis Rhodiacas, ait, Vuas, quam illic Nicoftrariam vocant, honitate parem alunt vuam Hipponiam, quæ veluti frugi famulus à Iunio mense eandem semper benevolentiam erga herum suum retinet. Quoniam verò de carnibus, auibus, & columbis est à vobis sæpius disceptatum, præsto sum ea recitaturus, quæ ex multiplici lectione inuenire potui, præter ea quæ sunt iam excussa. regist̄or apud Menandrum reperire est in Pellice, his verbis:

Haud parum moratus, accurre. B. πεισέεμα, Pipiones tibi mercatus sum. Sic & Nicoftratus:

Ob eam insignem dulcedinem Herippus igitur vocat ἡδυστικός, sua vitate & dulcedine somnium vincit. Iureus adagio 60. Crat. 3. vel somni dulcedine, aut vincentes, aut conciliantes. Tanquam olle, quod nigra fero semper olla sine fumo, & fuligine. Vuam.

Radix hinc vocatur.

Crates hic vocat fici est flosidi.

Ἐπιμαρτυροῦντες. Que ita sunt inste, vt excelsa subula gomina surculis inditus fuerit, aut in tricum perfratum inditus ramus. h. e. familiaris & domesticæ administratione. e. Bihere merum cogito.

Anno toto vel recentis, vel repostos abundasse.

Strabo lib. 14. scribit agros Samiorum ad id verum omnium esse feraces, vt vulgò iactatum sit gallinaceum lac etiam ferre.

Menandrus ait edendo est, ac origrata, dicitur diu, & herò incipit cibum suppeditat. Colubule pullus, pipio.

Delicata

Delicata & tenella omnia volo: Auiculas: pipiones: omnia sum molliusculum. Pipiones intulit, ac passerculos. Pipionem illi eme tribus obolis.

Anaxandrides in Redamante: Phrynichus in Tragœdis: Phasianichus. Prolemæus rex

h. Ἀναγώνη.

libro duodecimo Commentariorum, vbi loquitur de regis palatio quod est Alexandriæ, & animalibus quæ in eo nutriuntur, inquit: Sunt & illic Phasiani, quos Tetraomas vocant, non solum è Media petiti, sed etiam ouis subiectis gallinis cortalibus in tantum numerum aucti, vt quotidie rex illis vesci possit. Cibum enim sumptuosum ac magnificum esse iudicant. Hæc scilicet est splendidissimi regis oratio, Phasianum se nunquam gustasse fatentis, sed veluti pretiosum quendam thesaurum domi repositum, alentis hanc auem: qui profecto si vidisset phasianum, nostrum cuique appositum, præter ea quæ iam absumpta sunt, historiis illis percelebribus suis commentariorum vigin tiquatuor, aliam vnâ in super iustam & integram addidisset. Aristoteles, siue Theophrastus in commentariis scribit, in Phasianorum genere, mares sceminis excellentiores esse, non ad aliarum auium proportionem, sed multo magis. Idem Prolemæus rex, quem nominauimus, immensam pauonum vim Romæ conspicatus fuerat, vt qui à fratre regno pulsus, ad sacrum Senatum confugisset. Tantus enim Romæ harum auium numerus est, vt id vaticinatus Comicus Antiphanes in Milite, aut Tychone dixisse videatur:

Pauonum tantummodo par vnium adduxit quispiam, yaram tum.

Auem, nunc verò plures sunt quàm coturnices.

Bonum si quis virum querat, & conspiciat,

Videbit ex eo satos improbos quinque liberos.

Tantùmne pecunia illum deuorasse: mihi lac quidem

Si adesset leporis, aut pauo, per Cerecem, eo cibo non vterer.

Alexis in Lampade:

Manfuetos pauones olim in ædibus alitos monstrat Strattis in Pausania his verbis:

Tanti sunt hac faciunda, quanti pauones, & alia vestra nuge.

Quas domi pascit ob pennarum pulchritudinem.

Anaxandrides in Meliloto:

An non furiosum alere domi

Pauones, cum eorum pretio queant emi statua?

curatoribus:

Præter has cicur etiam ingemiscens pauo.

Anaxilaus in Auium

bro de iis quæ visuntur in Iunonis Samiæ templo, inquit, Sunt illic pauones Iunoni sacri, primi quidem, in Samo editi, ac educati, indeq; diducti, ac in alias regiones diuerti, veluti galli è Perfide, & quas Meleagridas vocant, ex Ætolia. Quamobrem Antiphanes in Conterraneis inquit:

In Helipoli procreari aiunt

Phenices: Athenis noctuas: Cyprus habet

Eximias columbas: Samia verò

Iuno, aureum, vt dicitant, auium genus,

Formosos & spectabiles pauones.

Menodorus Samius li-

Itaque Samij pauone monetam signant. Porro, quoniam Meleagridum mentio fit apud Merodotum, de illis nos etiam quidpiam disseremus. Clytus Milesius Aristorelis discipulus libro primo de Mileto hæc de illis scribit: Circa delubrum virginis in Aëro sunt aues quas Meleagridas appellant. Locus palustris est in quo nutriuntur. Animal illud non ita prolem amat, & iuniores pullos adeo negligit, vt sacerdotibus illos curare necessum sit. Auis magnitudo, vt gallinæ generosæ est, capite ampliore quàm pro modo reliqui corporis, glabro, ac super ipso crista carnosâ, dura, rotundâ, quæ clauis modo super caput extuberat, colore ligneo. Ad malas iacet instar barbæ longa caro, incipiens ex ore, rubentior quàm in gallinis: at eam quæ rostro gallinarum insidet, & quam barbam nonnulli vocant, minime habet, tanquam ea parte sit mutila: rostrum acutius, & grandius quàm gallinæ. Ceruix nigra, crassior & breuior quàm gallinæ. Corpus totum varium. Nigrescit enim totum, crebris maculis albis noratum, ac

§ 4 compun

i Athen. fortassis fallitur. Diuersus est vulgaris phasianus, à phasiano Tetraone, qui non vix frigidissimi loci vixit, quales sunt Medie motes: & celi tepidum, quale est Ægypti, vix tolerat, adeo vt planè regij sumptus, & magnificentia stuaris, eas anes Alexandria nutrire. k Gestu lautiore. l Do pauonibus vnde Aelianum cap. 20. 9. hist. & Varonem cap. 6. lib. 3. De re rust.

m Exquisitissimus & pretiosissimus cibus. Vide prouerb. Gallinaceum lac. n Aues eiusmodi inutiles. o Eximium, excellens, insigne. Sic & vultu & corpore dixerunt. Sic Pin-darus, & vultu & corpore dicitur: Sic Cæcero libellum aureolum, Erasmo, adag. Filiiu homo. Apud Agellium cap. 16. 7. & Varronem Satyra 4. & idem dicitur, laudatur Vannus è Samo.

p Minerva. Lero, Aelian. cap. 27. 5. De Animal. Leros insula maris Icarij, Guesier. Oloroque verbs est Creta, Stephano. Inde oleria fissa Minerva. Atheni Meleagridas in arce, vt Minerva sacras nutriebant. q Nobilioris, & passim obuias corporis magnitudinis superant. r Subflauo. Quiddam legunt cū: corporis lignosa duritia. In Meleagridu maris apice, & tanquam pileo, color eiusmodi est, veluti ligni, subrufus.

s Rhombus, figura
constans quatuor
angulis non rectis,
vtriusque cuneatus:
vulgo Lozangia.
e Colore, e mole
corporis: sed femi-
na eo veluti clauo
ligno carum, quod
in mari capite pro-
tuberat. Absque illo
foret, cetera mæ-
femina omnino si-
miles.
y Coqui superbi
hæc esse videtur o-
ratio.

z Tais dicitur. Ho-
m. e. adedi sacras,
e. aras multis in
locis dicatas fuisse
tradit Pausanias.
y Cum qua compa-
rant calum corru-
dum.
z Cum qua cõfir-
tur calum modicè
calidum, e tempo-
re conuenienti plu-
uium.
a Ne dissipetur,
quod affatura sape
contingit, exustia
carne.
b Ve qua optimè sit
cocta elixatione.
c Natiuam humi-
ditatem.
d Hac de re paulo
aliter medici sta-
tuunt.
e Flamma tostas,
vulgo? Carbona-
des.
f Oleo,
g Siris e. Acini
amnes duo, inter
quos sita est Elara-
clea, olim etiam di-
cta Siris, Sibari vi-
cina. Plin.

compunctum, lenticula maioribus, quæ rhomborum figura paruis nigriſque cir-
culis ambiuntur, & pennarum illam varietatem efficiunt, quia niger color asper-
gitur candido, & vicissim candidus nigro. Alarum pennæ linearum ductibus candi-
dis, ferratisq; distinguuntur, in spiras protractis, intervallo pari diremptis. Nullum
calcar in cruribus, quæ gallinaceis similia sunt. Maribus adeo fœminæ similes, vt
vix Meleagridum sexus discernatur. Hactenus peripatericus philosophus Melea-
gridum historiam descripsit. Porcelli affi meminit Epicrates in Mercatore, his
verbis:

*Nec Sicilia glorietur
Talem se virum alere, qui adeo rectè pisces apparet.
B. Huc ego profecto dimer satius, porcellorum carnem
Ignis vi conspexi efflorescentem pulcherrime.
Tribus emptam obolis carnem, elegantem,
Suillam, assam, calentem, sapientem incundius,
Cum apponet.*

Athenienses, vt inquit Philochorus, cum Tempe-
statibus rem diuinam faciunt, carnem elixant, non assant, deas precantes, vt squal-
lores & calamitosos æstus arceant, quæ verò prodeunt è terra, moderato calore, &
tempestiuis imbris ad commodam maturitatem perducant. Vtilitatis enim mi-
nus esse in assatione putant: elixationem verò non solum quod crudum est adi-
mere, sed etiam mollire quod durum est, & quod restat, maturare, alimentumque
blandius coquere, ac minore periculo. Itaque vulgare dictum est, carnem elixam
nec assari, nec elixari præterea oportere. Nam quod melius est dissipare & dif-
foluere videtur assatura, & assa ficciora crudioraque sunt elixis. Assas carnes φλο-
γιδας vocant. Strattis in Callipide sic ait de Hercule:

*Concisas is statim pulpas rapuit, e. calentes apri tostas
Carnes, φλογιδας, omniaq; illa simul rigauit.*

Archippus in Hercule vxo-
rem ducente:
*Varij porcorum extremi artus,
Taurorum etiam paruorum liquata assatura carnes.
Apri oblongæ φλογιδες, tostæ carnes.*
De Perdicibus autem quid
attinet me dicere, cum multa vos de illis iam disputaueritis: quod tamen Hegesan-
der narrat in Commentariis, silentio præterire nolo: Samios cum Sybarin nauiga-
rent, & ad regionem Siritin appellissent, euolasse perdicem magno strepitu, quo
perterriti, & in fugam versi, nauis conscenderint, ac inde soluerint. De leporibus
Chamaeleon scribit libro De Simonide, illum cœnantem apud Hieronem, cum ipsi
leporum non appouissent, vt reliquis, sed postea Hiero portionem misisset, ex im-
præmeditato versum hunc edidisse,

Fuit autem reuera
præparcus Simonides, & quæstus vel turpis audivis. Nam largiente magnificè, dum
Syraculis esset, Hierone, ad quotidianum victum necessaria, eorum quæ mitreban-
tur, maiorem partem vendebat, minore sibi asservata. Rogatus verò qua de causâ
id faceret, vt perspecta sit, inquit, & Hieronis magnificentia, & mea temperantia.
Vberis, vberis, sic meminit Teleclides in Sociis:

*Quandoquidem famina sum, vber sero merito.
dixit Antidorus in Querula. Altilium gallinarum sic meminit Matron in Parodiis:
Sic est fatus: vident alij, moxq; afferunt
Gallinas aluiles in argenteis patinis,
Deplumes, atate pares, dorso laganis similes.
Altilium porcellorum
sic meminit Sopater, nugarum & ridiculorum scriptor, in Nuptiis Bacchidis:*

*Sicubi furnus erat, stridebat multum porcellus altilis.
cellos, Æschines sic dixit in Alcibiade: Veluti cauponariæ mulieres δελφάκια nu-
triuunt. Antiphanes in Physiognomonico:
Nam per vim illa δελφάκια saturant.
δελφάκιον, porcellorum loco nutriti.*

h Αρσενος, depiles,
ad verbum.
i Tostas, v. affe-
dorso.
k Dum coqueretur.
l Sic eos vocat, qui
ex aspectu iudicant
de natura e. mo-
vibus hominum.

δελφάκια masculino genere sic Plato dixit in Poëta:
*δελφάκια cervicis maxime proluxa.
Comesse volo δελφάκια.
Magnos δελφάκιας.
Pregnantem hanc δελφάκιας.
δελφάκιας non contemendam, sed pinguefactam, valde pulchram, in conuiuio exhibuit.*

Plato in Io:
*Huc affer caput iugulata δελφάκιας.
Sacram vobis maculant δελφάκιας.*

meminit Theopompus libro decimo tertio Philippicorum, & vndecimo Rerum Græ-
ciæ, vbi Lacedæmoniorum in cibo ac potu sobrietatem temperantiãque decla-
rat, his verbis: Aduenienti Ageſilao Thasij pecora omnigena miserunt, boues opi-
mos, ac insuper bellaria. Boues quidem ille accepit: bellaria verò, quoniam erant
operta, principio non cognouit: at vbi detecta inspexit, auferre ipsos præcepit, di-
xitq; fas non esse Lacedæmonii eiusmodi cibariis vti: cum autem instarent Thasij,
rogarentque, ne recularer, Eilotas ostendit, & amota his date, inquit: hos ego
malim potius, dum illa rodent, corrumpi, quàm meipsum, & qui mecum sunt, Lacedæ-
monios. Contumeliosos admodum erga suos Eilotas acerbosq; fuisse Lacedæ-
monios, testatur Myron Priennensis libro secundo Messeniæcorum, his verbis: Elo-
tibus quidquid est probrosæ ac indignæ operæ mandant, & quidquid est ignominio-
sum. Pileum è canina pelle gestare necessum illis erat: deinde pelliceam vestem in-
duere: & citra noxam maleficiũve præfinitum plagarum numerum quotannis pa-
ti, ne se vnquam seruos esse obliuiscerentur. Præterea, si qui supra seruilem condi-
tionem ac speciem robore & animo vigerent, morte afficiebant, dominis verò mul-
tam irrogabant, si non mutilarent indole habitũque virili eos adolentes: quin &
& afferrent semper. χωνίλει de iis qui tibia ludunt, est ab antiquis dictum. Diphi-
lus in Bigis:

*A. ἐχώνλει. B. Apud Timotheum hoc fit ab omnibus.
Quoniam verò pe-
taſonis, quam pernam vocant, portio cuique data est, agedum, sermonem de illa
nunc habeamus, & an quisquam id nomen vsurpauerit, perscrutemur. Optimæ
quidem pernx è Gallia, quibus tamen nec cedunt aduectæ ex Asiatica Cibyra, nec
Lyciæ. Pernarum meminit Strabo libro tertio Descriptionis Terræ, autor non
admodum recens. Nam libro septimo eiusdem operis, notum sibi fuisse tradit Po-
ſeidonium Stoicum philosophum, cuius sæpius mentionem fecimus, comitem & fa-
miliarem eius Scipionis qui Carthaginem expugnauit. Strabonis hæc est oratio:
Prope Iaccitanos in Hispania oppidum est Pompelon, perinde ac si dicas Pompeij
urbem. & aliquanto post: Conualles montium tenent Cerretani, maxima Hispano-
rum natio, apud quos excellentes pernx conficiuntur, quæ vel cum Cantabricis de
principatu contendant. Carnis sale inueteratæ meminit Antiphanes comicus sic
in Baccho:*

*Sale condita hæc appono tibi.
Sale conspersum ostreum famulus semper comest,
cus & gloria est hæc Trophalis, de caseo non nihil dicamus. Nam Philemon in ope-
re quod Siculum nuncupauit, ait,
Ego prius arbitrabar Siciliam
Hoc unum velut è præscripto facere, nimirum laudatos
Caseos: at hoc addendum, quod auditione comperi.
Siculus caseus sane optimus est:
Sicula columba egregia: vestesq; varia,
Quas passim nunc vocant Siculas:
Verum præterea e. supellectilem ferre optimam nunc veor, e. magnas opes.*

In honore est caseus quoque Tromilicus, de quo hæc scribit Demetrius Scepius li-
bro secundo De Troiano agro: Oppidum est Achaicæ Tromelia, circa quod fit è ca-
pranum

Sophocles in Iustitia:
Cratinus in Vlyſſibus:
Eubulus in Aureo genere:

m Ea bonitatis no-
ta obseruatur in
Porci, vt ampla
cervix sit. Varro
cap. 4. 2. De re rust.
n Addidi hæc ver-
bum loco Græci ar-
ticuli τὸς, vt indi-
carent femininum
genus.
o Ad verbum, in q̄
qua alio ingerun-
tur.

p Seruos, famulos,
operas rusticos.

q Anserum modo
clangeres, nempe al-
tam e. stridulam
vocem edere.
r Clangit tibia.
s Musces doctoræ.

t Varro cap. 4. 2.
De re rust. Strabo
de Sequanici car-
nis fuisse ossa. Pla-
tini sunt Ruteni-
cæ pernx.

u Locus est in ex-
emplari meo pag. 153.
valde hic mutilus.
x Vulgo, Vampel-
lune.

y Αλιπάκια.
z Leopard. cap. 20.
6. legit Aristome-
nes, què index poë-
tarum ostendit scri-
psisse φλόκιας quidè,
sed non δελφάκιας.
a Caseus obliquus,
qualis fit apud Se-
bustianos.

prorum lacte caseus suauissimus, cum alio nullo comparandus, quem Tromelicum vocant. Eius mentio Simonides in Iambo, cuius principium est,

Elaborata iam mihi sunt multa, & Telembrote, his verbis: Caseus hic mihi ex Achaza, Tromilius, admirabilis, quem asportauit.

Eurypides in Cyclope dicitur caseum vocat, acrem, concretum succo ficulneo. Adest, inquit, & caseus dicitur, & Iouis lac. Post hanc de omnibus quae apposita sunt disputationem, quandoquidem pro residuo belliariorum caseum Tromilium adieci, & ποτρούνημα, hic mea sistetur oratio. Eupolis enim, tragematum & eorum quae mensa postrema roduntur reliquias vocat ποτρούνημα. Nam gemellam feminam quandam per risum is ποτρούνημα vulpis nominat, aut quia foret pusillo corpore, aut quia versuta, & malitiosa, ut exposuit Dorotheus Ascalonites. Tenuis & latus caseos Creteneses Thaleias vocant, ut ait Seleucus, quos in quibusdam sacris vrunt. Philippides περιεφθύη, id est, coloftri meminit: sic autem primum lac à partu vocant.

Macedones haec omnia fortassis vocant Epidicnidas. Nam à cena comestantium & perpotantium sunt haec omnes cupedia. Nondum loqui desierat Vlpianus, cum ingressus vnus quispiam è sophistis coquis praconis modo alta voce proclamauit, Ecce vobis Myma. Stupentibus & mirabundis, ob rei peregrinae & inaudita praconium multis, (non enim ostendebat quod abdiderat nequam ille, notis & puctis inustus.) Ignorare mihi videmini, & conuuiuz, inquit, Cadmum Bacchi auum coquum fuisse. Omnibus ad id tacentibus, Euemerus Caeus, inquit, libro tertio Sacrarum percriptionum tradit à Sidoniis hoc memorari, Cadmum regis coquum, assumpta comite Harmonia tibicina, quae inter seruitia regis etiam tum erat, aufugisse cum ipsa: ego verò, nisi me herus donet libertate, fugam capeffam. Nam in comedia seruum coquum, vestrum nemo reperit, praeterquam apud solum Posidippum. Obsonatores serui primi à Macedonibus inuecti sunt, eius artis studiosis, ministri eiusmodi quia suppetent ob infortunia ciuitatum quas in seruitutem redegerant. Coquum indigenam & ciuem Mafona prisci vocauerunt, externum ac peregrinum Tertigem. Chryssippus philosophus Mafona dictum putat, velut inscium, ac rudem, ventrique deditum, ignarus Mafona fuisse comediarum histrionem, natione Megarensem, inuentorem personae quam ab eo vocant Mafona, ut scribit Aristophanes Byzantius libro De personis, qui & eum tradit rum famuli personam excogitasse, tum coqui, ideoque merito sales convenientes eiusmodi personis vocari Mafonicos. Dicaces enim ac irrisores praecipue coquos fingunt & inducunt comici, ut Menander in Tutoribus, Philemon alicubi:

Sphingem marem, domum, non coquum Adduxi: nihil prorsus per deos Eorum intelligo qua loquitur:

Nonua is vocabula commisititur. Polemon in libris ad Timazum scribit Mafona fuisse quidem Megarensem, verum ex iis qui sunt in Sicilia, non ex Nisais. Poseidippus de seruis coquis in Exclusa sic ait:

Eiusmodi sunt haec mihi verò contigit Ministranti apud herum modò quidpiam Festiuum, ut deprehenderet carnem surreptam auferens. Idem in Coalumnis:

A. Extra fores prodijisti, tu qui coquus es, Incarnatus? B. Nondum hercle caenaueram. A. Quo tandem abiisti? B. in forum, id facturus quod nunc facio.

Etenim me eiusdem opificij familiaris & notus quidam emit. Itaque nihil absouum, & sacrificiorum olim peritos fuisse coquos, qui & nuptiis praeficerentur, & sacris. Quamobrem Menander in Adulatore coquum inducit iuuenibus, qui ad epulas quarto mensis die coiuerant, ministrantem, in Vencris Publicae festo, & sic loquentem:

A. Libandum: porrige mihi viscera, heus tu affecla: quo intendis oculos?

an non dicitur ad... d Didymiam. Qui- dam proprium no- men esse voluit: e Iunius adagio, Vulpis reliquiae: Au- tor Etymologici le- git, ποτρούνημα: quisquilia. f Tanquam pra- morsa dentibus. g Eupolis. Ex multis huius verbi significationibus nul- lam video conue- nientiore. Quidam purificanti: alij con- secrant: conceptis precibus dijs dicit. h Ποτρούνημα: κα- είνος, ut prius, ca- seus è coloftris, span- te & absque coa- gulo conerescente, factus, dum primis illud à partu lac, in olla qua exceptum est, super calido ci- nere aliquantulum calefit. In delicijs habitum fuisse illi caseum ex hoc Mar- tiali versu intelli- gimus. De primo matrum lacte, co- lostra datus. i Caenarum corol- laria & arceffio- nes. k Edulij genus, de quo paulo post. l Patrem Semeles, qua mater Bacchi fuit. m Cicadam. n A mandendo. o Eiusmodi. p Locus hic citatus est è Stratone pag. 28. Erasm. pra- uerb. Mafonica di- ctoria. q Fecitimus Athe- niensibus & Bao- tis. r Conduxit. s Coquendi & preparandi cesa- rum hostiaru car- nibus. t Tois tragedi- azis. u Πανδύου. Cole- batur in veteri fo- ro, quo populus o- mnis conueniebat. Inde nomen.

Libandum: plura praebe, & quae fas est. Libandum recte est. Litauimus Olympios iam precare deos. B. Deas omnes caelestes precamur. Interea tu lingua saue, nobis ut salutem dent, Integram valetudinem, bona multa, & eorum quae iam parata sunt, Latum ac commodum usum: ab omnibus hoc nos precamur.

Apud Simo- nidem loquitur sic alter coquus: Et quoties homo ille carnes in multa frustra concidit, perite quidem, etenim id probè didicerat. Ritus sacrificiorum & ceremonias coquis notas fuisse palam est ex Olympiadis ad Alexandrum epistola, qua mater il- lum hortatur, coquum ut emat in sacris faciundis exercitatum, his verbis: Pelignam coquum missum à matre tu habe. Scit ille omnia sacra patria tua quo modo pera- gantur, & pura, & Dicaistica, & Bacchica, & alia prorsus omnia in quibus mater tua victimas immolat. Eum igitur ne contempseris, sed libenter excipe, & ad me re- mitte quamprimum. Venerandum esse coquorum artem liquet ex Atheniensium praconibus, qui, dum res diuina fieret, in ordine coquorum, & victimariorum boues caedentium, fuerunt, ut scribit Cleidemus libro primo Protogoniae. Homerus, & εὐεργ, facere, sacrificare dixit, & εὐεργ, sacris operari, Pæsta post caenam adolere: prisci verò εὐεργ, agere. Annis certè permultis pro praconibus fuere, victimas ferientes, car- nem parantes, discindentes, vinum fundentes, & pracones appellati ab eo munere cuius maior fuit dignitas. Itaque nulla vsquam proditur apud Homerum coqui mer- ces, sed praconis. Apud eundem Agamemnon, quamuis rex, hostiam tamen per- cutit. Ait enim poeta:

Agnorum seuo are stomachum profcindit: Et alios quidem palpitanes adhuc, humi stermit Viribus defectos: robur enim impactum es ademerat.

Thrasymedes Nesto- ris filius sumpta cespita bouem ferit, cum ad id pater esset ob senectutem inualidus. Illum autem caeteri fratres adiuuant, quae maxima fuit & clarissima coquorum artis dignatio. Apud Romanos, Censores, qui magistratus summæ fuit autoritatis, pur- purati & coronati hostias immolabant. Nec verò temere est ab Homero scriptum, pracones afferre quae sacrificarentur, & quae ad fanciendum foedus opus essent, quod priscum, idoneum, & peculiare illorum hoc esset tum ministerium.

Hector in urbem pracones duos misit Extemplo, agnos qui afferrent, & accerferent Priamum: At Talihybiu praemittit rex Agamemnon, qui ad caenas Pergeret naues, eumq, iubet agnos afferre. Talihybius verò dijs voce similis,

Hircum tenens manibus populorum ductori admonit. Demus libro pri- mo Arthidis, scribit Athenis fuisse tribum coquorum, qui ob artem suam in honore essent, illisque hoc curasse, ut plebs rite sacrificaret. Itaque non ineptè Athenion in Samothracibus coquum inducit de natura sic disceptantem.

A. Nescis ex omnibus artibus coquinariam, Ad pietatem omnino contulisse plurimum. Quod dico eiusmodi est, homo Barbare. Ab immani, fera, & fedifraga vita Illa nos vindicauit: & à nefando Mutua carnis esu in quendam nos reduxit ordinem, Et ad hoc vita genus quod amplectimur Pertraxit. B. Quo pacto? A. aduerte animum, eloquar. Cum suis carnis mutuo vescerentur homines, Et grauia sapius inde mala exorirentur, Minime stultus aut fatuus vir aliquis Primus hostiam mactauit, & carnem assauit: Visa tum forte est quam humana, illa suauior. Itaque mandere hominem cum desissent, pecudes

et dicitur, otiosa, in- fertia, in quibus ho- stia non immolatur, sed frugum primi- tie offeruntur. y Iudicialia: sacrificia qua à rege fru- bant cum ius dice- ret. z Prima genera- tionis, primi aui, & seculi. a Mactas subactas oleo & melle. b Magna, ampla, sonora. Mactatas

Liban

Maectatas assauerunt, & ut semel eam voluptatem
 Sunt experti, ex his scilicet primordijs
 Culinariam artem post auxerunt plurimum.
 Exinde pristini status memores, citanunum
 Viscera dijs torrent, nullo sale
 Addito flammis, nondum enim tum fuit
 Ad eum sal usum inuentus;
 Ut autem postea scitamentum id placuit,
 Salem adiecerunt, praescripta iam sacrorum lege,
 Patrium morem obseruantes: quod solum nobis
 Omnibus salutis fuit initium,
 Quoniam arri huic studerent, ac varijs gustus illecebris
 Amplius proueberent artem culinariam.
 Hac profecto iam olim fama publica fuit,
 Post haec omasum quispiam conditum
 Mensis progressu temporis intulit,
 Vel haedum sub testu^a coctum, rigatum, eliquatum probe, ac tenerum.
 Vel humido^o minutali occultum
 Piscem aduexit, aut nondum visum,
 Rarum, pretiosumq; salsamentum, aut olus, alicam, mel.
 Sic ob eas quas memoro voluptates
 Abstinit facile quisque ab esu humani cadaveris:
 Vita societatem & comunitatem esse voluerunt omnes: turba
 Congregata sunt, adificataq; oppida,
 Ob artem, videlicet, quod iam dixi, coquinariam.
 A. Heus tu salue homo. B. euestigio^o apud dominam
 Sacra coqui nos auspicamur^o, maectamus hostiam;
 Libamus: quapropter verisimile est nostris maxime precibus
 Deos annuere, quandoquidem a nobis reperta sunt,
 Quae ad honestam & beatam vitam conducunt maxime,
 Et ob pietatis cultum. B. heus tu, cessa tandem, potin es tacere?
 A. Aberravi. B. hic mecum cibum cape,
 Deinde cura quae domi sunt, ut decet, omnia.

Alexis in Paruo lebe-
 te culinariam artem, liberalem esse disciplinam probat, ac coquum ipsum ciuem esse
 ostendit nec sordidum^h nec humanitatis expertem. Qui vero de obsoniorum ap-
 paratu scripserunt Heracleides, & Glaucus Locrus ingenuum quemuis ad illam ar-
 tem^l discendam idoneum esse negant. Artem hanc Cratinus iunior in Gigantibus
 fumini laudibus sic extulit:

A. Considera tu, quam iucunde terra
 Oleat, quam suavis exeat^k fumus.
 Habitare, ut mihi videtur, in hoc specu,
 Vel qui thura vendit, vel Siculus coquus.
 B. Consimilem odorem narras, in utroque gratum.

Antiphanes in Misero^l, coquos Siculos ita laudat:
 Sicularum vero artificio epulis condita sunt intrita.
 Apparatum significant purum, varium, & Siculum.
 Coquum ego nactus, audiui
 Omnia coquorum sigillatim vitia.
 Ex amulis^m dicebat quidam, illum non habere
 Nasum, qui de obsonijs recte iudicaret: alteri os esse
 Stupidum, & improbum: linguam alijs, quae sedita saporibus
 Delectetur, ac inepris quibusdam condimentis:
 Alium supra modum salem miscere, alium acetum, alium stomachum mauere,
 Alium esse naucofum: alium ignem non ferre, alium offendi fumo.

f Iupius adagio,
 Palaphatus nouus
 pro quos, legit,
 xuyis.
 d Πικρῶν: sub cil-
 bano, & τῶ πικρῶν.
 e Πικρῶν. Sic
 Graeci vocant mi-
 nutal, edulium pa-
 ratum ex concisae
 herbae & carthuis:
 hic minutim factas
 herbas intelligo.

f Quasi appellan-
 tem non audiat, o-
 rationem coquus
 persequitur.
 g Κατὰ πρόθεσιν,
 primitias immola-
 tus.

b Ἀπὸ τῶν ἀπλοῶν,
 virumque uerti.

i Sed eum tantum
 qui excellat inge-
 nio.

k Citat Erasim. pro-
 uerb. Sicula mensa.

l Ex d'vareg'.

m Ἀντιφῶν λέγει
 τὸν, qui in con-
 uitijs parandis e-
 mulam operam lo-
 cant: qui coenarum
 apparatusum redi-
 giunt.

Quid

Quid plura? ex igne tandem ad cultrosⁿ
 Ille transijt: quitus unum quendam aiebat
 Occisum aliquando ad ignem^o elatum.
 quorum sapientiam ad hunc modum patefacit:
 A. Itaque paruum hunc Glaucum, ut alias,
 Coquito, cum muria, inquam: lupum uero
 Integrum assa: squalum in intrita^p
 Feruescacio. Adest anguilla: extemplo sal, origanum,
 Aqua. Eadem congrui postulant: Raia, uirens^q olus:
 Assanda thymi frustra: assanda caro
 Haedi, nunc aduersa parte, nunc auersa:
 Lactes & licn faciendi. B. Nugis hic me suis enecat.
 Qui de condiendis
 obsonijs tractarunt celebres & famulos nominatim Baton in Beneficis ita enumerat:
 A. Euge^r Sibynna, noctes peruigilamus,
 Nec a somno experrigimur: ardet semper lucerna:
 In manibus perpetuo liber: meditamur
 Posteris sapiens quidpiam relinquere, quale scripsit
 Actides Chius, aut Tyndaricus Sicyonius,
 Aut Zopyrinus. B. Tu uero num inuenisti quidpiam?
 A. Maxima: B. Que cedo?
 A. Etiam inuitos ad uitam reuoco mortuos.
 Ego uero, amici viri, hoc
 edulium, Myma, vobis affero, quod Artemidorus Aristophaniensis in Condimenta-
 rijs dictionibus ait, ex carne ac sanguine parari, coniectis multis scitamentis. Epæ-
 netus in Condimentario scribit Myma fieri ex carne gallinae & quavis alia, nempe
 carnibus, intestinis, visceribus, minutim cocis, sic ut teneferant: deinde sanguine,
 dissoluto cum aceto, quod pro condimento fit: additis, alio caseo, silphio, cumino,
 thymo recenti, & arido, thymbra, coriandro nouello, & reposito: gethyo, cœpa pura^s,
 sub cinere tosta, vel papauere, uua passa, melle, & granis acidi Punicidiq; Myma ef-
 se pro obsonio. Oratione tam proluxa cum loquax^t ille & nos & quæ supra memo-
 rauimus, conscidisset, introiuit alius Mattyan gestans, de qua, ut ceptum est, quæri,
 Vlpianus cum ea recitasset quæ Artemidorus supra nominatus de illa scripsit in Cō-
 dimentarijs Glossis, Emilianus, inquit, prodidit ab Ascalonite Dorotheo, librū edi-
 tum hoc titulo, De Antiphane, & Matrya scriptoribus comœdiæ quam mediam vo-
 cant, in eoque tradi Mattyan inuentum esse Thessalorum, sed cum imperarent Ma-
 cedones, Athenis frequentem eius usum inoleuisse. Hoc uero in confesso est, Thef-
 salos & vestitu & victu omnium fuisse Græcorum sumptuosissimos, quæ causa fuit
 ut in Græciam Persas inuitarent, nempe quia magnificentiam eorum & luxum mira-
 rentur, ac imitarentur. De Thessalorum profuso sumptu multa refert Cratinus li-
 bro De illorum republica. Apollodorus Atheniensis libro primo Veriloquiorum
 scribit Mattyan ἀπὸ τῶν μαροῦδων, à mandendo, fuisse dictam, ut & Mastichen, & μάσανα,
 escam, nos uero ἀπὸ τῶν μάθησιν, à subigendo, & pinsendo, uocatum censemus, ut & ma-
 zam^v, ac quam μαρυδά^w Cyprii nominant, & supramodum luxu diffuere τὸ μαρυδά^w.
 Hunc itaque cibum plebeium ac promiscuum, & communem, Mazam appellarunt,
 & μάθησιν, ipsam pistura præparare. Postea uero edulium necessarium illud intem-
 perantijs variantes, & curiosius, appellatione Mazæ nonnihil detorta, opiparum &
 splendidum omnem cibum Mattyam nuncuparunt, ac μαθησίν, illum apparare,
 quicumque sit, piscis, auis, olus, uictima, moretum, alliatum^x. Manifestum id est ex
 Alexidis testimonio quod Artemidorus profert, in quo Alexis cum declarare uult
 quod ex superiori sermone collectum est in fabula, cuius titulus Demetrius:
 Accepta quod missum est obsonio,
 Id apparate, epulamini, propinate, bibite,
 Indulgete ueneri, μαθησίν, cibos lautos conquirite. λέγει δὲ Atheniensēs di-
 cunt de petulantiore & turpi Veneris uoluptate. Artemidorus in condimentarijs
 T Glossis,

Antiphanes in Philotide co-

n Ad manus, &
 gladiatorum uice, cul-
 tros uentum est, in
 carina & maledi-
 centia.
 o Ad rogam: cultro
 confissum & in-
 teremptum ab a-
 mulo.
 p Locas hic cita-
 tur pag. 20.
 q Χολοδὸν: Alij, uiri-
 de condimentum.

r Exultant.

s Excusa membra-
 nis.

t Ad necem usque
 diuicasset.

v Parinam coctam
 cum oleo & aqua.
 w Menfam tripodē,
 mabram, lanceam,
 offam.
 x Vido proverbia,
 τὸ μαροῦδων: & E-
 rasimum proverb.
 μαροῦδων. Supra
 Mattya, Laconica
 qualis esset, decla-
 ratum.

y Μαροῦδων: Alij, μα-
 ροῦδων, quod proba,
 Alliatum.

z Qui sardam &
 detestabilem uene-
 rem in ore pati-
 unt, & fellator, &
 spurcus sine spur-
 ci oris dicitur, is
 λαιος, deglubit:
 qui uero id agit
 Latinis irrumator,
 appellatur Graeci
 ἀρῆστος. De Tibe-
 rio in Atellaria o-
 lim vulgati: Hir-
 cus uetus naturā
 Caprei liguit.

b Cibus laurus.

e Elebete, vel olla in qua coquuntur.

d Hoc à seruo dici puto, qui vellet, postquam herus abisset cubitum, cum esset in comessari. e Conuiuium. f Alij Πυρρῶν: sculo quo ignis ferretur. g Supra pag. 180.

h Tragicos, quos à pari numero stellarum Pleiadas vocatos fuisse ait Strabo lib. 14. Brodaus cap. 15. 5. obseruat. i Ad verbum, cum no obiari.

k Μυαξοῖσι: uoleganisissimi, scilicet mi, lepidissimi.

l Significare videtur hec dictio quod nos collationem vocamus.

m Cibus, confectus ex lacte, semidali- de, adipe fuit, coctum in folio ficus. n Cibus ex lacte, melle, caseo, amylo, o Hædi, porcelli, agni, &c.

p Silla, de qua videtur Plin. cap. 16. 1. q laculæ & reliquæ.

r Lupinos, & catera que ad Hecates cenam, & Martibus mortuorum, olim in triuijs ponebantur.

s De illis supra.

Glossis, planum facit Mattyan esse nomen condimentis omnibus magnificis commune, his verbis: Ut paretur Mattya^b ex gallina, iugulanda illa est gladii acie, iuxta caput, in crastinumq; diem seruanda: Idem & in perdice faciendum: deinde, si libeat, plumis minimè vulsis, ut illis obiecta est, relinquenda. Modum post ille conditura & coctura vbi docuit, subnectit deinceps: Columbam crassam & pinguem elixa, ac expullis, eos qui adhuc pipiunt, hoc edulio si placet mox inter potandum vesci: & aliquanto post: eximenda olera^c, & transferenda in catinum: deinde superingesta carne gallina: ferculum apponendam, aceti loco per æstatem acerbæ vuæ racemus in ius inditur, ut ex vite decerptus est: Cum verò satis elixus fuerit, auferendus suis cum racemulis, prius quàm excidant vinacea, deinde sic olus conterendum. Eo pacto futura est Mattya delicatissima. Hinc liquet Mattyan nomen commune fuisse cibus omnibus exquisitissimis: sic tamen etiam prisca vocarunt epulas in quibus illis cibariis vescerentur. Philemon in Rpto:

*Nydo^d custodiam adhibe: cum tribus poculis
Ebibendis Mattyan^e ille se daturum palam faciat.*

Nobis aliquis vinum misceto, Mattyan vos oculus instruite.

Idem in Homicida:
Alexis in Pyrauo^f, dubio significatu sic dixit:

Ego verò ut deprehendi otiosos,

Exclamauit, num dabit aliquis nobis Mattyan?

tanquam cenam peteret, quamuis & probabile sit de cibus hoc interpretari. Machon^g Sicyonius, vnus ex comædiarum scriptoribus quos recenset Apollodorus Carystius, fabulas suas in Alexandria, non Athenis egit, egregius poëta, si quis alius, post eximios illos septem^h: quapropter Aristophanes grammaticus, adhuc iuuenis studiosè cōsuetudinem & familiaritatemⁱ eius appetiuit. In fabula Ignorantia hæc ille scripsit:

Mihi suauis nihil est, Mattya.

Hanc an Macedones prius quàm Athenienses,

Nobis ostenderint, an omnes dij,

Expuloratum mihi non est: hominis tamen illam Musices^k peritissimi

Inuentum cuiusdam reor.

Novissimam inferri solitam & post alios cibos

omnes Mattyan, ex Nicostrato cognoscimus in Expulso. Coquus narrat splendidū, & ordine dispositum epulum se apparasse, iam prolocutus quale prandium, qualem antea cenam extruxisset. De missu tertio quadam is præfatus, subiungit:

Euge viri, rectè admodum se res habet: at in Mattya^l,

Sic omnia qua his subsequuntur disponam, ut, nisi fallor,

Nè hic quidem nobis sit aliquid obiectaturus.

Idem in Coquo:

Thrion^m an oporteat, an candylonⁿ, an eiusmodi quidpiam

In Mattyis apponere, virumque semper ignorauit.

Alius quidam coquus ait:

In Mattyan afferendi tenelli pedes^o,

Omasum coctura liquatum, & vulua^p fortassis.

Dionysius in Acontizomeno^q: loquitur coquus:

Aliquando his cum pararem Mattyan,

Pra festinatione inuitus erravi, & ferculum vnum attuli

Mortuorum^r, ad mortuos.


Philemon in Mendica:

Licuit tibi saburrari per totum diem,

Mattyas illic cum & faceres, & dares.

Molpis Lacedæmonius, auctaria cenæ, quæ Spartani vocant^s ἐπιάνδια, scribit apud alios dici Mattyas. Menippus Cynicus in dialogo cuius titulus est Arcefilaus, ita scribit. Compotabant, ac comessabantur quidam. Afferri mattyan iussit quædam Lacedæmonia: mox allatæ sunt perdiculæ pauæ: anserculi assi: placentarum lautitiæ. Cenam eiusmodi Athenienses vocant ἐπιδέρματα, Dores ἐπιδέρμα, ex reliquis Græcis plurimi ἐπιδέρματα. De Mattya cum hæc fuissent explicata, abundum esse nos putauimus, iam enim aduersperascebat. Sic igitur coctus dimissus est.

ATHEN



ATHENAEI DEIPNO-
SOPHISTARVM LIBER
DECIMVSQVINTVS.



INI facundi eloquentiam Nestoris

Antenorisc^a, Phrygiæ, deus si daret, quod inquit, ô amice Timocrates, sapientissimus Euripides, ne tibi quidem ea possem commemorare, quæ in his præclaris conuiujs agitata sunt, ob varietatem, ac diuersitatem eorum quæ noua semper adinuenta fuere. Nam & de ferculorum ordine sapius est disputatum, & de iis quæ à cenâ peragebantur, quæ vix, præterita reputanti mihi, succurrerent, nisi quidam ex familiaribus, his Platonis iambicis, ex Laconibus,

memoriam refricaret:

A. Cænarunt conuiuæ propemodum omnes:

Euge tu cur non accurris? mensas cur non remoues?

B. Aquam sanè lauandis^b manibus, ut affundam venio.

C. Accessi^b ego pauimentum ut euerram:

Libamina post vbi sparsero, cottabum asseram.

A. Puero tibias promptas esse iam oportuit,

Eumq; iam instasse: abi, unguentum asser Aegyptium,

Deinde irinum, quo delibuti simus.

Allatam post hæc coronam conuiuiarum cuique dato.

Nunc nunc misceto quidam pocula.

B. Mixta iam hercle sunt,

Thure flammis incito.

Fausta precator omnibus:

Dudum bibere cuncti:

Conuiuale^c iam carmen est cantatum,

Cottabus foras egreditur:

Tibys virgo quadam^d Caricos canit modos

Conuiujs: aliam insuper

Video trigonum^e habentem,

Quo numeros Ionicos illis^f modulatur.

Post hæc de Cottabis utique fuit

quæstio, ac de iis qui cottabo ludunt. Eos quidam ex medicis præsentibus esse iudicauit, qui à balneo purgandi ventriculi causa, bibunt affatim, ut euomant, ac dixit antiquitus id non fuisse in consuetudine, nec scire aliquem se ex veteribus qui ea sit vsus vacatione: Erasistratumq; Iulieten^g in opere de vniuersa medicina ideo reprehendere illos qui hoc faciunt, quoniam, ut asserit, eo conatu lædantur oculi, & alius cohibeatur. Ad eum Vlpianus tum inquit:

Age, surge Asolepiades, Charon te rex vocat:

Non absurdè quidam ex amicis

dixit, exceptis medicis nihil esse grammaticis stultius. Etenim quis nostrum ignorat non fuisse eum veterem apocottabissimum: nisi tu Ameipsiam^h cibum reuerere ac singulitareⁱ putas. Caterum, quoniam in hac contemplatione non es versatus, ex me discas velim, primum quidem Cottaborum inuentionem Siculorum esse iustum, quem

a Adorgon: Alij, dicitur: murrum, aqua diluam, manibus abstergendis. b Indicat alia seruum: famulumque loquentem.

c To oxalid.

d Erasim, prouerb. Carica mysia.

e Musicum instrumentum. f Canic.

g Iulias oppidum insulae Cretæ: Erasistratus patria: Suidas. Pollux in eo significat: ab Aristophane dictum fuisse scribit, ut non ita acerbè fuerit medicis reprehendendus. h In Insania: cuius testimonium citatur pag. sequenti. i Sculca & alijs proderet.

quem priini excogitarunt Siculi, vt in elegis scribit Critias Callaechri filius hoc pacto:

h Adonias, humo- ris epoti reliquias, quas per iusum pa- nimento illidebant, vt sonum ederent. illisus estus hu- moris effusi, arcus vocat.

l Pag. 357. m Peluim humi posuam.

Cottabus insula Sicilia pulch rum & decorum opus est:

Eum pro scopo latagum^a arcubus nos proponimus.

Dicæarchus¹ Mile-

fius Aristotelis discipulus in libro De Alcaeo, λατόγυρ Siculam esse dictionem ait, nimirum quod superest humoris epoto poculo. Id, qui ludebant, inuersa manu in altum iaciebant, vt caderet in Cottabeium^m. Cleitarchus in opere de linguis scribit, Theffalos ac Rhodios cottabum vocare quod ex potione restat. Cottabum etiam appellarunt præmium quod meretur qui potando vicerit, vt declarat Eur ipides in Oeneo his verbis:

Crebris percusserunt Baccho i sagittis

Caput senis: at qui ferijt eum coronari

Iussi, Cottabumq; præmium dedi.

Cottabum præterea vas nuncupa-

bant, in quod mittebantur Latages, vt ostendit Cratinus in Nemeſi. Plato in Vexato Ioue, cottabum esse tradit ludi speciem in mensis ac computationibus vsitaram, quo assurgebant & stantes pocillis, non aliter quam tesserarum, alea, sese oblectabant. Sic inquit poeta:

A. Cottabo vos ludere; interim dum ego

Cenam paro, omnino volo.

Iam ventus cessauit.

Libamina puer statim affer: sume aquam: admove pocula:

De osculis certe: illiberali vos ludo

Nolo contendere: Cottabismi præmium vobis pollicor

Crepidias quas illa gestat: Cotylumq; tuum.

B. Appage: qui me inuadit Isthmicorum, est certatorum^o valentissimus.

n Exigni poculi ge- nus. o Huius ludi & pe- rissimum & scien- tissimus. p Kottabos dicitur & xatogyr deorsum euntes, ac pessum. Ex is que sequun- tur res. innotescit. locus hic citatur su- præ pag. 163.

Sunt & cottabi deorsum penfiles^p, vocati, nempe lances exiguae sursum elatae, ac de- nuò relabentes. Eubulus in Bellerophonte:

Ecquis mihi arreptum crus detrahet?

In altum enim, veluti cottabeion, attollo.

Antiphanes in Veneris profapia:

A. Quem dico tibi Cottabum, non intelligis: Cottabus

Exigua lanx est: aduertere animum: oua

Quinque victori præmium.

B. Cuius opera merces? ridiculum id: cottabismo quo pacto luditis?

A. Ego docebo, qua ratione cottabum

As plastingem^a scienter demittas.

B. Quale aut quidnam hoc est? A. imminens

Superne tabella^a exigua,

Ea plastinx^a est, atque victoriam prabet.

B. Id si coningat, quo tandem modo cognoscitur?

A. Sonitus fit cum in Manen^a cadit Cottabus: ac mox

Strepitus & plausus ingens^a. B. Per deos quaſo,

An Cottabo Manes quissiam, veluti samulus adest?

Et paulo post:

A. Qua lege capiendum sit poculum^a ostendam.

Tibicinum modo curuandi sunt digiti,

Vini non multum affundendum, sed paululum:

Deinde projiciendum. B. quo modo? A. huc aspice.

Hoc pacto. B. ó Neptune, quam alie iacis?

A. Tibi sic faciendum. B. At ego funda

Eousque non peruenierim. A. id stude vt discas:

Inflexa concinne manu mittendus est Cottabus:

Id quod & Dicæar-

chus scripsit. Apud Platonem in Ioue malè affecto Herculem quidam monet cot- tabum proiecturum, ne rigida id manu faceret. Cottabi huiusmodi proiectum ἀγυλίμ vocarunt, quòd in eo apocottabismo dextra manus flecteretur. Alij poculi genus ἀγυλίμ esse volunt. Bacchylides in Amatoriis: Quoad istis iuuenibus Ancylo vinum

q Eunii, ab extre- ma vtrinq; trās- uersa virga nexus, cui cottabus appè- ditur.

r Liqueum cot- tabum sic appellat.

s Digito plastingē sangit ex mōstrat.

t Horreum silum sic vocat, in subie- cta peluim medio exatam, quem fr- viti oportebat a de- misso cottabo.

v Circumstantiam spectatorum. x Describitur aliter Cottabus, qui se- bat vino in subli- me iacto, quod in- yas subiectum re- cidebat.

y Alij ἀγυλίμ. Curuandi nam ma- nus silices.

vinum fuderit, niueum cubitum porrigens. Æschylus in Ostologis² Cottabos An- cyletos^a sic innuit:

Eurymachus, haud alius, non leniore me

Affecit iniuria, minime quidem ferenda.

Cottabo semper^b is ludebat:

Curuam autem manum moderatricem Cottabi

Eius adhuc pubescentis exetam abstulit.

Præmium ei constitutum

fuisse qui Cottabum scite iaceret, ex Antiphane supra nos probauimus, oua nimi- rum, pemmata, bellaria. Idem scriptis mandarunt Cephifodorus in Trophonio, Callias, siue Diocles in Cyclopibus, Eupolis, Hermippus in Iambis. Cottabium deorsum penfile, κατόγυρ huiusmodi est. Sublimis pendet lanx supra peluim subdi- tam, in qua extat, quod Manen vocant. In peluim, descendentem cadere plastin- gen oportet, ac Manen Cottabo feriri, quæ in iactu est exacta & scita manuum de- xteritas. Nicochares in Laconibus Manis huius meminit. Alterum huius lusionis in pelui genus est. Aqua hæc impletur, vacua innatant^c acetabula, in quæ ex carche- siji paterisve latagas^d iaciunt, acetabula demergere conantes: qui plura depressit, Cottabismi præmium adipiscitur. Ameipsias in Insania, siue Cortabo ludentibus:

Affer acetabula, & cantharos,

Atque polubrum^e affusa aqua.

Patrio more Ioni Cottabum proponere:

Acetabulumq; vacuum ferire:

Ei qui iactu demerserit, amplissima ob euentum felicem præmia tribuo.

Cratinus in Nemeſi:

Aristophanes in Coniuuiis:

Aeneum^f hoc ego noui. Aggredi iam licet Cottabi lusum, & Myrteos ramos aduehere.

Hermippus in Parcisi^g:

Heus vos, serua: palla deiecta sunt.

Thoracem indutum, fibula omnes adstringunt:

Iuncta malleolis adaptantur ocreæ,

Alba nulli sunt soleæ

Virgam Cottabi volutatam in paleis videas:

Manes nulla resonat latage^h:

Miseram plastingen conspicias prope horti cardinem in purgamentis iacentem.

Achæus in Lino, de Satyris loquens, ait:

Proruentes, foras eicientes frangentes meumⁱ quidpiam:

Dicentes, bellissimus, ó Hercules hic est latax^k.

Hoc videlicet poeta dixit,

quòd amasiorum^l iam meminisset iacere de seipſis Cottabos solitorum. Quapro- pter Sophocles Venerem latagem sic vocat:

Venerem & flaua latax liberis ac adibus meis incumbit.

Euripides in

Pleisthene^m:

Multus Cottaborum strepitus Veneris canoros domi personat modos.

Callimachus:

Amici plures in terram iacula miserunt,

Meribibi, latagis Sicula, ex poculis.

Alia quoque Cottabi species in per-

uigiliis adhibebatur, cuius sic meminit Callippusⁿ in Pernoctatione:

Insomnis tota nocte qui fuerit, Pyramuntem^o accipiet,

Cottabi præmium: & quam volet,

Ex presentibus feminis osculabitur^p.

Pemmata quidem fiebant in

Pernoctationibus, in quibus per longum tempus vigiles saltabant, appellabanturque xaelia, Gratioſa, quòd essent grata illo præmio donatis. Horum ita meminit Eu- bulus in Ancylione^q:

Iam dudum coquit victoribus præmia;

Exilui nuper Charisium dum coquerem.

& deinceps:

fuisse Eubulus sic inquit:

Adiunto nunc mulieres vt nocte tota,

Ex quo natus est infans, decima, saltetis:

z Mortuorum & insepulcorum ossa colligentibus. a Qui manu curua sunt, & projiciun- tur.

b Quæ mutilatum ab Eurymacho que ritur.

c Adit Polux, myrteos ramos & pilam.

d Potionis residu.

e Polubrum, pel- luum.


f Polubrum. g Citantur hi ver- sus pag. 161. Argu- menti is poeta col- ligit, quosdã, Cot- tabo dãm ludebat, oborta risa, pallas mulieram discis- se, cottabum euer- sisse, albos calceos luto maculasse, & tumultu nondã se- dato arma sum- pisse tãquam rur- sum pugnaturos.

h Vide quod est no- tatum pag. 161. i Mea supellectile: meorũ rursus stre- pitus, ac tumultus. Sumptum à latage Cottabismi.

l Vt Cottaborum euentu magis mi- nusve se amari tã- quam diuinent. m Menelai & A- gamemnonũ patre. n Callippi versus non ostendunt aliud fuisse illius Cottabi genus, sed diuersum præmium.

o Placente gener. p Pag. 161. q Alij Campylione.

ΚΟΤΤΑΒΟΣ ΚΑΤΑΚΤΟΣ. COTTABVS DEORSVM PENSILIS.



- A. Plastinges.
B. Δύχμη, κότταβος, lances.
C. Virga cottabica, lacunari affixa.
D. Peluis subiecta.
E. In vtraque Manes.

COTTABI GENERA.

Primum, ουδ λατταβη. Potus reliquie panimento illidebantur. Vincibat qui clarior sonum ederet. Plin. cap. pl. 14. Nihil ad eliaedum in panimentis sonum ex vino reliquisse.

Alterum, ποδς λανθελω. Peluis aqua plena humi ponebatur, in ea natabant acetabula vacua. pila, myrri ramuli. eiciebatur humor e poculo, qui resideret in peluim, & acetabula, pila, myrteos ramos demergeret.

Tertium, ουδ αγκλη, vel αγκλητης. Poculum cum humoris paululo, inuversa curuaq; manu capiebatur, quoad eius fieri poterat, in sublime iaciebatur humor, ut relapsus humi personaret.

Quantum, Cottabus κατκτος, deorsum pensilis. Lacunari affigitur ferrea virga, que sustineat veluti stateram, cum ansa, iugo, agina, & lancibus duabus, quas plastinges, id est, funiculi aptant. Vtrique lanci subditur peluis. In huius medio extat manes, nempe areus stylus, siue imaguncula, in cuius caput descendit immisso humore depressa lanx.

Huius ludi vocabula.

Αδταβη, vel λατταβη, potus residuum, quod in solli effundunt, vel in sublime iaciunt: humor quem in peluim aqua plenam iaculantur: sonus qui fit horum omnium illis, vel, dum Cottabus descendens manen

ferit. Hunc Aristophanes comparat cum sono κιδ αρος, note: illum cum sono tuba, & λατταβη.
Αδταβος in quarto genere, virga ferrea impaeta lacunari. Πλατταβη, Funiculi quibus appenduntur lances.
Δύχμη, lances aeneae, interdum lignae, rotundae, supinae, ei similes quod lucernae suppositum illam gestat.
Λανθελω, peluis in qua Manes stat: κεισ φειον, με ανης, κωτταβησιν: areus stylus, vel areum sigilli: in media pelui extas.
In secundo genere, ποδς ανθελω, polubrium, peluim, peluis aqua plena. Οξυβαφω, acetabula. Σφαίρα, pila. Μυρρινη, myrrei surculi. Κότταβος, ludus, ludi premium: in quarto genere, lances.

In quibus fiderit & spectatores, & post iactum iustores, pag. 357.
Qui potantes exciret nō aliter quā eos qui pila ludunt, filii. Sic libro 1, Pa rasti coniuatori- bus ita se prabent, ut fillem, eo ludo certantibus.
Eadem metaphora hic pilas vocat, qua supra filles.
Per quem humor proiectus delabatur.
Ομοροει, y Coniuator. Alo ludi ad Phaeac qui rexie nauis Thesei proram.
Sua magnificentia & liberalitate potas inuitat ad canendum.

Premium illi qui vincet, tres vittas dabo,
Mala quinque, nouem oscula.
Studiofos fuisse Cottabi Siculos, ex eo manifestum, quod apta huic ludo subfellia extruxerint, vt scribit Dicæarchus in opere suo De Alcmane, quamobrem non absurde Callimachus latagen Siculam vocauit. Latagum & Cottaborum sic meminit Dionysius Aeneus cognomine, in Elegis;
Cottabum huic tibi tertium nos amoribus infalices
Statum ponimus, exercitationis Bacchi
Follem: vos qui adestis omnes manus confertas protendite,
In has poculorum pilas: & priusquam Cottabum eyciatis,
Oculis metimini aerem, descendens
Vt in quantum spatium latex euolauerit, sciatis.
His explicatis Vlpianus poposcit maioribus poculis, ex iisdem elegis hac recitans;
Laudatorios versus ingeniosè tibi mihiq; affundere,
Antiqui est instituti, & vel alienigenis gratum.
Lingua remigio in magnam te laudem prouehemus,
Hoc in conuiuio dexterrate orationis.
Phaeacius in transra mittit remiges musarum. Nam, quod ait Cratinus iunior in Ompha

Omphale, Verè ac bellè fortunatum potare satius; alij praelia & labores curent. Ad eum Cynulcus, vt qui Syro nunquam non aduersaretur, & perpetua contentione quam semel cum illo suscepit, reluctaretur semper, exorto inter conuiuandum tumultu, Ecquis, ait, hic Syrbæus chorus? Ego equidem horum versuum quosdam memorabo, ac recitabo, ne Vlpianus fastuosè gloriatur solum se ex reconditis scriniis, Homeri studiois Cottabia deprompisse.

Fausto letoq; nuntio hilares, ac minime tetrici huc properate.

Poculorum lites dirimite: mihi

Dicturo animum aduertite, ex me vt intelligatis,

Quam proponere decreui questionem, & qua ad eius explicationem pertinent.

Iam enim video pueros coronas & vnguenta ferentes: cur vulgo iactatur, eos qui sunt coronati, amare, illorum si coronae dissoluantur? Hoc ego, vel à pueritia, cum legerem epigrammata Callimachi, in quibus hoc proditum est, illud scire percipui. Cyrenzi poetæ verba sunt:

Rose verò abiectis folijs,

E coronis omnes in terram defluerunt: tuæ partes sunt, ô musices peritissime, ac elegantissime Demetrie, excitatam ante mille annos quæstionem, quam renouo, enucleare, atque adeo hanc, cur amatores amicarum fores coronis ornent. Tum Democritus, At ego, inquit; ænei rhetoris simul & poetæ Dionysij mentionem vt faciam, (quem autem ideo cognominarunt, quod arce vt nummo Atheniensibus primus oratione suaferit,) quam Callimachus in suo commentario de rhetoribus perscripsit, proferam etiam non nihil ex ipsius elegis, quod, ô Theodore, hoc enim tuum nomen proprium est, à me tibi propinatum boni consules.

Primo tibi,

Leporum mitto permixtos ingeniosè lepores:

Munere hoc accepto versus mihi vicissim propina,

Conuiuium vt exornes, & tua in scribendis versibus dexteritas laudetur.

Hoc tu quæris: cur illos amare putemus, quibus coronatis coronae dissoluntur? an quia morum ornamenta illis amor auferit qui amant? Propter hanc ornamentorum conspicuorum iacturam Clearchus libro primo Amatoriorum, quendam, qui amaret, inhorrescere ait, & contremiscere, quod argumentum censent in eiusmodi perturbatione, amissis morum ornatus. An potius, quemadmodum in auguriis omnibus, vt alia multa, sic & illud, quidpiam nobis significat? Nam coronarum ornamentum, quia fluxum & caducum, portendit affectum mentis instabilem, decorum tamen, qualis amor est. Etenim illis qui amant nulli curiosius corporis elegantiam & ornatum, pulchritudinemq; affectant. An natura, veluti numen quoddam rebus omnibus iusta reddens præmia, vetat illos qui amant prius coronari, quam potiti sint amoribus, nempe cum expugnato illo quem amant, à desiderio liberantur. Etenim dissolutam coronam indicium esse volunt nondum confecti certaminis, nondum partæ victoriæ. An quia nolit Amor quenquam veluti de eo victorem, coronari, & corona tanquam præconio triumphatorem renuntiare, coronam idcirco eripit, & alios insuper tanquam prædicens admonet, fore viribus illos suis impares? Hæc scilicet ratio est cur amare credant. An verò, quod ligata sunt quæ soluntur omnia? Eorum autem qui coronantur, Amor vinculum est. Nemo porrò vinculis adstrictus coronis gaudet, præter illos qui amant. Quoniam igitur coronae veluti catenam, vinculorum quibus amor illigauit, notam esse putant, ideo amare dicunt. An quia, inter conuiuandum identidem sibi coronas detrahunt, qui amant, suspicionem in eum affectum vertimus, tanquam integra futura corona sit, nisi amarent? An quod solis nexis, & amantibus eximuntur vincula, vinculumq; esse illum putant cuius corona dissoluitur, amare idcirco eum arbitrantur? Vinculis profectò sese impediunt, qui amant: An quod amore coronantur amatores, instabilis & lubrica propterea illorum est corona? Est enim difficile paruum caput, & cuiusuis homunculi, diuina amplaque corona illa cingere. Coronant autem valus illorum quos amant, honoris causa, perinde ac templi cuiuspiam dei vestibulum, non quidem illis quos amant,

a Vide prouerbij apud Erasmi, elegi subulci vos suis ducentis, diffinno granita vociferantes.
b Eximiorum poetarum, qualis Homerus fuit, scripta diligenter euoluentibus.
c Que supra de Cottabo sunt expostita.
d Περλεπωρ, tanquam excelsi, placidi, minime vulsuosi: Quia περλεπωρ, pro περλεπωρ, metri gratia, aduolante.

e Χαετρον χαιετρος: Elegans hæc duplicatio vocabuli multam venustatē ac gratiam significat.
f Modestiam, temperantiam, fugacitatem, constantiam, & alias id genus virtutes.
g Nempe labefacta & deiecta constantie, firmitatēq; animi.

h Quas molimur, & agimus.

i Eos, sub quorum corona dissoluitur.

k Animo etiam in poculorum hilaritate ansio, & perplexo, dum amorem cogitat.

T amant,

creon, Megisthen virum humanum, & affabilem, totos decem menses Amerina salice coronari, & mellitam facem bibere, Menodoti opusculum in praecleara me Alexandria primum reperisse, & in potestate habuisse, dii sciunt, multis item ostendisse, quod apud Anacreontem dubitatur, Hephæstionemq;, arguentem omnes plagij, commodato à me libro accepto, sibi vendicasse illius quaestionis explicationem, ac libellum euulgasse cum hoc titulo, De corona ex Amerina salice apud Anacreontem. Eum commentariolum nuper Romae apud Demetrium honoratissimum virum inuenimus. Talem quoque erga probum hominem Andrantum, amicum nostrum, se gessit Hephæstion ille scriptitator. Nam cum Andrantus quinque libros edidisset de iis quae apud Theophrastum libris de Plantis, & in earum historia, & in philosophi verbis dubia sunt, ac sextum, de intellectu eorum, quae in libris Aristotelis de moribus ad Nicomachum perplexa, & ancipiti sensu, sed solerter, disputantur, & quaedam de Plexippo ° Antiphontis tragici, & alia plurima de eodem Antiphonte, illa sibi omnia Hephæstion adscribit. Idem sibi librum de Antiphonte Xenophontis in Commentariis, attribuit, cum in eo nihil sit quod iure queat sibi asserere, vt nec in libello de corona salicis Amerinae, in quo proprium nihil edidit, praeter hoc vnum, Phylarcho libro septimo historiarum cognitam fuisse Amerinae salicis historiam. At Phylarchum ignorasse quae à Nicæneto & Anacreonte scripta sunt, & à Menodoto dissentire in quibusdam eorum quae ille tradidit, probauit aliquis. Simplicius ¶ hoc dici posset, Amerina salice Megisthen redimitum fuisse, quod ad manum & in propinquo esset copiosa, eo in loco vbi conuiuabatur, ideoque illa potissimum sibi tempora praecinxisset, quemadmodum festis Promachiorum ¶ diebus arundine Lacedaemonij coronantur, vt ait Sosibius, libro de Sacrificiis quae Lacedaemone fiebant, his verbis: In hoc festo de more alij coronantur arundine vernacula, aut Stelide ¶; sequuntur vero quos adhuc magistri erudiunt, ac instituunt pueri, absque coronis. Aristoteles, & Ariston peripateticus, natione Ceus, vterque libro secundo Amatoriorum scribit, antiquos ob dolorem & grauitatem capitis à vini potum molestam, vinculum quoduis temporibus admouisse, quod eam ligaturam prodesse crederent: posteros autem, vt ornatus adderetur quidpiam, temporibus, quod comperationis oblectamentum est, coronas excogitasse, easq; potius adaptasse capiti, quia sedes in eo sit omnium sensuum: aut quia id tegi, & tempora vinciri ad noxam vini cõducatur, nec ea caput & tempora solum, verum etiam frontem coronare solitos, quod sic inquit festiuus Anacreon:

Ad verbum, equatum agitatore.

¶ Lacuna hie fuit exemplari typi editi: quae sequuntur sero omnia à codice Vaticano manuscripto restituta est inserta sunt.

¶ Negue, Natu. antesignani, qui alij bibendo praecunt, placenta genus. Quodnam id fessum esset, non dum reperi.

¶ Viti genus, arboribus inhaesentibus, est. in nostris codicibus, quae apud Theophr. in historia edidit, tritici genus. Fortassis legendum, edidit.

¶ Quod odoris habitum, et tanquam suffitum, et infusio, et parte afflorent. Hodie sequani fenuculi interale liquis ad coronas pendulis floribus facta etiam adhaerent. Vide posthac.

¶ Apud Valluam legitur Sappho et Alcaeus vna fuisse coronam ex anetho, et apio. ¶ Quia de nobis sit bene meritis. ¶ A priscis inuentam.

Supercilij ex apio corollas superimposuimus.
Latiusq; Baccho festum, et conuiuium, celebrauimus.
 Coronas, quibus cornicem circundabant, *σποδυμίδας* ¶ appellarunt, vt Alceus in his:
At ceruicij anethi ¶ plicatiles hypothyriadas quispiam apponat.
Aluhs è floribus coronae plicatiles circa ceruicem fuerunt.
Plicatiles hypothyriadas è loto circa pectus statuerunt.
 Sappho:
 Anacreon:
 Aeschvlus in Prometheo exoluto, liquido scribit, in eius honorem coronas capite gestari ¶, tanquam vicissim nos poenam ei pendamus quod nostra causa vinculis sit oneratus. Idem in fabula quam Sphingem inscripsit:
Hospiti priscam ¶ coronam circumdo,
Vinculorum Prometoei sociam, inquam.
 Sappho causam simplicius reddit cur coronemur, hoc modo:
Hic te coronato, et pulchre coma
Anethi ramos inijce, teneris ac delicatis manibus.
Dij enim florida chariora sunt, et gratiora:
Eos immortales auersantur, coronam qui non habent.
 His scilicet declarat, magnificentius esse, magisq; diis placere, corona si redimitus sit, qui sacris operatur. Aristoteles in Conuiuio scribit mutilum nihil diis offerendum, sed quod integrum, ac perfectum sit. Perfectum esse quod explerum: voce Coronare, significari plenitudinem: vt apud Homerum:

Poeta

Potum adulescentes pateras coronarunt.
Formam deus verbis coronat ¶.
 & alibi: Aspectu deformes, inquit, explet diferta, & ad persuadendum apposita orationis facundia. Moliri hoc ergo videretur coronamentum ¶. Quamobrem in luctu, nos, contra, tanquam eodem dolore tangamur, ac qui affligitur, decurtamus nos, & tonso capillo, & detractis coronis. Philonides medicus libro de Coronis & vnguentis autor est, translata è rubro mari vite in Graeciam à Baccho, multisque intemperanti voluptate delinitis, & merum bibentibus, cum alij furiis acti insanirent, alij obruti vino, & crapula conciderent mortuis similes, quibusdam ad litus maris compotantibus, ingruente pluua, dissolutum conuiuium, ac poculum, in quo parum vini relictum fuerat, aqua replem esse: deinde cum factum rursus esset gustum ac serenum caelum, conuiuas in eundem locum reuersos, vinum dilutum sudantes, mitem atque minimè molestant voluptatem sensisse. Quapropter Graeci, cum temetum inter coenandum infertur mensae, elato clamore bonum deum inuocant, illum venerantes qui reperit. Fuit autem is, Bacchus. Cum verò post caenam, primum aqua temperatum poculum ministratur, Iouem Seruatorem ¶ exultantes acclamant, pluuiæ largitorem, & moderatorem existimantes, iucundæq; temperationis & commixtionis autorem. His profectò, quorum caput meri potione tentaretur, opus remedio fuit. Promptissimum id est ex florum fasciculis, ac fertis, praesertim natura duce, atque magistra. Nam, vt inquit Andreas, cum aliquem forte dolor capitis vgeret, eius compressu leuatus, vinculum intellexit esse doloris praesens auxilium. Hac igitur medicina opitulantes, eorum qui nimium bibissent, caput reuinciebant, hederacea praecipue corona, quae planta citra cultum vbiuis copiosa prouenit, facie alioqui non inuenta, corymbis & foliis virentibus frontem opacat, adfrictionisque vehementiam patitur, & postremò refrigerat citra odoris grauitatem. Ob hanc rationem coronam illam vita Baccho dedicasse videtur, qui & potum inuenerit, & malis inde nascentibus succurrat. At iam inde voluntatibus illecti homines, praeter eam vim qua ebrietatis incommodis medetur, & confert eiusmodi corona, oculorum quoque & narium delectationem expetiuerunt: ac tum myrteam coronam, quae adstringit, & vini exhalationes arceret, tum è rosis, quae & grauitatem capitis nonnihil sedat, & aestuantes potione refrigerat, vsurparunt: lauream verò, quae calfacit, & grauem odorem spirat, comperationibus inutilem esse iudicarunt, tum etiam violas, quae odore caput feriunt, & coronam ex amara-co, & quidquid grauari aut opplere alioqui posset, retecerunt. Eadem scripsit & Apollodoros libro de Vnguentis & coronis, iisdemq; verbis. Haecenus, o amice, de his dictum esto. At de Naucratis corona, quibus fiat ex floribus, cum essem diu perscrutatus, & de hac repercontatus multos, casu tandem Polycharmi Naucratis liber, quem inscripsit De Venere, occurrit mihi, in quo haec leguntur: Vigesima tertia Olympiade Herostratus ciuis noster, mercaturæ gratia nauibus multas regiones adire solitus, aliquando ad Cypri Paphon nauem cum applicuisset, Veneris imagunculam, magnitudine palmi, operis vetusti, emit, Naucratin vt portaret. Cum autem propius Aegyptum cursum teneret, ingruente subita tempestate, qua circumfusis vbi locorum esset, nesciebat, confugerunt omnes ad Veneris simulachrum, precantes vt eius ope seruarentur. Tum dea, Naucratis alioqui propitia, & beneuola, repente myrto viridi compleuit, quidquid in ambitu fuit, odoremque iucundissimum per totam nauem sparsit, vectoribus iam de salute desperantibus ob assiduam nauiseam, qua post crebras vomitiones fathiscebant, exortisque solilluxit, adeo vt conspectis suis finibus, Naucratin incolumes peruenerint. Herostratus tum è nauis profiliens, cum dea statua, & myrtos quae extemplo virentes extiterant, in Veneris aede consecrauit, dicataq; imagine, & peracta re diuina, ciues amantissimos & spectatissimos ad epulum in delubrum conuocauit, eorumq; singulos corona donauit myrtea, quam ideo Naucratin appellarunt. Haec Polycharmus, quibus fidem adhibeo, nec ullam aliam esse Naucratin coronam puto quam myrteam, adiectis rosis, ab Anacreonte gestatam, verumque id prorsus arbitror à Philanide pròditum, è myrto coronam meri vapores prohibere, è rosis autem, refrigerare, & grauitatem capitis lenire, esseq;

¶ Supplet quod ob deformitatem deest, ac desideratur: tanquam pulchros comendat.

¶ Perfectum vt sit, quod deo consecratur.

¶ Vide supra paginam 361.

b Ex hoc loco patet... d Cap. ultimo lib. e hif. f Pro, Rosacea, Violacea corona: ex Rosi Violae corona. g Adagio: ubi primum ex me nos id cognoverit, subnectit aliud scitu dignissimum. h Victorie triumph. q Indidem, egregiam. i Cum probabiliter sit q sephavos, dicit q sephos originem habere. j Medicis hypoglottis aliud est: nempe medicamentum p- rite ussi, quod sub lingua & in ore ut rinetur, ut paulatim liquecat. k Tacite, quasi lingua, calceorum an- tis & vinculis sic obstricta, vel calceorum soleis compressa. l Ego sic dictam pu- lo quod proximo mentum, in Rumi- ne ipso, sub lingua, collocaretur. Vide posthac pag. sequen- m Partem, colli am- bimus, in qua sunt ora & faucis an- gustae, q idem. n Tergitulis, q idem. o Palli, q idem. p Non Isthmiacam. q Aquin stegom- itibus, campis mun- data sumine. r Albus Dioscoridi, & Theophrasto. s Quos vel ciuitas, vel imperator, roma- rum cultoribus, & humanioris li- teraturae professori- bus assignabat. Tui cu macedo- rion: sriastru cu macedo. Na, quod ait Philostratus, μααόν λδ σέλας. Σε Αρνυαίος συ- κάλας τας cu πό- ey ηη ηη ιδαιγι- μος: Αρνυαίος μέ- λη quā excipiebant- tur viti toto terra- rum orbe elegantes, praclari, & elo- quentes. Iunius a- dagio 2. Cent. 7. su- pra. v Ut Lugdunenses, flores omnes, Rosae.

re, esse q̄ ridiculos & ineptos, qui Naucraticin coronam opinentur plexam ex Papyro coronatā, adducentes Theopompum libro tertio Rerum Graecia, qui scripsit, Agesilao Lacedaemonio, cum traiecit in Aegyptum, dono misit & alia multa Aegyptios, & coronariam papyrum. Ego verò quam voluptatē utilitatēve percipiat aliquis ē corona papyracea, rosas additis, non video, nisi qui ea gaudent, rosas simul cum alio nectant. Multos Naucraticin coronam interpretari ex Amaraco, non me fugit, cumque florem abundare in Aegypto. Myrtum verò Aegyptiam odoris suavitatē alias omnes antecellere confellum, quod & Theophrastus scripsit. Proce- debat hic sermo: ecce interea, pueri, coronas ferentes ex iis floribus confertas, qui ea tempestate vigeant: & tum Myrtum, nobis coronarum appellaciones iam dicito, d̄ bonē Vlpiane. Nam, quod ait Charemon in Centauro,

Pueri coronas parant, quas veluti pracones, Precibus deorum, bonae saepe gratia, praemittant. Idem poeta in Baccho: *Tu verò, ne ex libro De Coronis, qui Aelij Asclepiadis inscribitur, sume quod dicturus es, tanquam nondum sit is liber nobis lectus, sed aliud quidpiam edidisse, praeter ea quae opus illud cōplectitur. An quælo licentē ac oscitanter dici probare possis, quod aiunt vulgo, Rosarum & Violarum coronam. Nam quod est apud Cratinum, Narcissorum passillus, per iocum dictum fuit: Risit ille, & Primum, inquit, Graeci σέφαρον vocauerunt, ut scribit Semus Delius libro quarto Deliadis, quod σέμα quidam, & σέφον nos appellamus. Hac corona vos primum ubi ornavimus, addemus alteram, & eam lauream, nēpe vocem σέφον, à dictione σέφαρον ortam & ductam fuisse. Tu verò, d̄ multiloque ac verbose Theffale, loqui me putas quae vulgaria & communia sunt, ac veluti sub- cta iam, & trita: Ego equidem, quoniam tibi sic lingua praiceps est, de Hypoglottide corona verba faciam, cuius Plato sic meminit in Ioue male affecto:*

At linguam vos nunc fertis in calceis: Coronas verò hypoglottidas gestantes in compotationibus, ac sanctis sacrificijs, Disertam linguam & elegantem expromitis. Theodorus in Atticis dictionibus, ut ait Pamphilus libro De Nominum plexu, Hypoglottidem corona genus interpretatur. Hoc igitur ex me discite. Nam quod est apud Euripidem, *In re quantis duplicis & ambigua significationis, Contentionem exciabit, qui dicendo valet.* Coronam, quam Isthmiacam nominant, Aristophanes in Frigentibus dignam putavit quam memora- ret, sic:

Quid faceremus? candida palla induenda fuit: Sumenda corona Isthmiaca, aut nos chari Damani laudes cantu celebraremus. Silenus in Linguis, Isthmiam coronam vocat: Philetas Isthmiacam. Est autem huius utriusque vocabuli duplex & anceps notio, tanquam ornamentum sit & capitis, & cervicis. Etenim quae frontis pars inter supercilia ad nasum iacet, isthmum etiam voco. Timachidas & Simmias Rhodij vno velut ore Isthmiam coronam dixerunt. Antinoij meminit Callixenus Rhodius natione, in suis libris de Alexandria, his verbis: Quandoquidem est iniecta de Alexandria mentio, scio in ea pulchra ciuitate coronam quandam textam è loto ibi nascente, vocari Antinoiam. In Paludibus lotus gignitur aestatis tempore: floris duplex color: alter similis rosa: ex hoc nectuntur coronae, quas propriè vocant Antinoias: alterius cyaneus color est, è quo lotina fit corona. Pancrates quispiam indigena, poeta, nobis etiam cognitus, Adriano imperatori cum esset Alexandriae, velut ostentum ingens, ac miraculum, spectandum praebuit lotum roseum, & Antinoium vocandum esse dixit, illumq; terra procreatum, perfusa cruore Mauri leonis, quem in Libya Alexandriae finitima, dum venaretur, Adrianus prostrauerat, belluam ingentem, quae diu Libyam ita vastauerat, ut eius magna pars esset deserta. Delectatus imperator hominis inuentione, quam nouam excogitarat, annonā ex Musarum reditibus ei largitus est. Cratinus comicus in Vlyssibus, lotum σέφαρον, coronamentum, dixit, quia foliosa omnia σέφαρονματι vocant Athenienses. Pancra- tes in

tes in poemate non inueniuntē scripsit: *Serpyllum crispum, album lilium, atque hyacinthum Purpureum, flani chelidony folia: Et rosam, vernis Zephyris hiscentem: Nondum florem Antinoi cognominem tellus ediderat.* Pyleonem, ut Pamphilus ait, coronam vocabant, quam Iunoni Lacones imponebant. Fuit & Iacche apud Sicyonios, ut inquit Timachidas in Linguis, coronae species. Philetas de hac ita scribit:

In Sicyonia Iacche corona est fragrans: Prope patrem suauiter olerentem adstitit Coma, imposuit pulchram coronam Iaccheam. Seleucus in Linguis, textam coronam è Myrto vocari scribit Ellotida, ambitu cubitorum viginti, eamque in Ellotiorum festo, quod apud Corinthum solenne est, in pompa vehi, cum ossibus Europae, quam Ellotida Corinthij nominant. Thyreaticas Lacedaemones coronas, quasdam appellant, ut tradit Sosibius in libro De sacrificijs, è palma factas, quas nūc Psilinas appellant. Eas victoriae monumentum, quam ad Thyream obtinuerunt, gestant Chororum duces in quodam festo, cum & ludis publicis nudi per urbem incedunt Chori, prior quidem puerorum, sequens virorum fortium, qui nudi saltant, Thaletis vel Alcmanis cantica recitantes, aut Dionysodoti Lacedaemonij Pæanas. Coronarum è meliloto sic Alexis meminit in Crateua, seu Medicamentario:

Coronas è Meliloto plurimas desyderas. Seleucus tradit omnes coronas sic appellari, Timachidas verò, omnifarias quae à feminis gestantur. Apud Ionas, & Aeolus, Hypothymides, & Hypothymides coronae sunt, quibus collum ornatur, ut liquet ex Anacreontis & Alcei carminibus. Philetas in Atactis scribit, hypothymida à Lesbis vocari Myrti ramum, cui violas & flores alios circumplicat. Est & coronae species Hypoglottis. Theodorus in Atticis linguis tradit apud Platonem in Ioue male affecto, sic vocari coronarum certum quendam contextum. Apud Comicos reperio Cyliston coronae genus, cuius sic meminit Archippus in Rhinone:

Abit impune veste reddita, Domi tamen Encyliston coronam habet. Alexis in Certamine, aut Equileo: *E ficu coronam Cyliston: at dum vixit, hac grata fuerunt. Veluti Cylista corona suspensus.* Idem in Scirone: Meminit & huius Antiphanes in Suiipius amatore, & Eubulus in Pelope, sic:

Circuitu in orbem aduolutus, veluti Cylista corona. Quenam ergo Cylista haec? Non me latet Nicandrum Theaterinum libro de vocabulis Atticis hoc scripsisse: Encylistia coronae, potissimum è rosas: at illius formam quæro, d̄ Cynulce. Tu verò ne dixeris amplas, grandes, crassas, ita nominari, cum in libris legendis quæ rara & arcana sunt non tantum seligas, verum etiam rimeris, & tanquam effodias, quemadmodum apud Platonem comicum, in Deceptore, philosophi, de quibus & Sophocles hoc scripsit in Conuiuiis simul cenantibus:

Te strenuis iam iam viris parem Barbam sic unctam profecto dedecet Lasciuientem ferre, & stirpe nobili Satum, ventris filium vocari viuo patre. Quoniam verò tu iam satiatus es non solum Glauco calua, sed etiam semperuiuo herba, qua se Antedonius ille deus cum saturasset, immortalis vrinator euasit, disere nobis de eo quod propositum est, ne, quod est apud diuinum Platonem, libro de Animo, te vita defunctum, quem admodum eos qui gulæ dediti fuerunt, compotationum studiosi, in temperantes, & in alios contumeliosi, ac iniurij, aut in asinorum genus transisse, aut alicuius feræ speciem induisse, nos intelligamus. Hæsitante illo, Agamus, inquit Vlpianus, de alia coronae specie, quam struthiam nominant. Eius Asclepiades meminit adductis his ex Stephanopolitidibus Eubuli:

O te fortunatam qui habeas in domuncula V *Struthium*

v Habat es Eli- chryso & Cypero. paulo post. w Vnguentis deli- busum. Ego apud vjelo. Versus pa- te cuiusdam. y Argenti pugna- vilitis. Herodotus lib. 1. z Versus de dijs & heroibus. compos- tos. a Supra pag. 502. b Vocabulis spæ- sin. & nullo ordi- no collectis. c Supra pag. 504. Hæc inaristiosis repetita. suspiciorē ingerunt, hunc con- sum. libri esse con- sum, ac perturban- tum. d Coronam mica- stitem, seu pacilem Plinio, sine plethile, Plauto. e Limatore, Triffo- re, Nasuto. Hæc de- fire dicuntur. f Sub gestabat, vi- lem, minime sum- ptuosam. g Sub adferunt. h Locus mutilus. Hæc nihil pertinet ad anxiam philoso- phorum investiga- tionem, sed eos po- tius arguit, qui ne- glectis hæc rebus seruiant abdo- mini, & luxu. i Lib. 7. Antiphanes laudat, & dicitur neg- vidu d̄ quævis ut- q̄ p̄cipuo. Supra- k Vide proverb. Glauco: comesa herba habitat in mari. l Antedan Boetia oppidum, Glauco pa- tria. Pausanias lib. nono. m Coronas vendē- tibus.

Plin. cap. 12. 2. 1. m. Alibi legitur, quod dicitur: in Albi violam bulbosam, notam herbaris omnibus. Est et autumnalis, picula Clusa & Dodoneo. Vol paulo post, Philomachus, quem sylvestre vocant, quidam de primula veru id exponentes. Officinarij heiri. Plinio Codiamino, Dodoneo, Pseudonarcissus luteus: Gallo Porrius, Leirion pinax: Dodona. lib. de Flor. Officinis, lilium cannallum. Officinis, stachas citrina. Pratenfis, vulgo Pulsatilla. Alij Aquileiaz: lilijs floris erinitatis. Quibusdam Hortense Caryophylli. Ique non expati. Innomiam coronam. Loto urbane, ac sylvestri, luteus. Cap. 6. a. hist. I. lili genus hoc esse voluit. Coronam vocat de cosmo sandalia purpurea. Hinc licet cognoscere, obsistibus capiti operimentum fuisse olim purpureum, ut ab alijs disterneretur, et hac nota illas prodentes minus fugam tererent. Purpuream, alba, puniceam. Quod flos humi taceat. A ferrugineo calore floris. Cap. 6. Cap. ultimo. In opere, de excindenda radicebus, Herbario. Audiendum hoc de Serpyllo Zygo Dioforidis, quod est Thymum nigru Narbonense. Cap. 7. a. hist. Insula: Sicilia moue. Apud Dioforidem capite

Struthium in summo caule florens, tenuissimum, Sponsis charum, terq; quaterq; gratiosum, quod augetur velut calamo circumnascitur, & cum magno veris, eiulantisq; auis desyderio, contabescit. Nequitur in hanc coronam plantae flos quam Struthion vocant. Eius sic meminit Theophrastus libro sexto historiae. Iris aetate floret, & quod Struthium vocat. Eius flos aspectu pulcher, sed inodorus. Galena Smyrnaea florem ipsum Struthium appellat. Pothos. Ita coronam vocant, ut Nicander Colophonius scribit in Linguis, eam fortassis quam e flore sic appellato nequitur. Theophrastus eius floribus meminit libro sexto historiae, his verbis: Aetate magis flores, Lychnis, Iouis flos, Liliu, Iphyum, Amaracus Phrygius, & quem Pothon vocant. Is duplex est. Alterius flos similis Hyacintho: alterius quo vtuntur in sepulchris, decolor. Eubulus in Auge coronas etiam alias his verbis recenset:

- A. Tu vero admodum variam e floribus coronam gestabis, mollissimam, suavisimam.
B. Summe Iupiter, illam habentem quis osculabitur?
A. Coronas fortassis vultis, an e Serpyllo, An e myrto? alia deflorerunt.
B. Haec e myrto nos volumus: Alias omnes, his exceptis, vendito.
Tiliacea. Xenarchus in Milite: Etilia puer

Foliosam coronam habuit circumpositam. Sunt & quas tortiles etiamnum Alexandrini vocant. Harum ita meminit Chæremone tragicus in Baccho:

Hedera Narcissiq; ter circumuoluto circulo Tortiliu coronarum.

Spinarium apud Aegyptios semper florentium sic meminit Hellanicus in Aegyptiacis: Ad fluminis ripam situm est oppidum nomine Tindium, ubi conuentus sunt ad spectaculorum celebritatem. In eius medio templum stat, e lapide, magnum, splendidum, cuius vestibula & porticus e lapide quoque sunt aedificatae. Extra templum nigrae ac candidae spinae gignuntur, quibus coronas iniiciuntur textas e floribus Acanthi, mali Punicae, & vitis, quas ideo semper florere dicunt. Idem scribit coronas deos in Aegypto sibi detraxisse, cum Babyn, qui Typhon est, regnare intellexissent. Demetrius in libris rerum Aegyptiarum scribit eiusmodi spinas circa oppidum Abylon etiam nasci, his verbis: In inferiore loco spinae est, nempe quaedam arbor, quae fructum in ramis teretibus rotundum fert. Vere flos exit, nitidus. Hanc Aegyptij fabulam memorant, Aethiopia a Tithono missos Troiam, cum Memnonem audiissent mortuum esse, eo loci coronas abiecisse in spinas, ideoque ramos earum floribus onustos esse coronis similes. Idem Hellanicus scribit, Amasin Aegypti regnum adeptum, & ob coronae munus, quam elegantissimam veris tempore e floribus confecerat, adhuc priuatus, & per initia plebeius, regnanti quae tam Partami, cum natalem diem celebraret, donauerat. Etenim coronae pulcherrime regem delectatum, Amasin ad cenam vocasse, in amicorum numero deinde habuisse, & tandem cum a se defecissent Aegyptij, exercitus ducem aduersus eos misisse, a quibus, quod esset inuisus & odiosus Partamis, rex creatus fuerit. Synthematae coronas appellant, quas aere publico texendas locant, & quas redemptores accepta publica pecunia nequitur. Aristophanes in Thesmophoria celebrantibus;

Coronas conductitias, Synthemataeas, viginti nequitur. Chororon. Apion libro de lingua Romana scribit, coronam olim Chororon dictam fuisse, quoniam in theatris ea saltatores Choreuta vteretur imposita capiti, & illam ut mereretur enixe contenderent, quod ex his Simonidis verbis liquet:

Tyndaridis h quae caneret, hanc Phaeus inducit.

Illam vero mites cicada Chorono cinxerunt. Acinia coronae, ut inquit Andron medicus, dicuntur ex Acino planta nexae. Hanc vocem usurpat Dionysij filius Parthe

Herodotus in ea historia cuiusdam Patarhemidi meminit, ab Aprieo missi ad Amasin, sed qui rex non esset. Conditia e compacta mercede factas. Xopurme. Significat e hac vox illos a quibus chorus conficitur. h Castori e Polluci. In nostro codice, hie regi: alij hie regi, quod sponte nascantur, absque matre: alij hie regi, sanora, alij hie regi, pro hie regi, blande.

Parthenius libro primo de historicorum vocabulis. Coronarios flores hos Theophrastus enumerat, Violam, Iouis florem, Iphyum, Phloga, Hemerocales: ac primum ex omnibus Leucoion emicare scribit: deinde cum ipso, vel paulo post, quam luteam siue flameam Violam nuncupant, sylvestre quidem: post, Narcissum, Leirio, & Bulbi codion. Insunt enim quidam hoc coronis. Sequuntur Oenanthe, Nigra viola, & ex sylvestribus Elichrysus, ex Anemonis Leimonia, Gladiolus, Hyacinthus, & in montibus geniti propemodum omnes quibus in coronis vtuntur. Nouissima Rosa post alios nascitur, eademque prima deficit. Aetate florent, Lychnis, Iouis flos, Iphyon, Amaracus Phrygius, & quem Pothon vocant. Idem Philosophus lib. 9. scribit ad gratiam & gloriam vitae pertinere, si quis se coronet Elichryso quem vnguento consperferit e pyxide sumpto auri Apyri. In his Alcman Elichrysi meminit, Puellam opto quae Pyleonem afferat ex Elichryso e immortalis Cypero. Ibycus: Myrtus, Viola, Elichrysus, Mala, Rosa tenera, Laurus.

Cratinus in Effoeminatis: Serpyllo, Croco, Hyacintho, Elichrysi ramis. Elichrysi flos loto similis est. Themistagoras Ephesius, libro, ut inscripsit, aureo, tradit nomen inditum fuisse ab Elichryse nympha, quae prima decerpit. Cuidam liliorum generi florem purpureum esse Theophrastus scribit. Philinus tradit lilium nunc leirium vocari, nunc, Ioy, Violam. A Corinthiis Ambrosia nominari scribit Nicander in Linguis. Diocles libro de medicamentis leralibus, scribit Amaracu a quibusdam vocari Sampsuchum. Cosmofandali meminit sic Cratinus in Effoeminatis:

Omnigenis caput chamamelis mihi pascitur.

Leirio, Rosa, Lilio, Cosmofandalo. Clearchus libro secundo Vitarum, Lacedaemonios, ait, contemplare, qui reperto a se Cosmofandalo vetustissimum reipublicae suae ornamentum ubi proculcarunt, tanquam fractis ceruicibus pessum icere: quam obrem scite de illis Comicus Aristophanes dixit in Citharista:

Tumebant olim Spartani, ut in expugnabiles.

Nunc autem purpureo reticulo caput ijs vincitur, ut obsidibus. Icesius libro secundo De plantarum sylua, tradit Violas mediocriter adstringere, praestantissimum odorem iacere, & suauem, sed breuissimo tempore: idem de viola nigra censendum, verum huius odorem esse quam illarum gratiorem. Apollodoros libro de Venenatis animalibus, hanc a quibusdam vocari scribit Chamaxanthen, ab Atheniensibus Ioniam, ab Euboeensibus, Sideritin. Nicander libro secundo Georgicorum scribit Ionias quasdam nymphas, Ioy, Violam primum Ioni largitas fuisse. Eius poetae versus adscribam paulo post, cum sermonem de omnibus coronariis floribus absoluero. Theophrastus libro sexto de plantarum historia, scribit, Narcissum etiam dici Leirium: deinde progressus, tanquam inter se discrepent, vtrumque scorsim nominat. Eumachus Corcyraeus in Rhizotomico, & Acacalidem, & Crotalo vocari Narcissum tradit. Floris Hemerocallis, qui noctu flacescit, ad exortum solis mox reuiuiscens, Cratinus in Effoeminatis sic meminit:

Hemerocalli, etiam mihi dilecto.

De Serpyllo scribit Theophrastus, quosdam e montibus aduectum serere, ut Sicyonios, & Athenienses ex Hymetto, alibi & montosos & alios tractus eo scatere, ut in Thracia. Lychnidè Amerias Macedo scribit in Rhizotomico, ex aqua natam in qua Venus lauit, postquam cum Vulcano cubuit: Eximiam in Lemno & Cypro gigni, itemque in Strongyle, Eryce, & Cytheris. Itidem aetate florere scribit Theophrastus. Eandem ex omnibus quae in Europa iucundius olent vnguentis & odoribus solam immisceri. Optimam in Illyrico provenire, in locis editis, procul a mari. Philinus scribit Iridis flores lupos nominari, quod lupi rictui labrisque similes sint. Nicolaus Damascenus libro ceterisimo octauo historiarum scribit circa montes Alpium lacu esse in multa stadia porrectu, in cuius ambitu quotannis exoriuntur flores & odoris iucundissimi, & venustissimi coloris, iis similes quos Calchas nominat. Calcharum meminit sic Alcman, Aureu torquem habes ex floribus

Insula sita ex aduerso Cretae, Veneri sacra. Cap. ultimo. 6. hist. a Cap. 7. 9. hist. b Apud Dioforidem capite de Chrysanthemo, e Buphthalmo, Chlaca. Est ergo Chlaca aureus Chrysanthemi flis: Butomi forasitu, quem appellant Acorum vulgare, florem inuuit.

b. In Epiphora... c. cap. 12. d. Opidum Maccedoniae. e. Monte vicino. Plin. cap. 4. 2. 1. f. In flore.

g. Croco Cyrenae... h. Vide an haec... i. Sub locum circi... k. Celi custodes...

l. Celi custodes... m. Celi custodes...

n. Leucio... o. Flamen... p. Flamen...

q. Effusa terra... r. Qua in Oleno... s. Quae in Oleno...

t. Rosus commod... u. Niso... v. Niso...

w. Tenedos... x. Solidam... y. Solidam...

elegantium Calcharu. Meminit & illaru Epicharmus in Rustico. Esse rosaru multa genera Theophrastus inquit lib. sexto, & horu plurimis in flore quinque folia, quibusda duodecim, aliis viginti, nonnullis circa Philippos, centu, quas plantat ex Paegeo...

Vestis colorem & Aura, & Gratia Illeuerunt, vernisq; floribus eam tinxerunt, Qualibus exornant sese Hora, croco, hyacintho, Florepti viola, rosa pulchro flore, Lucundo, nectareo: ambrosijs calycibus Floris Narcisi eleganti colore formosi: te sancta Venus Id nunc precior, vestis hac ut omni tempore sacra sit.

Eidem poeta notum

Ministra vero iocis atque risu hilaris Veneris, Textas coronas suauiter olentes ex floribus terra editis Caputibus imposuerunt, fascia unguento pingui reuinctis, Nymphae Gratiaq; simul cum aurea Venere, Pulchre canentes per Idae montem, pluribus irriguum fontium scaturiginibus, Nicander libro secundo Georgicorum flores etiam coronarios dum recenset De Nymphis Iadibus & Rosis haec scribit:

At tu formosa & confere, & pange, Floris violarum duplicia colore genera: Pallidum alterum: alterum aspectu simile auro. Iontades nympha puram ac residentem coronam Ioni Texere cum cuperent, in Pisa hortis, Eos terra flores peperit: tum autem Ion cum canibus venatus Suorum membrorum sordes abluebat in Alpheo, Ad vesperam cum Ieonibus nymphis dormiturus, Praterea rosa spinis armata excissa germina Terrae zumulis infige, ad duos palmos aperta via: Operisq; principio precibus Themidem Oleniam venerare: Alendas deinde rosas caelestibus dimitte pluuijs: Semper illa augetur folijs circumcirca comantibus. Post Olenum secundas tenent Megara Nisae: at nec Phaselis, Nec Lencophrys improbanda: si cui placet earum situs: Prouenit & optime rosa ad Magnetis aquas Maandri, Radicose alias Hedera in scrobibus ramos, Sapius vero integram eius coronam, grauem etiam corymbis serito

Umbrosam,

Umbrosam, lentem serpentem, brachijs errabundam: Vel germina ex ea reseca, vna plaga abscondens, Deinde sportam ex viminibus nuper textis adapta: Sic corymbi ut duo croci simul iuncti Media sui parte coalescant, erecto superne vertice Virinque, virenti fastigiati & tecti fronde. Seminis plenos oculos in summis capitibus generant, Niveis floris folijs, croceo colore in medio tincta, Lilia, quae leiria nuncupant alij poeta: Ambrosiam alij: multi Veneris oblectamentum, Quoniam diua color is placet: at in floris medio turpe Armamentum rudentis asini prominet, quod membrum dicitur. Iris radicibus lasciniens, hyacintho E cruore Aiakis nato similis, Simul cum Chelidony flore exoritur, Pari veluti cum aduent ante hirundine cursu: ac prodeunte cochlea, Frondem virentem effundit, sed nouellam. Musarum lepido semper ore canitur, Colore lychnis rubescens: nec Thryallidis Nec Anthemidum caduca unquam senescet gloria, Nec Boant hemi quod alitissime caput surrigit: Atque adeo nec Phlogia, quae redeuntem dei splendorem sequitur. Serpylli ramum latis in glebis seras, Longis ut surculis repens se propaget, Aut pendeat nymphaeum potum expetens. Papaueris florem tu adime, Vi intactum caput, & a culicibus non erosum custodias. Folijs omnibus flos noxius est: insident enim, cum recluditur, Bestiole, quae rore madidam depascuntur Codium fructu mellito plenum. Detracto vero flore, facile a cortice capitis alio tu rejicies, Manu percussum si excutias: non enim gradum ea obfirmare possunt animalia. [Teologia: Nicander hic vocat non ficus ramos, sed papaueris florem.] Aut alicunde cibum capere: & saepe accidit Vi solidis papaueris capitibus dum se impingunt, Per lubricum eius leuorem cadant. Sic etiam celeriter germina in profundo capitis vasculo semen amplificant. Sampsuchum etiam tu sere, ac libanotidis nouellos ramulos, & quotquot horti Texendis coronis suis cultoribus industrijs suppeditant. Nam & exilis flax, & Acanthus Haud minus quam populus, viuaces sunt: diuturnus etiam crocus, Vere abditus: Quin & ligustrum, & silymbrium, & quotquot ac qualecunque Minime satos affluente potu pratum educat Venustos flores: Buphthalmum, inodorus Iouis flos: Chlaca: Hyacinthus: humi iacentes viola: Quas colligebat atra Proserpina: Tum etiam proceras firmasq; Panos arbor, & quotquot sepulchro virginis Gladiolorum genera recenter congesta circumfunduntur. Et Anemonides, fulgentes ipsa antequam contrectentur, Splendidiore procul colore allicientes. [In quibusdam codicibus scribitur, & φελος & δίκαι φλογοποιος.] Quibus autem vel Helenium, vel nitentem Astera, Collectum infert deorum templis ad vias extructis, Aut deorum simulachris, quacumque primum aspexerit:

z. Ramis, surculi croci corymbis onustis quales sunt hederae... y. Ad verbum, & lata fronte. x. Extantibus in medio luteis apicibus.

y. Eam veluti clauam in medio laterum apicum asurgentem, & cetera... z. Chelidonii minus intellige, quod statim primo veris tempore florem emittit, iride tum solum germinans. a. Lychnidia. Verbasco genus hoc est, flore aereo, formoso.

b. Buphthalmi. c. Caltha sine Calendula. d. Ad exortum solis aperitur, illo aperiente coprimatur, ideo vocata Solsequium.

e. Aquam. Sic ad aquam subiecta pedulum solum serpyllum se demittit. Theophr.

f. Canescentis rosis modo.

g. Capiti vasculi. h. Obvolutus. i. Hec Nicandri non sunt, sed cuiusdam adnotatoris, & scholiaste, quae tamen praeteriri non li.

k. Teologia. l. Hinc cognoscas, sicut antiqui etiam fuisse coronariam.

m. Chrysanthemum. n. Cum a Platone rapta est. o. Pinus.

p. Gladiolos in genere vocat plantas omnes, quarum folia cubello similia sunt. Venustos flores haec pleraque omnes edunt.

q. Hec scholiaste sunt, additicia, & superuacua.

V 3

Aut ele

¶ Vel Chrysothemē,
vel Chrysanthemū,
vel Chamaemelum
aureo flore.

¶ Περὶ τῆς ἀγορᾶς.
¶ Xenophon lib. 1.
Institutionis Cyri
scribit, Perfarum
pueris pro cibo pa-
nem dari, nascuntur
pro obsequio, & a-
quam ē flumine ut
hauriant, cithonē
vasculum. Apparēt
inde virū fortibus,
qualis fuit Agesi-
laus, gratum esse
nasturtium. Eras-
proverb. Ede na-
sturtium.

¶ Cap. vii. lib. 1.
hīc Intergram ora-
tionem Theophra-
sti Atheniensis non
adscriptam.

¶ Nesciuisse Athe-
nensis videtur Am-
brofiam esse plan-
tam sui generis, di-
versam à lila.

¶ Plinij & Theo-
phrafi Thesū ci-
chorij genus ama-
rum, & asperum,
ab hoc diversum
est.

¶ Tā blandā quā
lenis est floris mal-
vae color.

¶ Tam concinnē,
quā bellus est co-
smosandali flos.

¶ Noster cod. Aspa-
riatos: molle epi-
thetū spīose ac sen-
tiosae omniao piā-
tae non conuenit.

¶ Metaphor. Or-
natur, respicitur,
cingitur, & pectus.

¶ Citatur hic locus
ex pag. 507.

¶ Quādam, & an-
thristici iuba.

¶ Falsis notis com-
puncta.

¶ Natalis videtur
legisse, diciturque
Aegyptij viri pro-
prium nomen esse
puro.

Aut elegantes alios multos auellens, & chrysanthes^r carpens

Leiriaq; plis ac cippis mortuorum ea non inuidet,

¶ Nec scitilem^r barbaram, nec speciosum cyclaminum,

¶ Nec nasturtium^r, quod Agesilai vernaculam fuisse coronam aiunt,

Ex his verbis patet ab Anemone differre Chelidonium, contra sententiam nonnullorum, qui eandem esse plantas censuerunt. Theophrastus^r de Chelidonio ita scribit: Florentia quaedam ac germinantia atris obsequuntur, ut Heliotropium, & Scolymus, qui & circa solstitium florem emittit, & Chelidonium, quod sub hircinodinum aduentum florem parit. Ambrosiam florem Carystius sic memorat in Commentariis. Nicander scribit apud Coos ē capite statuae Alexandri enatam fuisse quam vocant Ambrosiam^r. Supra de illa nos diximus à quibusdam ita liliū vocari. Timachidas libro quarto Cœnæ florem quendam Thesium^r appellat sic:

Thesium mollem mali flori, ex albo rubescenti, similem,

Legebat, sacrum, perpulchrum, quo maxime

Gandebat.

Ex eo flore Ariadnes coronam textam fuisse is videlicet autor scribit. Pherecrates, siue autor fabulae quam Persas vocat, ad hunc modum coronarios flores quosdam recenset:

Age tu qui maluam^r intueris, hyacinthum spiras,

Melilotum loqueris, rosas distractis labris rides:

Amaracum oscularis, dimoto corpore apium oles,

Cosmosandalum^r incedis, vinum assunde, & acclama

Tertium Paana, ut est lege sancitum.

Autor Metallicorum, qui attri-

buuntur ipsi, ait:

Vite sub arbustina molles plantarum^b asparagos

Proculcantes, in prato loti serace, cyperumq; rosidum,

Anthristi herbosam comam, tenelleq; violae, ac trifolij.

In his quæro Trifolium quidnam sit. Nam Demaretae poematum adscribitur, cuius titulus est, Trifolium. Pherecrates, siue Strattis, in fabula quam Probos inscripsit, ait:

Lauerunt anteā quam dies illucesceret, alij coronati, vnguentati alij.

Idem autor in ea fabula meminit Sisymbrij & Cosmosandali. Cratinus in Effeminatis:

Chamaemelus omnigenis nascitur^d mihi caput,

Lilij, rosis, leirij, cosmosandalis, violis, sisymbrij,

Anemonarum vernis calicibus, serpyllo, croco, hyacintho,

Elicbrysi ramis, amanthe, charog, hemerocalle,

Et hederæ^e floribus, meliloto circumsepiente, caput

Mihi semper tegitur: ac sane vltro ridentem ad me cytifus accurrit.

Coronarum autem & vnguentorum missus secundæ mensæ præibat, ut Nicostratus in Pseudoistigmatia^f his declarat:

Ac tu quidem

Concinnè secundam mensam appara,

Eamq; omnisarijs adorna bellarijs:

Vnguenta, coronas, thus, tibicinam accipe.

Philoxenus dithyrambo-

rum scriptor in opere, cuius titulus est Cœna, epularum initio coronas dari tradit, his verbis:

Aqua lauandis manibus allata est:

Molliusculus puellus argenteo gutto quem tenebat,

Affudit, coronasq; deinde aduexit,

Tenues, ē puris myrti ramis magno labore contextas.

Eubulus in Nutricibus:

Domum ut sunt ingressi vetuli, statim accubuerunt: mox

Adest corona, apponitur elata mensa:

Adiacet trita maza venustis supercilij.

Apud Ægyptios eum morem

fuisse tradit Nicostratus in Iociste^g, quem Ægyptium esse fingit:

Offendimus, inquit, lenonem, & alios duos,

Qui

Qui nuper coronam in manus sumpserant: tum,

Rectè vobis sit, inquam: oportune venimus, ô Cherephon.

Tu verò, ô Cy-

nulce, exple ventrem, deinde nobis ex plana quidnam sit, quod de Meliloto Cratinus dixerit his verbis, Melilotoque semper muniente caput stipatur. Nam quandoquidem εἴσω, temulentum, iam te video, sic enim Alexis ebrium vocat in Apceizomeno^h, non amplius te lacesam, sed quæ facta sunt opus, mandabo pueris, ut est apud Sophoclem in Syndeipnisⁱ:

Afferre mensam, abstergat aliquis in profundum craterem

Vinum fundito, qui multum, priusquam bibat, comest,

Idipsum facit quod bos operarius:

Tu enim, quod dixit Aristias Phliasius in

fabula, cuius titulus, κωπὴ^k, es,

Coniua, aut ferculorum dissector^l, aut μάχα^m venator^m:

Pudeat, ô mensaricⁿ, quod adeo tibi sit alius intemperans.

Quoniam verò

nihil responderet tot verbis prouocatus, exigi conuiuio illum iubeo tumultuaria^o corona, τῆ^o χρυδα^o, cinctum, cuius sic meminit Comicus^p:

Harum coronarum, quas χρυδα^o confusè texuerunt.

Hic ego in totum diem

finem dicendi facio, ac fermonem de vnguentis ei qui volat persequi, concedo, pueroque ob hanc meam orationē De coronis absolutā, impero, ut inquit Antiphanes,

Coronas afferre duas huc probas:

Facemq; bonam, accensam igne bono,

ut exitus talis meae sit orationis qua-

lis est in fabulis catastrophe. Sic locutus ille, paucis post diebus, quasi perpetuum sibi vaticinatus silentium, mortem obiit foeticem, nullo relicto ægritudine^q spatio, incredibili omnium nostrum dolore, qui cum eo necessitudine iuncti fueramus. Circumferentibus autem pueris vnguenta in alabastris, & aliis vasis aureis, dormitatem Cynuleum intuitus aliquis vnguento faciem illeuit. Expergefactus ille, cum vix ad se rediisset, quidnam hoc? ait: Hercules, nonne prateriens aliquis meam sponsia faciem absterget sordibus^r multis inquinatam? Nescitis lepidum Xenophontem, in conuiuio, Socratem dicentem hæc induxisse: Hoc per Iouem conuiuium quo nos excipis, ô Callias, omnibus numeris perfectum est. Non enim tantum eiusmodi cœna est, ut accusari & reprehendi nihil queat, sed & narrationes & spectacula exhibes iucundissima. Tum ille: equid, si vnguentum afferatur, ut odoris suavitate nos quoque reficiamur? Minime verò, inquit Socrates. Nam, ut alia vestis mulierem decet, alia virum, sic odor fœminis alijs conuenit, alijs viris. Nullum, ego equidē, viri causa, vnguento delibutum iri existimo. At fœminæ, præcipuè sponsæ, si fuerint, ut Nicerati huius filia, & Critobuli, egent vnguentis, eaque non prater decorum olent. Olei verò quo vitur in gymnasijs, & suauior est præfens odor, & cum abest, optabilior. Vnguento namque seruus ac ingenuus si madeat, odorem confestim vterque planè eundem spirat, at, qui liberali exercitatione odor conciliatur, & optimis^r institutis, & multo spatio temporis opus habet, liberalis ut sit, atque iucundus. Chrysiptus imprimis admirabilis, μύρω, vnguentum, ita scribit appellatū fuisse, quia μετὰ πολλὰ μόρον καὶ τὸν ματαιόν, multo labore, inaniq; studio, paratur. Lacedæmonij vnguentarios Sparta eiecerunt, quod oleum corrumpant, & lanarum infectores, quod candorem lanæ obliterent. Solon sapiens legibus suis veruit viros vnguenta vendere. Nunc autem, ut ait Clæarchus libro secundo Vitarum, hominum non solum in odore, sed etiam in colore luxus, eos effœminat qui eiusmodi voluptatibus se tradunt. Vos autem molitiam à virtute etiamnum seiunctam habere putatis quod iucundum ac delicatum sit, quamuis Sappho reuera fœmina, & lasciuia poëtices studio, veretur quod honestum, ab eo quod volupe est, separare.

Ego, inquit, delicias amo: feri^t tamen hominis

Mihi sorte amor contigit, & honestus, & splendidus:

quibus scilicet verbis

declarat amoris sui cupiditatem magnificam ac decoram fuisse, quod virtutis proprium est. Parrhasius pictor, quamuis immodicè supra conditionem artis suæ, & id quod ingenuo est homine dignum, delitijs emollitus, verbis tamen amore se virtutis teneri profitebatur. Itaque laudem^v consecutus pictis quibusdam tenuibus lineis,

Ego, inquit, delicias amo: feri^t tamen hominis

Mihi sorte amor contigit, & honestus, & splendidus:

quibus scilicet verbis

declarat amoris sui cupiditatem magnificam ac decoram fuisse, quod virtutis proprium est. Parrhasius pictor, quamuis immodicè supra conditionem artis suæ, & id quod ingenuo est homine dignum, delitijs emollitus, verbis tamen amore se virtutis teneri profitebatur. Itaque laudem^v consecutus pictis quibusdam tenuibus lineis,

Ego, inquit, delicias amo: feri^t tamen hominis

Mihi sorte amor contigit, & honestus, & splendidus:

quibus scilicet verbis

declarat amoris sui cupiditatem magnificam ac decoram fuisse, quod virtutis proprium est. Parrhasius pictor, quamuis immodicè supra conditionem artis suæ, & id quod ingenuo est homine dignum, delitijs emollitus, verbis tamen amore se virtutis teneri profitebatur. Itaque laudem^v consecutus pictis quibusdam tenuibus lineis,

Ego, inquit, delicias amo: feri^t tamen hominis

Mihi sorte amor contigit, & honestus, & splendidus:

quibus scilicet verbis

declarat amoris sui cupiditatem magnificam ac decoram fuisse, quod virtutis proprium est. Parrhasius pictor, quamuis immodicè supra conditionem artis suæ, & id quod ingenuo est homine dignum, delitijs emollitus, verbis tamen amore se virtutis teneri profitebatur. Itaque laudem^v consecutus pictis quibusdam tenuibus lineis,

Ego, inquit, delicias amo: feri^t tamen hominis

Mihi sorte amor contigit, & honestus, & splendidus:

quibus scilicet verbis

declarat amoris sui cupiditatem magnificam ac decoram fuisse, quod virtutis proprium est. Parrhasius pictor, quamuis immodicè supra conditionem artis suæ, & id quod ingenuo est homine dignum, delitijs emollitus, verbis tamen amore se virtutis teneri profitebatur. Itaque laudem^v consecutus pictis quibusdam tenuibus lineis, Herculi

V 4

^h Adoptato, Relegato.

ⁱ Vni canantibus.

^k Fata, Parca, nata.

^l Natalis legitur: Cretenfibus fœminis: quiddam, εὐνοία, quælibet regi.

^m Castigator, reprehensor: si τωρα, nauticus, vorax, molestus.

ⁿ In Lucro, bellum, Lautiorum mensurum scilicet.

^o Nullo habito storum asserimus, si-ne delectu, & semerè nexa.

^p Aristophanei.

^q Inexpectato & repentino casu.

^r Μασσορείος, in cantamentis, venoscis, prestigij.

^s Apud Xenophontem χρυδα, non legitur.

^t Phœnii.

^v De Apelle & Protogene id narrat Plinius. Quare malim legere, pictis quibusdam tabulis.

Herculi qui est Lyndi, & aliis omnibus suis operibus subscripsit:

Pinxit haec Parrhasius, cui clara Ephesus patria est, Virtutis quidem cultor, vita mollis, ac voluptuarius.

Quidam verò mea sententia festius homo gravissimè ferens quòd virtutis pulchritudinem ac gratiam vitæ molliæ fœdaret, & quam erat fortuna opulentiam largita, invidioso fastu fruedis voluptatibus impenderet, Parrhasij verbis illis subscripsit: quia tamen venerari sese virtutem ait, hoc condonandum. Haecenus Clearchus. Sophocles poëta in Cretensibus, (ea fabula est,) Venerem deam, qua voluptas significatur, vnguento perfusam fingit, & ad speculum sese contemplantem: Palladem verò, cuius nomine mentem prudentiamq; intelligimus, ac virtutem, oleo perungi, & exerceri. Occurrit his Masurius, & ignoras, inquit, ô beate vitæ, sensus in capite positos odoribus demulceri, ac deliniri: quòd Alexis in Improba sic dixit:

Maxima bonæ valetudinis pars, odores cerebro bonos objicere.

Alcaeus in super

poëta simul & fortissimus & pugnacissimus, inquit:

Mihi deorsum in pectus vnguentum suave profudit:

tum etiam sapiens

Anacreon:

Aduola tandem, ait, fistula canens, vnguento mihi pectus ut cauum oblinas:

hortatur videlicet sibi vt vngat pectus, in quo sedes est cordis, tanquam odoris suavitate cor recreetur. Hoc autem apud veteres fuit olim factitatum, non ideo tantum quòd naturâ vapor odoris à pectore sursum in caput efferatur, sed etiam quia in corde fit animi domicilium, vt asserunt Philotimus & Praxagoras illustres medici. Itaque Homerus inquit:

Percusso pectore cor verbis increpuit,

& alibi:

Cor in pectore latrat.

& alibi:

3 Iliad. 9.

Ipsi quoque Hectori animus in pectore quatiebatur.

quo argumento con-

tendunt excellentiorem animi vim illic habitare. Cùm enim suffragia hominum anxia mente in litibus expectantur, planissimè cor trepidare contingit. Quapropter Homericus Agamemnon inquit:

Veheementer ego Danais timo: neque mihi cor

2 Iliad. 9.

Firmum est, sed anxium metu errat: ac extra pectus

Profilit: trepidant autem subitus valida membra:

Sophocles verò metu

liberatas hæc inducit loquentes:

Iam animus, ô Phædra gnata, pauore mihi non saltat.

Apud Anaxandriden

qui perplexo animo pendet ita loquitur:

O cor improbum,

Solum in corpore gaudes malis:

Saltas enim protinus quam timore percussum videris.

Plato scribit omnium

rerum opificem cordi adiecisse vicinum pulmonem, mollem, expertemq; sanguinis, & instar spongiæ fistulis huc illuc tendentibus peruium, vt cùm rerum aduersarum metu profilit, eius palpitaciones fulciat quòd præ molliæ cedit. At profectò coronas appensas pectori, Hypothymiadas poëtæ vocauerunt, ab exhalatione aë florum, non autem, vt quidam putant, quòd animum θυμός nominent. Archilochus omnium primus voce θυμός, vsus est, hoc modo:

Anus cum sit, μύσος, vnguentis, non illinitur:

Idem alibi:

Vnguento perfusa coma, pectusq; madidum est: amat enim senex.

Æoles qui-

dem vnguenta vocant & μύσος, & σμύσος, quia multa conficiuntur è Myrrha. Quin & Myrrha stacte^b per se vnguentum est. Vnguentorum vsum Homerus nouit. vocat autem ελαια, olea, adiecto epitheto: vt:

Rosaceo perunxit oleo.

Alibi, odoribus conditum^c oleum: Apud

cundem Venus cadaver Hectoris

Rosaceo inunxit oleo,

Diuino parato è floribus.

Odores τὰ θύματα nuncupant. Vnguenti

ex illis confecti idem meminit, cùm de Iunone ait:

Ambrosia primùm formosæ cutis

Sordes

^a Hoc εἰρημῶς, quia solos esse beatos se predicarent Cynici.

^d Ἄπο τὸ ἀνυθῆσαι ἄριστος.

^e Liqueor stillans è Myrrha pinguis, ac rari, expressa prælo.

^f Τιθυμιάδα.

Sordes abstexit omnes: deinde purgatam & candidam cutem illeuit

Vnguento^a diuino, quod conditum odoribus præsto fuit.

Eius sanè commoti in aneo Ionis atrio

Terras odor simul atque calum peruadebat.

Pro varietate locorum vnguenta sunt præstantissima, quòd ita scribit Apollonius Herophilus libro De vnguentis. Irinum optimum in Elide, & Cyzico: Rosaceum nobilissimum ex Phæfelide, Capua, & Neapoli: Crocinum è Solis Ciliciæ^e, & Rhodo. Nardinum præferunt è Tarso: cenanthinum è Cypro, & Adramyrto: excellit Amaracinum & Melinum Coum: Cyprinum Ægyptium, deinde è Cypro, ac Phœnice, & in hoc tractu, Sidoonium. Quòd Panathenæicum vocant, Athenis primæ bonitatis: Mendesium & Metopion in Ægypto. Metopion fit ex oleo nucum^f amararum. Verùm vnguentorum præstantia locis imputanda non est, sed artificum peritiæ, & materiæ quæ suppeditatur. Nam Ephesus olim vnguentis clara fuit, & præcipuè Megalio: nunc eam sibi gloriàm vendicat Alexandria, propter opes quibus abundat, & propter Arsinoë ac Berenices in ea re tractanda singulare studium: Eximium fuit apud Cyrenæos Rosaceum, quòd a vixit magna Berenice. Oenanthinum quondam apud Adramyrtenos mediocriter laudatum, post autem, primæ notæ, ob Stratonicen^g Eumenis vxorem. Priscis temporibus maximè commendabantur è Syria, Telinum^h potissimum, nunc verò minimè. Aliquando in magno pretio fuerunt vnguenta è Pergamo, at nostro sæculo nequaquam. Nuper à quodam vnguentario excogitatum & confectum est vnguentum è thure, incognitum antea. Præstantius vnguentum viliori affusum in superficie manet, contra deteriori melli superiectum quòd est melius, pestum it, & tanquam vi cogit erumpere supra se, quòd bonitate inferius est. Vnguenti Ægyptij sic meminit Alexis in Certaminibus:

Argentataⁱ manu, è Cypro^k lapide

Vnguenti præbebunt ornatum Ægyptij.

Didymus hic considerandum esse putat, num Myrrham stacten verbis illis poëta innuat, quæ primum in Ægyptum aduecta ad Græcos deinde portatur. Icesius libro secundo De vnguentorum materia, scribit, alia vocari χολύματα^l, illitus, alia verò ἀλέμματα, inunctiones. In computationibus vile Rosaceum est, Myrtinumq; , ac Melinum, quòd etiam prodest ventriculo^m, & lethargicorum vereris. Oenanthinum stomacho bene facit, & illæsam mentem tuetur. In computationibus iuuant Sampsuchinum, Serpyllinum, & Crocinum, absque Myrrhaⁿ multa, quemadmodum & Stacte, & Nardinum. Telinum mollior & suauiter olet, vt quòd fit ex Leucoio, & Sufinum, nempe, Liliaceum, sisybrinum, serpyllinum. Plurimi fit Liliaceum è Cypro, Ægina, & Cilicia, vt & Myrteum ex Myrti foliis, & Oenanthinum. Oenanthe copiosa in Cypro montosis gignitur^o. Hoc vnguentum Græcia non præparat, quoniam inodora est cenanthe^p quæ in ea prouenit. At Irinum, quia fragrat eius radix, Amaracinum, & Costinum Græci conficiunt. Antiquos in vnguentorum vsu fuisse curiosos, & diligentes. hoc est indicio, quòd priuatim vnicique parti corporis idonea scirent. Anaphanes in Vinosis^q, aut Fossore:

Lauat is in aureo quodam solio: vnguento

Ægyptio pedes linat, & crura^r:

Phœnicino buccas, & vbera:

Sisybrino verò vitrumq; brachium:

Amaracino supercilium & comam,

Serpyllino cervicem atque genua.

Cephisodorus in Trophonio:

A. Emito deinde mihi quo linam corpus,

Irinum vnguentum: Rosaceum quoque placet, Xanthia:

At seorsim pedibus mercare Baccharinum.

B. Tuis ne pedibus eman Baccharinum, è Perfossè^s?

Tuis pedibus baccharinum gulse: ego^t mercari velim[?]

Anaxandrides in

Protésilao:

A Perrone vnguentum ille reddidit

Heri

^d Τὸ ἴαμα. Aliter hæc vox significat subtilem mulierum vestem. Hinc conuincitur error Plinij cap. 13. negans illius temporibus vnguentum fuisse. Nam & Soli in Cypro sunt.

^f Amygdalarum.

^g Cuius in eo conficiendo maxima cura & diligentia fuit.

^h Quod fit è Terno Græco.

ⁱ Tam alba, pura, nitida, vt ex argento videri possit.

^k Vnguentario vase è Cypro marmore exculto.

^l Que sunt è facie & oleo, simpliciora: ἀλέμματα, que ex multis odoribus maceratis, operfiora.

^m Quæ odore caput implet, & grauat.

ⁿ Laudatissima Dioscoridi è Cilicia, Syria, & Phœnice.

^o Labrusca stas.

^p Citatur & antea hic locus pag. 410.

^q Et manus supra pag. 410.

^r Λακκώπρωτον, διὰ τὸ πρῶτον ἔμπροσθεν, ἔμπροσθεν, ἔμπροσθεν. Vox abominanda & flagitiose libidinosa.

Heri Melanopo pretiosum, Aegyptium,
 Quo Callistrati nunc obliuit pedes. Peronis vnguentarij meminit
 Theopompus in Admeto, & Hedychari. Antiphanes in Anteia:
 Ad vnguentarium Peronem accefferat:
 Ibi reliqui: de pretio cum illo pactus tibi allaturus est,
 Et haec Cinnamoma, & Nardina. Apud multos comicos Baccaris no-
 minatur vnguentum quoddam, cuius Hipponax sic meminit:
 Baccari nates inunxi. Odore similis ea croco est. Achæus in Aithone
 Satyrico:
 Vinctum Baccari Pſyeterum* pennis
 Illum euexisse ad diuinam fortunam. Ion in Omphale:
 Vnguenta, Baccarim.
 Et Sardiannum¹ cuius ornamentum videre
 Satius est, quam Pelops in insula² sedem. Sardiannum ornamentum
 in his poeta vnguentum appellat, quandoquidem luxu & delitiis famosa est Lydia
 gens. Itaque apud Anacreontem λυδωνικὸν vocem interpretantur ἰδωνικὸν, delica-
 tum, & voluptuarium. Baccaridis sic meminit & Sophocles Magnificus in Lydis:
 Lotum oportet, & vinctum Baccarida
 Quiescere, ac rursus:
 Nysquam ne aut vnguentum, aut Baccaris?
 Aeschylus in Amynone sic
 alterum distinguit ab altero:
 Ego verò & tuas Baccaridas, & vnguenta tua.
 Oblitus sum vnguentis, odoribus, baccari. Simonides:
 Aristophanes in Thesmophoriafustis:
 O venerande Iuppiter, ut oboluit
 Soluta confestim pera³ vnguentum mihi
 Et baccarim. Vnguenti Brenthij meminit sic Pherecrates in Nugis:
 Conſtitit, ac iuſſi nobis affundi vnguentum, Brenthium,
 Sicut illis qui aderant, iam affuderat. Vnguentum regium sic memo-
 rat Crates in Vicinis:
 Suauissimum, ô Iuppiter, vnguentum regium:
 Brenthio, ac regali. Plagdes⁴. Aristophanes in Epulonibus:
 Age, videam quod nam ex vnguentis daturus sim tibi:
 Plagden amas?
 Baccarim & Plagden eructantem. Eupolis in Assentatoribus:
 Eubulus in Fœminis coronas
 vendentibus:
 Aegyptia ter, & Sagde, lota. Polemon in suis ad Adæum li-
 bris scribit, apud Eleos vnguentum quoddam Plangonium vocari, à Plangone re-
 pœrum. Soffibus in Similitudinibus itidem refert Megaleion nuncupatum à Me-
 galo Siculo. Atheniensem quidam eum fuisse dicunt. Huius meminit Aristophanes
 in Telmissenſibus⁵, Pherecrates in Petale⁶, Strattis in Meda, sic:
 Vnguentum illi te afferre dicito
 Quale nec unquam Megalus
 Attigit, nec Dinias Aegyptius
 Aut vidit, aut penes se habuit. Eiusdem vnguenti mentionem quoque
 facit Amphis in Vlyſſe his verbis:
 Lanis parietem in orbem Milesijs⁷:
 Vnguento deinde Megalino illimere:
 Regiamq; Mindaca⁸ ad suffitum incendere.
 Audistim unquam ô here,
 Suffitum hunc? Anaxandrides in Thereo:
 Ceterum veluti nympha, quam Basilidem⁹ nuncupant,
 Corpus vnguento Megalino adlini. Nardini vnguenti Menander in
 Cecryphalo¹⁰ sic meminit:

* Facto ac Gratia-
fo.

† Foruido, acri, ar-
dente.

‡ Vinctum, pœ-
nâ quod vno hau-
ſu ebibatur. Id
ſignificat, vnguen-
tu madentem, vi-
noſum & bibacem
ſummos honores &
opes confeſum.
§ Vel, Sardibus ad-
ueſtum, vel, Sarda
gemma incluſum.
¶ Peloponneſum.

Ⓜ Sacra Matris deſi
celebrantibus.

Ⓝ Ôdonum, & ciſta,
arca, maſſupium.

Ⓞ Regina proxima
Sagda.

Ⓟ Telmissenſibus, Ca-
ria q̄i. v. d. v. d. v. d.
oppidum Lycia di-
ctum à Telmiſſo ſi-
lio Krollini. Tel-
miſſo, ſordes, vngui-
uamentum.

Ⓠ Folio, lamina,
proprium nomen.
Ⓡ Sub. conterere,
ornare, inſiſi.

Ⓢ Odoramenti ge-
nus.

Ⓣ Regina.
† Capiti muliebri
reticulo: amaro re-
ticulato.

A. Suave, puer, hoc vnguentum est: suave inquam.
 B. Quid mihi Nardinum est. Eiusmodi vnguentis linere, μείλαι, Alceus
 ita dixit in Palæstris:
 μείλαι, vnguentis se cum illenisset, clanculum simul statim se conclusam abdidit:
 μέλαια tamen, non μέλαια dixit Aristophanes sic in Concionatricibus:
 Caput mihi μείλαια, vnguentis^k, μείλαια, est delibutum. Vnguenti, quod
 Sagdan^l appellat, in Cypreſſo meminit sic Epilicus: Baccaris simul & Sagda. Quod
 autem Eupolis in Imarica dixit, quendam eructare Sagdam, Nicander Theateire-
 nus interpretatur de homine delitiis valde perduto. Theodorus Sagdan suffitum
 quendam esse putat. Athenis vnguenti Coryla magno venibat, vt Hipparchus scri-
 bit in Pernoctatione, nempe drachmis quinque, vel, quod ait Menander in Myſo-
 gyno^m, decem. Antiphanes in Phrearrhoⁿ, cum de vnguento ſtaſte loquitur, ait,
 Empta duabus minis ſtaſte nequaquam mihi placet. Sardianni quidem
 non tantum impenfius delectantur vnguentis, vt Alexis testatur in Poculorum opi-
 fice, his verbis:
 Vnguentis ſemper gaudet vniuerſa gens Sardiannorum: Verum etiam Athenienſes:
 Omnium honorum auctores, quibus adiuta eſt hominum vita. Quod dictum
 eſt, apud illos vnguenta in ſummo honore ſunt. Itaque nunquam non illis perfun-
 duntur, quemadmodum & nos adeo pretioſis, & excellentibus, vt præ illis nugæ ſint
 quæ ἐν ἀνομιλίῳ^o Alexis ita ſcripſit.
 A. Non enim ex vnguentario alabaſtro ſeſe illinebat, quamvis gerendis in rebus
 Antiquam ſimplicitatem^p retinuiſſet: ſed quatuor
 Columbas emittebat tintas
 Non eodem modis ſidius omnes vnguento,
 Verum ſuo ſingulas.
 In orbem volitantes ille
 Noſtras irrorabant veſtes, ac ſtragula:
 Apud vos inuidioſum hoc mihi non ſit, ô Gracia principes,
 Et vinctus ſum, & ſuffitus Irino tum vnguento.
 B. Quenam per deos, ô amici, voluptas illa fuit,
 Cum Laconicum^q vellus, atque veſtes
 Sic inquinarentur, & manibus liceret, quod nunc facimus.
 Vnguento hauſto totum corpus rigare, ac præcipue caput. Myronides libro
 de vnguentis & coronis ſcribit, ob hanc cauſam veteres in comotationibus olim
 caput vnguentis pinguibus madefeciſſe, quod, ſqualidius ſi caput ſit, in altum effe-
 ratur qui ſumitur potus ac cibus, ideoque febris corpus cum exardescit, irrigationi-
 bus perfundi caput, ne ſuſum in eam partem ſiccam & admodum^r inanem, irruant
 quæ aduruntur. Cum igitur priſci hoc cogitarent, & inter potandum vinum erum-
 pere in ſuperiora corporis ſuſpicarentur, vngendum eſſe caput ideo ſibi perſuaſe-
 runt, quod vini fore imbecillioſam vim crederent, ſi eo pacto veluti dilueretur. Cæ-
 terum cum ad pingues eos illitus vita quidpiam addidiſſet, quod voluptatem & iucū-
 ditatem præberet, ad vnguentorum vſum deuentum eſt. Sunt igitur, ô Cynulce
 Theodore, vnguenta in comotationibus deligenda, quæ caput minimè grauent,
 adſtringant nonnihil, & refrigerent. Ariſtoteles doctiſſimus in Naturalibus quæ-
 ſtionibus hoc excutit, cur magis canefcant^s qui vnguento caput illinunt: an quod
 vnguentum propter odores excicet, ſqualloreq; arefaciat? Squallor enim canitiem
 efficit. Nam ſiue canities pilorum ſit ariditas, ſiue caloris inopia, ſiccitate omnia
 marceſcunt. Quamobrem iis qui pileo caput tegunt canities acceleratur, quia hu-
 mor abſumitur alendo pilo deſtinatus. Nuper, ô amici viri, ſumma cum voluptate
 legi vigeſimum octauum hiftoriarum Poſidonij, & quod illic ſcribitur de vnguentis,
 obſeruauit diligenter, quoniam ad noſtrum conuiuium pertinet. Tradit enim phi-
 loſophus, apud Syros in epulis regum, vbi data coronæ ſunt conuiuiis, ingredi quof-
 dam cum vtriculo vnguenti Babylonij, qui procul menſam circumeuntes, accumben-
 tium coronas eo irrorant, aliud præterea nihil conſpergentes. Verum quandoqui-
 dem

k Hæc nonnihil
mutata, vt eſſent
clariora.

l Pagina ſuperiore
Pſagdes, Hæc ine-
ptè repetita delen-
da puto. Quidâ le-
gunt in Coraſſico:
quidam, in Cora-
liſio.

m Mulieribus in
ſuſo.
n Hæc dictio ſi vi-
ri proprium nomen
non eſt, ſignificat è
puteo manantem
aquam.

o Hæc vox ſignifi-
cat tributum ſer-
uicem, agris ſibi ven-
dicantem: de doli
ad habitandum ali-
quo.
p Kogonij's ſpōia-
rō. Vide prouerb.
Saturnie Lemæ.

q Purpura infectâ.
Laconica purpura
olim magni preſij.

r Πολύαινον: quidâ
legunt πολυκίνονον
ἐπιπέλω: quæ adurri-
tur agitata irruât.

s Aliter de hæc re
medicū viſum, qui
canitiem fieri vo-
lunt, ob pituitioſum
alimentum pilis, &
capiti nimiam hu-
miditatem, calui-
tium verò, ob defi-
ctum, aut præſta-
tem ſucci qui pilis
nutrit, & capitis
immodicam ſicci-
tatem.

Superiori sermone auctarium lepidum et venustum adjiciam, nempe Amore laudes.

Perrhabum fuisse Plutarchus scribit in Quaest. Romanis. Perrhabum Plinio, Epirota Pindaro vicini. Apud Cynaliam, Graeci de Camefe sorore, et uxore hoc prodiderunt.

Connivale carne significat, quo Harmodius et Aristogiton tyrannicide celebrabantur.

Poculi genus supra pag. 351. Vide proverbum: Bone fortuna, sius, Boni geny.

dem hucusq; progressa est nostra oratio, quod ait poeta Cytherius, in Amorem modos quosdam conferam, nimirum Ianum nostratem deum, quem patrem cognominamus, coronas primum inuenisse, quod proditum est a Dracone Corcyrao libro De lapidibus, his verbis: Ianum fama est bifrontem fuisse, altera facie posteriori, anteriore altera: Ianum flumen, Ianumq; montem ab eo fuisse nominatum, quod in eo monte habitauerit: coronas illum reperisse, nauigia, rates: nummum aereum ab illo primo signatum: qua de causa ciuitates in Graecia multae, Italia, & Sicilia, monetam cudunt impressa bicipiti facie, & ex altera parte, vel rate, vel nauigio, vel corona: Sororem Camefen in Perrhaebea duxisse, ex illaq; sustulisse filiam Cleisthenen: eum vero maiora volentem animo, in Italiam nauigasse, & in monte Romae vicino consedisse, quem suo nomine vocauit Ianiculum, Haecenus de vnguentis. Cum autem Boni daemones poculum multi poscerent, alij Iouis Seruatoris, & aliud alij peterent, ex poetis, qui eius temperaturae meminerunt, citanda loca duxi, in quibus horum fit mentio: Antiphanes in Rusticis:

Harmodius aduocabatur: Paan canebatur: Magnam Iouis scapham quidam sustulit.

Alexis in Feneratore, siue Mendaci:

At huic affundito: Hoc Iouis seruatoris poculum.

Omnium decorum mortalibus, longe optimus Seruator Iuppiter est: etiam si medius crepem, Ea te res nihil moueat: securus bibe.

Nicostratus in Pandroso:

Ego quoque, o charissimum caput,

Metanipridem huic sanitatis misceo:

Tu etiam sanitatis accipe tibi: aedum, quod bene tibi vertat, bibe:

Hominum res fortuna moderatur: prouidentia

Nescio quid cacum ac confusum est, o pater.

In eadem fabula idem

meminit temperaturae Boni daemones, cuius & omnes veteris comediae poetae. Nicostratus vero sic inquit:

At boni daemones poculum mox ubi affuderis,

Mensam procul a me hinc remoue.

Quod satis est, satur ego sum: boni daemones

Hoc etiamnum accipio: mensam cape, & aufer hinc ocius.

Xenarchus in

Geminis:

Iam prorsus tandem

Dormitare quoque incipio: boni daemones

Labefactum omnino me phiala, quam ebibi:

Iouis etiamnum Seruatoris ut celerrime

Poculum ipsam perdidit, & me demersit, vides?

Eriphus in Maelibea:

Pateram is ebiberat,

Antea quam primum boni daemones, ac Iouis Seruatoris poculum,

Sumeret.

Theophrastus libro de Temulentia, Temeti, in-

quit, quod cenatis dant, & quod boni daemones poculum esse dicunt, parum offerunt, ut eius potionis quae vis esset, & quantum dei beneficium, tantum recordarentur. Dant autem iam satiatis, ut pauillulum sit quod bibant: illudq; e mensa dum sumunt, deum adorant, tanquam supplices rogent, ne quidpiam agant tui pater, ne huius potionis appetentiores sint aequo, sed ex ea percipiant, quod honestum sit, & vile. Philochorus libro secundo Atthidis: Tum, inquit, lege sancitum est, ut post omnem cibum merum afferretur, sed quod solum degustarent, argumentum scilicet potestatis Boni dei: diluebatur vero quod praeter id bibebant: ideoque Bacchi nutrices vocarunt nymphas. Porro solitas amoueri mensas, cum datum fuisset boni Daemones poculum, impio scelere suo docuit Siculus Dionysius. Nam cum Syracusis ante Aesculapium esset aurea mensa posita, merum boni daemones deo praebit, ac continuo mensam iussit asportari. Phylarchus lib. 12. historiarum scribit, apud Graecos, eos qui Soli rem diuinam faciunt, mel libare, non vinum altaribus infundere,

De hac re vide Victorium cap. 1. lib. 1. Var. a Naφάριον id factum vocabatur, ubi φάριον, & φάριον, quae admodum ei-vicinos, in quo vinum adhibebatur. Exhibebatur id factum non tantum Soli, sed etiam Mnesmosyna, Aurora, Luna, Nymphis & Veneri Urania. Vide proverbum, Niphaliu factum.

dere, quoniam oporteat, ut aiunt, id numen, quod omnia regit, & continet, mundumq; perpetuo circumuoluit, alienissimum esse ab ebrietate. Scolia nunc, quandoquidem eorum non pauci meminerunt, Attica tibi recensere in animo est, ob antiquitatem & simplicitatem illorum qui condiderunt, tum etiam ob illos qui eo genere poetes laudabantur, ut Alceum, & Anacreontem, quod testatur Aristophanes in Conuiuantibus his verbis:

Ex Alceo & Anacreonte scolion quoddam sumptum mihi came.

In iis versibus componendis magna fuit Praxillae Sicyoniae gloria. Scolia vero nuncupantur, non ob rationem & modum eorum versuum, qui profecto est σχολιός, Nam quod in pangendis carminibus, ac cantionum modulationibus remissius est, σχολιόν dicitur, verum cum tria genera sint, ut scribit Artemon Cassandrus libro secundo De vsu carminum Scoliorum, quae in hominum aetate ac conuictu canuntur, & primum quidem, quod ab omnibus cantari solene fuit: alterum, quod omnes certe canebant, verum circuitu quodam, ut alius alij succederet, seruato omnium conuiuarum ordine: tertium, cuius particeps non omnes erant, sed quod ab iis solis recitabatur, qui eruditiores haberentur, & qui loco certo quodam accubissent. Quapropter, quia, extra ordinem id fieret, neque simul ab omnibus, neque a proximis continenter ac deinceps caneretur, ut alia, σχολιόν appellatum hoc est. Scolion quidem cantabatur, cum eorum quae communia & necessaria ministrata fuerant, iam finis esset. Eorum enim decorum censebant sapientem quemque lepidam cantionem in medium proferre. Elegantem vero cantilenam putabant quae exhortationem quandam complecteretur aut egregiam sententiam, vtilem vitae hominum. Scolion quoddam ex Deipnosophistis alius pronuntiauit: alius aliud: omnia tamen eiusmodi fuerunt:

Pallas Tritogeneia, regina Minerva,

Hanc ciuitatem, ciuesq; rege, absque calamitatibus, Seditionibus, intemptiuis funeribus, tuq; pater!

Pluti matrem cano Ceyxerem hoc tempore, coronatus:

Atque te, o Iouis filia Proserpina.

Salute amba: & propitiae hanc ciuitatem fouete.

In Delo quondam liberos emixa Latona est:

Phaebum Auricomum, regem, Apollinem;

Et ceruos iaculis ferientem, venatricem Dianam,

Feminarum omnium valentissimam.

Id Pan, Arcadiae rector, ac praeses, saltator, nympharum

Illustrium, risu hilarium, cum strepitu fugacium sectator.

Id Pan nostris gaudijs & canticis semper adsis propitius ac letus.

Vicimus, ut optabamus: victoriam dij dederunt:

Pandrofi patria, quae Minerae chara est, victoriam dij concesserunt.

Vtinam liceat qualis sit vnusquisque videre, discessoq;

Pectore, & animo perspecto, ubi post rursum clauseris,

Amicum sincera mente hominem aestimare.

Bene valere optimum est mortali homini:

Deinde pulchrum nasci: post, sine fraude ditari:

Quartum vero, cum amicis pubescere.

Postremum hoc Scolion cum ce-

cinissent, laetis ob id cunctis, quia memoria repeterent, disertum Platonem id scriptis mandasse, tanquam scitissime dictum, Myrtilus subiecit ab Anaxandride comico derisum id fuisse in Thefauro, his verbis:

Autor huius Scolij, quicumque ille sit,

Bonam valetudinem omnium rerum esse praestantissimam,

Recte quidem iudicauit: secundo vero loco nasci formosum,

Ac tertio diuitem: nonne vides, hic quam insanat?

Post bonam valetudinem praecipue sunt opes.

Pulcher si inops esurit, facta bestia est.

Post autem sequuntur haec:

X

Ex terra.

Citat Suidas in voce σχολιός, Scolion Timocreonis Rhodij. Cuius insitum est: σχολιός τὸ τὸ πρὸς τῷ πρῶτῳ μέτῳ ἐν τῷ πρῶτῳ ἐν δὲ δάσσει, μέτρον ἐν ἡμίσει φωνήθηται.

Inaqualis. Haec dictio significat tortuosum, flexuosum, prauium.

Flexuosum, tortuosum. Non absurdum fuisse Scolia vocata fuisse, quod quidam in versibus tanquam in orbem, repetitis flexantur, ut apparet ex Scolio Harmodij & Aristogeitonij.

Tritoni, Tritonia, sic dicta quod circa Tritona fluium Aethiopiae primum apparuerit. Iuppiter. Diverse haec sunt Scolia.

h Non ab simile est hinc sententia Erasmi prouer. E terra spectare naufragium.

i Si flexuosum in- fiat serpenti Scolion vocat. sumpsit, canidum suscepit.

k Alludit ad multiplicitatem huius vocabuli significatum, praua, peruersam.

l Vide prouer. Canere ad Myrti, & Harmodij cantilena.

m In Panathenaeorum sacris cecidisse scribit Herodotus lib. 5.

n Eustat. Iliad. 6. de laudibus Aristogiton hoc metrum eandem vocem recitat ex Simonde: h

o Eustat. prouer. Admetis nenia.

p Cum Elefione a moniro marino liberata. Hercules indignatus quod mercedem prouisiu Laomedon non redderet, illum obsedit, & expugnauit, Telamoniq; Elefionem uxorem dedit, quia muru primus confendisset. Erasmus prouer. Canere de Telamone.

Ex terra h prospicienda est nauigatio
An vires adsint, & apta ad id manus:
At ubi mare iam adieris,
Ut res presens erit, cursum tenere necessum.

Apud Carcinum hoc Scolion extat:

Pulcherrimum ¹ serpentem cum amicus sumpserit,
Rectam ut mentem minimeq; ουσιακ² induat, oportet.
Gladium gestabo myrti fronde obtectum,
Quemadmodum Aristogiton & Harmodius, tyrannum
Cum occiderunt, & aquas suas leges reddiderunt Atheniensibus.

Salus Harmodii: nondum extinctus es:
In Fortunatorum insulis aiunt te viuere, ubi pernix Achilles,
Vbi fortis ac bonus Diomedes.

Gladium gestabo myrti ¹ fronde obtectum,
Quemadmodum Aristogiton, & Harmodius
Cum in Panathenaeorum ^m sacris

Tyrannum hominem Hipparchum peremerunt.
Perpetuus ac immortalis futurus est vester bonus.
Charissimi nobis estis, o Harmodi & Aristogiton ⁿ,
Quoniam tyranno vestra virtute e medio sublato
Aequis legibus Athena sunt potite.

Admeti ^o cautionem, amice, ubi didiceris,
Bonos & strenuos amantissimos & imbelles deuota:
Hocq; tibi persuade, parum gratam esse illorum consuetudinem.

Telamone scire, Ajax bellicose, Telamonem aiunt
Patrem tuum Troiam perrexisse, post Herculem ^o
Gracorum omnium strenuissimum, te vero
Post illum omnium pugnacissimum Achille dempto.

Vinam pulchra siam eburna Lyra,
Et pueri me pulchri serant in Bacchicum chorum.
Vinam rude & intentatum igne aurum sim,
Meg, speciosa gestet femina, cui proba & pura mens sit.

Mecum bibe: mecum iuuenare: mecum ama:
Mecum te corona cinge: cum insaniam,
Mecum insani: cum temperans & frugi
Fuero, esto quoque temperans.

Subit quoduis saxum, amice, scorpium.
Ne te seriat caue: in ijs qua abdita sunt fraus quaeuis latet.
Glandem sus aliam habet, aliam habere cupit.

Sic ego formosam puellam habeo, aliam expeto.
Meretricis & balneatoris idem planè est ingenium:
In eodem folio hominem & probum & nequam abluunt.
Cot bone funde: & me audi: ne obliuiscere,
Bonis vtris miscendum esse.

Heus heus Leipfydrion ^q, amicos prodidisti,
Et perdidisti, quales viros? in pugna quam fortes?
Quam nobilem & generosam? The sei pro sapiam?
Quibus orti maioribus essent y satis probarunt.

Amicum qui non prodit, mea quidem sententia,
Et apud deos & apud mortales summos honores meretur. **Esse quoque Scolion**
aiunt, quod ab Hybria Cretensis est sic editum ^s:

Pro magnis mihi sunt diuitijs, hasta, ensis, pulchrumq; scutum
Munimentum corporis. Cum hoc aro, cum hoc meto,
Cum hoc vinum suauè ^t, quod prabet vitis, pedibus tero:

Cum

Cum hoc supplices me dominum serui publici vocant:
Hastam qui non audeat comparare, nec enses, nec pulchrum
Scutum corporis tegumentum, flexis ille genibus me adoret,
Dominumq; salutet, ac magnum esse regem vociferetur.

His explicatis Democritus inquit, Atenim quod ab Aristotele doctissimo scriptum legimus non quidem sacer est hymnus, vt calumniatur Demophilus, qui philosophum violata religionis criminatus est, tametsi quidam ^f ab Eurymedonte scribant accusatum fuisse, tanquam impium, & in conuinijs de Hermeia ^v sacrum hymnum quotidie canentem. In ea cantione speciem hynni nullam esse, sed illam contra Scolij vnum quoddam genus vnum existimandam, ex oratione primum clarè vobis demonstrabo:

Virtus laboriosa generi mortalium, indago vite pulcherrima:
Ob tuam, virgo, formam Graecis mors est optabilis:
Tolerandiq; grauisissimi laboris indefessa constantia:
Tali scilicet fructu mentes accendit, immortalis,
Auro praestantiore, anteposendo vel parentibus,
Ac lenienti dolores somno ^x.

Tua causa diuus Hercules, Ledaq; filij
Multa perpepsi sunt, gestis rebus potentiam tuam ac vim praedicantes.
Tui desiderio Achilles & Ajax descenderunt
Ad Ditis atria. Ob amabilem formam tuam
Se priuauit lumine Solis alumnus ¹ Atarneae,
Quem actis rebus clarum & celebrem sempiterna laude
Musa decorabunt, Mnemosynes ac Iouis filia, maiestatem
Iouis Hospitalis extollentes, firmamq; amicitia praemia.

In his an Pæani quidquam peculiare sit deprehensus aliquis, non video, praesertim cum autor aperte fateatur Hermeiam diem obiisse: sic enim ait:

Ob amabilem formam tuam alumnus Atarneae sese priuauit lucis Sole.

Praeterea, in eo carmine nulla est acclamatio ^z Pæanica, velut in eo qui de Lyfandro Spartiata scriptus, Pæan verus ^o est, quem Duris in eo libro, cui titulus est, Samiorum fines, tradit à Samiis cantari. Est & Pæan, scriptum carmen in Craterum Macedonem, quod Alexinus Dialecticus composuit, vt inquit Hermippus Callimachus libro primo De Aristotele. Canitur ille Delphis, puero Lynam pulsante. In eo quem de Agemone Corinthio, patre Alcyones cantant Corinthij, & quem in epistola sua ad Aranthium Polemon orbis descriptor, memorat, Pæanica sunt acclamationes, quemadmodum & in eo, quem de Ptolemaeo primo Aegypti rege cantant Rhodij. Habet enim crebro repetita haec verba, *iy παλαια*, vt ait Georgus libro De Rhodiorum sacrificijs. Philochorus scribit de Antigono & Demetrio Athenienses Pæanas cantare, multis autoribus, sed omnibus praetato Hermocle. Quin & Aristoteles in Defensione sua, nisi forte illa supposititia est, sic ait: Hermeia, vt immortalis, cum ego sacrificare non deliberarem, sepulchrum, vt mortali, extruxi; immortalis vero famam eius reddere cupiens, funebri commendatione atque laudatione illum cohonestauit. Haec Democritus cum loqueretur, Cynulcus ait, Cur me, vt inquit sapiens Philo, commonefacis ^b horum calicum? cum praesente isto ventricoso Vlpiano nihil magni momenti disceptandum sit, Hic enim canticis magis quam honestis & grauius, libidinosus latatur, qualia sunt, quae Locrnesia vocata, adulterorum lasciuia & stultitiam continent, voluptatem inde vt capiat. Eiusmodi sunt:

Ne prodas nos, te supplex oro,
Antequam ad illum pergam, & excitem:
Neve miseram me grandi malo afficias.
Iam dies est: iam lux per fenestram micat: hoc ne vides?

His enim cantionibus Phœnicia rota perfonat, quam Vlpianus hic peruagatus est, calamo lufitans, cum iis qui Colabros ^e vocatos componunt: hoc enim vocabulum, o belle Vlpiane, ab autoribus etiam vsurpatur. Nam Demetrius Scepsius libro decimo Apparatus Troiani belli sic ait: Ctesiphon Atheniensis eorum versum poeta quos Colabros

f Phaurinus in omnimoda historia.

v Atarneae oppidū Troadii. Eius Tyrannus Hermocleas Aristoteli, vt quidā aiunt, amatus, vt alij sumpta in vxorem vel filia, vel nepta ex fratre, affinis, a Persarū rege veneno sublatus est.

z Τὸ ἑρμολογικὸν τῶν ἀρχαίων ἀλλοιῶν. Totidem verbis apud Laertium in Aristotele hic hymnus scribitur.

y Hermocleas.

x ἰδὲ παλαιῶν. a Sacer hymnus.

b Prouerbij speciem hoc habet? Cur haec mihi in memoriam reuocas?

e Phœnicia & Syriaci versus ludicri, amatorios, ioculatorios, quales Stasius & Seneca Itali nominant.

labros vocant, quem Attalus post Philetærum primus rex Pergami, regionum vestigalium in Æolide iudicem creavit. Idem autor undecimo libro eiusdem operis scribit, Mnesiptolemi historiographi, qui apud Antiochum, cognomine Magnum, auctoritate & gratia plurimum potuerat, filium Seleucum fuisse, hilarium^d carminum poetam, quæ frequenter canere solent, huiusmodi:

^d Inde poeta iocundus.

Ego pueros amabo: potius hoc est quam uxorem ducere.

Mihi puer comes, adiutor etiam in bello fuerit.

Hæc fatus, & Vlpianum aspiciens, quandoquidem ait, mihi succenses, tibi enarraturus accedo, quis Syrbenæus chorus sit. Tum Vlpianus, an, scelestè, me putas ob ea quæ dicis stomachari, aut tantillum de te laborare, ò canis impudens? Verùm quandoquidem docturum te quidpiam polliceris, inducias tecum pacifcor ad annos triginta. Tu verò hoc tantum expone, quis chorus Syrbenæorum esset. Clearchus, inquit, ò vir optime, libro secundo Institutionum ita scribit: Restat quidam Syrbenæorum^f Chorus, in quo singulos oportet canere quidquid visum fuerit, & in buccam venerit, nihil attendentes aut aufcultantes, quid cantet vel affidens proximè, vel chori ductor, ac præcentor, sæpius ipse, quam cæteri, tumultuosior, ac magis incompotus. Quod verò scribit Matron parodus,

^e Τετραγύβητος. Post subactam ab Atheniensibus Eubæam sales facte sunt inter eos & Lacedæmonios. Qui dâ legunt, vix aguerunt illud, scortorum more; quæ facillè pterant, nec nunquam fidem servant.

^f Vide proverbia, Syrbenæorum charus, quæ quæ sua aduocantur.

^g Longo senio tam absumptus ut videri mortuus possit, h Parodia est cum versus paulum mutatur, aut ad similitudinem versus mobilis cuiuslibet poetæ conditur. Vide Henricum Stephanum libello de Parodia, & Leopardii cap. 1. lib. 6. Emend.

ⁱ Marinam Charibidin. Voracissimum bellonè, immensam voraginem. h Ferreus, & qui cibum tam cito concidit, quam gladio conciditur: vel qui gladium ferreum possit excoquere: nò ab simile pronerbiu, Galli ventrem habere.

^l Quod solo alluitur nec fultu, nec sementem profert, ἀστὴρ ἄνθη ἰσὺ, indeq; arida & sterilis humus, tanquæ sale confersa, ἀλιωαράτθ dicitur. Leopard. cap. 24. 1. m Natalis, ἰωισί in Vidui.

ⁿ Eduxerunt nani manibus gestantes. o Navigare suadet, ut quæstum faciât. p Ἐδλυρε. Sunt alij mali huius rationis significatus. q Ἐκφωδισί. Eras. proverbio, Malorū paretzuzi, & proverbi. Extrema e- extremorum mala.

Quotquot prius fuerunt præstantissimi,

Eubæus, Hermogenes, ac diui Philippi,

Diem quidem obierunt, & Ditis subierunt penetralia.

Est autem nescio quis Cleonicus immortalẽ adeptus senectutem.

Nec poetarum ignarus nec inscius theatrorum:

Huic soli, mortuus^e ut loquatur, Proserpina concessit.

Tu autem vius, ò Vlpianè, omnia quidem inuestigas, nihil verò eloqueris. Tum Vlpianus, quinam modus esset parodiarum, tantisper dum perstant induciæ, nobis explica, ò amice Cynulce. Hic Cynulcus: Parodiarum^h multi poetæ fuerunt, ò lepidum caput, nobilissimus verò Eubæus Parius, Philippi sæculo, qui maledictis Atheniensis exagitant. Eius Parodiarum supersunt libri quatuor. Meminit illius Timon libro primo Sillorum. Polemon libro duodecimo eorum quæ commentatus est in Timæum, cum de iis verba facit qui parodias ediderunt, ita scribit: Bæotum verò ac Eubæum parodiarum autores, facundos esse reor, quia ingeniosa & festiua dexteritate ludunt, & omnes poetæ, superiores posteriores ipsi, exuperant. Inuentorem eius poetæos arbitror fuisse Hipponactem, iamborum poetam, qui hæc scripserit in Hexametris:

Musa mihi cane late regnantem Pontocharybdin^l,

Cui venter gladius^k est: indecorè ac gulosè cibum qui abligurit.

Dio, inquam, musa, quo modo malis suffragijs mala morte perierit,

Populi iudicio ad maris littus indomiti^l.

Hoc poetæos genere in quibusdam suis fabulis vsus est aliquoties tum Epicharmus Syracusus, tum Cratinus veteris comædiæ poeta in Euneidis^m, & ex aliis poetis qui ipsi coæui fuerunt, Hegemõ Thasius, quem Lentem vocabant, Sic ille scribit:

In Thasum me profectum sublimemⁿ extulerunt

Multo stercore inquinatum: adstans quidam ita me compellauit:

Quis tibi suavit, ò mortalium omnium abominatissime,

His pedibus in pulchra ista ambulare portus crepidine?

His omnibus paulo post respondens sic locutus sum:

Senem me, etiam nolentem subire huc instigauit patriæ memoria,

Ac inopia, quæ Thasios multos in naues compellit^o,

Iuuenes, dicaces^p scurras, & pereuntes ipsos, & alijs autores exitij

Viros, qui etiam nunc istic mali malos versus confarcinant^q.

Hæc cum dixissem, rursus vltro adieci:

Iterum quæstus gratia nusquam discedam, sed Thasijs

Prinatus ego, & nullo publico munere impeditus

Nitidum argentum in manus tradam:

Matronarum Achinarum, domi vitam agentu

(549)

Mibi

Mihi ne aliqua inuideat,

Achaico pane cum in edibus vxor satiabitur.

Et olim parua nos impensa vicitur amies inuita quadam dicat:

Athenis rogatu amicorum versus cum recitasti,

Drachmis te quinquaginta munerati sunt: domum verò tu misisti paululum.

Hæc mihi cogitanti animo, Minerva Pallas adstitit,

Aurcam virgam tenens, meq; reiguit, ac sic fata est:

Grauibus malis te crucias, ò Lenticula, qui hoc in eas certamen:

Tum ego erecto animo confidentius multo plura cecini.

Scripsit & parodias

Hermippus veteris comædiæ poeta. Horum primus Hegemon Athenis in theatri scena de parodiis certauit, vicitq; & aliis, & Gigantomachia. Idem scripsit & comædiam prisco ritu, quam Philinnin appellat. Eubæus in hoc versuum genere festiuè multa scripsit, vt de balnearum prælio:

Hæstis aneis^s mutuo sese feriebant:

& de tonfore, qui vxoris causa figulo conuitiabatur:

Neque tu, quamuis strenuus sis, arripe ἰσθγγ^t,

Neque tu Peleide^v.

In magna eum apud Siculos æstimatione fuisse,

Alexander Ætolus tragædiarum actor, hæc breui elegeta docet:

Quem asperamens Agathoclis eiecit

Patriæ, ob antiquam maiorum stirpem vir suspiciendus fuit:

Doctus, vel à iuuentute, cum externis hominibus versari:

Amicitia vetusta consuetudine Mimnermi hospes:

Amore puerorum amens poesin edidit

Homericorum versus splendore & elegantie parem:

Perennes scilicet riuos perseruat atus, & tanquam scatebras

Carminum, cum intolerandis miserijs.

A Siracusijs sic acceptus, & tractatus est: vt verò Bæoti

Camertem audierunt, maxime pere sunt eo delectati.

Hæc & alia multa huius-

modi cum sermonibus agitata fuissent, cõfabulantes nox deprehendit: tum ex conuiuiis aliquis, Heus tu, puer, λυχνεον, lucernam cum clamasset, mox alius, etiã vocari λυχνεα^x dixit: alius λσφιαυ, facem è cortice: alius, πάνου: alius φανόν: alius λυχνόχορ, alius λυχνορ: alius λυχνορ διμυξορ^y alius ἐλάων: alius ἐλάων, facè appellari cõtendebat, & τῆς ἐλας, à calore, eamque sententiam fuisse Neanthis historiographi, qui Attali sæculo vixit: alius quiduis aliud, vt non parum tumultus ac turbarum fuerit, dum illa omnia certatim disputarentur. Quidam à Sileno Glosfographo^z scriptum dicebat, φανός ab Atheniensibus vocari faces. Timachidas Rhodius τῆς φανός^z, vocari scribit τῆς δ' ἐλετω, nimirum faces accensas, quas noctu habent iuuenes: ἐλάων vulgus appellat, Ameris φανόν appellat γάβελον. Huius vocabuli significatum sic exponit Seleucus: Gabriõn ex ilice aut quercu lignum est, quod contusum & fissum accenditur, vt ambulanti bus^b præluceat & viam monstrat. Itaque Theodoridas Syracusus in Centauris ait:

E grabio pix stillabat, veluti. In Tridente, siue Seplasiario,

Tridentem accipe, & lychnuchum,

Ego verò, quos quatiã in dextra habeo

Marinarum belluarum arius^c, ferro politos,

Ac cornæ lucifere laternæ splendorem.

Circumambulare cum lucerna qui excogitauit primus

Noctū, digitorum tutor ipse fuit.

A. Nisi me fallit animus, reprehendet obuiorum quispiam,

Quòd hoc noctis potus ambulem. B. At, per deos, φανός^d qualis est?

A. Qualis profectò sol dulcissimus.

Constitim sume φανόν, & lucernam mihi accende.

facem: alij ex dissectis lignis quibusdam fasciculum. Menander in Consobrinis:

subdit:

Alexis in Midone:

Idem in Fanatico:

Anaxandrides in Thesauro:

Alij volunt φανόν esse

Menander in Consobrinis:

X 3 Aqua

^r Argumentum eius Parodia fuit Gigantum cum djs pugna.

^s Balnearum aneâ supellectilem fistulæ sic appellat.

^t Virginem apud Homerum: hic, nauaculam: cultum consorium.

^v Apud Homerum, Achilles, Pelei filius hic, Iulose figulo dicitur ἰσθγγ.

^x Inde apud veteres λυχνεοι, qui dormiunt inter diu, noctu vigilat, lucifera. N. de Erasmo in proverbijs.

^y Lucernam in qua sunt duo, ebychna accenduntur.

^z Dictionam significatiõnis enarratore.

^a Nauta maris mediterranei, & laternas lucentes noctu in summa nauis malo, vel in turribus, ac speculis, & ignes qui procul ostendantur, adhuc Fanal vocant.

^b Ad id Vellauisij videntur tada è Pinnastri.

^c Balnearum costas intelligit, quibus præfixa esset laterna cornæ.

^d Hic quidam videntur esse laterna, hanculo contòve suspensa, intra quam ardes lucerna, vel Candela: Gallis, Falot.

^e Quid proderit quid afferet tibi cõmodi.

Aqua plenus hic Pharus est:
Excutere non oportet, sed conspergere cinere. Nicoftratus in Conterrancis:
Caupo hic qui vicinus est,
Sen vinum, seu ad lucernam oleum mittit cuiquam,
Aut acetum, aut aquam, & nefarius dat. Philippides in Fœminis simul nauigantibus.

Facetum pro vino:
 aquam pleo immixtam.

g Candelabrum,
 quo lucerna suspen-
 detur.

h Erasma. prouerb.
 Accepta caudela.

i τὸ ἀγυρεύειν.

k Compositium:
 quod componi &
 dissolui possit: ni-
 mirum vt ad por-
 tandum esset faci-
 lius. Desi poetâ re-
 simonium.

l Lignei candelabri.
 m Lucerne è con-
 to seu vera suspen-
 se. Vide prouerb.
 Delphicus gladius.
 n Quod ex tecta
 fiant.

o Studiosius sacris
 operantur.

p Hoc de leone di-
 ctu suspicor, cuius
 ea natura est, vt
 ignem exasperat
 & firmidet.

q Lucernam dicitur
 dicitur, cum accen-
 duntur lucerne.

r Sumptum à ca-
 mibus qui dormitu-
 ri in leuam partē
 seē procumbunt,
 eandem subitus crus
 suistrum inflectou-
 tes. Versus cuiusdā
 poeta.

s Erasm. prouerb.

t Feri puer.
 u Dianam. Eius cā-
 ejoni partes quin-
 que Strabo libro
 nono refert. Anacri-
 sin, Ampeiran. Ca-
 tacelesmon, tam-
 bos cum dactylis,
 Syringas. Vide lo-
 cum.

v Malim malum
 dicit & malum. Vide
 prouerbū, lo Pean,
 apud Erasmum.

A. *Nobis quod ne tantillum quidem illuxit.*
Tu verò nihil es locuta, ô misera. B. *Non potui.* Pherecrates in Crapatallis,

quam nunc *λυχνία* vocant, *λυχνον* sic appellauit:
 A. *Quodnam λυχνίας opificium?* B. *Tyrrhenicum.* Sunt enim varia Tyr-
 rhenorum opera, quoniam in artium labore, ij solertes & ingeniosi sunt. Aristophanes in Equitibus:

Iacula tria recta colligauimus, & pro Lychoneio sumus h vsi Diphilus in Ignorantia:

Accersisse lucernæ funiculo eius lucernam quarebamus. Euphorion in histo-
 ricis Commentariis refert Dionysium iuniorem in Tarentinorum curia can-
 delabrum posuisse, in quo tot arderent lucernæ, quot dies anni sunt. Hermippus com-
 mœdiarum scriptor in Iambis, militare candelabrum, *σύνθετον* vocat. Idem in Spor-
 tas ferentibus, (fabulam sic ille vocauit):

Egredere dextra ô lucernula: Panon, dissectum lignum & colligatum
 nuncupant, quo veluti face utebantur. Menander in Confobrinis:

Postquam introieris,
Quia Panos adest, Lychnos, Lychnuchos, multum lumen,

Presto vt sit, cura tantummodo. Diphilus in Milite:
At Panos aqua plenus est. Verum & ante hos omnes Æschylus in Aga-

memphone Pani meminit. Eius vsus fuit, qui & facis. Xylolychnuchi¹ meminit Ale-
 xis. Est autem id fortassis Theopompi obeliscolychno^m simile. Philyllius lampadas
 faces, *δ' ἀδ' ας, τὰ δ' ας*, appellat. Non admodum priscum inuentum est lucerna. Tæ-
 dæ flamma veteres, & aliorum lignorum utebantur. *πυμίσσαι λυχνον* lucernam extin-
 guere, ac tanquam sopire, Cleitarchus dixit. Plato quoque, in
 Longa nocte:

Hic in summis temporibus habebit lucernam dimyxon. Lucernæ dimyxi me-
 minere Metagenes in Philothyte^o, & Philonides in Cothurnis. Cleitarchus in Lin-
 guis tradit, Lophnida facem à Rhodiis vocari, factam ex vitis cortice. Homerus fa-
 ces *δ' ἐτάς* vocat:

Ardentesq; δ' ἐτάς, quibus, tametsi magno impetu concitatus, exterritur.

Facem *ἐλάυην* vocari scribit Amerias, Nicander verò Colophonius, arundinum fa-
 sciculum. Herodotus libro secundo historiarum *λυχνία* dixit neutro genere: Ce-
 phisodorus autem in Bene valente, *λυχνονκωτια*^q, quam multi *λυχνία* nuncupāt:
 Hic Cynulus Vlpiano semper aduersus, & refractarius, inquit, Mihi verò, puer, cœ-
 nam qui ministras, asse candelas eme, vt ego probi Agathonis exemplo Aristopha-
 nis suauissimi hæc acclamem:

Efferte pinos, ad Agathoclem luciferos: Hæc locutus caudam^r sub fini-
 stram pedis plantam depulit: Valdeque somnolētus excessit cōiuiuo. Multis verò Io-
 Pæan vociferantibus, Pontianus inquit, Clearchus Solensis nullo discipulorum sa-
 pientis Aristotelis inferior Adagiōrum libro primo narrat, Latonam, cum ex Eubœa
 Chalcidis Apollinem^s & Dianam transportaret Delphos, antrum quod Pythonis
 vocant, adisse, qui cum infestus eos adoriretur, Latonam liberorum alterum^t com-
 plexam vlnis, in saxum conscendisse, quod adhuc pedi subiaceret arei simulacri deæ,
 circa platanum Delphicam, dicatum, vt eius rei monumentum esset, ac dixisse, *τὸ πᾶν*,
 ferī puer, Apollinem, qui tum arcum in manibus habuit, exhortantem, quasi dicat
 aliquis, sagittas in eum mitte puer, percute puer: quosdam verò deflexa ac immutata
 nonnihil ea dictione, tanquam ad auertendos tristiores casus ea valeat, adagij vice
 dixisse, *τὸ πᾶν*, non autem, *τὸ πᾶν*. Multi peractis sceleribus rebus prouerbij loco,
 non vt sacrum carmen, quod est à Latona dictum, vsurpant, *τὸ πᾶν*: quoniam verò

is loq

is loquendi modus nobis est perquam familiaris, & extra prouerbij consuetudinem
 etiam in aliis rebus vsitatus, nesciunt multi prouerbium esse. Heraclides Ponticus
 etiam scribit, in libationibus^a ea verba ficta & recepta fuisse, quæ ter dea sic iteraue-
 rat, *τὸ πᾶν*, *τὸ πᾶν*, *τὸ πᾶν*: ex eaque Latonæ acclamatione, natum carmē vtrum-
 que trimetrum, heroicum, & iambicum, quod propterea deo^z sacrum est. Nam si
 longæ sint primæ duæ syllabæ vtriusque vocis, *τὸ πᾶν*, heroicum trimetrum^a effi-
 citur: sin breues, iambicum, vnde patet iambicum adscribendum esse Apollini^b.
 Prioribus enim syllabis breuibus si posteriores longas esse quidam statuat, iambicus
 versus erit Hipponacteus. His explicatis cum nihil iam propius foret quàm vt exur-
 geremus, ingressi pueri sunt, ferentes, hic quidem thymiateriam^c, ille verò
 Mos autem fuit è cœna cum surrexissent, ac libassent, quod restabat mē-
 ri, ebibendum dare puero qui ministrauerat. Pæana in Sanitatem Sicyonius^d Ari-
 phron hunc condidit:

Sanitas ex omnibus beatis dijs maximè veneranda:
Tecum ô vitæ de gam quod vitæ superest:
Beneuola mihi contubernalis esto.
Nam si qua voluptas ex diuitijs aut prole percipitur,
Aut regio principatu, quod fortunatum ducunt homines,
Aut amoribus, quos occultis Veneris casibus venamur,
Aut si quod aliud est mortalibus benignitate deorum oblectamentum^e,
Aut si laborum quietem intermissionemq; nanciscimur,
Tecum, ô diua sanitas, florent omnia, tecum renidet gratiarum ver:
Absque te verò nemo felix, in fabula cui titulus est

. sic inquit:
Regina
Musa, vinum etiam Tyrrhenum bibere cum voluptate didici.

Hæc, ô amicissime Timocrates, non, quod ait Plato, sunt iuuenis & probi Socra-
 tis lusus, sed Deipnosophistarum seriæ disputationes. Nam, quod scri-
 bit æreus Dionysius, quid elegantius, siue quid inceptes,
 siue quid absoluas, quàm quod credibile
 narrationis iucunditate
 maximè nos
 allicit?

a Sacrorum Apol-
 linis.
 y Mutantur hic
 accentus: an rectè
 videri.
 z Apollini.
 a Sola spondeis
 constans.
 b Non, vt fama est,
 Hipponacti, qui cū
 à muliercula sic
 fuisset obiurgatus,
 ἄνθρωπος ἀπέλεγε
 τὴν οὐκ ἐλευθέρως
 ἀείμας, iampos
 scribere primus ag-
 gressus est.
 c Thuribulum, a-
 cerra, aram, fo-
 caliumve, in quo fit
 suffitius.
 d Erasm. prouerb.
 Primum, bene va-
 lere: proxima for-
 ma: tertio loco di-
 uisio.
 e Leta verò omniū
 felicitas, & copia,
 quibus delectamur.

L V G D V N I,
 E X C V D E B A T I O A N N E S T O R N Æ S I V S,
 C I O, I O. L X X X I I.



CANDIDO LECTORI.



VLGO aiunt, humane lector, & profecto verissimè, neminem esse tam perspicacibus ac lynceis oculis, quem legentem, scribentem, commentantem multa non effugiant. Hoc quidem mihi contigit Athenæum vertenti, quem iam excusum, cum retractarem, quedam animadverti, leuiuscula sanè, verumtamen non dissimulanda errata, quæ operarum incuriæ tribui possint, & fortassis mea scripturæ, literarum formas aliquando non satis exprimentis, & nonnumquam, ut sit, animo impetu concitato, unam vel alteram literulam omitrentis, quod facile condonatur. Quedam verò præterea mihi occurrerunt eiusmodi, ut rursum collata cum Græcis, reddi posse clariùs & apertius iudicarem. Norunt autem qui Athenæi libri evoluendis ac intelligendis operam sedulo navarunt, quam arduum & difficile sit, in brevibus & concisis antiquorum poetarum versibus, quos ubique citat, videre auctorum, è quibus adducuntur, ac proferuntur, mentem, & tanquam ipsius rei, de qua tum agitur, materiam, & argumentum, præsertim codice adèò depravato & corrupto, ut mendis illis expedire se, labor incredibilis, & Hercules plane in Augea stabulo purgando sit. Accedit & quòd integris ac inculpatis aliquot versibus unius hemistichij vitium luxati, mutili, laceri, ita sensum perturbat, & obscurat, ut crassissimis tenebris obnoluta sint reliqua, & ab Apollinis tripode auxilium sit potius expectandum, quàm nostro conatu ac iudicio sperandum, quæ morantur & obstant amoveri posse. Non est quod dicam totas paginas haud paucas ita maculosas esse, ac inquinatas, ut in illis prorsus èdèvi vires sit. His difficultatibus & tanquam labyrinthis impedito mihi, quedam excidisse quæ cum Græcis comparata melius ac dilucidius transferri possint, haud quaquam mirum. In præsens verò, tametsi pollicendo auctiora omnia fore, castigatiora, politioraq; editione secunda, illa tacere atque tegere & transilire licuerit, nolui tamen tibi non indicari, cuius humanitatem & bonitatem asperius ista & acerbius non exacturam confido, nihil veritus eorum nasum & calumnias, qui animadversiones huiusmodi ingenuas & diligentes, librorum malorum ridiculas appendices vocant.

*

Y ADNOT

ADNOTATIONES ET EMENDATIONES IN ATHENÆVM.

LIBER PRIMVS.

ACINA 3. in adscriptis margini, g. E tragedia quadam versus hic sumptus est, vel potius fictus ad imitationem horum Euripidis, in Hecuba, Ηνω νεύρων ευρυμῶνα & σῆντα πύλας Διῶν.

Pag. 6. lin. 39. Muretus, vt est acti iudicio, vidit legendum esse, Conuiuuarum quos accini duo sunt In caena prorsus inuisti, Philocrates, ac Philocrates, vnus pro duobus vt numeretur, monuitq; Plautum in Menæchmis eam poëta Græci vrbanitatem sic imitatum fuisse: Iamisti sunt decens.

Parastus otio manus hominum facile fungitur.

Pag. 9. lin. 3. adscribendum: Idem Plutarchus in Sympof. libr. 8. quæst. 6. quamuis nonnulli eodem teste, ἀρπαλιμῶν dictam putent ab incontinentia, quod intemperantium esset tum cibum sumere.

Ead. pag. lin. 12. adscribendum: Plutarchus δειπνῶν vocatum putat, ὅτι τῆς ἀπορίας διασπαύου, aut quod, διαπορεύεται, id est, cum labore preparatur.

Ead. pag. in adscriptis margini, c. ἀπὸ δ' ὀψινοῦ ὀψινοῦ, id est, à vespertino crepusculo, vt Δειπνῶν, quasi ἀνελον, nempe, matutinium Plutarcho: aut quia sumatur ἀρπαλιμῶν, sine apparatu & cura, ex iis quæ ad manum sunt.

Pag. 12. in adscript. t. καὶ ἀνάγκη περὶ δειπνῶν.

Pag. 14. lin. 15. lignis, & ad artem.

Ead. pag. lin. 26. Aucta verò est ad eò posterioribus.

Pag. 15. in adscriptis, y. addendum: Horatius epistola 7. lib. 1. Nec semel irrisit triujs attollere curat Frausto crure Plamm.

Apud Plinium cap. 10. 31. Planus Prolemæi régis, tanquam eius vocator esset, Apellem vi tempestatis expulsum in Alexandriam ad indignantis cœnam vocauit.

Pag. 16. lin. 5. adscribendum: operos.] Tumidus, sicutum plena, & quæ multas personas requireret: Bithyllea verò, pedestris. Plutarchus in Sympof. quæst. 8. 7.

Ead. pa. lin. 25. Vetus prouerbiū fuit, εἴματ' ἀνῆρ. Hic conueniunt quæ ex Varronis Melagris citat Nonius in Apertum, & Tunicæ. Non modò Liris apertis, sed pene natis, ambulat. Thais Menandri tunicam habebat ad talos demissam.

Pag. 17. lin. 18. & sapiente viro dignam tanti estimarunt.

Ead. lin. 42. adscribendum: posthac pag. 321. linea 21.

Pag. 19. lin. 48. adscribendum: Plutarchus lib. De Iside & Osiride. Idem in Sympof. lib. 4. quæst. 4. & rursus, lib. 8. quæst. 8.

Pag. 21. in adscriptis, f. Austeritate nimia id aluum continet, & ideo inter medicamina.

Pag. 24. lin. 6. Versus Aristophanis Italica minuioreq; litera describendi sunt.

Ead. pag. in adscriptis q. Quod abundant alga, vel Phycidibus pisciculis, & conchis lepadibus.

Ead. pag. lin. 30. adscribendum: Hasta nos nitimur, & bibimus: hasta nixi bibimus.

Pag. 25. in adscript. e. vinum fumo suffiebatur. traheret fumitēpore.

Ead. pag. in adscriptis, i. addendum: interpretantur, quale est nostrum Aromatites, vulgo Hippocraticum.

Ead. pag. lin. 40. adscribendum: Quod maris aqua, &c.] Vina Græca fere sic omnia condiebantur: vnde Plauti festiuus est in Rudente iocus, Quasi rimis Græcis Neptunus nobis suffudit mare.

Ead. pag. lin. 43. Halicarnasceum.

Ead. pag. in adscriptis, n. salibibam.

Pag. 26. lin. 6. adscribendum: Quia Gypsum.] Gypsum ob suam crassitiem cum ditius in ventriculo moratur, æstuans, feruens, ac veluti ebulliens fumosam in caput vaporem emittit, qui dolorem excitat.

Ead. pag. lin. 32. circa vrbem Copton, & tam facile digeritur, ac cito coquitur.

Ead. pag. lin. 37. adscribendum: Quodam loco ab Elea,] Si quæ pro ceruis arcanis Galli narrant, & sciunt, f. s. esset cum fabulosis illis narrationibus comparare, de ampulla cuius oleo reges vincti inaugurantur, idem compertum est.

Pag. 28. lin. 7. O Menelæ dij Pag. 30. lin. 15. Æneus tripus est, inquit, non quidem

Pag. 31. lin. 31. adscribendum: Bacchylides Ceus, inter poëtas lyricos elegans, in insula natus vini quidem feraci, tritici verò & frugum quas petebant ex Ægypto, sterili, insulariis diuitibus & copiosis hominibus, quorum ædes auro & ebore niterent, tantisper dum se comotationibus exhilararent, & curarum, quas immitit Iupiter, remedium præsentissimum, vinum biberent, festiue inquit, ex Ægypto naues frumentum aduehere.

Pag. 32. in adscriptis, t. Fluminum.

v. Quia dolores

Pag. 35. in titulo, pro, liber primus, legendum, liber secundus.

Pag. 36. adscriptis p. addendum, p. Aph. 26. 5. Celsus cap. 18. 2.

Ead. pag. lin. 45. adscribendum: Cicada,] solo rore victitantes. Virgilius: Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadae. Plinius cap. 26. 11.

Pag. 37. lin. 1. Pythagoricorum nutrimentum

Ead. pag. in adscriptis, d. legendum puto, τὸ ἡμοροστέιν, pro, τροφή.

Ead. pag. lin. 33. adscribendum: ἀποσῆν] sobrium, abstinentem, cibi pauci.

Ead. pag. lin. 35. adscribendum: quod cibus præ voracitate,] vel, quod ipse vltro ad cibum veniat, & non inuitatus.

Pag. 38. lin. 23. insigni pulchritudine

Pag. 39. lin. 29. ipsam arborem.

Pag. 40. lin. 1. Satyricam fabulam Agena qui composuerit, an Cataneus siue Byzantius Python, an rex Alexander ipse, dubium est. Hæc videtur otiosa, superuacua, & delenda.

Ead. pag. lin. 31. lege: Ruborum pilula cum aruit, angulosa seminis habet conceptacula, instar Mori.

Ead. pag. lin. 35. adscribendum: Demetrius Ixion] vel ἐν ἐτυμολογημένοις, vel ἐν διαλέκτῳ τῆς Ἀλαξάνδρειου.

Pag. 41. lin. 23. lege: circumflexo

Ead. pag. in adscriptis, e. addendum: vt ficulneum. Hæc verba cuiusdam sunt coniuæ alterius orationem excipientis, & interpellantis, quem de his nucum generibus dispartentem quia nesciret, aut taceret ἀνὸ γ' ἀλον neutro genere perinde dici ac feminino τὸν ἀμυδάλω, asinum vocat ad palearum tragemata properantem, nimirum indoctum, & insulsum, phagineumq; Panis simulachrum, tanquam rudem stipitem, & impositum.

Ead. pag. lin. 30. lege. Quidam in vltima cum graui.

Pag. 42. lin. 40. adscribendum. amplissimum arietinum cicer. Dictum hoc videtur de vermiculo ciceribus innascente, quamuis paulo post in cicere vermem gigni ex Theophrasto nullū scribatur.

Ead. pag. lin. 45. lege: Nobis duabus de maza vnica

Nonnihil impertitur: lugentes verò absonas voces

Tum mitimus,

Pag. 43. lin. 7. lege: Lupinus. Aristophanes in Horis. Adscribendum verò: Aristophanis & Cratui fabulam Ἐς ὄρας Athenæus citat alibi. Legendum ergo cenleo: Aristophanes, vel, Cratinus in Horis, lege statim post: In malam rem abeat qui lupinos hæc comedit, Quoniam, &c.

Ead. pag. linea 36. lege. Phaselos quamprimum torre multos: Bacchus amat.

Pag. 45. lin. 4. adscribendum. in dem membris.] Plutarchus libro De amore fratrum, ideo scribit fratres illos in vnum coaluisse veteres fabulari ob summam inter se beneuolentiam & concordiam.

Ead. pag. lin. 40. adscribendum. Colocynte] Attici cum θ. scribunt, κολοκύνθη: alij cum τ. κολοκύνθη, sine aspiratione.

Ead. pag. lin. 41. adscribendum. Indica.] Indicam nos cucurbitam rotundam hybernâve nominamus, ceterius prouenientem, sicca & solida carne, hyeme tota durantem, si in loco sicco recondatur: cortice nunc ex atro viridi, nunc ex albo flauescente, nunc albo: semine latiore, compressiore, rhombi figura, ampliore medulla, gustu minus fatuo.

Ead. pag. & lin. adscribendum. Vulgarem etiam assant.] Nos in orbes concisam, & farina conspersam in oleo fugimus, aut butyro.

Pag. 47. lin. 29. O Sol.] Hos Græcos versus Latinis quidam sic reddidit: O sol perpetua cælum vertigine lustrans, Vidisti facinus tetrius hoc scelere?

Tum matrem, geminos tum fratres, atque puellam Omnes hoc vno nunc perisse die? Talia fere sunt Enniana illa apud Probum grammaticum doctissimum; Iuppiter, inque adeo summe sol qui res omnes inspicis,

Quique tuo lumine mare, terram, ac caelum contines, aspice

Hoc facinus, priusquam fiat, prohibe scelus.

Τὸ γὰρ τὸ, ὅτι παρὰ τὴν αὐτῆς ἡλίου, κατείδετο

Εἶδε τὴν ὁλοκλήραν γαῖαν, πρὶν φασίαν

Τένοις προσβαλεῖν χερσὶν αὐτῶν.

Ead. pag. in adscriptis f. lege: Aduerfar. Pezitas, non Pezicas, Fungos.

Pag. 48. lin. 6. Est & eiusmodi.] ex fideliori codice Theophrasti lege: Est & oetum eiusmodi quod in Thracia effodiunt. Plinius cap. 3. 19. quod effoditur in Thracia Ceraunio exponit.

Ead. pag. in adscriptis, i. addendum. docti viderint] Apud Theophrastum nusquam scriptum memini tuberum laeuem esse corticem. Fortassis legendum fuerit, laui cortice tegi scripsit Fungum, & Peziten, scabro, Tuber, & Ceraunio.

Ead. pag. in adscriptis, k. addendum: non Misou.] Numida, apud quos in Africa gignitur, vocant T. rtes; Arabes medici Camha. Leo Albertus lib. 9. Descriptionis Africae, cap. de Terfes.

Ead. pag. lin. 41. adscribendum: Asparagus luteus] floris color epitheton id conuenit.

Pag. 49. lin. 19. adscrib. Pinguis (culis tribus) vox (tribus) adiecta Hercules edacitate significat.

Pag. 50. lin. 1. adscribendum: Theophrastus quoque,] Bulbi genus illud rarum & paucissimis cognitum pingendum curauere Dodonaeus, & Clusius, suis libris de plantarum historia.

Ead. pag. lin. 18. lege: magnitudine Merula, quod Trichada vocant: tertium

Pag. 52. in adscriptis, f. addendum: vinum exacerat: itaque humores calidos refrigerat: affluentes exprimit: impactos discutit: crassos attenuat, valetque multis illis ac diuersis facultatibus.

Ead. pag. lin. 41. adscribendum: Eius manu abditus est] verbi (καὶ) tempus est mutatum, vt in origano genus masculinum indicetur.

Pag. 54. lin. 20. Phanas libro quinto de Plantis.

Pag. 54. in adscriptis, f. addendum: cibati pedant, Galli Graecae dictionis significatum exprimentes, Alini crepitum vocant, vulgo, Pet d'asne.

IN LIB. III.

Ead. pag. lin. 39. lege: captificas: καὶ πέναν κελύκος, id est, immatura caprificus nimirum ille dixit, pro, καὶ πέναν κελύκος, id est, immaturus caprifici fructus.

Pag. 59. lin. 16. in adscriptis, r. lege, Dioscorides arborem, Vmo similem esse prodidit. Apud Theophrastum pro πηλεα quidam legendum censent, τελεα, eo sensu, adultam Populo similem esse. lectionem tamen vulgatam Dioscorides confirmat.

Ead. pag. lin. 35. lege: quod olynthum ferat, & eum quidem supra folium, ficum vero sub folio: & vtrumque non ex nouello ac recenti gemine, sed ex annotino. Præterea id fici genus, ante omnia caetera p. osum, maturentem & dulcem, nostrati dissimilem, vt qui nostris ficibus multo sit amplior: maturitatis haud ita diu post germinationem tempus esse non me fugit.

Ead. pag. lin. 53. lege: venerari. Idem Andricus.

Pag. 60. lin. 42. qua de causa promptior est.

Pag. 61. lin. 19. lege: ventriculo esse conducibiliore.

Ead. pag. in adscriptis, z. lege: Etadentem, ξυσπών, lancinantem,

Pag. 62. lin. 5. lege: Stethorus in Helena meminit.

Ead. pag. lin. 9. adscribendum. Hispani & Celtiberi vsu didicerunt albi Veratri succum, quo in venatu ceruorum, aprorum, caprearum sagittas tingunt, & si feriant, lethali prorsus vulnere, euanescere, vimque suam amittere, reconditum in cubiculo vbi cydonia mala sint, eamque recuperare in foris domesticis diu suspensum.

Pag. 65. lin. 21. adscribendum: lepadis more.] Quod est apud Aristophanem, ὡσαύτ' ἰπέας, Erasimum (in ostrei morem) male vertisse, adnotauit Rondeletius. Exteriori tantum parte lepas concha tegitur, interiore & carnosa ita copulis adhærescit, tanquam osculetur, & vix, ac tristissime iuncta, diuellatur. Apud Trebellium Postonem Gallienus imperator de lepade intellexit, cum nepotum ex fratre, sponforum, manus tenens hos tres versus epithalamicos ex tempore pronuntiauit: Ite, ait, o iuvenes, pariter sudate medullis

Omnibus inter vos: non murmura vestra columbae,

Brachia non vincant bedere, non oscula concha.

Ead. pag. lin. 25. lege: aluo monenda;

Ead. pag. in adscriptis, r. lege: Vel eandem esse formam.

Ead. pag. lin. 42. Adscribendum. in Atilochis.] Quidam legunt, in Archilochis, & ἀρχιλόχης milites esse volunt in insidiis positos.

Pag. 68. lin. 6. adscribendum. de vrtica marina loquitur.

Pag. 70. lin. 45. lege: cum vero abscessuram gemmam caro subnascens molliter

Pag. 71. lin. 20. lege: Qui vero συζώνια cum u enuntiant,

Ead. pag. in adscriptis, z. addendum: flexuosa sunt. Hiras nomine haud ab simili latini veteres, autore Felto, intestinum ieiunum appellauerunt.

Pag. 73. in adscriptis, y. addendum: nomen hoc retinent. Apud Plutarchum cap. 4. 1. Sympof.

ὅτι ἀν' ἐχμύποδας, καὶ ἀνα τρηχέων ὀνόματι

Φύσται

Φύσται μαλακῶν ἀνθεα λευκῶν.

Inter Echinozoidas, inter spinosam & Ononin,

Albus flos mollis nascitur & Viola.

Pag. 74. lin. 3. adscribendum. & ἀνωσόςα] Apud Gellium cap. 23. 2. ex Menandro, ἀνωσόςα & γλωσσόςα φούμα: intolerabilis vxoris superbia.

Pag. 80. lin. 25. Verba sic auctoris intellige: extensa vero penultima syllaba (καέδος, nempe, el.) producta est & vltima, (in nominandi casu, eis, in καέσι.)

Pag. 81. lin. 24. adscribendum. iccuscula.] τὰ ἥπατια, Hepatia quoque veteres Latini dixerunt. Lucilius apud Festum:

Gigeria sunt, siue adeo Hepatia. Itali Fegatelli nominant seruatō dictionis Graecae flexu. Gigeria, ἀρολόσι, ingluuies, Galli etiamnum seruatō prisca voce appellant Gifiers.

Ead. pag. lin. 52. adscribendum: rostra imitatur.] à quibus mare sulcatum & diffusum non aliter stridet, quam mare dum frigitur: & versu proximo, caenae praecurrit] Veterum multi tentabant tantum & caenabant.

Pag. 82. in adscript. c. addendum: ira, iracundia. Thymum in Attica herba frequentissima & praestantissima est.

Eadem pagin. lin. 44. adscribendum: minime paratur.] Ex ordeo paratur ptisana: ex Zea dicocco halica.

Pag. 83. lin. 3. tantaque suauitate] Ad verbum, mollitie.

Ead. pag. lin. 10. Hac de Cerere.] Ad Cererem hac referenda iudicauit & nominatim adscripti, quamuis planè id autor non loquatur.

Ead. pag. lin. 15. adscribendum: Encryphas] Panis qui in foco mundo & purgato, testu opertus coquitur, pruna & cinere congestit.

Ead. pa. in adscript. b. addendum: paululum mutato nomine ab Italis laganum hodie vocari, Lafagne.

Ead. pag. lin. 34. adscribendum. Piaciten panem Gallis hodie vocari, Gateau feuilleté.

Ead. pag. in adscript. g. addendum: Tyronta panem à Gallis hodie vocari, cachemuseau.

Ead. pag. lin. 54. adscribendum. Meconis panis, quasi dicas Papauerinum, ex melle, femine papaueris, lini, leiampi paratur.

Pag. 84. lin. 1. lege: Liuidis compedibus: & in adscriptis q. rursus: Flauo melle addito femini uni, quod nigricat, color subliuescens.

Pag. 85. in adscript. x. addendum: velu ducta fila, materia in longam, planamque formam diligenter & diu subacta, protrahitque manibus. Plin. cap. 11. 18. Durat sua Piceno in panis inuentione gratia, ex Halicæ materia. Eam nouem diebus macerant vix passæ succo: decimo ad speciem tractæ subigunt, &c.

85. 19. & Aeolofcycone.

Pag. 87. lin. 13. lege: iubaeti incerniculo non excussa.

Pag. 88. lin. 6. lege: Icelius refert, neque Pelamydum cybia, nec Oræa salsamenta facile aluo reddi, quæ vero è Thynnus sunt, (melandrya,) recentiora, &c. Adscribendum verò: Salsamentorum, alia pinguis: alia macra. Pinguis, Auchenia, è ceruice: Clidia è clauiculis, palato, faucibus, maxillis: Hypogastria, ex abdomine: & hæc omnia ex obectis & grandioribus thynnus. Macra verò, Cybia, quadrata cubi figura ex medio corpore confectio: Oræa, ex pulpa vicina caudæ, ex Apolcto Pelamyde, siue Synodontide: Melandrya, ex orcyno, qui vetustus Thynnus est, assulatim discissa: Coitæ, dorlo propinquæ.

Ead. pag. in adscriptis r. lege: corpore Pelamydum Apolectorum: & sub finem: esse similia, Melandrya vetustiora rancet, unguat, & ingrato sapore displicent: recentia verò Cybiorum ferme suauitatem æquant, duriore tamen & sicciora carne.

Ead. pag. lin. 20. lege: Byzantij

Pag. 91. lin. 1. Salsamenta adulta] Adscribendum, ex adultis piscibus, vt Orcyno, Apolcto.

Ead. pag. lin. 12. lege: & clidia, Vetusta meliora, & acriora, præsertim ex Byzantio. Quod Thynnæum (salsamentum Melandryon) vocant, paratur ex maiore Thynno, & portione responder Cybio. Fit autem Cybium ex Pelamyde maiore, ac ex eodem genere Oræon. Sarda. Apud Athenæum hæc sunt corruptissima.

Ead. pag. lin. 25. lege: Eius frusta minus pinguis sunt.

Pag. 92. in adscript. b. lege: Sed illa corrupta ex hoc

Pag. 93. lin. 26. lege: Vt quæ plurimis

Pag. 94. lin. 32. Versus Graecos latinis quidam sic vertit:

Hæc textit Boreas costas, quæis surgit Olympus,

Threicia erumpens à regione celer:

Nudorum & mentem perstringens: missa tamen iam

Compressa: ad terram saluaq; Pieriam,

Quomibilib affundat quisquam eius: prorsus iniquum,

Potare hic calidum, si quis amicus erit.

Ead. pag. lin. 41. lege: cum Meles vxorem

Pag. 96. in adscriptis, p. lege: citat adagio, γαλλῶ γαλλῶν ὄρα.

Pag. 98. lin. 50. *adscript.* torquem] *σείρα*, restim, funē. Coronam Turdorū Martialis dixit lib. 13.
Ead. pag. in *adscriptis* b. lege: Iphicrates clarissimus imperator Moram Lacedæmoniorum co-
hōit: em bellicosissimam intercepti, eorūque fugavit omnes copias: Epaminonda contra Lacedæ-
monios impetum ac vim retardavit: Seuthen socium Atheniensium Thracibus victis in auxilium
regnum restituit: in uxorem Cotyis regis filiam duxit, ex qua suscepit Mnestheum.

Pag. 100. lin. 52. lege: Aquam, & abrafēris, obrue multa muria
Pag. 101. in *adscriptis* x. lege: panes albos Atheniensēs puellas fuisse
Pag. 102. in *adscriptis* d. lege: parum certa. Est ergo hoc loco *τελειώθη* in *προδοξίμοιο*, Neptuni mul-
lus, piscis lautus, non scortum, non loci nomen.

Pag. 106. lin. 5. lege: pōlenta scilicet oleo subacta
Ead. pag. lin. 41. lege: apportant,
Ead. pa. lin. 52. lege: mandato publico, præconēq; denuntiante: & linea prox. in nonum diem
Pag. 107. lin. 2. lege: cōcederent, circumferebantur paucula cibaria dicis causa, vt conueni-
re simul viderentur: & paulo post linea 7. fulcirent.

Pag. 108. lin. 16. pupillis, Adscribendum: natu grandioribus, sed qui in aliena potestate adhuc
assent, necdum venissent in tutelam suam.
Ead. pag. lin. 23. lege: ouibus graciliores, strigiosiores, minusq; habitas.

Ead. pag. lin. 31. lege: retractant, & in
Pag. 109. lin. 28. dele (quotidie)
Ead. pag. lin. 34. lege: panes ac carnes diuisas.

Pag. 110. in *adscriptis* r. addendum: *μυηθὲς στωδῶν πυρὸς*: Alij: de amplitudine & ferculis quæ
gestabat, cum illis contendens qui ad ignem erant. Vitiōssima sunt hæc omnia.
Ead. pag. in *adscriptis* v. addendum: vmbilicorum: vel, media conuiuij pars.

Pag. 111. lin. 38. lege: Hecateus.
Ead. pag. lin. 46. vt lege cautum erat,
adscribendum: Quidam, vt paulo antea, vertunt, dicis causa.
Ead. pag. lin. proxim. Mazonomā. Adscrib. Horatius:

Mazonomo pueri magno discepta ferentes
Membra grina.

Pag. 112. lin. 26. lege: carnis paululo, vini cotylam dante illo qui Prytaneo præest.
Pag. 113. lin. 2. lege: epularum fuissent participes:
Pag. 114. lin. 7. Detcoma] Adscrib. fortassis, quoniam turbidum aquæ potu visum, acuit.

Ead. pag. lin. 27. lege: tali sint, verberatur.] Adscribendum: Apuleius lib. 8. Afini flagrum id
multiugis quium talis tessellatum vocat, & aliquāto post ossibus pecuinis catenatum, eiusq; mul-
tinodos ictus. Posthac pag. 196. in *adscriptis* a.

Ead. pa. lin. 29. & 30. legendum: Idem libro decimosexto Seleucum narrat, expeditione in
Mediam suscepta, cum Arsace bellum gerentem, à barbaro captum, & diu apud illum commoratu.

Ead. pag. lin. 33. dele, admotis.
Ead. pag. lin. 41. Herculeum:] Adscribendum: copiosum, multisq; & variis cibis affluens.
Pag. 116. lin. 4. lege: asciuerit
Ead. pag. in *adscriptis* p. lege, feli crocoton
Ead. pag. lin. 19. lege: habent.

Pag. 118. lin. 26. Ingentem colossū.] Adscribend. magnifica & superba statuariorum fu-
forūque opera, qualis Rhodius colossus.

Ead. pag. lin. 47. lege: nonnulli ad congerendæ pecuniæ studium labuntur, vt pro ditum sit
Pag. 119. lin. 37. lege: Phœnissæ.
Pag. 120. lin. 41. lege: Quodcumque sit ex his

Pag. 121. lin. 38. Nicias Nicenus, (in indice autorum.)
Pag. 122. lin. 30. lege: clienti, nisi constanter
Ead. pag. lin. 38. lege: recensere vt discatis.
Ead. pag. lin. 53. lege: Et quonam potissimum incitetur.

Pag. 123. lin. 39. lege: Nunc quidem ab illis cauere tibi difficillimum fuerit:
In digitis enim stimulum quendam habent.

Pubertatis florem, homines exosum: cum omnibus blandè loquuntur,
Semper in foro obambulantes circa subellia: deinde cum abierint,
Quos illic allocutione suauis compellarunt

Magnis scarificationibus pertundunt, ac obturunt,
Omnibus illudentes: Adscribendum: hæc dici de formosis adolescentibus.

Pag. 124. lin. 13. ter adhuc tondetur] Adscrib. iuuenis est, vt cui ter solum coma tonsa fuerit.
Ead. pag. lin. 47. in *adscriptis* k. De hoc Callistrato Atheniensium demagogo Seneca scribit cap.
37. lib. 6. De beneficiis ex Hecarone, in exilium euntem cum multis à seditione ciuitate & intempe-
ranter libera expulsis, optante quodam vt exules restituendi Atheniensibus necessitas esset, talem
reditum

reditum abominatum fuisse.
Pag. 127. lin. 19. lege: A. Mibi nullas hic affer excusationes. n. ne habeo quidem.

A. Quæ opus sunt eloquere: boni consulam
Omnia. B. abi, sciamusq; primum summo:
Pag. 128. lin. 50. M. nandri hos versus quidam sic legunt, & distinguunt:

A. Molestus admodum esse videris, h. coque.
B. Quot mensa nobis extruenda? A. iam tertium hoc me rogas.
Porcellum vnum immolamus.

B. Osto ne mensas ponam, duas, vnicam?
A. Tnd quid interest? vnam apponas volo. &c.
Pag. 129. in *adscriptis* x. iugulatur: adde, vel quot mensis epulaturi sumus?

Ead. pag. lin. 42. Magadin.] quidam legunt Mazadin, & à Maza formatum ductumq; volunt.
Ead. pag. lin. 53. *adscribend.* Cicero lib. 4. Academicorum scribit, Deliorum multos, qui quæritus
causa gallinas alerent, cum ouum in spexissent dicere solitos, quænam gallina peperisset. Itaque
mirum cur non vel ab ouo, vel à gallina nomen quoque inditum non fuerit.

Pag. 131. in *adscriptis* s. addendum: Naue per vndas lasciuiente priuatus. Quidam legunt:
Ναὸς ἐὸρρημα κωμαυέσις: fluctuantis nauis delitiz:
Pag. 136. in *adscriptis* t. addendum: Interpres Homeri. Fortassis etiam caligæ, calceæ confixi
nitentibus clauis æreis inter saltandum ita fulgebant.

Pag. 138. 11. Duris libro de Euripide & Sophocle.

IN LIB. V.

Pag. 144. in *adscriptis* x. lege: inde *δφραζω*, & apud poetam *δφραζω*.

Pag. 145. lin. 2. lege: *υλίσσας*,

Pag. 146. lin. 48. lege: cubito, vna verò pauciores, in latitudinem positæ.

Eadem pag. in *adscriptis* r. addendum, imitatione Græci vocabuli *ερατῆρον* etiam Galli vocant,
vn ciel.

Pag. 147. lin. 3. lege, pendebant. Quod autem

Pag. 148. in *adscriptis* t. addendum: Mithram quoque dici, vt inquit Græcus poeta *ἀνδρα γῆρ σφ-
λοιπορῶ φων*, velum quo caput operiunt vetulæ.

Pag. 149. lin. 22. dele (&) sequentiq; linea lege, gestabant.

Pag. 150. lin. 23. lege: subiectæ.

Pag. 151. in *adscriptis* c. lege: Aurissuus. Sic vocatus est, &c.

Ead. pag. in *adscriptis* g. addend. lib. 15. Musæi Alexandrini mentio fit luculentior.

Pag. 152. lin. 31. lege: ad cacinam, lata, & depressa, sublimi verò & ingenti mole
& linea sequenti: extendebantur, reflexu tamen quem rectis

Pag. 153. in *adscriptis* y. lege: Aulete.

Pag. 155. lin. 6. foramina] in Græco *ἐν προπύλαις*: legi *ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων* architectis tignorū & asserum
caua cubilia & columbaria: inde *μυρῶσαι*, denticulorum & triglyphorum interualla. paulo post:

quibus vnici subaud. antennis.

pag. 158. in *adscriptis* l. addend. vestrum: alienus iam nullus est, qui vobis imperet, sed arbitrio
vestro reguntur, decernunturq; omnia.

pag. 159. lin. 1. lege: latus: & adscribe: Nonio, latrocinantes, stipendiarij, & mercede mi-
litantes. Quidam exponunt hastatos vitro fuisse illius satellites, qui anrea hom. (tiore) militia fuis-
sent equites cataphracti.

Ead. pag. lin. 48. lege: coronam lauream gestans ex auro.

pag. 160. lin. 20. lege: consternatis

IN LIB. VI.

pag. 166. lin. 40. lege: dixerit maris deum Neptunio nostro pisces

Ead. pag. lin. 44. lege: Romæ haud parum ab iis distant quos in Attica notarunt comici. De
illis & adicibe: iis sunt arrogantiores, superbiores, & in vendendis piscibus multo iniquio-
res: vel: non minus iis sunt superbi, arrogantes, &c.

pag. 169. lin. 2. nummularis.] Adscribe: Sic Plautus in Mostellaria:

Nullum adepol hodie genus est hominum vitrius,
Nec minus bono cum iure quàm Damiscum.

Ead. pag. lin. 18. obtulerunt.] Adscribe: Cato apud Plutarchum in Sympof. quæst. 4. 4. olim
Romæ clamabat, & querebatur, plus vendi piscem quàm bouem.

pag. 170. lin. 22. Sic fere Seneca epist. 78. Inuitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti.

pag. 174. lin. 9. proiecit.] Adscribe: contempserit: spernenda esse monuit, ac ostendit.

Ead. pag. lin. 53. stelocopas.

